ANECDOTA MAREDSOLANA

SEV

MONVMENTA ECCLESIASTICAE ANTIQVITATIS
EX MSS. CODICIBVS NVNC PRIMVM EDITA
AVT DENVO ILLVSTRATA

OPERA ET STVDIO

D. GERMANI MORIN
Presbyteri & monachi Ord. S. Benedicti Maredsolensis.

VOL. III PARS I

SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI
COMMENTARIOLI IN PSALMOS.

MAREDSOLI
apud Editorem.
OXONIAE apud J. PARKER & Soc. Bibliopolas.
1895.

Jerome, Saint

SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI

qui

deperditi hactenus putabantur

COMMENTARIOLI IN PSALMOS.

EDIDIT, COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT,
PROLEGOMENA ET INDICES ADIECIT

D. GERMANVS MORIN.

MAREDSOLI
apud Editorem.
OXONIAE apud J. PARKER & Soc. Bibliopolas.
1895.

607

PERMISSV SVPERIORVM

PRAEFATIO.

Genuinis sancti Hieronymi operibus in editionibus etiam praestantissimis proxime subiungitur haud parvae molis liber, qui multis saeculis in auctoritate fuit, ‘ Breviarium in psalmos ’ ab antiquariis inscriptus. Quem quidem immerito tanti nominis viro in totum fuisse addictum, ex quo ars critica in rebus humanis magis profecit, nemo adhuc non vidit, nemo iam sui compos infitias ibit.

Quamquam vero operi in universum considerato falsitatis notam imponere compellimur, profecto perspicuum est multa in eo reperiri, quae magni iure aestimentur, immo quae a nemine alio quam ab ipso Hieronymo scripta esse videantur. Rem eloquentissime more suo nec minus dilucide exposuit I. B. Bossuet, Meldensis ille quondam episcopus, ubi, cum de Psalmis universim dissereret, quasi excusatione usus, cur etiam ex Breviario in Psalmos nonnulla prolaturus esset : ‘ Neque nos, inquit, fugit hos commentarios a Sixto Senensi et aliis sancto viro abiudicatos. Nos eius esse dicimus, qui quadringentesimo fere Christi anno scriberet : qui nullam memoraret haeresim, quae non quarto saeculo exstitisset : qui monachi propo-

sito viveret: qui Hierosolymitanum solum rusque Bethlemicum praesepi Dominico delectatus incoleret: qui ea, quae ex hebraica eruditione promeret, Hieronymo proferret ubique gemina. Sin autem saepe allegorica, et alia quae ab Hieronymi consuetudine ac sensu abhorrere viderentur: nihil mirum cum in ipsa praefatione testetur, a se quidem tradi magis Origeniana quam sua: quod et ipsum Hieronymus saepe fecerit, ne quidem admonito lectore. Quin etiam in psalmum XCIII longam interpretationem referemus, quam ipse Augustinus ex Hieronymi commentariis in Psalmos sumptam esse testetur, tam reliquis similem, ut nihil supra. Refert et Gregorius ex eo commentario quaedam sub Hieronymi nomine. Quin ipse Hieronymus eas interpretationes a se in Psalmos editas memorat, quae in hoc libro reperiantur. His victi fatentur, hos commentarios ex Hieronymo potissimum esse consarcinatos; quod nobis sufficit.'

Haec ille: quem ne forte inflammatione quadam animi, quod quidem haud raro iis accidit qui elegantiore dicendi modo delectantur, deceptum esse existimes, en tibi alium testem produco, in quem nulla cadat huiuscemodi suspicio: Dominicum Vallarsium dico, diligentissimum Hieronymiani ingenii indagatorem, qui tametsi Breviarium 'perperam sancto Patri ascriptum esse' aperte pronuntiet, illud tamen fatetur 'e suppositiorum numero fetuum ceteris praestan-

tius omnibus', ut 'neque in ultimum amandari tomum pro sui dignitate patiatur'. Huius discretionis causam sciscitanti respondet idem Vallarsius in Admonitione quam in fronte Breviarii praeposuit: universo operi 'aliquam subinde inesse Hieronymiani laboris partem huc illucque dispersam, quae sua se propemodum luce prodat'.

In qua sententia cum ego quoque diu fuissem, hoc tandem in mente agitavi, num possent labore et sollertia tuto internosci et ab aliis seponi genuina elementa, quae in laciniosis illis commentariis contineri peritissimus quisque concedit. Res quidem valde mihi arridebat: nam etsi saepiuscule animus simplicis diligens veritatis fallaces et fucosas merces a maioribus traditas palam arguere et respuere cogitur, tamen partes mihi partibus comparanti, aedificatoris opificium demolientis arte cum honestius, tum multo etiam gratius videtur.

Libenter igitur opus aggressus, postquam multa cum ementito Hieronymo consuetudine coniunctus sum, id mihi demum persuasum habui, triplicis generis elementa in Breviarium ab eo consarcinatum confluxisse:

(*a*) Longissimas partes orationum quas S. Hieronymus repentinas habuit, dum Psalterium iuxta Septuaginta interpretes, sicut de se ipse tradit (Contra Ruffinum II 24. 27), 'cotidie in conventu fratrum edisserebat'.

(*b*) Excerpta plurima ex Commentariolis in Psalmos, quos S. Pater (itidem contra Ruffinum I, 19) a se conscriptos esse non diffitetur.

(*c*) Denique alia multa ex variis auctoribus, iisque ut plurimum ignotis et ineptis emendicata.

Atque haec in controversiam vocari non posse videbantur: verum maioris operae et laboris erat, singulas Breviarii particulas sub sua quamque specie in ordinem redigere. Quod quidem aliquatenus fieri poterat de locis quibus plus inest homiletici dicendi generis: quippe quae ipsa orationis forma et quasi colore quodam et succo suo se proderent. Haec ipsa tamen, licet inter se apta et connexa esse viderentur, quis ut vere Hieronymiana absque ullo scrupulo omnia acciperet? Quis non suspicaretur, immo non intellegeret, plurima quae tantum virum dedeceant adhuc ibi comparere, ab inconsulto compilatore vel temere mutata, vel foede interpolata, aut certe turpiter detruncata? Commentariolorum vero sors adhuc iniquior, neque ulla eos aliquando restituendi spes erat: nisi quod quaedam adnotatiunculae, uti recte Bossuetus animadvertit, Hieronymianae eruditionis notam ita prae se ferunt, ut revera e S. Doctoris calamo profectas esse se ostendant.

Res erat eo iam loci, cum ecce caelesti ut puto adiuvante Numine, codices aliquot in manus meas venerunt, quorum alii contionum in conventu Bethleemitico habitarum, commenta-

riolorum alii seriem exhibuere, eamque a quibusvis interpolamentis puram, lacerationibus indemnem.

Utramque iam in hoc tertio Anecdotorum volumine edendam suscepi: in quo priores partes Commentariolis tribuere visum est, quod non ab aliis excepti litterisque mandati, sicut tractatus illi oratorii, sed proprie vereque ab ipso Hieronymo scripti compositique sunt.

De hisce igitur Commentariolis breviter proloquar, quo eorum fiat editio commendatior et usus iucundior.

* * *

Principio oculis subicienda sunt Hieronymi ipsius verba, quae paulo ante commemoravi. Sic igitur ille, cum falsis criminibus a Ruffino insimulatus pro se diceret (ap. Migne 23, 432): 'Illud quoque, inquit, carpere dicitur, quod secundum psalmum interpretans, pro eo quod legimus in latino *Adprehendite disciplinam*, et in hebraico volumine scriptum est NESCU BAR, dixerim in commentariolis meis *Adorate filium;* et rursum omne Psalterium in Romanum vertens sonum, quasi immemor expositionis antiquae posuerim *Adorate pure:* quod utique sibi esse contrarium omnibus patet.' Et paucis interiectis ita prosequitur: 'Quid igitur peccavi, si verbum ambiguum diversa interpretatione converti, et qui in commentariolis, ubi libertas est disserendi, dixe-

ram *Adorate filium*, in ipso corpore, ne violentus viderer interpres et Iudaicae calumniae locum darem, dixerim *Adorate pure* sive *electe:* quod Aquila quoque et Symmachus transtulerunt?'

Ad haec Vallarsius (Praef. gener. n. 24, ap. Migne 22, XXVII): 'Ex hoc luculentissimo testimonio minores quosdam commentarios in psalmos saltem aliquos, eosque multum a tractatibus diversos, Hieronymum elucubrasse quis dubitet?' Quos quidem licet deperditis S. Patris opusculis accensendos esse prius ipse existimaverit, at vero postea aliter sententiam dixit, eosdem 'de loquentis ore fuisse ab aliquo auditorum utcumque chartis exceptos', et ex labore illo rudi, hiulco, informi, multis aliunde petitis assumentis, vulgatum Breviarium in Psalmos conflatum esse: cui proinde 'multa Hieronymi vel dogmata vel etiam verba inesse' minime ambigendum sit (Cf. M. 26, 855).

Quibus ille verbis rem acu tetigisse se ostendit: in eo solummodo culpandus, quod expositiones ore tenus fusas a commentariolis scripto consignatis omnino discernendas esse haud plane vidit. Etenim ipsissima verba, quae ab Hieronymo ex suis commentariolis supra allata sunt, eadem in Breviario legi (cf. infra p. 8) manifestum est: neque minus perspectum, multa in eo alia reperiri, quae cum praedictis verbis hebraica eruditione aeque ac dicendi forma prorsus conveniant: rursum vero strictarum huiusmodi

interpretationum et fusioris orationum generis, quae eodem Breviario passim continentur, distinctio facilis est.

Ergo haec tria certo comperimus:

1° elucubratos esse ab Hieronymo minores quosdam in Psalterium commentarios;

2° nemini postmodum huius generis commentarios notos fuisse, saltem a nemine laudatos, qui genuinus tanti ingenii fetus agnoscerentur.

3° horum portiunculas qualescumque pseudepigrapho in Psalmos Breviario interiectas esse, quae tamen certo dinosci nisi codicum hucusque latentium ope non possint.

Atqui huiusmodi, ut dixi, codices nactus sum. Sunt autem quinque numero: quorum breviter describendorum iam locus est.

***

Cod. Spinaliensis 68 ' anno III Childirici *E*
regis ', sicut in ultimo folio legitur, id est a. 662 vel 744 perscriptus est. Fuit olim monasterii Morbacensis, ibidem a Mabillonio, Ruinartio et Calmeto diligenter inspectus: postea vero penes monachos Mediani monasterii transiit, et inde in bibliothecam publicam Spinaliensem. De quo nostra quoque aetate vir cl. Leopoldus Delisle adeo egregie commentatus est [1], ut satis mihi

1. Notice sur un manuscrit mérovingien de la Bibliothèque d'Épinal. Paris, 1878.

sit, in iis quae ad institutum meum pertinent, insistere.

Inter varia opuscula quorum index in fronte voluminis praefixus est, duodequadragesimum locum obtinent 'Excerpta sancti hieronimi de psalterio', quae in ipso libro ff. 150^{v}-169 leguntur ita inscripta:

EXPLIC. APOLOGETICVS AD PAMMACHIVM
CVRSIM CONTVLIMVS BETHLEM. INCIP. HIERO
NIMI EXCERPTA DE PSALTERIO.

'Proxime cum Origenis psalterium... curandum episcopis tradidit'.

EXP. EXCERTA DE PSALTIRIO
INCP. AD EVSTHOCIAM DE VIRGINITATE

Codex uti aetate ceteris, ita plerumque natura atque indole excellit. Quae prima manus vel minus accurate descripserat vel etiam omiserat, altera fere aequalis ex alio codice correxit ac restituit. Hunc itaque, paucis locis exceptis, ducem secutus sum. Quem Bruxellas allatum mense aprili huiusce anni maxima diligentia adhibita recognovi.

M Cod. Parisinus lat. 1862 Miciacensis olim S. Maximini monasterii fuit: 'quem Petrus abba scribere iussit et die sancto caenae Domini cum salutari hostia super sanctum altare sancti

Stephani primi in Xpo martyris Deo et sancto Maximino habendum obtulit [1] ' (fol. 82v).

De quo Petro abbate Letaldus monachus Miciacensis in libro de miraculis S. Maximini circa annum 945 haec scripsit: ' Quoniam nobiles et industrios Patres in hoc eodem floruisse loco cognovi, Haymonem videlicet... Petrum etiam, cuius eruditio et studium hodieque claret. Nam inter ceteros bonorum suorum (?) diversarum historiarum libros huic loco contulit, et proprio labore correctos et distinctos die coenae Domini, ut ipsi libri testantur, super altare sancti Stephani protomartyris posuit. De his ergo, quia discretio temporum non elucet, satis dictum ' (Migne 137, 797-8). Ex quo facile unusquisque colliget codicem, de quo nunc sermo est, saeculo x medio vetustiorem esse. Qui quidem et ipse diligentissime, sed ex exemplari ab archetypi integritate magis remoto descriptus est : et ideo in genuina textus forma restituenda minore quam Spinaliensis auctoritate habetur. ' Excerpta Hieronymi de Psalterio ' ff. 38-58 continentur. Hunc ego et sequentem contuli Lutetiae Parisiorum mense iulio a. 1893.

Cod. Parisinus lat. 1863, olim coenobii S. Amandi in Pabula saec. x, in librorum Elnonensium indice maiore, qui intra annos 1150 et *A*

1. Eadem fere leguntur in codice Vatican. Regin. 95 saec. X (Conf. A. Reifferscheid, Bibl. PP. Ital. I, 369).

1168 scriptus est [1], n° LIX ita depingitur: ' Ieronimi quedam epistolae. minus breviarium ipsius de psalterio. dialogus eiusdem sub nominibus Athici et Critoboli compositus. Augustinus de origine animae. item de sententia Iacobi apostoli. cronica Isidori episcopi. liber apologeticus Orosii in uno volumini. *HUCBALDUS* '. Hoc nomine significatur, codicem ex iis fuisse, quos Hucbaldus praefati coenobii monachus fama notissimus (✠ a. 930) describi curavit. ' Minus breviarium de psalterio ' unum et idem est atque commentarioli seu ' Excerpta de psalterio ', quae ff. 53^{v}-80 leguntur. Ceterum codex in omnibus Miciacensi simillimus est, praeter quam quod ignoti emendatoris laborem exhibet, qui proprio Marte pro insolitis solita, pro obscuris plana plerumque intrudere conatus est.

Alterum exemplar minoris huius Breviarii nuper repperi, quod apud Elnonenses tempore Eugenii papae III et Ludovici iunioris Francorum regis exaratum, et in praefato indice maiore n° CCXL pariter notatum, nunc Valentianae in bibliotheca publica adservatur (catalog. Mangeart 7). Cum vero lectiones quae in eo deprehenduntur ab emendatore codicis Parisini 1863 fere omnes manaverint, illum ex integro conferre supersedi.

C Cod. Gratianopolitanus 218 (olim Carthusiae

1. Cf. Iul. Desilve, De schola Elnonensi sancti Amandi a saec. IX ad XII usque. Lovanii 1890, p. 159.

maioris) saec. XII, etsi praecedentibus recentior est, non tamen ilico spernendus, quasi nullius utilitatis esse possit: utpote qui ab eodem fere archetypo pendere videatur, a quo codex Spinaliensis descriptus est. Quod quidem ex eo colligi potest, quod multa passim in cod. C desiderantur, quae in cod. E prima manus pariter omisit: sed in hoc, ut dixi, manu fere aequali ex alio exemplari restituta sunt, in illo non item Incommodum fortasse pensaret antiquarii qui codicem C exaravit rara sagacitas, nisi maius saepissime periculum inferret, speciosas lectiones in locis etiam difficilioribus exhibendo, quas ex auctore ipso manasse nullo alio testimonio cognoscas. Idcirco minus saepe nec umquam nisi gravissimis causis adductus sum, ut ei ceteris postpositis fidem haberem. Commentarioli in eo leguntur post Hieronymi tractatus homileticos ff. 117-134^{v}, neque 'Excerpta', ut in reliquis codicibus, sed 'Enchiridion beati Ieronimi in Psalmis' inscribuntur. Praeterea ultimae adnotatiunculae, quae ad psalmos 145-6 referuntur, nescio qua de causa hic non comparent. Hoc primum codice via mihi commonstrata est; quem Gratianopoli ex integro transcripsi mense maio a. 1892.

*
* *

His breviter dictis de codicibus mss., age nunc de opusculo, quod in eis nobis servatum

est, latius disseramus. Nempe tale est illud, quale animo effingere sibi quisque poterat, modo ut ex iis quae ad rem pertinent tantulum calleret. Quippe enim reperiuntur in eo singulae Breviarii partes quae Hieronymianum maxime ingenium sapiunt, exceptis iis quarum homileticum dicendi genus differentiam facit. Sed quae prius misere interpolata, nunc sana et integra: quae ibi minime cohaerentia, hic inter se apta et connexa. Insuper multa, ut dixi, in Commentariolis eaque haud minus Hieronimo gemina leguntur, quae nulla apparent in Breviario, utpote ab huius consarcinatore fragmentis oratoriis vel etiam aliis quibusvis quisquiliis postposita. Ceterum, qua ex parte mox edendum S. Hieronymi opusculum cum pseudepigrapho illo volumine coniunctum sit, sequens tabella demonstrabit.

(i) Index eorum quae eadem omnino in Commentariolis atque in Breviario leguntur.

Ea solummodo, quae ad interpretationem pertinent psalmi CXXXVIII.

(ii) Index locorum qui in Breviario plus minusve interpolati, in Commentariolis vero puri sunt et integri.

Prologus. Ps. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 10. 11. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 43. 44. 50. 51. 55. 57. 58. 59. 61. 62.

64. 65. 67. 68. 71. 72. 73. 110. 112. 118. 119. 120. 122. 123. 124. 125. 126. 128. 131.

(iii) Index locorum qui nusquam nisi in Commentariolis comparent.

Ps. 5 paucis exceptis initio et in fine voculis. 7 ultimae quattuor lineae, pro quibus alia repugnantia in Breviario subiecta sunt. 8 ultimae tres lineae. 9 exceptis novem lineis initio. 10 duae ult. lineae. 17 pauca circa med. 28 decem lineae init. 30 excepta una sententia post init. 35 ult. quattuor lineae. 39 item quattuor lineae init. 43 ultimae tres lineae. 44 ult. duae lineae. 47. 48. 50 ultima sententia. 58 ultima item sententia. 66. 72 quae ad v. 7 pertinent. 74. 75. 76 excepta tituli interpretatione, quae in Brev. pariter habetur. 77. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 111. 113. 114. 115 exceptis duabus primis lineis. 116. 117. 121. 132. 133 ultima linea excepta. 134. 135. 136. 139. 140. 143. 144. 145. 146.

Ad summam hoc praecipue falsum inter et verum Hieronymum interest, quod ille continua in totum Psalterium commentaria digerere, hic ea solummodo attingere intendit, quae Origenes in suo Ἐγχειριδίῳ 'vel leviter perstricta vel intacta penitus reliquerat,' tametsi diligentiore cura apprime

digna videbantur. Ita nimirum cogitati operis rationem S. Pater exponit in prologo, in quo nescio quem familiaritate sibi coniunctum (forsitan is Ruffinus ipse fuerit) more suo compellat.

Atque illud meminisse oportet, ne commentariolorum istorum brevitatem multum admireris. Cave tamen, ne parvi aut etiam minimi momenti illos esse voluminis exiguitate deceptus existimes. Nam ut omittam minime aspernandum esse, quantulum id cumque est, quod ex Hieronymiano calamo manavit, at saltem eo magni illi sunt aestimandi, quod haud parum conferre possunt ad antiquas sacrorum Bibliorum versiones melius cognoscendas.

Et sane Hexapla Origenis in Caesariensi bibliotheca legisse se ac relegisse profitetur auctor: quid legatur in hebraeo, quid apud LXX Interpretes, quo modo Symmachus interpretatus sit, quo modo Aquila, quomodo Theodotion, quo modo quinta vel sexta editio, identidem refert. Quarum quidem notarum pars, Breviario iam dudum inserta, ab iis qui Doctoris Alexandrini immenso operi restituendo adlaborarunt, in rem suam conversa est. Attamen dolendum erat, tanta haec tamque utilia a teste adeo suspecto suppeditari: quae ab ipso purissimo fonte haurire in posterum licebit. Praeterea in ea commentariolorum parte, quam Pseudo-Hieronymus praetermisit, alia nonnulla huiuscemodi inveniuntur, quae ne apud recentissimum quidem et sollertis-

simum Hexaplorum editorem Fridericum Field reperias. Quae omnia in unum collecta in extremo volumine inter indices proposui, ne longum esset legentibus suis quaeque locis pervestigare.

Aeque ratio habenda erit translationis latinae Psalterii, quam Hieronymus in hisce Commentariolis interpretatur. Quae eo dignior est, cui cura et diligentia adhibeatur, quod cum neutra congruit Psalmorum iuxta LXX emendatione a S. Patre suscepta, nec fere alibi, praeterquam in aliis ipsius libris usitata esse videtur. Unde vero originem duxerit, vel ad cuius ecclesiae usum primitus pertinuerit, peritioribus aestimandum permitto.

Quo tempore Commentarioli litteris mandati sint, promptius expediam. Constat enim ex primo contra Ruffinum libro (loc. cit.), anteriores eos esse Hieronymi psalterio iuxta Hebraeos ante a. 393 sive ante librum de Viris illustribus concinnato (cf. cap. 134), ut 'antiqua expositio' prae hoc dici potuerint. Quod ex eo quoque colligi potest, quod in illis non solum pleno ore laudatur Origenes, verum etiam nonnulla huius placita, ex iis quae christianas aures magis moveant, ne levi quidem censura notantur (v. gr. p. 2, l. 9; 58, 8; 93, 15 etc.) Atque haec forsitan Nostro causa fuerit hos Commentariolos in suorum operum catalogo praetermittendi, qui multo breviores scriptiunculas commemorare haud dedignatur. Notum est enim, anno

primum 393 palam eiuratam esse ab Hieronymo Origenis auctoritatem: quae prima mali labes et discordiarum turbo ipsum inter et Ruffinum fuit. Callide igitur hic adversario suo negotium facessebat ex libello, quem ille a se scriptum esse moleste iam ferret.

Qui quidem libellus quo titulo praenotandus esset, diu mecum ipse quaesivi; quamquam, si codicibus manu scriptis steterimus, res haud sane difficilis evadet. Nam in uno codice C ' Enchiridion ', in reliquis vero ' Excerptum ' aut ' Excerpta de Psalterio ' inscribitur. Porro verbum hoc quid valeat, Hieronymus ipse exponit in prologo quem praemisit translationi homiliarum Origenis in Ezechielem (Migne 25, 611), ubi, postquam admonuit Adamantii opuscula in omnem Scripturam esse triplicia : ' Primum eius opus, inquit, EXCERPTA, quae graece σχόλια nuncupantur, in quibus ea quae sibi videbantur obscura atque habere aliquid difficultatis, summatim breviterque perstrinxit '. Ergo res perspicua est: neque ex eo, quod mox edendi breves in Psalmos commentarii Excerpta proprie inscribuntur, statim suspicio habenda est, nihil in eis aliud inesse, nisi trunca quaedam ex alio maioris molis opere decerpta. Non enim defuerunt, qui cum haec ipsa Excerpta in codicibus per transennam adspexissent, confidenter ea in catalogos referrent quasi puram putam Breviarii in Psalmos epitomen. Quod longe secus est: non

enim commentarii nostri quidquam a pseudepigrapho illo Breviario, immo permulta Breviarium a commentariis mutuatum est. Attamen ne ambiguitate verbi error convalesceret, textus quidem initio titulum ex codd. mss. acceptum praescripsi: in fronte vero voluminis et singularum paginarum vocem 'Commentariolos' ab ipso Hieronymo de hoc suo opusculo usurpatam, in hac saltem principe editione praeferendam censui.

Ceterum, ut dixi, legem mihi statui, antiqua exemplaria etiam in rebus orthographicis sequi, praesertim vero codicem E, qui in verbis compositis praepositionem integram plerumque servat, ut puta *adsimilabor*, *obprobrium* atque his similia. Sicubi vero codices minus sibi constarent, nequaquam laboravi, ut ad aequabilitatis normam, quam ipse forsitan scriptor minoris fecerit, singula reducerem. Id solum mihi sumpsi, ut in scribendis propriis nominibus, quem Hieronymus in libris 'De nominibus hebraicis' et 'De situ et nominibus locorum hebraïcorum' ordinem servavit, huic ego quoque pressius inhaererem.

Quae in variis varie codicibus leguntur, in imis paginis subnotavi: non quidem omnia, sed ea demum quae alicuius momenti essent. Nec enim umquam mehercle intellexi, quid opus esset, singulis veterum scriptorum opusculis singula menda minutiore cura supponere, quae in antiquis plerisque exemplaribus eadem recurrunt. Similiter Commentarioli partes, quas Breviario

in Psalmos Hieronymianus interpolator intexuit, cum editis libris diligenter contuli, adhibito etiam eiusdem Breviarii codice manu scripto saec. x, qui monasterii S. Huberti in Arduenna olim fuit, nunc vero in bibliotheca publica Namurcensi nº 54 notatus asservatur.

Denique labori non peperci, ut quaecumque in aliis libris Hieronymi iis, quae in hoc Commentariolo leguntur, evidenti connexione coniuncta essent, ante oculos proponerem [1]: quippe cum haud parum auctoritatis universo operi ex hac collatione accedere possit. Quod si cui forte videatur, non pauca a me relicta esse, in quibus recte otia consumerentur, praeclare quidem ille: quem tamen meminisse velim, quod iam in primi voluminis praefatione lectorem monui, eo praecipue pertinere haecce Anecdota, ' ut varia aevi antiqui scripta proferantur in lucem, quae peritioribus copiam in ulteriora inquirendi suppeditent '.

Iam eis gratia referenda est, qui me aliter atque aliter in his Hieronymi in Psalmos commentariolis edendis adiuverunt, in primis abbati meo reverendissimo viro HILDEBRANDO DE HEMPTINNE, qui licet nunc universi Ordinis Benedictini primatum gerat, Maredsolanis tamen Anecdotis fautor esse non destitit. Tum summo regni Belgici ministro IULIO DE BURLET acceptum

1. Plerumque usus sum editione typis repetita apud Migne Patr. lat. (a. 1864 sqq.) vol. XXII-XXX.

fero, quod optimi et vetustissimi codicis Spinaliensis conferendi data mihi copia est. Denique beneficio obstrictus sum Paulo Fournier iuris professori et E. Maignien bibliothecae Gratianopolitanae procuratori, qui in codice Carthusiae vera aestimatione perpendendo eodemque paulo post exscribendo comitate et facilitate sua mihi adfuerunt.

Maredsoli VIII Kal. Ianuar. 1894.

GERMANVS MORIN.

INDEX NOTARVM.

E = cod. Spinaliensis 68, olim Murbacensis saec. VII/VIII.
M = cod. Parisinus 1862, olim Miciacensis saec. X.
A = cod. Parisinus 1863, olim S. Amandi saec. X.
C = cod. Gratianopolitanus 218, ol. Carthusiae saec. XII.
β = Breviarium in Psalmos ap. Migne XXVI, 871-1346.
Hubert. = cod. Namurcensis 54, olim S. Huberti saec. X.

S. HIERONYMI

EXCERPTA DE PSALTERIO.

PROLOGUS.

Proxime cum Origenis psalterium, quod Enchiridion ille vocabat, strictis et necessariis interpretationibus adnotatum in commune legeremus, simul uterque deprehendimus nonnulla eum vel praestrinxisse leviter, vel intacta penitus reliquisse, de quibus in alio opere latissime disputavit : quo scilicet non putaret rem magnam brevi sermone concludere. Igitur pro familiaritate, quae

1 *Incip. hieronimi excerpta de psalterio* E ; *Incipit excerptum sancti hieronimi de psalterio* AM ; *Incipit enchiridion beati ieronimi in psalmis* C. 3 *Prologus*] om. EC ; AM add. *eiusdem operis.* 5 *ille*] EAMβ ; *ipse* C. 7 *praestrinxisse*] E ; *perstrinxisse* CAMβ.

4. *quod Enchiridion ille vocabat*] Istud ' Enchiridion ' Origenis idem esse atque ' Excerpta in totum Psalterium ', quae inter ipsius opera recenset Hieronymus (Epist. ad Paulam, apud Pitra, Spicileg. Solesm. III, 316), coniecit Ad. Harnack, Gesch. der altchristlichen Litteratur bis Eusebius I, 356 : cui coniecturae ex eo pondus accedit, quod qui hic eduntur eiusdem Hieronymi commentarioli modo ' Enchiridion ', modo ' Excerpta ' in nostris codicibus inscribuntur. Meminit quidem catalogus Bibliothecae regiae Bruxellensis codicis cuiusdam numero 383 signati, qui inscribatur ' Origenis commentarii in Psalterium ' : verum, praeter quam quod titulus iste omnino abest a codice MS., nihil in eo reperias, praeter Pseudo-Hieronymi Breviarium in CL Psalmos. Unde suspicari iam licet, qui fuerint centum illi et quinquaginta Origenis in Psalterium tractatus, quos a se visos fuisse refert Io. Trithemius, De script. eccles. § 30, quorum etiam prima verba adducit in medium : *Beatus vir. hunc Psal.* In quibus facile agnoscitur tractatus in ps. I, qui in Breviario legitur, exordium *Quidam dicunt* HUNC PSALMUM ita in codice dispositum, ut duo verba *Quidam dicunt* adornandae, uti saepe evenit, litterae capitali inservierint.

8. *in alio opere*] i. e. in tomis seu prolixis commentariis, de quibus infra.

9. *rem magnam brevi sermone concludere*] Hieron. in Eccles. (Migne, 23, 1103) ' Laodicenus interpres res magnas brevi sermone exprimere contendens... '

inter nos est, studiose et sedule postulasti, ut quaecumque mihi digna memoria videbantur, signis quibusdam potius quam interpretationibus adnotarem ; et (quod solent ii facere, qui in brevi tabella terrarum et urbium situs pingunt, et latissimas regiones in modico spatio conantur ostendere) ita in psalterii opere latissimo quasi praeteriens aliqua perstringerem, ut ex paucis quae tetigissem, intellegantur et cetera, quae omissa sunt, quam vim habeant atque rationem. Non quo putem a me posse dici quae ille praeteriit : sed quod ea quae in tomis vel in omiliis ipse disseruit, vel ego digna arbitror lectione, in

1 *et*] EAMβ ; *ac* C. 2 *mihi*] om. C ; E suppl. 2 m. 4 *situs*] AMβ ; *sinus* C, E (mutat. in *situs*). 9 *atque rationem*] EAMβ ; *et quam rationem* C. *Non quo*] EAMC ; *Non quod* β. 11 *omiliis*] E ; *omeliis* AM ; *homeliis* C. *disseruit*] *deseruit* A.

4. *qui in brevi tabella*] Hieron. ep. 73, n. 5 (ap. Migne 22, 679) : ' et quasi latissimos terrarum situs in brevi tabella volui demonstrare '. — Id. ep. 123 n. 14 (M. 22, 1055) : ' Quasi in brevi tabella latissimos terrarum situs ostendere volui. '

6. *in psalterii opere*] Hieron. ep. 106 n. 2 (M. 22, 838) : ' et in opere psalterii iuxta digestionem ' etc.

9. *Non quo... sed quod*] Dicendi modus Hieronymo usitatissimus. Epist. 61, n. 1 : Non quo omnia dicam esse damnanda... sed quod quaedam reprehendenda confitear '; ep. 66, n. 13 : ' Haec dico, non quod de ardore mentis tuae quidquam dubitem, sed quo currentem impellam '; ep. 75, n. 1 : ' Non quod eius vicem doleam... sed quod torquear desiderio '; ep. 103. n. 1 : ' Non quo aliqua re C. t. indigeat, sed quo bonorum amicitias avidissime expetat '; ep. 106, n. 4 : ' Non quo nobis orantibus sanctificetur... sed quo petamus ' etc. ; ep. 108, n. 4 : ' Non quod habentibus grandia sint, sed quo contemnentibus mirabilia '; ep. 140, n. 16 : ' Non quo spem resurrectionis neget, sed quo coram eo se neget posse subsistere '; Praef. in lib. de nom. hebr. ap. Migne 23, 816 : ' Non quo studium meum insolenter extollam, sed quod... ad lectionem eorum provocem nescientes ' etc.

10. *in tomis vel in omiliis*] Utrumque genus elucubrationum Origenis in Psalmos memorat Hieronymus in praefato indice ap. Pitra III, 314 et 316.

11. *in hunc angustum commentariolum*] Hieron. ep. 30, n. 2 : ' desideras commentariolum fieri '; ep. 42, n. 3 : ' ut non tam epistolam quam commentariolum dictaremus ' ; ep. 48, n. 16 : ' Illud quoque in commentariolis meis eiusdem apostoli carpitur ' ; Praefat. comm. in Eccles. M. 23, 1061 : ' ut in morem commentarioli obscura quaeque dissererem ' ; Contra Ruffin. I, 19 : ' dixerim in commentariolis meis, Adorate filium...... et qui in commentariolis, ubi libertas est disserendi ' etc. Conf. H. Goelzer, Latinité de s. Jérôme, p. 121 et 293.

hunc angustum commentariolum referam. EXPLICIT PROLOGUS.

I.

Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. Quidam dicunt hunc psalmum quasi praefationem esse Spiritus sancti, et ideo titulum non habere: alii, in eo quod primus sit ordinis sui, habere principium, et πλεονασμοῦ esse vitium, eum primum dicere, ante quem nullus sit. Aliter: apud Hebraeos et primus et secundus unus est psalmus, quod in apostolorum quoque Actibus conprobatur. Denique quia a beatitudine coeperat, in beatitudine desivit, dicens: ‘Beati omnes qui confidunt in eum.’ Aliter: beatus qui non cogitavit, non fecit, non docuit mala. Aliter: beatus qui non est Iudaeus, gentilis, haereticus. Aliter: Tertullianus in libro de Spectaculis adserit hunc psalmum et de Ioseph posse intellegi, qui corpus Domini sepelivit, et de his qui ad spectacula

1 *referam*] EAMβ; *inferam* C. EXPLICIT PROLOGUS] E; om. reliqui codd. 7 πλεονασμοῦ] scripsi; πλεονασμόν β (cod. S. Huberti *pleonasmum*); *pleonasmor.* E; *pleonasmos* C; *pleonasmorum* AM. Difficultatem ortam esse suspicor ex similitudine quam inter se olim habebant littera graeca Υ et latinae litterae s et r. 12 *desivit*] AM (*disivit* E); *desinit* Cβ. *in eum*] ECβ; *in eo* AM.

9. *Aliter*] Hoc adverbium etiam alias ab Hieronymo saepius interponitur, v. gr. Comm. in Eccles. ap. Migne 23, col. 1067: ‘Aliter, prima recedit generatio’; col. 1060: ‘Aliter, sol iustitiae in cuius alis est sanitas’; col. 1069: ‘Aliter, sol quando per austrum currit’; col. 1075: ‘Aliter, omnibus per paenitentiam in integrum restitutis’; col. 1096: ‘Aliter, superiori errore turbatus’; col. 1099: ‘Aliter, manus crebro pro operibus accipiuntur’; col. 1107: ‘Aliter, quia dixi atque praecepi’; col. 1123: ‘Aliter, quia vita haec miserabilis’; ‘Aliter, decem qui potestatem habent’; ‘Aliter, supra dixerat et domesticis’ etc.

15. *in libro de Spectaculis*] cap. 3 (M. 1, 708). Consonat sibi Hieronymus, qui evangelium Matthaei 27, 57 explanans ita scribit: ‘In alio evangelista Joseph iste βουλευτής appellatur, id est consiliarius, et de ipso quidam putant primum psalmum esse compositum: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum*, et reliqua’.

gentium non conveniant. *Et in via peccatorum non stetit.* Non dixit, Et in via peccatorum non ambulavit: hoc quippe inpossibile est, quia nullus absque peccato, ne si unius quidem horae fuerit vita eius: nullum sine peccato dicit: sed, In via peccatorum non stetit, hoc est, qui non perseueravit in delicto, sed per paenitentiam ad meliora conversus est. *Et in cathedra pestilentium non sedit.* Pro pestilentibus, in hebraeo 'delusores' habet, quod scilicet omnes discipulos perversus doctor inludat. Unde et Hieremias: 'Non sedi, ait, in concilio ludentium'. *Sed in lege Domini voluntas eius.* Tribus duo rettulit: ut habeat voluntatem, ut voluntati iungat et studium. *Et in lege eius meditabitur die ac nocte.* Meditatio legis Dei est, non solum in legendis scripturis, sed etiam in his quae scripta sunt perpetrandis. Iustus igitur sive manducat, sive bibit, sive dormit, in nomine Domini omnia faciens, meditatur legem eius die ac nocte. *Et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum.* Pro plantato, 'transplantatum' Aquila transtulit. Lignum autem, cui vir beatus conparatur, sapientiam puto, de qua et Salomon loquitur:

1 *non conveniant* EC; *non conveniunt* AMβ. 4 *ne*] EAM; om. C; *nec* β. *nullum s. p. dicit*] om. C; quae verba in reliquis codd. ex margine in textum irrepsisse haud immerito conicias. 7 *pestilentium*] scribendum esse duxi iuxta LXX (λοιμῶν) et ipsum Hieronymum, Comm. in Os. 7, 5 sq.; *pestilentiae* EAMCβ. 8 *habet* EAMβ; *habetur* C. 10 *concilio*] *consilio* Eβ. 12 *rettulit*] E; *retulit* CAMβ. 14 *Dei*] AM; om. ECβ. 15 *perpetrandis*] EAMC; *faciendo* β. 19 *Pro plantato*] EAM; *pro plantatum* Cβ. 21 *et*] EAMβ; om. C. *Salomon*] *Salamon* E.

4. *ne si unius quidem horae* etc.] Conf. Iob iuxta LXX, c. 14, v. 4-5.

10. *Hieremias*] 15, 17.

14. *non solum in legendis scripturis*] Hieron. epist. 127, n. 4: 'Semperque cantabat (Marcella)... illud de perfecto viro: *Et in lege Domini voluntas eius, et in lege eius meditabitur die ac nocte*, meditationem legis non in replicando quae scripta sunt, ut Iudaeorum existimant Pharisaei, sed in opere intellegens, iuxta illud apostolicum: Sive comeditis, sive bibitis, sive quid agitis, omnia in gloriam Domini facientes'.

' Lignum est vitae his qui sequuntur eam '. *Et omnia quaecumque fecerit prosperabuntur.* Iudaei hunc psalmum dictum esse aestimant de Iosia, quod solus inter profanos reges non abierit in consilio impiorum, sed secutus sit legem Dei: verum hoc quod modo lectum est, Et omnia quae faciet prosperabuntur, non solum de Iosia, sed de nullo sanctorum accipi potest, nisi forte in futuro saeculo. Melius igitur de eo intellegimus homine, qui a Salvatore nostro adsumptus est atque salvatus : non quo alium adsumpsisse, alium adsumptum esse testemur ; sed quo unus atque idem filius Dei et filius hominis, qui ante saecula Verbum semper fuit, ipse postea et carnem est dignatus adsumere. *Non sic impii.* Id quod secundo dicitur ' Non sic ', in hebraeis voluminibus non habetur, sed ne in ipsis quidem Septuaginta interpretibus : nam ἐξαπλοῦς Origenis in Caesariensi bibliotheca relegens semel tantum scriptum repperi. *Sed tamquam pulvis quem proicit ventus. A facie terrae:* nec hoc quidem in veteribus habetur exemplaribus. *Ideo non resurgunt impii in iudicio.* Non quia non resurgant, sed quia in iudicium non

12 *et carnem*] ECβ; AM om. *et.* 13 *impii*] Cβ repet. *non sic.* *Id*] ECβ; *idcirco* AM. 15 *nam*] AMβ, E add. 2 m ; om. C. 16 ἐξαπλοῦς] Ita primum E, nisi fallor (certe adhuc apparent litterae *exap...s*), et inde fortasse exorta est lectio codicis C *et actus;* *exemplis* M 1 m. E 2 m. ; *exemplaria* A, M 2 m. ; *in exemplis* β (In codice tamen Hubertino praepositio *in* 2 manu addita est). 18 *nec*] E (*c* add. al. manu) ; *neque* C ; *non* AM ; deficit β. 19 *resurgunt*] Ita codd. et β, licet in Gr. legatur ἀναστήσονται. 20 *in iudicium*] EC ; *in iudicio* AMβ.

1. *sequuntur eam*] Prov. 3, 18. Hinc iam is, qui Breviarium in Psalmos fabricatus est, suum interpolatoris opus serio adgreditur.

16. *in Caesariensi bibliotheca*] Hieron. Contra Ruffin. III, 12 : ' in Caesariensi bibliotheca Eusebii sex volumina repperi ' ; Contra Pelagian. III, 2 : ' In evangelio iuxta Hebraeos... quod et in Caesariensi habetur bibliotheca ' ; De vir. inlustr. c. 3 : ' Porro ipsum hebraicum habetur usque hodie in Caesariensi bibliotheca ' ; ibid. c. 75 : ' Pamphilus presbyter... tanto Bibliothecae divinae amore flagravit, ut maximam partem Origenis voluminum sua manu descripserit, quae usque hodie in Caesariensi bibliotheca habentur ' etc.

resurgant : iam enim de his praeiudicatum est. *Neque peccatores in consilio iustorum.* Si non resurgunt peccatores in consilio iustorum, diversa est peccatorum iustorumque resurrectio. *Quia cognoscit Dominus viam iustorum.* Nihil aliud cognoscit Dominus, nisi quod notitia eius dignum est. ‘ Cognoscit quippe Dominus eos qui eius sunt ’. Et : ‘ Si quis nescit, nescietur ’. Et ad peccatores dicitur : ‘ Discedite a me, operarii iniquitatis, non novi vos ’. Viam autem iustorum, illum puto esse, qui loquitur : ‘ Ego sum via ’. De quo et propheta dicit : ‘ Videte quae sit via bona ’. *Et iter impiorum peribit.* Quam clementer : non impii peribunt, sed impietas.

II.

Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania ? Audacis est, hunc psalmum interpretari velle post Petrum : immo de eo aliud sentire quam in Actis

2. 3 *in consilio*] EA ; *in concilio* Cβ. 4 *resurrectio*] CAMβ, E ex *surrectio*. *Quia cognoscit*] EAMβ ; *quia cognovit* C. 10 *et propheta dicit*] ECβ ; *et per prophetam dicitur* AM. 17 *aliud*] om. E. *Actis*] EC ; *actibus* AMβ.

1. *iam enim de his praeiudicatum est*] Hieron. Contra Pelagian. I, 28 : ‘Quam ob causam et in primo psalmo canitur, quoniam *non resurgunt impii in iudicio :* iam enim in perditionem sunt praeiudicati ; *neque peccatores in consilio iustorum.* Aliud enim est gloriam perdere resurgendi, aliud perire perpetuo ’.

5. *Nihil aliud cognoscit Dominus* etc.] Hieron. in Gal. 4, 9 (M. 26, 403) : ‘ Ostendit quod... ipsi cognitione eius digni sint iudicati : non quod Deus creator omnium aliquid ignoret, sed quod eos tantum scire dicatur, qui errorem pietate mutaverunt. *Cognoscit Dominus qui sunt eius*... Econtra ad impios: *Nescio vos, recedite a me, operarii iniquitatis* ’ ; Comm. in Hierem. 19, 4 (M. 24, 831) : ‘ Non quo Deus futura nescierit, sed quod indigna sua notitia ignorare se dicat, iuxta illud evangelicum : *Discedite a me, operarii iniquitatis, nescio vos. Novit* enim *Dominus eos qui sui sunt*, et *Qui ignorat ignorabitur* ’ etc.

7. *eius sunt*] 2 Tim. 2, 19.
nescietur] 1 Cor. 14, 38.

9. *non novi vos*] Luc. 13, 27.

10. *via*] Io. 14, 6.
per prophetam] Hierem. 6, 16.

apostolorum dixerit Petrus. *Adstiterunt reges terrae.* Non solum Herodes rex, sed etiam illi reges adversus Dominum constiterunt, quorum regna ei in puncto temporis diabolus ostendit. *Disrumpamus vincula eorum.* Quattuor praecedentes versus vel propheta vel angeli sunt locuti, mirantes quare humana temeritas adversum Dei Filium consurrexerit. A quinto autem versiculo Dominus ipse respondet, cohortans populum gentilium, et omnes qui sibi ex Iudaeis credituri sunt, ut legalia vincula dissolvant, et grave onus legis abiciant, quod non potuerunt portare patres eorum ; sed sequantur eum, cuius iugum suave est, et onus leve. *Qui habitat in caelis inridebit eos.* Per humanae sermocinationis exempla affectus Dei discimus : non quo ille quemquam derideat, sed quo nos derisu digna faciamus. *Et Dominus subsannabit eos.* Subsannatio proprie rugata fronte et contracto naso exprimitur. Absit itaque hoc nos de Deo corporaliter aestimare, quod etiam in gravibus viris quidam reprehensione dignum arbitrantur. *Tunc loquetur ad eos in ira sua.* De ira Dei et Lactantius librum pulcherrimum scripsit, et ipse Origenes creberrime disputavit : non tam iram esse, quam necessariam corre-

1 *adstiterunt*] EAM ; *astiterunt* Cβ. 4 *disrumpamus*] EAM ; *dirumpamus* Cβ. 5 *propheta*] EC ; *prophetae* Aβ. 8 *respondet*] C ; *respondit* EAβ. *gentilium*] om. A. 12 *et onus*] C add. *eius.* 21 *disputavit*] EAM ; *disputat* Cβ.

11. *patres eorum*] Act. 15, 10.

12. *leve*] Matth. 11, 29.

15. *derisu digna*] Hieron. in Amos 7, 7 (M. 25, 1126) : ‘ ut dissipentur arae, quae risu et subsannatione sunt dignae ’.

20. *librum pulcherrimum*] Hieron. De vir. inlustr. c. 80 : ‘ Habemus eius... et alium librum qui inscribitur Grammaticus, et pulcherrimum de Ira Dei. ’ Comm. in Ephes. 4, 26 : ‘ Firmianus noster librum de Ira Dei docto pariter et eloquenti sermone conscripsit ; quem qui legerit, puto ei ad irae intellectum satis abundeque posse sufficere ’.

22. *non tam iram esse* etc.] Hieron. translat. homil. 1 Origenis in Ezech. n. 2 (M. 25, 726) : ‘ Cui respondebimus,

ptionem, ut patris in filium, medici in aegrotum, magistri in discipulum : iram autem patientibus videri, non quod Deus emendet iratus. *Et in furore suo conturbabit eos.* Sicut in epistula ad Romanos, ‘ Revelatur, inquit, ira Dei ’, ut qui eam venturam intellegunt, studeant devitare ; ita et in praesenti loco benigne non ait, puniet, sed, turbabit : ut absque poenis, qui turbatus est, corrigatur. *Dominus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hodie genui te.* ‘ Iesus Xpistus est heri et hodie et in aeternum ’. Recte autem ei, qui natus est in tempore, dicitur : *Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam. Tamquam vas figuli confringes eos.* Vas figuli ante quam in testam fuerit obduratum, si dissipetur, reformabile est. Lege Hieremiam. Si autem semel testa fracta fuerit, nequaquam in integrum conpingi potest. Verum ‘ quae apud homines inpossibilia sunt, apud Deum possibilia. ’ *Adprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus.* Pro eo quod in graeco dicitur δράξασθε παιδείας, in hebraeo legitur NESCU BAR, quod interpretari potest, Adorate filium. Apertissima itaque de Xpisto prophetia est, et ordo praecepti : Adorate Filium, ne forte irascatur Dominus, hoc est Pater. *Et pereatis de via recta.* Iudaei quia noluerunt adorare Filium, iratus est eis Dominus, et perierunt de via recta.

2 *quod Deus*] ECβ ; *quodeus* A. 3 *emendet*] in litura A. *iratus*] in marg. corr. cum prius scriptum fuisset *mitius* C. *conturbabit*] EAMβ ; *turbabit* C. 9 *Xpistus*] Ita constanter Mss., quemadmodum etiam scribendum esse docet Isidorus Etymologiarum lib. I, c. 27 de Orthographia. Nam ‘ Xpistus, inquit, quia graecum est, per X scribendum ’. 10 *dicitur*] CAMβ ; *dicatur*] E. 16 *possibilia*] AM add. *sunt*. 17 *ne quando*] EAMβ ; *ne forte* C.

non tam iram esse iram Dei, quam necessariam dispensationem... Medicus est Deus, pater est Deus ’ etc.

4. *ad Romanos*] 1, 18.

9. *et in aeternum*] Hebr. 13, 8.

14. *Hieremiam*] 19, 11.

16. *possibilia*] Luc. 18, 27.

III.

Psalmus David, quando fugit a facie Abessalon filii sui. Iste psalmus posterior est sequentibus plurimis, qui ad Saulis videntur historiam pertinere. Ante siquidem David a Saule est passus insidias, quam Abessalon adversus eum arma corriperet. Sed quia propositum ei erat, non tantum de se referre quae passus est, quam per exemplum sui omnes homines institueret, ideo primis secunda praeposuit, ut temptationum ordinem doceat: siquidem ante propter peccata corripimur, et postea propter virtutem probamur. In David vero temptationum ordo mutatus est: sub Saulis persecutione innocens fuit, sub Abessalon manifestissimi criminis reus tenetur Uria interfecto. Lege quinquagesimi psalmi titulum, et intelleges, eum iuxta ordinem priorem esse quam tertium. *Multi exsurgunt adversus me.* Potest hic psalmus et ad David, et ad Xpistum, et per eum ad omnes sanctos pertinere. *Et exaudivit me de monte sancto suo.* Montem sanctum puto unigenitum esse Filium Dei, ad quem in novissimis diebus populi confluituri sunt, Esaia et Michaea

2 sqq. *Abessalon*] E; *Abessalon* et *Absalon* alternatim C; *Absalon* AM constanter. 7 *de se referre*] EAM; *de se referret*] β; *describere* C. *quam*] β add. *ut*; sed confer antiquam versionem latinam epistulae Clementis Romani ad Corinthios, Anecd. Maredsol. t. II, p. 44, l. 4-5; p. 52, l. 16-17. 8 *institueret*] E; *instrueret* AMβ; *instruere* C. 9 *praeposuit*] ECβ; *proposuit* A. *doceat*] EAMβ; *doceret* C. Cf. Goelzer, Latinité de S. Jérôme, p. 362. 14 *Lege*] EAβ; *relege* C. 16 *exsurgunt*] Eβ; *insurgunt* CAM. *adversus*] E; *adversum* CAMβ. 20 *confluituri*] EAMβ; *conflucturi* C. *Esaia*] C; *Eseia* E; *Isaia* AM.

2-15. Hieron. in Ezech. c. 30, v. 20 (M. 25, 308): 'Quaeritur quomodo tertius psalmus praeponatur his psalmis... et quinquagesimus paenitentiae, in cuius titulo demonstratur quod introierit ad Bethsabee uxorem Uriae, cum priores sint isti psalmi tertio, in quo fugere notatur a facie filii sui Abessalon'.

20. Is. 2, 2; Mich. 4, 1.

hoc ipsum vaticinantibus. Sed et de ecclesia intellegitur: quia non potest abscondi civitas super montem posita. *Ego dormivi, et soporatus sum: et exurrexi, quia Dominus suscipiet me.* Quasi somnus, inquit, et ludus eius persecutio fuit. *Non timebo milia populi circumdantis me.* Et David potest hoc de Abessalon exercitu dicere; et Dominus de Iudaeis frementibus adversum se, et clamantibus: 'Tolle, tolle, crucifige eum.' *Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa.* Percutit Dominus et vineas alienigenarum in grandine; et Salvator, qui pro nobis factus est omnia, percussus a Patre scribitur. 'Percutiam pastorem, et oves dispergentur'. Et alibi: 'Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt'. Pro 'sine causa' autem, 'maxilla' legitur in hebraeo, id est LEHI; et quia maxillam praemiserat, consequenter infertur: *Dentes peccatorum conteruisti.* Respondeant ergo amici solius historiae, quomodo Deus maxillam percutiat, et confringat dentes peccatorum, pugilum contra se more certantium?

IIII.

Cum invocarem te exaudisti me, Deus iustitiae meae. Incongruum est hoc de David accipere, ut qui in superi-

1 *Sed et de ecclesia i.*] ECβ; *sed et ecclesia mons intelligitur* AM. 4 *suscipiet*] (LXX ἀντιλήψεται) C, E mutat. 1 m. in *suscepit*; *suscepit* AMβ. *ludus*] EAMC; *locus* (pro *iocus*?) β. 15 *LEHI*] EAM; *LECHI* Cβ. 16 *conteruisti*] E; *contrivisti* reliqui. 19 *pugilum*] scribendum esse duxi cum β; *pugillum* E; *pugillo* AMC. 21 *Cum invocarem*] AM praemittunt: *In finem psalmus David canticum.* *exaudisti*] EAM; *exaudivit* C.

2. *posita*] Matth. 5, 14.
8. Io. 19, 15.
10. *in grandine*] Ps. 77, 47.
12. Zach. 13, 7.
13. Ps. 68, 27.
16. *Respondeant* etc.] Dicendi modus

ori psalmo propter occisionem Uriae paene est interfectus a filio, nunc audeat dicere: ' Exaudivit me Deus iustitiae meae '. Totus itaque psalmus ad Xpistum, et per Xpistum ad iustos referendus est. Horum simile quid etiam Iacob locutus est dicens : ' Exaudiet me iustitia mea '. *In tribulatione dilatasti mihi : miserere mei, et exaudi orationem meam.* Licet mihi auxilium tuleris, et in tribulatione dilatasti mihi, tamen ego misericordia tua semper indigeo. *Utquid diligitis vanitatem, et quaeritis mendacium ? Diapsalma.* Verbum SELA Septuaginta interpretes, Symmachus, et Theodotion ' diapsalma ' transtulerunt, Aquila vero ' semper '; et puto aut musici cuiusdam soni esse signaculum, aut certe perpetuitatem eorum, quae praedicta sunt, indicari : ut ubicumque SELA, hoc est, ' diapsalma ' sive ' semper ' adponitur, ibi sciamus non tantum ad praesens tempus, verum ad aeternum, vel quae sequantur, vel quae praecesserint, pertinere. *Quae dicitis in cordibus vestris, et in cubilibus vestris conpungimini.* Quod in die cogitando peccatis, nocte expiate per lacrimas. *Sacrificate sacrificium iustitiae, et sperate in Domino.* Sacrificium Deo immolate

1 *occisionem*] β ; *occasionem* CAM ; *occansionem* E. 4 *ad iustos referendus est. Horum simile quid*] CAMβ ; *ad iustorum referendus est chorum* (ex *horum*). *Simile quid* E. 7 *tribulatione*] β add. *mea*. *dilatasti*] β et Mss. 1 manu ; *dilataveris* A 2 manu sup. lin. 10 *SELA*] In plerisque codd. cum accentu circumflexo in ultima syllaba. 11 *Symmachus*] *Symmacus* A ; *Simachus* C. 12 *musici*] EAMβ ; *mystici* C, quod tamen postea mutatum est in *mysici*. 13 *soni*] EAMβ et C 2 manu sup. lin. ; *secreti* C 1 m. 14 *praedicta*] ECβ ; *supradicta* AM. 17 *sequantur*] EAMC ; *sequuntur* β.

ab Hieronymo minime alienus : ' Respondeant mihi qui hanc terram... ' (Ep. 129, n. 4) — ' Respondeant qui hebraeorum voluminum denegant veritatem...' (In Matth. 2, 15).

5. Gen. 30, 33. Cf. Hieron. ep. 106, n. 6 : ' Et in quarto dicatur, *Cum invocarem exaudivit me Deus iustitiae meae...* Iacob quoque loquatur in Genesi, *Exaudiet me cras iustitia mea.* '

10. De diapsalmate lege sis Hieronymi epistulam 28 (M. 22, 433).

iustitiam, et consequenter sperabitis in Domino. *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* In cuius facie lumen Domini signatum est, iste revelata facie gloriam Domini contemplatur. Tale signum et in gementium frontibus in libro Iezechielis prophetae notari Dominus praecepit. *A fructu frumenti et vini eorum repleti sunt.* Id quod in plurimis codicibus invenitur, ' et olei eorum ', cum vetustum Origenis hexaplum psalterium revolverem, quod ipsius manu fuerat emendatum, nec in hebraeo, nec in ceteris editionibus, nec apud ipsos quoque Septuaginta interpretes repperi.

V.

In finem pro ea quae hereditatem consequitur, psalmus David. De ecclesia, quae in fine et consummatione mundi hereditatem consecutura est universis nationibus Xpisto credentibus, psalmus iste contexitur. Denique et ex persona eius oratio ad Deum dirigitur. *Rex meus et Deus meus.* Rex et Deus ecclesiae Xpistus est. *Mane exaudies vocem meam : mane adstabo tibi, et videbo.* Postquam de corde meo tenebrae recesserint, et veri solis

4 *gloriam*] EAMβ ; *lumen* C. *contemplatur*] EAMβ, C sup. lin., cum prius scriptum esset *speculatur.* 5 *Iezechielis*] Cf. Hieron. de Nom. hebr. (Migne 23, 881) ubi nomen huius prophetae iis, quae a littera I incipiunt, adnumeratur. In codice A prima littera addita est sup. lin. ; in ECβ omissa. 8 *hexaplum psalterium*] scripsi (cf. adnot. crit. ad p. 5, l. 15) ; *exemplum psalterium* E, M 1 m. ; *exemplar psalterium* A, M sup. lin. ; *exemplum* (om. *psalterium*) C ; *exemplum Psalterii* β. 10 *nec apud*] CAMβ ; *ne* E mendose, ut supra p. 5, l. 18. 13 *In finem*] *In fine* C. 17 *oratio*] EAMβ ; *orando* C. 19 *videbo*] C add. *te.* 20 *recesserint*] *recesserunt* C.

4. *contemplatur*] 2 Cor. 3, 18.
6. *Dominus praecepit*] Ezech. 9, 4. — Conf. Hieron. ad Fabiolam ep. 64, n. 22: ' Tunc signum iuxta Ezechielis vocem gementibus figebatur in fronte : nunc portantes crucem dicimus, *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine* '.

lumen fuerit obortum, tunc me exaudies, tunc tibi potero minister adsistere. *Neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.* Non quo iniusti non permaneant, et pereant in aeternum, sed quo iniusti esse desistant. *Odisti, Domine, omnes qui operantur iniquitatem.* Si dixisset, qui operati sunt iniquitatem, nulla spes esset paenitentiae, et odisset omnes: nunc autem eos odio habet, qui operantur iniquitatem, id est, qui in scelere perseverant. *Perdes eos qui loquuntur mendacium.* Si perdet omnes qui loquuntur mendacium, peribunt omnes haeretici, qui loquuntur contra Deum mendacium: de quibus et sequens versiculus loquitur. *Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus.* Quia perversitate doctrinae suae cotidie scandalizant minimos, et effundunt sanguinem eorum. Sed et hoc ita accipiendum: non eos secundum substantiam perire, sed secundum id quod sanguinarii sunt et mendaces. *Ego autem in multitudine misericordiae tuae introibo ad domum tuam.* Totum, quod ingredimur in ecclesiam Dei, misericordiae eius est. *Propter inimicos meos dirige in conspectu meo viam tuam.* Propter inimicos meos dirige in me viam tuam, ne me subplantent. *Cor eorum vanum est: sepulcrum patens est guttur eorum.* Ad haereticos et falsorum dogmatum magistros haec refer, quorum verba mortifera sunt et interficiunt innocentes. *Iudica illos, Deus.* Si iuxta primum psalmum non

1 *fuerit*] AM, E 2 m. sup. lin.; om. C; β deficit usque ad finem psalmi. 2 *adsistere*] E; *assistere* C; *existere* AM. 3 *non quo iniusti non permaneant, et pereant*] Ita diserte codd. EMC; sed in C vox *permaneant* sup. lin. addita est, verbo *pereant* expuncto; A om. negationem. 13 *cotidie*] EAM; *tota die* C. 15 *accipiendum*] C add. *est.* 18 *ad domum*] EA; *in domum* C. 20 *in conspectu meo viam tuam*] CAM, et ita quidem legi in omnibus codd., sola Κοινῇ editione excepta, testatur Hieronymus ep. 106, n. 4; *in conspectu tuo viam meam* E. 24 *refer*] scripseram coniectura ductus, quam lectionem postea codex E 1 m. mihi exhibuit; *refert* AM, E 2 m.; *refero* C.

resurgunt impii in iudicio, hic pro haereticis postulat, ut per Dei iudicium corrigantur. *Decidant a consiliis suis.* Quod superius postulavit : ut iudicet eos, et a perversis tandem consiliis desinant. *Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos.* Non dixit unde expelli debeant, sed ordo nos et lectio ipsa deducit, ut intellegamus sic : Expelle eos ab impietatibus suis ; sive ita : Expelle eos de terra hereditatis tuae, quam consecutura est ecclesia, de qua et titulus praenotatur. Expelluntur autem de terra hereditatis, si multitudinem habuerint impietatum. *Domine, ut scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos.* Scuto protegimur : et cum protecti fuerimus, coronamur.

VI.

In finem, pro octava, psalmus David. Iste et undecimus psalmus ' pro octava ' inscriptionem habent, resurrectionis et paenitentiae ac per hoc salutis nostrae mysterium continentes. In quo humanum genus postulat, ut corrigamur quidem et iudicemur a Deo, sed non in ira et in furore eius. Longum est de sacramento huius numeri plura exempla revocare. Octo animae ingressae sunt in arcam Noe, quae in diluvio salvatae sunt. Octavus filius Iesse David fuit, qui et desperatur a patre,

3 *ut*] ante *iudicet* om. C. 7 *sic : Expelle*] EC ; *sic expelli* AM. In cod. S. Amandi littera *c* addita est sup. lin. 8 *quam consecutura*] EC ; *quam secutura* A. 9 *Expelluntur*] *expellantur* E postea corr. 10 *si multitudinem*] EC ; *similitudinem* A, in quo tamen coniunctio *si* postea addita est sup. lin., ut legeretur *si similitudinem*. 21 *ingressae*] ECβ ; *ingressi* A.

20. *de sacramento huius numeri*] confer Hieron. Dialog. contra Lucifer. n. 22 (Migne 23, 185).

et a Deo solus elegitur. Octava die circumciduntur primogenita, et inmunda esse desistunt. Zacharias quoque pater Iohannis octava die circumcisionis filii sui loquitur. Et post dies octo, sive sex (utrumque enim in diversis evangelistis legitur) Dominus transformatur in monte: ut sic octonarius in sexto numero contineatur, quomodo nunc in sexto psalmo inscriptio ponitur ogdoadis. *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Paenitentiae psalmus est, et non emendari refutat et corripi, sed in furore et in ira: quia infirmus sit, et turbata sint ossa eius. *Et tu Domine, usquequo?* Subauditur: usquequo animam meam, quae est turbata vehementer, non eripis, non corrigis, non emendas? *Convertere, Domine, eruere animam meam.* Nisi animam nostram ante converterit, non eam potest eruere de periculo. Aliter: Domine, quia avertisti vultum tuum a nobis, convertere, et nos videre dignare, et erue animam nostram. *Quoniam non est in morte qui memor sit tui.* Non enim mortui laudabunt Dominum, sed nos qui viventes sumus: quia non est Deus mortuorum, sed vivorum. *In inferno autem quis confitebitur tibi?*

7 *ocdoadis* C. 10 *sed*] C add. *non* sup. lin. 11 *turbata sunt* A. 12 *meam*] β, E 2 m. ad marg.; om. CAM. 13 *non eripies, non corrigas, non emendes* C. 14 *eruere,* EAM (LXX: ἐπίστρεψον κύριε ῥῦσαι); *et erue* C; *et eripe* β. 15 *nostram*] EAMβ, C sup. lin.; *meam* C 1 manu. 17 *erue*] Eβ; *eruere* CAM.

4. *utrumque e. i. d. e. legitur*] De hoc temporis spatio dissidere evangelistas in cap. 17 Matthaei animadvertit sanctus Hieronymus his verbis: 'Nunc quaeritur quomodo post sex dies assumpserit eos, et duxerit in montem excelsum seorsum, cum Lucas evangelista octonarium numerum ponat. Sed facilis responsio est, quia hic medii ponuntur dies, ibi primus additur et extremus'.

7. *ogdoadis*] De usu huius vocabuli apud Hieronymum conf. epist. 36, n. 9; ep. 53, n. 2; Comm. in Eccles. c. 11 (Migne 23, 1157) etc.

20. *sumus*] Ps. 113, 17-18.

21. *vivorum*] Marc. 12, 27; Luc. 20, 38.

Confessio pro laude posita est. Quod autem ait, quis confitebitur tibi? non pro inpossibili, sed pro raro posuit. In omnibus enim Dei iudiciis delectatur sanctus, et laudat iudicia eius. *Laboravi in gemitu meo.* Miserere mei: quia haec et haec, quae sequuntur, feci. *Lavabo per singulas noctes lectum meum.* Qui cotidie lacrimis stratum rigat, non potest in cogitatione eius libidinum pompa subripere. *In lacrimis meis stratum meum rigabo.* Quanta multitudo lacrimarum, ut stratum eius lacrimis rigatum sit. *Turbatus est a furore oculus meus.* Ubi sunt amici litterae? Certe oculus iste corporeus ab ira non conturbatur, nisi forte in tantam rabiem extollimur, ut vultus quoque nostri et ora mutentur. Ille itaque turbatur oculus, qui si scandalizatus fuerit, eruetur. Non autem ait, ab ira mea turbatus est oculus meus: sed ab ira tua, o Deus, per quam supplicia mihi timeo praeparata, turbata est mens mea, et totum cordis mei principale contremuit. *Inveteravi in omnibus inimicis meis.* Non nova adversum me inimici mei bella gerunt: meus hostis antiquus est. Aliter: pubertatem eius hominis, qui renovatur de die in diem, non possum consequi, quia veterem hominem cum vitiis et concupiscentiis eius

8 *subripere*] EAM; *subrepere* C. 13 *itaque*] EAM, C sup. lin.; *utique* C 1 manu.

2. *non pro inpossibili*] Hieron. in Eccles. 3 (Migne 23, 1095): 'Pronomen enim *quis* in scripturis sanctis non pro impossibili, sed pro difficili semper accipitur'.

10. *Ubi sunt...?*] Hieron. Ep. 64, n. 21: 'Ubi sunt qui innocentiam sacerdoti dicunt posse sufficere?' Ep. 140, n. 21: 'Ubi sunt qui liberi arbitrii sibi potestate plaudentes...?' etc.

17. *cordis mei principale*] Hieron. Advers. Iovin. l. I, n. 30: 'in principali cordis, ubi habet sermo Dei hospitium'. Comm. in Eccles. 10 (Migne 23, 1151): 'sed principale cordis eius hebetetur'. In Is. 3, 18 (Migne 24, 70): 'intellegentiam ac principale mentis in corde demonstrant'. In Mich. 5, 7 sq. (M. 25, 1262): 'interficiam equos de medio tui, id est de principali cordis tui' etc.

22. *eius*] Gal. 5, 24.

inimicis meis adversum me porto pugnantibus. *Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem.* Postquam ipse misericordiam consecutus est, et ceteros docet vel cohortatur, ut a se abeant : non enim vult iniquorum habere consortium. Simul autem et illud notandum, quod iam superius diximus, quod non eos qui operati sunt iniquitatem, sed qui operantur, a se iubeat recedere. *Convertantur et erubescant valde velociter.* Non contra inimicos, sed pro inimicis orat, ut convertantur, et erubescant a peccatis suis : et erubescant non leviter, sed vehementer : nec recrastinato tempore, sed cito.

VII.

Psalmus David, quem cantavit Domino pro verbis Chusi filii Iemeni. Plerique, et maxime ii qui hebraei sermonis scientiam non habent, hunc psalmum arbitrantur eo tempore esse cantatum, quo Chusi filius Arachi amicus David destruxit consilium Achitofel, et ad eum nuntios misit, ne in eremo ultra resideret, sed procul fugeret, ne obprimeretur a filio. Verum sciendum est vehementer errare. Primum, quod nomen Chusi per SAMECH litteram scriptum est, hic vero per SIN. Deinde,

3 *cohortatur*] In cod. A littera *h* suppleta est sup. lin. 4 *abeant*] *habeant* A. 7 *operantur*] *operentur* E. 13 *David*] AMβ ; om. EC. 14 *Iemeni*] E LXX ; *Gemini* C.* *hebraei*] *abrahae* E postea corr. 17 *Achitofel*] EAM ; *Achitophet* C. 18 *eremo*] *heremo* C. *herimo* E. 19 *sciendum est*] AM inser. *hos.* 20 *per SAMECH*] *per same hae* C.

14. *qui hebraei sermonis scientiam non habent*] Hieron. in Ezech. 6 (Migne 25, 59) : ' propter Graecos et Latinos, qui hebraeae linguae non habent scientiam ' etc.

21. *hic vero per SIN*] ' Ita forte codices S. Hièronymi ferebant ; sed hodie in nostris utrumque per SCHIN in fine legimus ' (A. Calmet. in hunc psalm.).

quod numquam, qui Ioab et ceteris ducibus exercitus sui praeceperat dicens ‘ Parcite puero Abessalon, ’ de morte filii loqueretur ‘ Concepit dolorem, et peperit iniquitatem : lacum aperuit, et effodit eum, et incidit in foveam quam fecit ’ : maxime qui morte eius audita operuerit caput suum, et heiulans clamitarit ‘ Filius meus Abessalon, filius meus Abessalon ’. Ad extremum, quod ille Chusi amicus David filius Arachi scriptus est, hic vero filius Iemeni. Sciendum itaque Chusi interpraetari Aethiopem, et totum psalmum contra Saul esse conscriptum : qui persequebatur eum, et in foveam quam foderat, ipse incidit. Quem Aethiopem vocat propter sanguinarios et tetros et crudeles mores. Iemeni vero familia quod ad tribum pertineat Beniamin, de qua Saul ortus est, Regnorum libri testimonio sunt, in quibus scriptura commemorat : ‘ Et erat vir de filiis Beniamin, et nomen eius Cis, filius Abiel, filii Saret, filii Becora, filii Afi, filii viri Ieminaei, vir potens : et huic filius, et nomen eius Saul ’. Semei quoque ille, qui lapides et pulverem in David iaciebat, de familia Saul, hoc est, Ieminaeus fuit, sicut in isdem libris scribitur : ‘ Egrediebatur vir de propinquitate domus Saul, et nomen ei Semei, filius Gera ’. De quo postea David loquens inducitur : ‘ Ecce filius meus, qui egressus est de ventre meo, quaerit

1 *numquam*] A inser. *David*. 5 *operuerit*] AM ; *operuit* ECβ. 6 *clamitarit*] EAM ; *clamaret* Cβ. 14. *de qua*] *de quo* C. 15 *testimonio*] Eβ, C sup. lin. ; *testimonia* C 1 manu ; *testimonium* A. 17 *Saret*] EC ; *Sareth* β ; *Sarech* AM (hebr. צְרוֹר ; LXX Ἰαρέδ). *Becora*] EAMC ; *Bechor* β. 18 *Ieminaei*] (LXX Ἰεμιναίου) ; *Ieminei* EAM ; *Iemini* β ; *gemini* C, et paulo post *gemineus*. 21 *isdem*] E ; *hisdem* C, AM 1 manu ; *eisdem* β, A 2 manu. 23 *Gera*] ECβ ; *Iera* AM. *inducitur*] *indicitur* A 1 manu.

2. *Abessalon*] 2 Reg. 18, 5. 21.] 2 Reg. 5, 11.
19. *Saul*] 1 Reg. 9, 1-2.

animam meam : et quanto magis nunc filius Iemeni ?' Aquila hunc locum ita interpretatus est : ' Pro ignoratione David, quod cecinit Domino pro verbis Aethiopis '. Symmachus in hunc modum : ' Pro ignoratione David, quod cecinit Domino pro verbis Chusi filii Iemini '. Haec omnia latius exsecutus sum, quia eruditissimi viri putaverunt hunc psalmum non contra Saul, sed contra Abessalon esse conpositum : quod pro parte non esse monstravi. *Si reddidi retribuentibus mihi mala.* Saul bis in manus eius traditus est, quem noluit interficere, dicens : ' Non tangam xpistum Domini '. Hoc est ergo non restituere ei pro malis mala, qui sibi pro bonis mala restituerat. *Decidam merito ab inimicis meis inanis.* In hebraeo pro ' inani ' RACHA scribitur : unde intellegimus id quod in evangelio continetur, ' Qui fratri suo dixerit racha et fatue ', quam habeat interpretationem. *Scrutans corda et renes Deus; iustum adiutorium meum.* In hebraeo ita scriptum est, ' Scrutans corda et renes Deus iustus ' : ut postea consequatur, ' Adiutorium meum a Deo, qui salvos facit rectos corde '. *Numquid irascitur per singulos dies ?* Melius pro hoc in hebraeo habet : ' Comminatur in omni die ', quod Aquila quoque transtulit. Et pulchre ait : ' Comminans et infrendens in omni die ' : qui enim propter patientiam suam ita

2 *ignoratione*] AMβ, E ex *ignorationis* ; *ignorationibus* C. 14 *RACHA*] Mss. ; *recam* β. 16 *habeat*] Cβ ; *habeant* AM, E postea corr. 17 *meum*] C add. *a Domino* ; β *a Deo*.

6. *eruditissimi viri*] v. gr. Eusebius (Patr. Gr. 23, 122 vel ap. Pitra, Analecta sacra III, 383) S. Athanasius (P. Gr. 27, 78) ; S. Basilius (ibid. 29, 227) ; S. Ioan. Chrysostomus (ibid. 55, 80) ; S. Cyrillus Alexandr. (ib. 69, 747) aliique multi aetate inferiores.

11. *Domini*] 1 Reg. 24, 7 ; 26, 11.

15. *in evangelio*] Matth. 5, 22.

delicta non punit, quasi iratus et comminatus diem ultionis expectat, ut metu corrigat delinquentem. *Nisi convertamini, gladium suum vibrabit.* Cave, peccator, cum sic ad vindicandum Dominum audias praeparatum. *Sagittas suas arsuris operatus est.* Sagittae Dei his praeparantur, qui arsuri sunt.

VIII.

In finem pro torcularibus. Tres 'pro torcularibus' psalmi diversorum hominum praescribuntur : David, Asaph, filiorum Chore ; et quia ad mysterium ecclesiae pertinent, propterea octavum et octogesimum numerum tenent. Quod autem octogesimus tertius extremus est psalmus qui pro torcularibus praenotatur, hoc ostendit in trinitate sacramentum resurrectionis et ecclesiae contineri. *Domine Dominus noster.* Prius nomen Domini

1 *comminatus*] EAβ ; *comminans* C. 2 *convertamini*] EAM ; *convertimini* C. 5 *operatus est*] EC ; *praeparatus est* M, A 1 manu ; *praeparavit* A 2 m. *Dei*] EC ; *Domini* A. 9 *praescribuntur*] EAMβ ; *scribuntur* C. 10 *mysterium*] *ministerium* A. 14 *resurrectionis et ecclesiae*] AMC ; *resurrectionis ecclesiae* Eβ. 15 *Prius*] Eβ ; *primum* CA.

8. *Tres pro torcularibus*] Hieron. in Ezech. 45 (M. 25, 472) : 'De his torcularibus tres psalmos legimus : octavum, et octogesimum, et octogesimum tertium, qui omnes ad ecclesiae sacramenta referuntur'. In Is. 63 (M. 24, 636) : 'In bonam partem inscribuntur psalmi pro torcularibus octavus, [et octogesimus?] et octogesimus tertius : de quibus in suis locis, si vita comes fuerit, Domino praebente dicetur'.

14. *sacramentum resurrectionis et ecclesiae*] Hieron. in Ezech. 40 (M. 25, 369) : 'in introitu octo ponuntur cubita, ut interiora vestibuli nequaquam septenarium numerum et sex cubita et palmum unum, sed octonarium teneant, qui ad resurrectionis et diei Dominicae pertinent sacramentum'. Eodem tamen octonario numero Ecclesiae quoque sacramenta signari docet, Dialog. cont. Lucifer. n. 22.

15. *Prius nomen* etc.] Hieron. in Ezech. 6 (M. 25, 60) : 'Quando igitur duo Domini et Domini iuncta sunt nomina, prius nomen commune est, secundum proprie Dei, quod appellatur ἄῤῥητον, id est ineffabile'. Ibid. in cap. 28, col. 278 : 'primum nomen tetragrammaton est, quod proprie ad Deum pertinet et ineffabile dicitur : secundum commune, quod saepe in hominibus invenitur'. Confer etiam hosce Commentariolos infra, ubi de ps. CIX.

apud Hebraeos quattuor litterarum est, iod, he, vau, he: quod proprie Dei vocabulum sonat, et legi potest Iaho, et Hebraei ἄῤῥητον, id est ineffabile opinantur. Secundum vero Adonai omnium commune est, quod saepe et in hominibus ponitur. *Quia videbo caelos opera digitorum tuorum.* Qui visurum se esse promittit, necdum in praesenti videt. ‘ Videbo ’, inquit: tunc enim etiam rationem operis eius cursusque cognoscam. Aliter videt gubernator navem, aliter medicus aegrotantem, aliter picturam pictor, quam inperitorum rudes oculi. *Minorasti eum paulo minus ab angelis.* In hebraeo pro eo quod est ‘ ab angelis ’, qui dicuntur MALACHIM, ‘ Deum ’ habet, hoc est ELOIM. Hunc locum apostolus in epistula ad Hebraeos super Xpisto interpretatur. *Qui pertranseunt semitas maris.* Sancti, quos per tropologiam pisces appellat, non permanent in mari, sed per maris semitas transeunt.

VIIII.

In finem pro absconditis filii. Licet Aquila pro absconditis filii ‘ adulescentiam filii ’ posuerit, tamen sciendum in hebraeo haberi ‘ pro morte filii ’. Denique et Symmachus in hunc modum transtulit: ‘ Pro victoria de morte filii ’. Totus igitur psalmus per tropologiam ad Xpisti pertinet sacramentum. Unde et Septuaginta interpretes Xpisti passionem et resurrectionem, quae ignota

8 *cursus*] EC; *cursum* AMβ. 9 *navem*] *navim* A 2 manu.

12. *Deum habet*] Psalterium iuxta hebr. Hieronymi, ed. P. de Lagarde p. 10: ‘ Minues eum paulo minus a Deo ’.
13. *in epistula ad Hebraeos*] 2, 7.
22. *ad Xpisti p. sacramentum*] Hieron. in ep. ad Ephes. lib. 3 initio: ‘ ... valde eiusdem epistulae congruit sacramentis; de quibus et noni psalmi titulus praenotatur, Pro arcanis filii ’.

prius mundo fuit, per verbum absconsionis celare voluerunt, ne a gentibus illo tempore facile nosceretur. *Paravit in iudicio sedem eius.* ‘ Omne enim iudicium Pater dedit Filio ’. *Adiutor in opportunitatibus in tribulatione.* Sensus est ille, qui et alibi : ‘ Ad Dominum cum tribularer clamavi, et exaudivit me ’. *Adnuntiate in gentibus adinventiones eius.* Pro adinventionibus in hebraeo ‘ commutationes ’ habet : ut significetur proprie in gentibus praedicatio, secundum illud verbum Domini dicentis : ‘ Auferetur a vobis regnum, et dabitur genti facienti fructum eius ’. *Canticum diapsalmatis.* Ex hoc ostenditur loco, diapsalma non esse silentium : canticum quippe esse silentii nullo pacto potest. *Sciant gentes quia homines sunt:* quae nunc vivunt ritu bestiarum. *Omnium inimicorum suorum dominabitur.* ‘ Nullus absque peccato, ne si unius quidem diei sit vita eius ’; et licet aliquis postea sanctus sit, tamen ei diabolus aliquando dominatus est. Aliter: nemo ita inimicus est diaboli, sicut qui peccator est: dum propter peccata quoque eius diabolus postea punietur. Iustus vero amicus est diaboli: propter

2 *nosceretur*] ECβ; *agnosceretur* A. 4 *oportunitatibus* EAC. Deficit β usque ad finem psalmi. 9 *in gentibus*] EAM; *in gentes* C. 11 *fructum*] EAM; *fructus* C. 14 *quae nunc*] EC; *qui* A. Conf. epistulae Clementinae versionem, § 58 : ‘ in numero salvatorum gentium ’ (Anecd. Mareds. II, 54). 16 *ne si*] EA; *nec si* C. 18 *sicut qui*] CA; *nisi qui* E. 20 *punietur*] C, *ponietur* E; *punitur* A.

1. *celare voluerunt*] Saepissime LXX Interpretibus hanc formidinem vitio vertit Hieronymus, ut Comm. in Is. 2, 20; in Hierem. 17, 1; praefat. in Pentateuch., in lib. Isaiae ; Contra Ruffin. 2, 32 etc.

4. *Filio*] Joan. 5, 22.

5. *alibi*] Ps. 119, 1.

8. *commutationes habet*] Ita certe Aquila apud Theodoret. ἐναλλαγάς (P. Gr. 81, 928).

10. *dicentis*] Matth. 21, 43.

12. *diapsalma non esse silentium*] Hieronymus ep. 28, n. 2 : ‘ Rursus nonus psalmus distinguatur cantico diapsalmatis : cum utique si, ut quibusdam videtur, diapsalma est indicium silentii, canticum silentii esse non possit ’.

16. *vita eius*] Iob iuxta LXX 14, 4-5.

iustum siquidem diabolus non punietur. Aliter: quando baptizamur renuntiantes diabolo et pompae eius, foedus quoque cum eo facimus, et in amicitiam talem coimus, ut nec ille nos tangat, nec nos de his quae eius sunt aliquid contingamus. Quamdiu pactum huiuscemodi servaverimus, non nobis dominabitur diabolus: si vero fracto foedere labamur ad vitia, inimicis nobis et praevaricatoribus dominabitur diabolus. *Sedet in insidiis cum divitibus.* Pulchre hoc versu uti possumus, si quando ex senatus consulto in Christianos persecutio concitatur. *Tibi relinquitur iustus.* Hoc est: aut Dei solius auxilio sublevandus est, aut ad iniuriam tuam relinquitur, si quando angustiis conflictatur.

X.

Transmigra in montes sicut passer. Vult iustum ad desertum migrare, ut ibi eum facilius elidat. *Ut sagittent in obscuro rectos corde.* Numquam enim in luce pugnant, sed semper in tenebris. Quapropter iustus aiebat: ' Lu-

11 *iustus*] Ita omnes codd. 15 *in montes*] scripsi (ἐπὶ τὰ ὄρη LXX); *in monte* E, in quo *s* ideo omissa esse videtur, quia ab eadem littera coniunctio sequens incipit; *in montem* CA. 16 *desertum*] codd.; *deserta* β. 17 *in luce pugnant*] ECβ; *in lucem pugnat* A.

2. *et pompae eius, foedus quoque* etc.] Hieron. ep. 130, n. 7: ' secundo post baptismum gradu inisti pactum cum adversario tuo, dicens ei, Renuntio tibi diabole, et seculo tuo, et pompae tuae, et operibus tuis: serva foedus quod pepigisti ' etc.

9. *hoc versu uti possumus*] Etiam alibi multus est Hieronymus noster in suggerendo, Scripturae sacrae testimonia cui rei adhibenda sint, v. gr. Comm. in Eccles. ap. Migne 23, 1093: ' utatur hoc testimonio in persecutione gentilium ad consolandum eum qui in martyrio perseverat ' ; ibid. col. 1116 : ' Utamur hoc versiculo, si quando iustum virum atque sapientem videmus calumniam sustinere ' ; col. 1132 : ' Possumus hoc testimonio uti adversus episcopos ' etc.

18. *aiebat*] Ps. 118, 105.

cerna pedibus meis verbum tuum, Domine. ' *Iustus autem quid fecit?* Id est: nihil dignum fecit, ut mereatur interfici.

XI.

Labia dolosa, in corde et corde locuti sunt. Symmachus ita transtulit: ' Labia lubrica: in corde aliud est, et aliud loquitur. ' *In circuitu impii ambulant.* Cum transtulerit nos de praesenti saeculo in futurum, tunc impii foris ambulabunt: nec poterunt intrare cum sanctis, quos tu secundum magnitudinem tuam tua sollicitudine conservasti.

XIII.

Non habet inscriptionem. *Dixit insipiens in corde suo.* Pro eo quod est ' insipiens ', in hebraeo NABAL positum est. Unde et Abigail de viro suo Nabal ait in monte Carmelo: ' Vere secundum nomen suum insipiens est '. *Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* Hunc psalmum de passione Xpisti referunt, quando omnes Dominum reliquerunt: in tantum ut Petrus quoque, qui apostolorum fuit princeps, negaverit. *Sepulcrum patens est guttur eorum.* Ab hoc versu usque ad eum ubi dicit, ' Non est timor Dei in conspectu oculorum eorum ', in hebraeis codicibus non habetur: quaeritur ergo quomodo apostolus hoc usus sit testimonio in epistula quam ad Romanos scripsit. Respondebimus apostolum de Deute-

9 *ambulabunt*] codd.; *ambulant* β. 10 *conservasti*] EAMβ; *servasti* C. 14 NABAL] ECβ; NABUL AM. 21 *ad eum*] C add. *locum*.

16. *insipiens est*] 1 Reg. 25, 25.
24. *ad Romanos*] 3,13 sqq.

25. *de Deuteronomio* etc.] In hac primum sententia fuerit Hieronymus,

ronomio, Psalterio, et ceteris scripturarum locis hoc testimonium texuisse. *Ibi timuerunt timore.* Hoc quod sequitur, *ubi non erat timor,* in hebraeis voluminibus non habetur.

XIIII.

Et obprobrium non accepit adversus proximos suos. Numquam a suis vicinis quasi noxius accusatur. *Timentes autem Dominum magnificat.* Non divites glorificat, non potentes: sed eos tantum qui Dominum timent.

XV.

In tituli inscriptione David. ‘ Tituli inscriptio ’ proprie in tumulis et sepulcris est, et quae mortuorum corpora tenent. Pro quo Aquila et Symmachus ‘ humilem et simplicem ’ et ‘ humilem inmaculatumque ’ posuerunt; significantes psalmum ad Xpistum proprie pertinere dicentem: ‘ Discite a me, quia humilis sum et mansuetus ’. *Quia bonorum meorum non indiges.* Eadem linea et in Iob scriptum legimus : ‘ Quid prodest Domino, si tu simplicem facias viam tuam ? ’ Universa igitur bona,

2 *Hoc*] AMβ, E add. 2 m. sup. lin. ; om. C. 12 *et quae*] EA ; Cβ om. *et.* 14 *et humilem*] EAMC ; om. β. 17 *Eadem linea e. i. I. scriptum*] C ; *eandem lineam e. i. I. scriptam* EAMβ.

respiciens forte ad verba ‘ venenum aspidum ’ quae in Deuter. 32, 33 leguntur : at vero in praefatione libri XVI Comment. in Is. (M. 24, 568) cum Paulini testimonii partes subtilius dispiceret, de Deuteronomio prorsus reticuit.

16. *dicentem*] Matth. 11, 29.

17. *Eadem linea*] i. e. ut mihi videtur, ‘ eadem significatione ’. Confer Hieron. in ep. ad Tit. 1, 5 (M. 26, 596): ‘ ut scilicet ea quae a me correcta sunt et necdum *ad plenam veri lineam* sunt retractata, a te corrigantur, et normam aequalitatis accipiant ’.

in Iob] 22, 3 sec. LXX : ἢ ὠφέλεια ὅτι ἁπλώσῃς τὴν ὁδόν σου ;

quae Dominus secundum formam servi in carne monstravit, non Patri prosunt, sed generi humano. *Multiplicatae sunt infirmitates eorum: postea adceleraverunt.* Gentes, de quibus nunc ecclesiam congrego, antequam idola earum multiplicarentur, Deum naturaliter noverant; sed postquam multiplicata sunt idola (quod Septuaginta ‘ infirmitates ’ interpretati sunt), relinquentes ea, ad me celerrime sunt reversi. *Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus.* Spiritalis religio novi testamenti. *Non memor ero nominum eorum per labia mea.* Mutamur quippe in lavacro, et ex filiis hominum vocamur filii Dei. *Tu es qui restitues hereditatem meam mihi:* Hoc est quod in evangelio dicitur: ‘ Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum ad me ’. *Funes ceciderunt mihi in optimis.* Pro uno Israhel, universi orbis hereditatem sum consecutus. *Benedicam Dominum, qui mihi tribuit intellectum.* Qui sapientia Dei est, non indiget ipsa sapientia; sed secundum illud accipiendum est, quod in evangelio dicitur: ‘ Iesus proficiebat aetate, sapientia et gratia coram Deo et hominibus ’. *Insuper et usque ad noctem erudierunt me renes mei.* Noctem, tempus significat passionis: in quo interiori eruditus est divinitate humanae non credere fragilitati. *Propter hoc laetatum est cor meum.* Propter resurrectionem laetatus sum, quia per eam liberatus est mundus.

15 *Israhel*] *Istrahel* E. 16 *consecutus*] ECβ; *constitutus* AM. 17 *ipsa*] EAMβ; *ipse* C. 22 *eruditus*] codd.; *erudita* β. *humanae non credere fragilitati*] Codd. sed in E corrector sup. *credere* adposuit aliud verbum, quod vix iam possis legere, fortasse *cedere*; *humana fragilitas* β.

3. *Gentes... sunt reversi*] Confer adnot. crit. ad p. 22, l. 14.

13. *in evangelio*] Ioan. 6, 44.

19. *dicitur*] Luc. 2, 52.

XVI.

Probasti cor meum, et visitasti nocte. Etiam in angustiis me probasti, quae tristes et velut quadam pressurarum sunt nocte tenebrosae. *Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.* Timens futura supplicia, quae legis trangressoribus comminatus es, duris me laboribus exercui, et subieci corpus animae potestati. *Erue animam meam ab impio: gladium tuum ab inimicis manus tuae.* Ordo: gladium manus tuae erue ab inimicis tuis. Inimicus enim accepit potestatem, ut propter peccata nos puniat; et, ' Quos tradidi Satanae, ut discant non blasphemare ', ait apostolus. *Saturati sunt filiis, et reliquerunt residua parvulis suis.* Propter ambiguitatem verbi, quidam pro filiis ' porcinam ' scriptam arbitrantur. Quod Symmachus hebraeam exprimens veritatem transtulit: ' Saturabuntur filii, et relinquent residua sua parvulis suis '.

XVII.

Diligam te, Domine, virtus mea. Totus hic psalmus sub persona David ad Xpistum pertinet. *Et inclinavit caelos, et descendit.* Hoc est quod in alio psalmo ait, ' Descendet sicut pluvia in vellus ': quia humilem se nobis

3 *quae tristes et velut quadam pressurarum sunt nocte tenebrosae*] EC; *quaedam* AM; *noctes* (*s* add. sup. lin.) A; *quia tristis et velut in quadam pressura sum noctis tenebrosae* β. 9 *Ordo*] C, E in quo tamen littera *d* statim expuncta est; *oro* AMβ. 14 *scriptam*] EAM; *scriptum* Cβ. 15 *hebraeam*] EAMβ; *hebreum* C. 16 *filii*] EAM cum Eusebio et Theodoreto (χορτασθήσονται υἱοί); *filiis* Cβ.

12. *apostolus*] 1 Tim. 1, 20.

13. *ambiguitatem verbi*] graeci scilicet, υἱῶν et ὑείων.

21. *in alio psalmo*] 71, 6.

et in forma servi occultum praebuit et latentem. *Et caligo sub pedibus eius.* Invisibilem substantiam Dei, et iudiciorum occulta significat; quod in sequentibus manifestius ostendit dicens: *Posuit tenebras latibulum suum. Et revelata sunt fundamenta orbis terrarum.* Quidam volunt de die passionis hoc dici: quando et petrae scissae sunt, et mortui resurrexerunt. *Et custodiar ab iniquitate mea.* Quia secundum apostolum non habitat in corpore nostro bonum, et ab adulescentia diligenter malis mens hominis adhaeret. *Quia quis Deus praeter Dominum?* Pulchre et Patrem ostendit, et Filium. Unus quippe Deus Pater, ex quo omnia: et unus Dominus Iesus, per quem omnia. *Et disciplina tua correxit me in finem.* 'Quem enim diligit, Dominus corripit'. Erigimur ergo, qui prius corrueramus, cum caesi a Domino fuerimus. *Erue me a contradicentibus populi.* Potest hoc et adversum haereticos, et adversum Iudaeos dici. *Filii alieni mentiti sunt mihi.* Hoc idem et Esaias loquitur: 'Vae, gens peccatrix, filii alieni, populus plenus peccatis'.

XVIII.

Caeli enarrant gloriam Dei. Ex creaturis consequenter creator agnoscitur. Aliter: Caeli enarrant gloriam Dei, terra non potest enarrare. *Dies diei eructuat verbum,*

11 *unus quippe*] EAM; *unusquisque* C. 14 *Erigimur e. q. p. corrueramus*] EAMβ; *corrigimur e. q. p. curvi eramus* C. 16 *a contradicentibus*] EC; *a contradictionibus* AM. 23 *eructuat*] E; *eructat* CA.

8. *secundum apostolum*] Rom. 7, 18.
10. *adhaeret*] Gen. 8, 21.
12. *ex quo omnia... per quem omnia*] Cf. Rom. 11, 36.
14. *corripit*] Prov. 3, 12.
18. *Esaias*] 1, 4.

et nox nocti indicat scientiam. Paria paribus rettulit: quod ex ordine temporum ad Dei magis notitiam perveniamus. *In sole posuit tabernaculum suum.* In hebraeo ita habet: 'Soli posuit tabernaculum in eis', id est, in caelis Deus. *Exsultavit ut gigans ad currendam viam.* Per solem mystice de Xpisto intellegitur. *Et non est qui se abscondat a calore eius.* Nullus quippe est, qui non habeat semina intellectus Dei. *Lex Domini inmaculata, convertens animas.* Qui per creaturas Deum ante laudaverat, nunc eum per dationem legis incipit praedicare. *Delicta quis intellegit?* Tertia laudis divisio, qua docet inpossibile legis, quia per praevaricationem magis peccatum apparuerat in mundo, evangelii gratia fuisse conpletum: nec posse quemquam cogitationum sordibus liberari, nisi per adventum Spiritus sancti.

XVIIII.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis. Quidam hunc psalmum dictum putant ex voce populi ad Xpistum loquentis, ut ad regem pariter et ad sacerdotem. *Mittat tibi auxilium de sancto.* Qui formam servi acceperat, recte ei quasi homini inprecatur auxilium. *Recordetur omnis victimae tuae.* Sacrificium Xpisti est, sive quod ei

4 *ita*] AMβ, E 2 m. sup. lin.; om. C. 5 *gigans*] EAM; *gigas* Cβ. 12 *quia*] ECAM; *quo* β. *praevaricationem*] Cβ add. *legis*. 19 *et ad*] EAM; praepositionem *ad* Cβ non iterant.

3. *In hebraeo ita habet*] Hieron. psalt. iuxta hebr. (ed. P. de Lagarde): 'Soli posuit tabernaculum in eis'.

8. *semina intellectus Dei*] Hieron. in Galat. c. i, v. 15-16: 'Ex quo perspicuum fit, natura omnibus Dei inesse notitiam, nec quemquam sine Xpisto nasci, et non habere semina in se sapientiae et iustitiae reliquarumque virtutum' (Migne 26, 351).

omnes offerimus deprecando, sive quod pro omnibus suum ipse sanguinem fudit. Et est sensus: Ne patiaris quemquam perire, cum pro omnibus mortuus sis. *Et omnem voluntatem tuam impleat.* ' Pater, volo ut quomodo ego et tu unum sumus, sic et isti in nobis unum sint '. *Isti in curribus, et isti in equis.* Currus et equi semper in Aegyptiis arguuntur. Alii credant idolis atque daemoniis : nos confidamus in Xpisto. *Domine, salvum fac regem, et exaudi nos in quacumque die invocaverimus te.* In hebraeo ita scriptum est : ' Domine salvum fac regem, qui exaudiet nos in quacumque die invocaverimus eum '.

XX.

Domine, in fortitudine tua laetabitur rex. Iste est rex, cui, ut in superiori psalmo scribitur, secundum formam servi oratur salus : Xpistus ' rex regum et dominus dominantium '. *Et super salutari tuo exsultabit vehementer.* Id est : in eo quod salvasti homines, Filius tuus, qui salvator est, exsultabit. *Desiderium cordis eius dedisti ei, et voluntate labiorum eius non fraudasti eum.* Iam quippe non sumus servi, sed amici: quod petivit, expletum est: quomodo ipse et Pater unum sunt, sic et

3 *mortuus sis*] ECβ; *mortuus sit* AM. 6 *equi*] C; *equis* E, ob primam litteram adverbii seq.; inde *equus* AMβ. 15 *cui ut in superiori psalmo scribitur*] EAM (in A coniunctio *ut* addita est sup. lin.); *cui et in superiori psalmo* (om. *scribitur*) Cβ (Codex S. Huberti : *cui et in superiori psalmo scribitur*). 18 *id est*] *iste est* E postea corr.

5. *unum sint*] Ioan. 17.
12. *invocaverimus eum*] Psalt. iuxta hebr. Hieron. : ' rex exaudiet nos in die qua invocaverimus eum '. Ita ap. Migne 28, 1202 ; cf. adnot. critic. P. de Lagarde p. 22.
17. *dominantium*] Apoc. 19, 16.
21. *sed amici*] Ioan. 15, 15.

nos in ipso unum sumus. *Posuisti super caput eius coronam de lapide pretioso.* Corona Domini, ecclesiae ex variis gentibus congregatio est, de qua Paulus sub persona credentium ait: ‘ Gaudium meum, et corona mea ’. *Vitam petivit, et dedisti ei.* Ut homo mortuus est, et ut homo resurrexit: Deus quippe vitam postulare non potuit. *Longitudinem dierum in saeculum saeculi.* Impia synagoga conticeat. Quis hominum vivit in saeculum et in saeculum saeculi? David et Salomon non amplius quam quadragenis annis regnaverunt. *Magna gloria eius in salutari tuo.* Impletum est quod ipse in evangelio postulavit: ‘ Pater, glorifica me apud temetipsum ’. *Laetificabis eum in gaudio cum vultu tuo.* Hoc est: erit tecum semper in caelis. *Quia rex sperat in Domino.* Secundum corporis dispensationem. *Dextera tua inveniat omnes odientes te.* Nimia clementia Domini, cum etiam inimicos suos invenire desiderat. *Domine, in ira tua conturbabis eos.* Et hic clementia Dei non punit, sed turbat, ut ad paenitentiam convertantur. *Et comedet eos ignis.* Iste ignis est, de quo Dominus in evangelio ait: ‘ Ignem veni mittere super terram, et quam volo ut ardeat ’. De hoc igne et duo, quibus in itinere scripturas Salvator aperuit, dicebant: ‘ Nonne cor nostrum erat ardens in via, cum aperiret nobis scripturas? ’ *In reliquiis tuis praeparabis vultum eorum.* Pro reliquiis, in hebraeo ‘ in

5 *et ut homo*] C; coniunctio *et* in AMβ omissa, in E sup. lin. addita est. 10 *quadragenis*] EAMβ; *xl.*ta C. 11 *quod*] *dictum* add. C, quod tamen mox expunctum est. 12 *apud temetipsum*] *apudmetipsum* E. 14 *sperat*] EAMβ; *speravit* C cum Rom. Psalt. 15 *Dextera tua*] AM add. *Domine.* 16 *omnes*] EAM; om. C. 24 *reliquiis*] *reliquis* E.

4. *corona mea*] Philipp. 4, 1.
12. *temetipsum*] Ioan. 17, 5.
21. *ardeat*] Luc. 12, 49.
24. *scripturas*] Luc. 24, 32.
25. *in hebraeo ‘in bonis’ habet*] Hanc lectionem nusquam alibi notatam inve-

bonis' habet. Sensus itaque iste contexitur: Ad similitudinem sanctorum, quos tibi de omni orbe servasti, etiam eos, qui tormentis purgati sunt, esse facies, ut iuxta vultum sanctorum vultus quoque esse incipiant peccatorum: hoc est, ut tales sint qui peccatores fuerunt, quales et ii qui sancti sunt.

XXI.

In finem pro adsumptione matutina. Adsumptio matutina resurrectionis dominicae et ascensus ad Patrem significat sacramentum. Hanc inscriptionem Hebraei aliter habent: ' Pro cervo matutino '. Et interpretatione perversa putant de Esther totum vicesimum primum psalmum esse conpositum: quod videlicet ipsius periculo et intercessione apud regem sit de periculo Israhel populus liberatus. Sed nos cervum, qui interficiat serpentes et venena consumat, nullum alium nisi Xpistum intellegimus, sicut totius psalmi contextus ostendit. *Deus, Deus meus, quare me dereliquisti?* Hoc versiculo Dominus in cruce pendens usus est: ex quo animadvertimus totum

6 *ii*] scripsi; *hii* E; *hi* C. 11 *Pro cervo matutino*] EAMβ; *Pro cerva matutina* C. Lege notam Martianaei ad hunc locum Psalt. hebr. Hieron. ap. Migne 28, 1203. *Et*] om. AM. 12 *Esther*] *hester* codd. 18 *meus*] *intende mihi* add. C; *respice in me* β.

ni. Videtur ergo Hieronymus בְּמֵיטָבֶיךָ legisse pro בְּמֵיתָרֶיךָ quod in textu hodierno habetur. Et ita quidem ' in commentariolis, ubi, sicut ipse ait (Contra Ruffinum 1, 19), libertas est disserendi '; ceterum Psalterium ex hebraeo in latinum vertens, quasi immemor expositionis antiquae *funes tuos* posuit, ' ne scilicet violentus videretur interpres, et Iudaicae calumniae locum daret '.

12. *de Esther... esse conpositum*] Hieron. in Matth. 27, 46: ' Ergo impii sunt, qui psalmum istum ex persona David, sive Esther et Mardochaei dictum putant. '

15. *qui interficiat serpentes*] Hieron. Comm. in Is. 14, 5: ' cervae... quae odore narium serpentes extrahunt de cavernis, et venenata interficiunt animantia '.

psalmum a Domino in cruce posito decantari. Quod autem habet in medio ' intende mihi ', in hebraeis codicibus non habetur; et adpositum vox Domini declarat, quae illud etiam in evangelio praetermisit. *Longe a salute mea verba delictorum meorum.* Aquila hunc locum ita interpretatus est: ' Longe a salute mea verba gemitus mei '. Symmachus: ' verba mugituum meorum '. Quinta et sexta editio: ' verba clamoris mei '. Et est sensus iuxta ceteros interpretes: Gemitus mei atque conatus, quibus semper populum Israhel salvare quaesivi, longe facti sunt a salute mea, quam populo tribuere cupiebam: quia ipsi noluerunt recipere sanitatem. Iuxta Septuaginta vero interpretes iste sensus est: Hoc, quod salutem deprecor, quod me conqueror derelictum, non ex propria persona loquor, sed ex populi, cuius peccata in meo corpore ipse suscepi. Unde dico: longe sunt a salute mea verba ista, quae fundo. Non enim tam mihi salutem postulo, qui Deus sum, quam populo, qui salute indiget. *Clamabo per diem, et non exaudies: et nocte, et non ad insipientiam mihi.* In die pendens non exauditur a Patre; nocte ab inferis victor resurgit. Aliter: qui in gaudio non exauditur, exauditur in lacrimis. Unde ait: Non in stultitiam mihi, id est, non frustra clamavi. Et

6 *ita*] om. E; *sic* β. 7 *mugituum*] ECAM; *gemituum* β. 10 *semper*] ECβ; om. AM. 15 *in meo*] ECMβ; *in medio* Cod. sancti Amandi. Hac quoque nostra aetate multi in Hannonia ' meius ' pro ' meus ' perperam pronuntiant. 18 *salutem indiget* E.

4. *praetermisit*] Hieron. in Matth. 27, 46: ' illudque quod in medio versiculo legitur, Respice in me, superfluum est. Legitur enim in hebraeo: Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? '. Idem contra Ruffin. II, 34: ' Et in ipsa cruce *Eli Eli lema azabathani*, quod interpretatur, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? non ut a Septuaginta positum est, Deus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? '

Aquila transtulit ex hebraeo, dicens: ‘ Et nocte, et non tacebis ’; id est, audies me, respondebis mihi, facies quod oravi. *Ego autem sum vermis, et non homo.* Hoc propter humilitatem adsumpti corporis loquitur, Esaia quoque eadem concinente: ‘ Ne timeas, vermis Iacob ’. *Obprobrium hominum.* Quod maius obprobrium, quam crucis? *Et despectio plebis.* Iudaici populi derisus. *Tauri pingues circumdederunt me.* Pro pinguibus, Symmachus ‘ altiles ’ interpretatus est. In hebraeo verbum ponitur BASAN, quod et ‘ ignominia ’ transferri potest. *Quia circumierunt me canes multi.* Pro canibus, in hebraeo habet CALABIN, quod Aquila et Theodotion ‘ venatores ’ interpretati sunt.

XXII.

Dominus pascit me, et nihil mihi deerit. De isto pastore et Iezechiel loquitur: ‘ Suscitabo pastorem, et pascet eos, servum meum David ’. *Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt.* ‘ Quem enim diligit, Dominus corripit ’.

XXIII.

Levate portas, principes, vestri. Pro quo in hebraeo positum est: ‘ Levate, portae, capita vestra ’. *Dominus*

2 *audies*] ECβ; *audiens* AM. *facies*] *faciens* A (*n* add. sup. lin.) 9 *verbum*] *verbo* C. 11 CALABIN] Ita codd., quemadmodum passim invenitur σεραφείν et seraphin pro σεραφίμ. 16 *servum meum*] C; *servus meus* EAMβ; καὶ ποιμανεῖ αὐτούς, τὸν δοῦλόν μου Δαυίδ LXX. 20 *vestri*] EA Psalt. Rom. et ipse Hieronymus, Comm. Is. 63, 1 in edit. Martianaei; *vestras* M (2 m. mutat. in *vestri*), Cβ. *pro quo*] EAMβ; *pro hoc* C.

5. *vermis Iacob*] Is. 41, 14.
10. *ignominia t. potest*] Hieron. in Is. 2, 13: ‘ Basan regio est Arabiae... et interpretatur αἰσχύνη, id est ignominia ’.
12. *et Theodotion*] Adde et ipsum Hieronymum in Psalt. iuxta hebr.
16. *David*] Ezech. 34, 23.
18. *corripit*] Prov. 3, 12.
20. *Pro quo in hebraeo* etc.] Hieron.

virtutum ipse est rex gloriae. Pro Domino virtutum, in hebraeo legitur ‘ Dominus Sabaoth ’: quod in alio loco Septuaginta interpretes ‘ omnipotentem ’ transtulerunt.

XXIIII.

Peccata adulescentiae meae et ignorantiae meae ne memineris. Istum et aetas excusat, et ignorantia. Unde intellegimus eum, qui peccet in adulescentia, et non ignoret, veniam non habere. ‘ Servus quippe, qui novit voluntatem domini sui, et non facit illam, vapulabit multum ’. *Omnes viae Domini misericordia et veritas.* Quia et ipsa misericordia aequis est librata ponderibus. *Quia unigenitus et pauper sum ego.* Sic et Helias solus remansit, et Hieremias solus sedit et flevit, a malis omnibus separatus. Unde et David alibi: ‘ Deus habitare facit unius moris in domo ’. *Et odio iniquo oderunt me.* Iniquum odium ad distinctionem iusti dicitur.

XXV.

Ure renes meos et cor meum. Quid renes sonent, in corde significat. *Quia misericordia tua in conspectu oculorum meorum est.* Sic petit iudicium, ut misericor-

7 *peccet*] EC; *peccat* AMβ. *ignoret*] ECM A (1 m.); *ignorat* A (2 m.) β. 8 *habere*] Codex Carthus. add. verba *nisi egerit paenitentiam*, quae quidem meticulosi glossatoris mihi sapiunt ingenium. 11 *unigenitus*] E (1 m.) C (μονογενής LXX); *unicus* E (2 m.) AM. 14 *Deus*] C (ὁ Θεὸς κατοικίζει LXX); *dicit* (om. *Deus*) EAMβ.

in Psalt. iuxta hebr.: ‘ Levate, portae, capita vestra ’.

3. *omnipotentem transtulerunt*] Hieron. Comm. in Is. 1, 9: ‘ Pro *Domino exercituum*, quod nos secuti Aquilam in latinum vertimus, in hebraeo legitur *Dominus sabaoth*: quod LXX interpretes pro locorum qualitate dupliciter transferunt, aut *Dominum virtutum*, aut *Dominum omnipotentem* ’.

9. *vapulabit multum*] Luc. 12, 47.

15. *in domo*] Ps. 67, 7.

diae recordetur. *Lavabo inter innocentes manus meas.* In bonis operibus lavabo manus meas, quae peccatis ante sordebant. *Dextera eorum repleta est muneribus.* Abstinendum a muneribus docet, culpans eos qui accipiunt munera.

XXVI.

David antequam ungueretur. Ter unctus est David: semel sub patre suo Iesse in Bethleem : secundo, in Hebron : tertio, quando regnavit super omnem Israhel. Quaere ergo, cui potissimum hic psalmus conveniat unctioni. Sciendum autem quod ' antequam ungueretur ' in hebraeis voluminibus non habetur. *Unam petii a Domino, hanc requiram.* Quidam putant, unam caritatem, sive gratiam, aut certe unam petitionem dici : cum ZOTH verbum hebraeum absolute unum neutrali genere sonet, et legatur : Unum petii a Domino, hoc exquiram. *Quia pater meus et mater mea reliquerunt me.* Potest et de David simpliciter accipi, quod minimus inter fratres et a

7 *ungueretur*] E; *ungeretur* C. 8 *sub patre*] *suppatre* E. *Bethleem*] *Bethlem* E. *secundo*] *secundum* E. 9 *Chebron*] scripsi. Cf. Hieron. De nomin. hebr. ap. Migne 23, 821 et De situ et nomin. loc. hebraic. ibid. col. 934; *Cebron* E; *Ebron* C. *Israhel*] β addit *in Ierusalem.* 14 *ZOTH*] Ita omnes mss., licet editores Breviarii *ahath* scribendum sibi esse duxerint; ego autem fas non putavi a concinentibus inter se codicibus heic loci discedere. זאת, uti omnes norunt, forma est feminina pronominis demonstrativi apud Hebraeos. 16 *legatur*] *legitur* C (postea corr.) *unum* .. *hoc*] EAM; *unam* ... *hanc* C. *exquiram*] AM; *exqueram* E; *requiram* C. 17 *reliquerunt*] EC; *dereliquerunt* AM.

7. *Ter unctus est David*] Hieron. Comm. in Habacuc 3, 13 (Migne 25, 1389 : ' Volo aliquid dicere, sed timeo ne negligentibus occasionem ruinae tribuam : quod in scripturis sanctis idem homo frequenter unctus inveniatur. Denique David tertio unctus est '.

15. *neutrali genere sonet*] Hieron. in Eccles. cap. 7 in fine : ' Quod enim nos solemus absolute et neutraliter appellare, id est, hoc quaesivi, istud volui invenire, Hebraei feminino genere pronuntiant, sicut in psalmo : *Unam petii a Domino, hanc requiram*, pro eo quod est, unum '.

parentibus contemptus, a Domino electus est per Samuelem. In commune vero, parentum in filios amor morte finitur: Dei amor crescit in tempore. *Et mentita est iniquitas sibi.* Testes flagitiosi in eo, quod contra alios mentiuntur, sibi mentiuntur, dum in se supplicia praeparant, putantes Deum non vindicare mendacia.

XXVII.

Et adsimilabor descendentibus in lacum. Lacus significat infernum, locum videlicet eorum qui sub custodia retinentur. Et alibi scribitur: ' Usque ad captivam, quae erat in lacu '. *Da illis secundum opera sua.* Quia te non intellegunt per beneficia, intellegant per cruciatus. *Et refloruit caro mea.* Pro carne, Theodotion ' cor ' interpretatus est. Aliter: quippe consurreximus Xpisto, et de resurrectione dicitur: ' Ossa vestra ut herba orientur '. *Et protector salutarium xpisti sui est.* Quicumque in Xpisto baptizatus est, et ipse xpistus vocatur. Sciendum autem, quod et iste psalmus, excepta una littera, in hebraeis voluminibus scriptus sit secundum ordinem litterarum.

6 *vindicare*] EAMβ; *vindicaturum* C. 9 *infernum*] E (2 m.) AMβ; *inferum* E (1 m.) C. 11 *Quia*] *Qui* β. 12 *intellegant*] C add. *te*. 14 *quippe*] post *consurreximus* reicit C.

8. *Lacus significat infernum*] Hieronymus in Ezech. c. 32 (Migne 25, 329): ' Quod autem lacus vocetur infernus, perspicue psalmus ille demonstrat, in quo paenitens loquitur: *Adsimilatus sum cum his qui descendunt in lacum* '.

10. *alibi*] Exod. 12, 29.

15. *dicitur*] Is. 66, 14.

19. *secundum ordinem litterarum*] Aut memoria fallitur Hieronymus, aut id, quod de psalmo xxiv dicendum erat, ad vicesimum septimum librariorum errore subductum est. Ceterum non sibi ipse satis constat S. Doctor, dum psalmos, quos vocant acrostichos, recenset. Cf. not. editorum ap. Migne 28, col. 596 et 1206, necnon ipsummet Hieronymum infra in Commentariolo psalmi cx.

XXVIII.

Vox Domini super aquas. Haec sunt aquae, quae laudant in caelestibus Dominum. ' Vox clamantis in deserto '. *Deus gloriae intonuit.* ' Hic est Filius meus dilectus mihi, in quo conplacui '. *Dominus super aquas multas.* Ipse Xpistus Dominus, cum multis lavacrum accipiens. *Vox Domini in fortitudine.* ' Facite fructum dignum paenitentiae '. *Vox Domini in decore.* ' Dimitte modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam '. *Vox Domini conterentis cedros.* Superbos quosque. ' Ecce securis ad radices arborum posita est '. *Et comminuet eas ut vitulus Libani.* Ramos earum et virgulta calcibus verberans. Pro hoc in hebraeo habet: ' et vitulus Libani '. *Vox Domini incidentis flammam ignis.* Paenitentiam Ioannes in deserto praedicans, omnem gehennae restin-

2 *Haec* E (in quo tamen littera *c* postea erasa est) C. Priorem scribendi rationem, utpote quae passim alibi in mss. inveniatur, servandam esse existimavi. 6 *Ipse*] C add. *est.* 12 *eas*] EC; *eos* A (post. corr.) M. *ut vitulus*] Accusativum licet forte exspectaveris, uti apud LXX et in utroque psalterio Romano et Gallicano legitur, at certe codices nostri omnes *ut vitulus* exhibent, et ita scribendum esse vel quae proxime sequitur Hieronymi interpretatio declarat. *earum*] *eorum* C. 13 *habet et vitulus Libani*] Ita iterum omnes MSS. et ipsum Breviarii exemplar Hubertinum, etsi in edit. Martianaei legitur *habet et ut vitulus Libani.* Porro possitne aliquid pro ista lectione dici, nondum liquido mihi patet; immo vero fateor nusquam me alibi in hisce commentariolis diutius haesisse. Cum igitur res in incerto maneret, antiqua exemplaria, sicut meus est mos, hic quoque secutus sum. In psalterio Hieronymi iuxta Hebr. apud Paulum de Lagarde legitur *quasi vitulus Libani*, apud Martianaeum vero et Vallarsium *quasi vitulum Libanum*, ubi insuper vox *Libanum* ad sequentia trahitur. 14 *incidentis*] C (*incedentis* E); *intercidentis* Aβ. 15 *restinguebat*] Eβ; *extinguebat* AC.

3. *in deserto*] Matth. 3, 3.
5. *conplacui*] Ibid. v. 17.
8. *paenitentiae*] Ibid. 8.
9. *iustitiam*] Ib. 15.
11. *posita est*] Ib. 10.
13. *Pro hoc*] id est, quantum auguror, pro hoc versiculo, non qualis ab auctore modo prolatus et explanatus est, sed qualis in graecis et latinis exemplaribus legebatur: ὡς τὸν μόσχον τὸν Λίβανον et *tamquam vitulum Libani.* In translatione vero ex hebraico, quam Hieronymus confecit, codices fere omnes, ut dictum est supra, lectioni *vitulus Libani* adstipulantur.

guebat ardorem. *Vox Domini concutientis desertum.* Anima, quae deserta fuerat occupantibus ante se vitiis, ad verba paenitentiae commovetur, ut exeuntibus ab illa vitiis habitabilis Deo fiat. *Dominus diluvium inhabitat.* Aridam terram Deus non possidet. Simul adtende vim verbi, quod non dixerit aquas, sed diluvium: ut abundantiam gratiae spiritalis ostenderet.

XXVIIII.

Psalmus cantici dedicationis domus David. Dedicatio domus David, resurrectio Salvatoris intellegitur, in qua omnia vitae corpora dedicantur. *Ad vesperum demorabitur fletus, et ad matutinum laetitia.* Potest hoc et de tempore passionis, et de resurrectionis et consummationis saeculi accipi.

XXX.

Esto mihi in Deum protectorem. Symmachus pro hoc interpretatus est ‘in lapidem durissimum’. *Et timor notis meis.* Quia amici mei propter metum inimicorum a me longe recesserunt. Totus psalmus et super David iuxta historiam, et super Dominum iuxta prophetiam intellegi potest. *Absconde eos in absconditis vultus tui* et cetera. Similiter et hoc tam de David quam de Domino intellegitur: quia et David tuitus sit Deus a Saul et

2 *occupantibus ante se vitiis*] E (corr. ex *occupantis ante servitiis*) AMβ; *occupata a vitiis* C. 3 *ab illa*] AMCβ; *ex illa* E. 9 *domus David*] EC; om. AM. 10 *in qua*] *in quo* C. 13 *de resurrectionis*] E; AMC om. *de*. 17 *in lapidem*] EAM; C om. *in*. 22 *de Domino*] AMC; E om. *de*.

Abessalon, et Dominum a Farisaeis et a Iudaeis. *Quia veritatem requirit Dominus.* Aquila: ‘ Quia fideles servat Dominus ’.

XXXI.

Cum infigitur mihi spina. Conscientiae stimulus atque peccati. *Verumtamen in diluvio aquarum multarum ad eum non adpropinquabunt.* Sine angustiis, ait, quae quasi aquis inundantibus conparantur, ad Deum sancti adpropinquare non poterunt: quia ‘ qui sustinuerit in finem, hic salvus erit ’. *Intellegere te faciam, et docebo te in via hac, qua ingredieris.* Vox Domini loquentis inducitur, et docentis quomodo homo suum mereatur auxilium: si Dei videlicet praecepta custodiens recto feratur itinere, et quamquam ad perfectum munditiae venire non valeat, tamen in animalium modum pronus non feratur in vitia.

XXXII.

Verbo Domini caeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Trinitas manifestissime declaratur: Dominus, Verbum, Spiritus Domini. *Congregans ut in utre aquas maris.* Clausum mare litoribus ostendit. *Qui finxit per singulos corda eorum.* Quidam hunc locum

1 *a Iudaeis*] AMC; E om. *a.* 5 *Cum*] EC; *Dum* AM. *Conscientiae*] AMC; in cod. E ultima *e* add. sup. lin.; C addit *est.* 11 *hac*] *hanc* E. 13 *itinere*] E inserit: *ad perfectam munditiam dicit hominem venisse non posse;* β: *itaque ad perfectum munditiae dicit hominem venire non posse.* Quam quidem adnotationem ex margine in textum perperam receptam esse existimo. Cf. adnot. crit. ad p. 4, l. 4. 20 *in utre*] EC; *in utrem* AM Psalt. Rom. 21 *litoribus*] E (corr. ex *lictoribus*) A 1 m. M; *littoribus* A 2 m. C. 22 *finxit*] *fincxit* E.

10. *salvus erit*] Marc. 13, 13.

mendaciter ad illud referunt, quod animam ex anima aestiment esse generatam, et in Adam omnium animas contineri: quia id quod graece dicitur κατὰ μόνας, non unum, sed per multos quemque significet.

XXXIII.

David, quando mutavit faciem suam coram Abimelech, et dimisit eum, et abiit. Mutatio faciei in verborum mutatione monstratur, quando a Saul se missum esse simulavit. Aut si veram mutationem vultus volumus intellegere, Abimelech sciamus dictum esse pro Anchus. Nec in nomine error est, cum ex patre rege natus etiam Abimelech potuerit appellari: Abimelech quippe interpretatur, Pater meus rex. *Inquire pacem, et sequere eam.* Non sufficit malum fugere, nisi bonum quoque feceris. *Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde.* Iuxta, non loco, sed auxilio. *Multae tribulationes iustorum.* Ergo qui tribulationem non patitur, iustus non est. *Mors peccatorum pessima.* Iustorum tribulatio morte finitur: peccatorum vero supplicia post mortem incipiunt.

XXXIIII.

Ego autem, cum mihi molesti essent, induebam me cilicio. Haec sunt arma sanctorum. Totus autem psal-

1 *mendaciter*] AMβ; om. C; sup. lin. 2 m. add. E. 2 *aestiment*] *estimant* (*a* ex *e*) A. 4 *quemque*] EAMβ; *unumquemque*] C. *significet*] *significat* A (*a* ex *e*) C; insuper C add. *psalmus.* 10 *pro Anchus*] EAM (Ἀγχοῦς LXX 1 Reg. 27 sq.); *pro Achis* Cβ. 11 *ex patre rege natus*] scripsi; *ex patre regeneratus* E; *ex patre regen..atus* A; *ex patre generatus* Cβ. 14 *sufficit*] EAMβ; *sufficiet* C. 16 *tribulationes*] E add. *sunt.* 17 *non patitur iustus non est*] EAMβ; *patitur iustus est* C.

mus ex persona Xpisti est, et per Xpistum ad omnes sanctos referri potest. *Quasi proximum, quasi fratrem nostrum.* Si ex persona David psalmum accipimus, proximum intellegimus Saulem: si ex Xpisti, Iudam proditorem proximum vocat. *Congregata sunt super me flagella, et non cognovi.* Quid non cognoverit, quaeritur. Quidam putant, dolorem vulnerum quae patiebatur in cruce. Sed melius ad peccata refertur: quod non habuerit conscientiam peccatorum, quare crucifixus sit. *Quia mihi quidem pacifica loquebantur.* 'Magister, licet tributum dare Caesari, aut non?' *Et dilataverunt super me os suum.* Non solum peccaverunt in me, sed etiam insultaverunt, dicentes: 'Si filius Dei est, descendat, et credimus illi'.

XXXV.

Dixit iniquus, ut delinqueret sibi. Id est, decrevit se peccare debere. *Et veritas tua usque ad nubes.* Qui spiritaliter scripturas nolunt intellegere, quomodo veritas Dei sit usque ad nubes dicant. *Homines et iumenta salvos facies, Domine.* Rationales quoque et inrationales. *In lumine tuo videbimus lumen.* Lumen Patris Xpistus est: in Xpisto Patris lumine lumen Spiritum sanctum vide-

2 *sanctos*] ECβ; om. AM. 3 *nostrum*] C add. *sic complacebam.* 4 *si ex Xpisti*] EAMβ; *si et Xpisti* C. 6 *cognoverit*] EAMβ; *cognovit* C. 7 *patiebatur* E (*eb* add. sup. lin.) AMβ; *patiatur* E (1 m.) C. 10 *pacifica*] ECM A 1 m. (LXX εἰρηνικά); *pacifice* A 2 m. β. 11 *dare*] EC A 1 m. M; *dari* A 2 m. β. *aut non*] codd.; *an non* β. 18 *intellegere*] β inserit *quaerendum est ab eis.* 19 *sit*] EAMβ; om. C. *dicant*] AM; om. ECβ. 20 *rationales*] AM; *rationabiles* EC (syllaba *bi* postea expuncta est). *quoque*] EAM; *quosque* C. *inrationales*] *inrationabiles* EAM; *irrationabiles* C (syllaba *bi* hic quoque expuncta est). 22 *videbimus*] AMβ; om. C; E 2 m. sup. lin. *videmus.*

11. *aut non?*] Matth. 22, 17. 14. *illi*] Ibid. 27, 40. 42.

bimus. *Eiecti sunt, et non potuerunt stare.* Et Cain eiectus est a facie Dei: et quia non erat coram Domino, habitavit in terra Naid, quae interpretatur σάλος, id est, fluctuatio, sive commotio. Eiectus est, et stare non potuit.

XXXVI.

Et iudicium tuum ut meridies. Tunc enim ' iusti fulgebunt ut sol in regno Patris eorum ': et erunt clara omnia quae nunc abscondita sunt. *Noli aemulari in eo qui prospere agit in via sua.* Non te terreat impii felicitas brevis. *Quiesce ab ira, et dimitte furorem: noli aemulari, ut male facias.* Depone iram, ne iniqua patiens vicem reddere conpellaris. *Et quaeres locum eius, et non invenies.* Si locus diaboli peccatum est, erit tempus quando peccatum non erit: hoc autem tunc erit, cum exsultaverimus in multitudine pacis. *Non confundentur in tempore malo, et in diebus famis saturabuntur.* Tempus malum, tempus iudicii ostendit; in quo cum iusti non patiantur famem, de peccatoribus dicitur: ' Vae vobis qui saturati estis, quoniam esurietis '. *Vidi impium exaltatum, et elevatum sicut cedrum Libani: et transii, et ecce non erat.* Cum mundi huius pelagum transieri-

3 σάλος] EAM; *salus* C. 6 *meridies*] *meridiem* malim; codicum vero lectionem, sicut meus est mos, retinui. 9 *prospere*] *prospera* C. *via*] *vita* C. 11 *ut*] particulam *non* inserit E, quae tamen paulo post expuncta est. 20 *transii*] E; *transivi* CAM. 21 *pelagum*] Codd. et β.

3. *quae interpretatur* σάλος] Hieronymus, Hebr. quaest. in Genes. c. 4, v. 16: ' Quod Septuaginta Naid transtulerunt, in hebraeo Nod dicitur; et interpretatur σαλευόμενος, id est instabilis et fluctuans ac sedis incertae '(Migne 23, 994). Et in libro de Nom. hebr.: ' Naid, motus sive fluctuatio ' (Ibid. col. 826).

7. *eorum*] Matth. 13, 43.

19. *esurietis*] Luc. 6, 25.

mus, tunc videbimus non esse diabolum, et locum eius nequaquam apparere peccatum. *Reliquiae impiorum peribunt*. Pro reliquiis, in hebraeo ' novissima ' habet.

XXXVII.

Domine, ne in furore tuo arguas me. Totus psalmus ex persona paenitentis est: sed et ad Xpistum referri potest, sicut et sexagesimus octavus. *Conputruerunt et corruptae sunt cicatrices meae a facie insipientiae meae.* Simile est huic illud, quod alibi ex persona Xpisti dicitur: ' Deus, tu cognovisti insipientiam meam '. *Quia lumbi mei inpleti sunt inlusionibus.* Se unusquisque consideret, et titillantem corporis intellegat voluptatem, et conputet cum apostolo, quia ' Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? ' Et illud: ' Neque enim quod volo hoc facio, sed quod nolo '. *Amici mei et noti mei contra me steterunt.* Potest et de discipulis accipi, qui in passione metu territi a Domino recesserunt: in tantum, ut etiam eum Petrus tertio denegaret. *Ego vero tamquam surdus non audiebam, et tamquam mutus non aperiens os suum.* Et apud Pilatum Dominus non est locutus, et Esaias de eodem loquitur: ' Tamquam agnus ad victimam, non aperiens os suum '. *Et non ha-*

2 *apparere*] AM inser. *id est.* 9 *illud*] EC; om. AM. 13 *et conputet cum apostolo quia*] AM; *et cum post* (*potest* 2 m. sup. lin.) *cum apostolo qui* E; *et potest cum apostolo loqui* C; *et tunc dicere potest cum Paulo apostolo* β (Codex Hubertinus: *cum ait Paulus apostolus*). Legendumne *et tunc potest cum apostolo loqui?* 14 *Et illud*] EAM; om. C. 17 *territi*] *teriti* E (postea corr.); *feriti* C (item corr.). 18 *denegaret*] *denagaret* E.

3. *novissima habet*] Symmachus τὰ ἔσχατα. Hieron. in Psalt. iuxta hebr. ' et novissimum impiorum peribit '.
10. *meam*] Ps. 68, 6.
14 *huius*] Rom. 7, 24.
15. *nolo*] Ibid. 19.
22. *os suum*] Is. 53, 7.

bens in ore suo correptiones. Sic tacui accusatus, quasi non habens quid pro me respondere deberem. *Et sollicitus ero pro peccato meo.* Peccatum Xpisti, humani delicta sunt generis: propter quae et Patri dicitur nunc esse subiectus.

XXXVIII.

Obmutui, et non aperui os meum, quia tu fecisti. Ideo patienter fero, quia te scio ad probationem me temptationibus reliquisse.

XXXVIIII.

Et non respexit in vanitates et insanias falsas. Est ergo spiritalis, id est, vera amentia, de qua et apostolus loquebatur: ‘ Sive mente excedimus, Deo ’. Et in Actibus apostolorum ad eum dicitur: ‘ Insanis, Paule, insanis ’. *Holocaustomata et pro peccato noluisti; tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me.* Quia sacrificia et caerimonias Iudaeorum, ablata superstitione legis veteris, spiritalis evangelii religione mutasti: propterea laetus in mundum venio. Et de me scribitur: ‘ In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum ”.

2 *quid ... deberem*] AMβ; *qui ... deberet* E (mox corr.) C. *pro*] *de* A 1 m. sup. lin. 4 *nunc*] EAMβ; *non* C. 8 *quia te scio*] Eβ; *quia tertio* AM; *quia cerno* C. 9 *reliquisse*] *reliquisses* AM. 17 *ablata superstitione*] Codd.; *et sabbata et superstitiones* β.

13. *Deo*] II Cor. 5, 13

14. *insanis*] Act. 26, 24.

21. *erat Verbum*] Io. 1, 1. — Hieron. Comm. in Eccles. circa fin. (Migne 23, 1171-2): ‘ Salvator quoque omnium retro sanctorum vocibus prophetatus ait: *In capitulo libri scriptum est de me*... Quidquid enim dixeris, si ad eum referatur, qui in principio erat apud Deum Deus Verbum, unum volumen est ’ etc.

XL.

Quando morietur, et periet nomen eius? Hoc est, quod in evangelii parabola scribitur, colonis dicentibus: ' Iste est heres, venite interficiamus eum, et nostra sit hereditas '. *Numquid qui dormit non adiciet ut resurgat?* Sic me interficere festinabant, quasi post mortem resurgere non haberem. *Benedictus Dominus Deus Israhel a saeculo et in saeculum: fiat, fiat.* Pro ' fiat, fiat ', in hebraeo scribitur ' amen, amen ': quod Aquila πεπιστωμένως, id est ' vere ' sive ' fideliter ' transtulit. Et sciendum primum librum psalterii hic esse finitum: secundum vero esse a quadragesimo primo usque ad septuagesimum primum: tertium a septuagesimo secundo usque in octogesimum octavum : quartum ab octogesimo nono usque in centesimum quintum : quintum a centesimo sexto usque ad finem.

2 *et periet nomen eius*] om. E. 4 *et nostra sit*] E (praepositione *ad* erasa ante *nostra*). Luc. 20, 14 ἵνα ἡμῶν γένηται; *et ad nos transit* (mutat. in *transibit*) C; *et nostra erit* AMβ iuxta Marc. 12, 7 καὶ ἡμῶν ἔσται. 8 *in saeculum*] *in saeculo* EC. 9 *quod Aquila* πεπιστωμένως] om. C. 13 *usque in*] Eβ; *usque ad* C. 14 *octavum*] EAMβ; *nonum* C.

4. *hereditas*] Luc. 20, 14.
9. *quod Aquila* πεπιστωμένως] Hieron. ep. 26, n. 4 : ' Amen vero Aquila πεπιστωμένως exprimit, quod nos *fideliter* possumus dicere... Septuaginta γένοιτο, id est *fiat*. Unde et in fine librorum (in quinque siquidem volumina psalterium apud Hebraeos divisum est) *fiat fiat* transtulerunt, quod in hebraico legitur *amen amen* '. — Comm. in Matth. 6, 13 : ' Amen, signaculum orationis dominicae est : quod Aquila interpretatur *fideliter*, nos *vere* possumus dicere '. — In Galat. 1, 5 : ' Amen Septuaginta transtulerunt γένοιτο, id est *fiat :* Aquila πεπιστωμένως, *vere* sive *fideliter* '. — Ibid. 5, 18 ; ' Amen enim Septuaginta interpretes *fiat ;* Aquila, Symmachus & Theodotio *fideliter* sive *vere* interpretati sunt '.
16. *usque ad finem*] Hieron. ep 140, n. 4 : ' Aiunt Hebraei uno psalmorum volumine quinque libros contineri : a primo usque ad quadragesimum, et a quadragesimo primo usque ad septuagesimum primum, et a septuagesimo secundo usque ad octogesimum octavum, et ab octogesimo nono, qui quarti libri initium est, et quem nunc disserimus, usque ad centesimum quintum : in

XLI.

Cum dicerent mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? Cum ego te per paenitentiam et adflictionem corporis animaeque placare desiderarem, inimici mei, quasi in cassum haec facerem, dicebant: Ubi est Deus tuus?

XLIII.

Et gladius meus non salvabit me. Salvasti enim nos a tribulantibus nos. Quia in armis meis sperare non debeam, haec causa est: quod salvasti nos semper a persequentibus, et absque nostra virtute nostroque gladio custodisti. *Et non egredieris in virtutibus nostris?* Pressius legendum, ut sit sensus: Tu qui semper nos liberasti, nunc ergo nobis adversus hos dimicantibus non eris comes?

XLIIII.

In finem pro his qui commutabuntur. Pro quo in hebraeo ita habet: ἐπινίκιον ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν. Quod autem ait ‘ Pro dilecto ’, totus psalmus refertur ad Xpistum, de

4 *placare*] EAM; om. C. 5 *facerem dicebant*] *faceremedicebant* E. 7 *salvabit*] *salvavit* CAM. 8 *tribulantibus nos*] E (*n* add. 1 m. sup. lin.) CM; *tribulationibus nostris* A. 13 *hos*] E 1 m. C; *hostis* E (*tis* add. 2 m. sup. lin.); *hostes* AM. 16 *qui*] CAM (Cf. Epist. 65, n. 4); *quae* E. *Pro quo*] AMβ; *pro quod* E; *pro hoc* C.

quorum omnium fine duplex *amen* positum est, quod Septuaginta transferunt *fiat fiat;* et a centesimo sexto usque ad finem ’.

17. ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν] Hieron. ep. 65, n. 3: ‘ Quadragesimum quartum psalmum legens in titulo reperi *In finem pro his qui commutabuntur* ... in hebraico scriptum est LAMANASSE AL SOSANNIM... quod... Symmachus more suo manifestius *triumphum pro floribus* interpretatus est ’.

quo Pater loquitur in evangelio: ' Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi conplacui '. *A domibus eburneis, de quibus laetificaverunt te.* Multi per errorem pro domibus ' graves ' dicunt: quia apud Graecos verbum βαρέων utrumque significat. *In fimbriis aureis. Circumdata varietate:* hic versus in hebraeis voluminibus non habetur.

XLVII.

Montes Sion, latera aquilonis. Quia ' boreas ventus est durus ', et ' a borea exardescent mala ', omnes sancti ecclesiae, qui montes vocantur Sion, temptationibus diaboli expositi sunt. *In spiritu vehementi confringes naves Tharsis.* Tharsis proprie mare interpretatur: ὁμωνύμως autem unus de duodecim lapidibus hoc vocabulo nominatur, eo quod maris habeat caerulei et viridantis colorem.

3 *laetificaverunt*] EAMβ; *delectaverunt* C. 9 *Montes*] EAM LXX; *mons* C Vulg. 10 *exardescent*] EAM; *exardescunt* C. 12 *confringes*] C (συντρίψεις LXX); *confringens* EAM. 13 ὁμωνύμως] *omonimos* CAM.

2. *conplacui*] Matth. 3, 17. — Hieron. ep. 65, n. 4: ' Carissimus autem ille est de quo... evangelium: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene conplacui '.

5. *significat*] Hieron. ep. 65, n. 14: ' Pro eo quod nos transtulimus *domibus eburneis*, quia in graeco scriptum est ἀπὸ βαρέων ἐλεφαντίνων, quidam latinorum ob verbi ambiguitatem *a gravibus* interpretati sunt '.

6. *hic versus*] Immo duo tantum ultima vocabula, cuius rei testis est ipse Hieronymus in laudata epistula n. 15: ' *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato.* Quodque sequitur, *circumdata varietate*, excepta editione Vulgata nullus interpretum transtulit '.

9. *ventus est durus*] Eccli. 43, 20 sec. LXX: ψυχρὸς ἄνεμος βορέης.

10. *exardescent mala*] Hierem. 1, 14: Ἀπὸ προσώπου βοῤῥᾶ ἐκκαυθήσεται τὰ κακά. Hieron. ep. 78, ubi de quarta mansione: ' possessor Aquilonis venti frigidissimi, a quo inardescunt mala super terram '.

15. *viridantis colorem*] Hieron. ep. 37, n. 2: ' Quaeris, si Tharsis lapis chrysolithus sit, ut diversi interpretes volunt, ad cuius coloris similitudinem Dei species scribatur: quare Ionas propheta Tharsis ire velle dicatur, et Salomon et Iosaphat in Regnorum libris naves habuerint, quae de Tharsis solitae sint exercere commercia. Ad quod facilis est responsio, ὁμώνυμον esse vocabulum, quod et Indiae regio ita appelletur, et

XLVIII.

Non videbit corruptionem, cum viderit sapientes morientes. Sapientes vocat huius saeculi, a quibus abscondit Deus mysteria, quae parvulis revelavit.

L.

Ut iustificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris. Hunc locum diligentius in epistula ad Romanos Paulus edisserit: quod Deus cum possit de nobis iudicis auctoritate decernere, se nobiscum velit iudicari, ut magis iustitia appareat iudicantis. *In peccatis concepit me mater mea.* Obscurus locus, et altius retractandus. *Incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.* Hoc est, quod in alio loco ait: ' Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua '. *Docebo iniquos vias tuas.* Notandum quod post adulterium et homicidium possit aliquis doctor esse, si dignam egerit paenitentiam.

2 *corruptionem*] *correptionem* A. 9 *decernere*] EAM; *discernere* C (postea corr.) β. Post verbum *decernere*, Breviarium inserit *non hoc facit*; *non hoc fecit* E (post. m. sup. lin.), A (*fecit* mox mutato in *faciat*), M; om. C. *se*] C; *sed* EAMβ: quae mutatio inserendis voculis ' non hoc fecit ', ut opinor, ansam dedit. 10 *appareat*] *pareat* C.

ipsum mare, quia caeruleum sit, et saepe solis radiis percussum colorem supradictorum lapidum trahat, et a colore nomen acceperit '. — Comment. in Is. 2, 16: ' alii regionem putant Indiae, et hoc nomine etiam de duodecim gemmis lapidem appellari, qui apud nos vocatur chrysolithus, ob marini coloris similitudinem. Melius autem est, Tharsis vel mare vel pelagus absolute accipere '.— In Daniel. 10, 6: ' Pro chrysolitho, qui unus est de duodecim lapidibus qui ponuntur in logio pontificis, in hebraeo habet Tharsis, quod Theodotio et Symmachus eodem verbo interpretati sunt, Septuaginta vero mare appellaverunt, iuxta illud quod in psalmo legimus, *In spiritu violento confringes naves Tharsis*'. Conf. Comm. in Is. 66, 18; in Ionam 1, 2 etc.

4. *revelavit*] Matth. 11, 25.

7. *ad Romanos*] c. 3, v. 4.

14. *de lege tua*] Ps. 118, 18.

16. *dignam egerit paenitentiam*] Hie-

LI.

Et adnuntiavit ei, et dixit ei: Venit David in domum Achimelech. In Regnorum libris et in ipso hebraico psalterio Abimelech scriptum est: sed quoniam BETH et CAPH apud Hebraeos litterae modico apice distinguuntur, ideo error facilius obrepsit.

LV.

In finem pro populo qui a sanctis longe factus est, David in tituli inscriptione, quando tenuerunt eum alienigenae in Geth. In hebraeo ita habet: ' Pro columba muta, longitudinum David humilis atque perfecti, cum tenuissent eum Filistiim in Geth '. Columba muta, et David humilis atque perfectus, Xpistus in passione monstratur.

LVII.

Alienati sunt peccatores a vulva. Quidam putant de descensu animae in corpus: alii vero de Iudaeis intelle-

2 *dixit ei*] *ei* om. C. 9 *inscriptione*] Mss.; *inscriptionem* β LXX. 11 *longitudinum*] Eβ; *longitudinem* CAM. 12 *eum*] Cβ; om. EAM. 16 *putant*] Codd.; om. Brev.; *dici* add. E in marg. 2 m. 17 *in corpus*] EAMβ; *ad corpus* C.

ron. in Michaeam 3, 5 sqq. ' Animadverte in praesenti loco, posse aliquem docere post peccatum, si tamen vitia pristina digna paenitentia eluerit. Unde et David post adulterium et homicidium loquitur in psalmo... *Docebo*, ait, *iniquos vias tuas* '.

6. *facilius obrepsit*] Eusebius Caesar. in ps. 33: ' Ἡ τῶν Βασιλειῶν γραφὴ Ἀχιμέλεχ περιέχει· ἐναλλαγῆς στοιχείου γενομένης, οὐδὲν δεῖ κινεῖσθαι· παρὰ γὰρ τὴν ὁμοιότητα τοῦ στοιχείου τοῦ βὴθ παρ' Ἑβραίοις καλουμένου καὶ τοῦ χὰφ διαφόρως ἐξεδόθη τοὔνομα· σχεδὸν γὰρ ἓν καὶ ταυτόν ἐστι τὰ δύο στοιχεῖα, βραχυτάτης κεραίας μόνης ἐναλλαττούσης (Migne P. Gr. 23, 292). Ceterum ipse Eusebius fallitur, quandoquidem per ח, non per כ Achimelech scribitur in hebraeo.

gunt, quod abalienati sunt a Deo, ex quo Maria genuit Salvatorem. *Deus conteret dentes eorum in ore eorum: molas leonum confringet Dominus.* In dentibus aperta persecutio, in molaribus significatur abscondita. *Cecidit ignis, non viderunt solem.* Peccatores Xpistum ignem vident, iusti solem iustitiae. Aliter: qui comminationibus scripturarum territus agit paenitentiam, huic per ignem suppliciorum sol verus ostenditur. *Ante quam intellegant spinae ramnum, quasi vivos, quasi in ira absorbet eos.* Ante quam peccata vestra ad finem usque perveniant, et cogitationum spinae in arborem ebulliant peccatorum, Deus vos corripiet, non iratus, sed quasi iratus: non est quippe Dei ira, sed emendatio. Et corripiet vos, non ut vivos, sed quasi vivos: qui enim spinas habent delictorum, vivi non merentur vocari.

LVIII.

Sine iniquitate cucurri, et direxi. Et iste psalmus ex persona Domini intellegi potest. Ait quippe: ' Venit princeps mundi istius, et invenit in me nihil '. *Convertentur ad vesperam, et famem patientur ut canes: et circumibunt civitatem.* De his loquitur, qui in fine mundi ex Iudaeis credituri sunt. ' Cum enim subintroierit plenitudo gentium, tunc omnis Israhel salvus erit '. *Et non*

5 *ignis*] A sup. lin. add. *et*. 7 *territus*] om. C. 9 *spinae*] Brev. add. *vestrae*. *ramnum*] Ita codd. 13 *non ut vivos*] ECA (1 m.) β; coniunctio *ut* in M omissa, in A erasa est. 19 *istius et invenit*] EAMβ; *huius et inveniet* C. 21 *circumibunt*] E; *circuibunt* CAM.

19 *nihil*] Ioan. 14, 30. 23. *salvus erit*] Rom. 11, 25-26.

occidas illos, ne forte obliviscantur nominis tui: disperge eos in virtute tua. Noli penitus delere Iudaeos, quia populus tuus semper est appellatus: sed in toto eos orbe disperge, ut saltim sic emendati superbire desistant.

LVIIII.

Et percussit vallem Salinarum duodecim milia. Quaeritur ubi haec historia scripta sit. In Regnorum libris: quae hic manifestissime legitur; sed ibi pro valle Salinarum Septuaginta interpretes ipsa hebraea verba posuerunt, GEMELA. Quod quia interpretatum non est, ab his, qui hebraei sermonis non habent notitiam, quid significet ignoratur. *Meus est Galaad, Manasse.* Universa haec de gentium vocatione dicuntur: quarum diversae virtutes sub singulorum nominum interpretatione referendae sunt. *Iuda rex meus.* Quia ex Iudae tribu ortus est Xpistus.

LXI.

Interficitis omnes vos. Qui voluntatem habet occidendi, etiam si non percutiat, occidit. *Quasi parieti inclinato et maceriae depulsae.* Cum ego ad passionem paratus

4 *saltim*] ECM A (1 m.); *saltem*] A (2 m.). 6 *vallem*] EAM LXX; *in valle* Cβ. *Salinarum*] AMβ; *sallinarum* E; om. C. 8 *quae hic*] EAMβ; om. C. *ibi*] *ubi* E. 10 GEMELA] scripsi (hebr. גֵּיא־מֶלַח); *gemella* ECAM; *gemelah* β; γημαλα Cod. bibl. Alexandrinus; *Gemala* Hieron. de situ et nom. loc. Hebraic. 12 *Galaad*] C inserit *et meus est.* *Manasse*] EAM LXX; *Manasses* C; A add. *et reliqua.* 15 *Iuda rex — est Xpistus*] Linea integra in C omissa, in E 2 m. in marg. suppleta est. 19 *etiam si*] ECβ; *si* om. M, sup. lin. addit A.

1. *nominis tui*] Ita cum EAMC corrector Cª codicis Sinaitici τοῦ ὀνόματός σου; Codex Vatican. et Psalt. Rom. τοῦ νόμου σου, *legis tuae*; Psalt. Gall. et Hieron. ex hebr. *populi mei.*

7. *In Regnorum libris*] 2 Reg. c. 8, 13.

advenerim, vos quasi invitum mori cogitis. Aliter, iuxta Symmachi tamen interpretationem: Naturalis in vobis versus est sensus, et cum recti sitis creati, proni ad ruinam ferimini. *Semel locutus est Deus, duo haec audivi.* Semel, non ad numerum referendum est, sed ad sententiae firmitatem. Quae sunt autem, quae duo pariter audivit? Et posse Deum omnia, et in sui iudicii veritate misereri. Quidam ita dicunt: Semel Deus locutus est in lege, et eadem rursus in evangelio praecipit.

LXII.

Sitivit in te anima mea, multipliciter caro mea. Anima quidem desiderat Deum: sed ad desiderati finem carnis laboribus pervenitur. Ideo multipliciter caro Deum quaerit, quia multis adficitur iniuriis. Describe iusti viri egestatem, tormenta, vigilias, aegrotationem, famem.

LXIIII.

Adcinctus in fortitudine. Adcinctus Dei contrahit vestimentum: non enim possumus expansa eum fortitudinis suae veste cognoscere. *Benedices coronam anni.* Eius circulum et semper in se currentia anni tempora

3 *versus*] codd.; *inversus* β. 4 *Deus*] *Dominus* EC. 7 *veritate*] EAMβ; *severitate* C. 9 *praecipit*] EAMβ; *praecepit* C. 11 *multipliciter*] CAM; *quam multipliciter* E. 12 *desiderati*] EC A (1 m.) M; *desiderandi* A (2 m.); *desideratum* β. 14 *Describe*] EAM; *describit* Cβ. 15 *aegrotationem*] *egrotationes* C. *famem*] CAM; om. Eβ. 17 *in*] EC (ἐν δυναστείᾳ LXX); om. AMβ.

2. *Naturalis* etc.] Non hanc equidem fuisse crediderim ipsam Symmachi interpretationem, sed paraphrasim ex ea deductam.

coronam vocavit. Aut certe quia in passione Domini victoria de toto orbe suscepta est.

LXV.

Ad meipsum ore meo clamavi. Manifestissime declaratur in hoc loco clamor in scripturis non vocis accipiendus esse, sed cordis.

LXVI.

Inluceat faciem suam super nos, et misereatur nobis: et notam faciat in terra viam suam. Cum manifestus in claritate venerit Xpistus, tunc omnibus notum fiet, cur ante in carnis humilitate descenderit. *Terra dedit fructum suum.* Maria genuit Salvatorem.

LXVII.

Pluviam voluntariam separabis. Pluviam voluntariam, aut praecepta, aut manna debemus accipere. *Et infirmata est, tu vero perfecisti eam.* Lex, quae per transgressionem Iudaeorum fuerat infirmata, evangelii gratia veniente conpleta est. *Rex virtutum dilecti.* Virtutes dilecti Dei, id est Xpisti, apostoli sunt. Dominus ergo, qui est rex virtutum dilecti, *dabit evangelizantibus vir-*

4 *Ad meipsum*] ECAM; *ad ipsum* β. 10 *fiet*] ECM; *faciet* A. 19 *Dominus*] AMβ E (ex *Deus*); *Deus* E (1 m. mutat. in *Dominus*) C. 20 *virtutem multam*] Littera *m* in fine utriusque vocabuli erasa est in E.

6. *sed cordis*] Hieron. in Galat. 3, 6: 'Notandum etiam quia clamor in scripturis, non magnae vocis emissio... verum compunctum cor et pro populo lacrimabiliter ingemiscens scriptura clamorem vocavit'.

17. *infirmata*] Conf. Rom. 8, 3.

tutem multam in praedicando: ut ecclesiae devictis hostibus, Iudaeis sive daemonibus, spolia partiantur. *Si dormieris inter medios cleros, pennae columbae deargentatae: et posteriora eius in viriditate auri.* Cum duobus credideris Testamentis, invenies in utroque Spiritum sanctum. Et licet sit pulchritudo etiam iuxta litteram scire quae legas, tamen vis decoris omnis in sensu est. Exterior itaque verborum ornatus in argenti nomine demonstratur: occultiora vero mysteria in reconditis auri muneribus continentur. *Nive dealbabuntur in Selmon.* Selmon umbra interpretatur. Cum igitur rex caelestis Xpistus in ecclesia sua coeperit apostolos et principes constituere atque dividere, non habebunt plenam lucem, sed partem aliquam scientiae: quia 'nunc ex parte videmus, et ex parte prophetamus'. *Mons Dei, mons pinguis: mons coagulatus, mons pinguis.* Iste est mons, ad quem et in Esaia et in Michaea, ut ascendentes pergant, se invicem cohortantur. Quod autem ait, veritate 'coagulatus', apostoli congruit verbis, qui ait: 'Lac vobis potum dedi, non escam'. *Ut quid suspicamini montes coagulatos? Mons in quo conplacuit Deo habitare in eo.* Sensus iste est: Non debetis aestimare plures esse

3 *dormieris*] Ita codices; *dormiatis* β. *pennae*] CAMβ; *pinnae* E. 4 *posteriora*] cod. C unus add. *dorsi*. 16 *mons coagulatus mons pinguis*] E, omittunt reliqui codd. fort. propter homoeoteleuton. 18 *pergant*] *pergerent* C (mox emendatus). *veritate*] EAM; om. Cβ (in codice vero S. Huberti legitur).

10. *continentur*] Hieronymus in Eccles. 2, 8: 'Argentum et aurum semper scriptura divina super sermone ponit et sensu. Unde et in sexagesimo septimo psalmo columba, quae interpretatur in Spiritu, manifestiores et visui expositas alas deargentatas habet, occultiorem vero intrinsecus sensum in auri pallore operit' (Migne 23, 1080).

15. *prophetamus*] 1 Cor. 13, 9.

18. *cohortantur*] Is. 2, 3; Mich. 4, 2.

20. *non escam*] 1 Cor. 3, 2.

ecclesias, quae habeant ubera doctrinarum, et possint scientiae credentes lacte nutrire. Una est ecclesia, et unus Xpistus sponsus ecclesiae. *Etenim non credentes inhabitare.* Et his hominibus, id est, ex gentibus populo largitus est Xpistus, qui non credebant Deum inhabitare posse mortalibus. *Dixit Dominus: Ex Basan convertam. Ut intinguatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ab inimicis ex ipso.* Basan confusio interpretatur: de confusione igitur nos convertit Deus. Hoc autem ideo, quia crucem sustinuit, et pes eius proprio cruore perfusus est, clamantibus contra eum Iudaeis atque dicentibus: ' Crucifige, crucifige eum '. Qui Iudaei stimulati fuerunt ab inimicis Xpisti, hoc est, a daemonibus. Ut autem hoc totum fieret, ipsius Salvatoris voluntas fuit, qui haec passus est fieri. *Praevenerunt principes iuxta psallentibus, in medio iuvencularum tympanistriarum.* Apostoli cum ecclesiis iuncto pariter praecesserunt gradu. Et bene eos praevenisse testatur: quia principes nostrae fidei de Iudaeis sunt. *In ecclesiis benedicite Dominum.* Manifestius est locutus, quas supra dixerit tympanistrias. *Dominus de fontibus Israhel:* quia salus ex Iudaeis est, et inde prima ecclesia. *Increpa bestias calami.* Bestiae calami daemones sunt, fragilis

2 *unus*] *est* repetit C. 4 *hominibus*] ECMβ; *omnibus* A. 8 *ab inimicis ex ipso*] EC; *ex i. ab ipso* AMβ. 16 *iuxta*] EAM (= *iuncta?* cf. lectionem codicis Sinaitici ἐχόμενα); *iuncti* Cβ (Cod. Hubert. *coniuncti*). 17 *iuncto*] ECM; *iusto* (ex *iuxto*) A. 19 *nostrae*] om. E. 20 *Dominum*] Ita codd. pro *Deum*, ut videtur. 21 *Dominus*] EM; *Domino* CA.

5. *largitus est*] Nonnunquam Hieronymus verbo *largiri* passivo sensu utitur, v. gr. in translatione libri Didymi de Spiritu sancto n. 4: ' ipse subsistens in his bonis quae a Domino largiuntur ' (M. 23, 111). Hic vero formam deponentem subintellecto accusativo praestat agnoscere.

8. *Basan confusio*] De hac interpretatione conf. supra p. 34, l. 10.

23. *bestias calami*] Ita legebat S. Hieronymus ad Algasiam scribens ep. 121,

infirmaeque virtutis. *Ecce dabit voci suae vocem virtutis.* Voci Domini tunc dabitur vox virtutis, cum quod praecepit efficietur.

LXVIII.

Salvum me fac, Deus: quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam. Totus hic psalmus ex persona Xpisti intellegitur, licet quidam in eo putent ei minime convenire quod sequitur: *Deus, tu scis insipientiam meam, et delicta mea a te non sunt abscondita. Ego vero orationem meam ad te, Deus.* Iudaeis mihi maledicentibus, atque dicentibus: ' Crucifige, crucifige eum ', ego pro eis orans loquebar: ' Pater, ignosce eis, non enim sciunt quid faciunt '. *Tempus placendi, Deus.* Tempus placendi, tempus est passionis, in quo Pater aiebat: ' Hic est Filius meus, in quo mihi conplacui '. *Salvum me fac, Deus, de luto, ut non infigar.* Quaere iuxta quosdam, ne forsitan lutum carnis quam suscepit significet vilitatem. *Et dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto.* Et ex hoc, et ex alio testimonio intellegitur, quod ad Xpistum psalmus referri debeat. *Obscurentur oculi eorum, ut non videant.* Hoc erat quod precabatur, mensam eorum fieri in laqueum: ne legis scilicet sacramenta cognoscerent. *Et dorsum eorum*

2 *praecepit*] *praecipit* E. 3 *efficietur*] A ex *efficit*; C ex *efficitur*; quae quidem ultima lectio in codd. EM inemendata legitur. 5 *quoniam*] *quia* C. 12 *orans*] Eβ; om. C; *rogans* AM. 13 *quid*] EAMβ; *quod* C. 17 *forsitan*] *forsitam* E. 20 *psalmus*] AM add. *iste*. 21 *ut non*] Eβ; *ne* CAM.

c. 2; et ad Eustochium ep. 108, n. 22.
6. *ex persona Xpisti intellegitur*] Hieron. in Matth. 26, 32: ' Sexagesimo quoque et octavo psalmo, qui totus a Domino canitur... '
13. *quid faciunt*] Luc. 23, 34.

semper incurva. Ut Romanis serviant semper. *Et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.* Hoc est quod ait : ' Dimittetur vobis domus vestra deserta '. Recedente de Iudaea Xpisto, omnes pariter cum illo recesserunt virtutes. *Pauper et dolens ego sum.* Cum enim esset dives, pro nobis pauper factus est. *Et conpeditos suos non despexit.* Possumus hoc versiculo uti, si quando in laudes martyrum peroramus. Quidam et de animabus hoc intellegi putant, quod clausae corporibus non despectae sint a Deo.

LXXI.

In Salomonem. Et hic psalmus proprie ad Xpistum refertur: Salomon quippe pacificus, et pacificus est Xpistus. *Et permanet cum sole et ante lunam, generationis generationum.* Si super Salomone iste psalmus intellegitur, hoc penitus stare non potest: Salomon quippe nec cum sole nec cum luna permansit. Si vero volumus intellegere de Xpisto, quaerendum quomodo Xpistus non habeat finem: cum sol, et luna, et caelum, et omnia veterescere et transire dicantur.

2 *quod ait*] om. AM. 4 *recesserunt*] EAMβ ; *recessere* C. 9 *non despectae sint*] β ; *n. dispectae s.* EAM ; *non despiciantur* C. 12 *Salomonem*] *Solomonem* E et sic saepissime. 14 *generationis generationum*] EAMβ (cf. August. Enarr. in ps. LXXI, n. 8 : ' Sane quod est in graeco γενεὰς γενεῶν nonnulli interpretati sunt, non *generationes*, sed *generationis generationum*, quia γενεάς ambiguus est casus in graeco, et utrum genitivus singularis sit τῆς γενεᾶς, i. e. huius generationis, an accusativus τὰς γενεάς, i. e. has generationes, non evidenter apparet ') ; *in generationes generationum* C. 15 *super Salomone*] AMCβ ; *super Solomonem* E. 20 *veterescere*] EAM ; *veterascere* Cβ.

3. *deserta*] Matth. 23, 38. Luc. 13, 35.
6. *factus est*] 2 Cor. 8, 9.
7. *Possumus hoc versiculo uti* etc.] Cf. not. supra p. 23, l. 9.
12. *ad Xpistum refertur*] Hieron. in Eccles. 1, 1 (M. 23, 1063) : ' psalmi quadragesimus quartus et septuagesimus primus dilecti et pacifici titulo praenotantur. Qui tametsi ad prophetiam Christi et ecclesiae pertinentes, felicitatem et vires Salomonis excedunt ; tamen secundum historiam super Salomone conscripti sunt '.

LXXII.

Defecerunt hymni David filii Iesse. Psalmus Asaph. Sciendum quod septuagesimus primus psalmus secundi libri finis sit: unde et in extremo habet *fiat, fiat.* Pro quo nos in superioribus demonstravimus *amen, amen* in hebraeo dici. Etiam hoc diligentius observandum, quod *Defecerunt hymni David filii Iesse* ad finem septuagesimi primi psalmi pertineat: id vero quod sequitur, *Psalmus Asaph*, initium sit sequentis. *Exiet quasi ex adipe iniquitas eorum.* Magnitudinem voluptatis, et crassas corporum mentes adipis appellatione signavit. *Transierunt in affectum cordis.* Cum quodam affectu, studio, et voluptate mala operati sunt: ut non quasi inviti traherentur ad vitia, sed sponte praecipites deferrentur. *Si, dicebam, narravero sic, ecce generationem filiorum tuorum praevaricatus sum.* Ordo lectionis et sensus iste est: Dum ipse me accuso in orationibus matutinis, hoc repperi ut dicerem: Ego si sic fuero locutus, ego si voluero Dei occulta rimari, incipio a filiis tuis alienus fieri. *Quid enim mihi est in caelo, et a te quid volui super terram?* Cum ἐνφάσει legendum: Tam grandia mihi in caelis prae-

6 *hoc*] *hic* C postea emend. 12 *affectu studio*] EMC; *affectus studio* A. 13 *voluptate*] AMC; *voluntate* E. 15 *generationem*] EAMβ; *nationem* C. 18 *ego*] in utroque membro om. C. 20 *a te*] *ad te* A. 21 ἐνφάσει] scripsi; ενφα.*si* M; *enfa.si* A; *enfasi* EC; *emphasi* β.

5. *in superioribus demonstravimus*] ubi de ps. XL.

9. *initium sit sequentis*] Hieron. ad Marcellam ep. 23, n. 1: 'Cum hora ferme tertia hodiernae diei septuagesimum secundum psalmum, id est tertii libri principium, legere coepissemus, et docere cogeremur tituli ipsius partem ad finem secundi libri, partem ad principium tertii libri pertinere: quod scilicet *defecerunt hymni David filii Iesse* finis esset prioris, *psalmus* vero *Asaph* principium sequentis...'

parasti, et ego infelix in terris a te parva quaerebam. Aliter: neque in caelo, neque in terra alium praeter te umquam quaesivi.

LXXIII.

Intellectus Asaph. Ideo intellectus in titulo praenotatur, quia duplex captivitas sequitur, et carnalis videlicet et spiritalis. *Posuerunt signa sua, signa: et non cognoverunt sicut in exitu desuper.* Sic Babylonii, in adrogantiam victoriae tumore sublati, in templo tuo sua signa posuerunt, quomodo solent super portarum fornices de hostibus trophaea constitui. Quod Symmachus planius interpretatus est, dicens: ' Posuerunt signa sua manifeste in edito introitu portarum '.

LXXIIII.

Et inclinavit ex hoc in illud. Id est, ex misericordiae calice in calicem suppliciorum. *Verumtamen faex eius non est exinanita.* Ne qui misericordiam audierat neglegentior fieret, severitas mixta clementiae est.

LXXV.

Inluminans tu mirabiliter de montibus aeternis. Dominus non inluminat de vallibus, sed de montibus: neque de montibus qui brevem vitam habeant, sed qui aeterni

2 *alium*] EAMβ; *aliud* C. 5 *praenotatur*] EAMβ; *praemittitur* C. 8 *adrogantiam*] E; *arrogantiam* AMC. 11 *planius*] EAMβ; *plenius* C. 16 *faex*] scripsi; *fex* codd. 20 *Inluminans t. m. d. m. ae.*] om. C. *Dominus*] AMC; *Deus* E. 21 *neque* E; *nec* AMC.

sunt. *Conturbati sunt omnes insipientes corde.* Postquam Deus praeceptorum suorum lucem per apostolos mundo dedit, omnis sapientia saeculi stulta apparuit: et sub admiratione conturbata resistere voluit, sed oppressa est. *Et reliquiae cogitationis diem festum agent tibi.* In reliquiis cogitationis puritas mentis ostenditur, in qua sola vel maxime laetatur Deus.

LXXVI.

In finem, pro Idithun. In hebraeo 'per Idithun' habet: ut significet, non pro eo, sed per eum psalmum fuisse cantatum. Quod autem sequitur, *Asaph psalmus*, in veris exemplaribus non habetur. *Et dixi: nunc coepi.* Cogitationi suae, qua Deum non putabat curare mortalia, ipse respondit, solutionem subiciens quaestioni. Quod et Aquila ita transtulit: 'Et dixi, infirmitas mea ista est': hoc, quod sic tracto, sic cogito, de inbecillitate mentis venit. *Vox tonitrui tui in rota.* Rota, aut praesens saeculum, quod semper per annorum circulos regreditur: aut vir iustus accipitur, qui parva in terra parte consistens in altum semper nititur: aut certe simplicius, quod ad similitudinem sonitus rotae tonitrua mugiant. *In*

1 *sunt*] EMC; *sint* (*i* ex *u*) A. 5 *In reliquiis cogitationis*] *in reliquis cogitationibus* AM. 9 *per Idithun*] E (corr. ex *pro*), AMβ; *pro Idithun* C. 12 *veris*] EAM; *veteribus* Cβ (Cod. S. Huberti *veris*) quam quidem lectionem etsi magis probem, tamen contra fidem codicum praecipuorum recipere nolui. 14 *respondit*] Codd. fort. pro *respondet*. 16 *hoc*] EAM; *hoc est* C. *tracto*] EMC; *trado* A. 17 *tui*] om. E. 18 *circulos*] CAM; *circulum* E. 20 *simplicius*] EAM; *simpliciter* C.

9. *per Idithun habet*] Ita quidem Psalterium S. Hieronymi iuxta hebr. ex Ms. Reginae apud Vallarsium (M. 28, 1249, not. 2): quae lectio etiam a Paulo de Lagarde recepta est.

mari viae tuae. Quod Dei sint hominibus ignota consilia, Salomone quoque simile quid loquente, qui ait, semitam navis sulcantis mare non posse cognosci.

LXXVII.

Et percussit inimicos suos retrorsum: obprobrium aeternum dedit illis. Male quidam in hoc loco et secundum allegoriam varia suspicantur: cum manifesta sit lectio in Regnorum libris, de illo tempore nunc dici, quando quinque Allophyllorum civitates pudendo post tergum vulnere sunt percussae, et pro poenae signo unaquaeque urbium mures aureos et similitudines natium in plaustri parte iuxta arcam posuere Testamenti.

LXXVIII.

Et super filium hominis quem confirmasti tibi. Manifeste de Xpisti loquitur adventu. Denique et resurrectionem ipsius sequens versiculus ostendit dicens: *Vivificabis nos, et nomen tuum invocabimus.*

LXXX.

Secundus psalmus *pro torcularibus* sub Asaph nomine pracnotatur, qui interpretatur congregatio: ut significet

1 *sint*] EAM; *sunt* C. 2 *semitam*] CAM; *semitas* E. 6 *illis*] CAM; *illos* E. 9 *Allophyllorum*] scripsi; *allofilorum* Codd. 12 *posuere*] C; *posuerit* EAM. 19 *secundus*] EC; *octogesimus secundus* AM (vox *secundus* postea expuncta est in A).

3 *non posse cognosci*] Sap. 5, 10.
8. *in Regnorum libris*] I Reg. c. 5 & 6.

14. *Manifeste de Xpisti* etc.] Hieron. Comm. in Ephes. 3, 5 sqq.: ' Et adhuc manifestius de populo Israel et de Do-

ad Deum cuncta referenda. *In tribulatione invocasti me, et erui te.* Vox Dei loquentis inducitur. *Et dimisit eos secundum adinventionem cordis eorum : ambulabunt in adinventionibus suis.* De hoc loco et apostolus ad Romanos sumpsit exemplum : et nos debemus accipere praeceptum, ne tales simus, ut nostris cogitationibus relinquamur. *Israhel in viis meis si ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem.* Hoc est, nihil mihi grande fuit, Israhel de inimicorum manibus liberare : sed peccata eius, ne eos eruerem, inpedierunt. *Inimici Domini mentiti sunt ei, et erit tempus eorum in saeculum.* Licet mentitus est Domino Israhel, pro quo interpretatus est Aquila, ' Inimici Domini negabunt eum ' : tamen erit memor promissionis quam fecit ad patres eorum, implebitque promissum : ut cum intraverit plenitudo gentium, tunc omnis Israhel salvus fiat.

LXXXI.

Deus stetit in synagoga deorum : in medio autem deos diiudicat. Licet stet Deus in medio angelorum sive sanctorum, quos nunc deos vocat, tamen diiudicat eos. Si

1 *ad Deum*] ut scriberem, illud praesertim me movit, quod Hieronymus noster hunc ipsum psalmum oratorie edisserens, ait : ' Asaph autem interpretatur synagoga : in octavo ergo vincimus, et in octogesimo cum Domino congregamur '. Ceterum in quattuor MSS. legitur *ad eum.* 5 *exemplum*] EAM ; *exordium* C. 6 *praeceptum*] EC ; *exemplum* AM. 7 *in viis meis si*] EC ; *si in viis meis*] AM. 10 *ne eos*] ECM ; *ne eum* A in litura. 12 *mentitus est*] EAM ; *m. sit* C. 13 *interpretatus est*] CAM ; *interpraetatur* E. 14 *memor*] EAM ; om. C. *ad patres*] AM ; *apud patres* EC, in quibus tamen litterae *pu* postea expunctae sunt. 19 *stet Deus*] ECM ; *stetit* A.

mino salvatore... cuius etiam corporis dispensatio in consequentibus indicatur: *Fiat manus t. s. v. d. tuae, et super filium hominis quem confirmasti tibi '.*
4. *ad Romanos*] 1, 24.
16. *salvus fiat*] Rom. 11, 25.

autem deos diiudicat, putas de peccatore quid faciet? *Usquequo iudicatis iniquitatem?* Vox Dei increpantis est. *Et tamquam unus de principibus cadetis.* Unus de principibus, Adam est sive diabolus, de quo Dominus loquitur: ‘ Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis ’.

LXXXII.

Deus meus, pone illos ut rotam. Instabiles, fluctuantes, nequaquam solida statione fundatos.

LXXXIII.

Cor meum et caro mea exultaverunt super Deum vivum. Difficile est ut caro Deum pariter cum corde desideret. *Altaria tua, Domine virtutum.* Subauditur: anima mea desiderat, et cor meum et caro mea. *In valle lacrimarum.* Vallem lacrimarum, quidam mundum putant esse praesentem: quem cum Xpistus ad certamen posuerit, et coronam ipse dabit et benedictiones, qui legis dator fuit.

LXXXIIII.

Audiam quid loquatur Dominus Deus in me. Non est vana oratio quam precatus sum: sentio in me loquentem Deum: intellego mihi pacem, cum rogaverim, nuntiari.

1 *peccatore*] EA; *peccatoribus* C; *pectore* M (postea emend.). 3 *Et t. u. d. p. cadetis*] EAM; om. C. *Unus de principibus*] E; om. CAM. 4 *Adam est*] A; EC om. *est*, sup. lin. add. M. 8 *nequaquam*] AM; *nec quadam* C; *nequadam* E (littera *d* postea mutata est in *qv*). 13 *et cor*] EAM; *et* om. C. 16 *benedictiones*] E; *benedictionem* CAM. 20 *vana*] EA (M in litura); *una* C. *sentio*] ECM; *scio* A.

5. *ex nobis*] Gen. 3, 22.

Veritas de terra orta est. Quia Xpistus veritas de terra ortus est. *Et iustitia de caelo prospexit.* Ut generi misereretur humano, et faceret bonitatem. Propterea *terra nostra dabit fructum suum:* digna pro tantis beneficiis opera perficiens.

LXXXV.

Custodi animam meam, quia sanctus sum. Quia non suo patitur sed nostro peccato, Patris poscit auxilium, haud dubium quin Xpistus. Quod si ad David psalmum referre volueris, hic sensus est : Custodi animam meam, quia in hac causa, qua patior angustiam, nihil dignum persecutione commisi; ut in septimo quoque psalmo legitur : ‘ Domine, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis ’. Non quo numquam iniquum aliquid fecerit : sed quo istud, pro quo adflictatur, se noverit non fecisse.

LXXXVI.

Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Super omnia tentoria Iudaeorum, et instabiles fortuitasque sedes, diligit Dominus virtutes ecclesiae, per quas intramus ad caelum. *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.* Omnis prophetarum chorus de hac adnuntiat civitate. *Recordabor Raab et Babylonis.* Quia Raab et in Iesu Nave illa meretrix, quae speculatores susceperat, appellata est, et ‘ impetus ’, quem Aquila ὅρμημα dicit,

2 *Et iustitia*] CAM ; *et veritas* E. *iniquum aliquid*] *aliquid indignum* C. 14 *non quo ... sed quo*] EAM ; *non quod ... sed quia* C. 24 ὅρμημα] EC ; ΟΡΜΝΑΝ AM.

12. *in septimo q. psalmo*] v. 4.

interpretari potest, et, si per AIN litteram scribatur, 'fames' intellegitur, propterea sciendum isdem litteris hic esse nomen Raab, quibus scriptum est et in Iesu Nave: ut de vocatione potius gentium per meretricis nomen, quam de Babylonis superbia et Iudaeorum captivitate dictum esse credamus. *Ecce alienigenae, et Tyrus, et populus Aethiopum: isti generati sunt ibi.* Per paucas gentes de omnibus significat, quae fide sua in ecclesia congregatae sunt. *Mater Sion, dicet homo.* Pro ' mater Sion ', Septuaginta interpretes transtulerunt: ' Numquid Sion dicet homo? ' Quod homo Xpistus natus sit in ea: sed vitiose RO littera graeca addita fecit errorem. *Et ipse fundavit eam Altissimus.* Notandum quod et Filius Altissimus appellatur.

LXXXVII.

In finem pro meleth ad respondendum, intellectus Eman Ezrahelitae. Psalmus iste refertur ad finem, et filiis Core praecinentibus omnis in eandem vocem respondet

2 *isdem*] scripsi; *hisdem* codd. (In cod. A littera *h* mutata est in *e*). 3 *Raab*] *Rachab* E. 8 *significat*] scripsi; *significationibus* EAM, quae vox in codice Amandino postea mutata est in *significamus*. Scriptor codicis Carth., omisso verbo *significat*, posuit *generationibus*. Erit forte qui pressius inhaerendo lectioni trium codicum, qui fide iuxta ac vetustate praestant, scribendum putet *significat Sionibus:* ego tamen non ausim. 12 *RO littera*] C; EAM mendose *pro littera*. 13 Inter *Filius* et *Altissimus* cod. C coniunctionem *et* vitiose interponit. 16 *meleth*] EAM; *melech* C (cum S. Augustino et Psalterio Veronensi, de quo in nota ap. Migne 29, 296); *Mahalath* β. 17 *Ezrahelitae*] EC; *Aezraelitae* AM (in cod. A, primus litterae *A* ductus postea erasus est, ut legeretur *Iezraelitae*); *Israelitae* β.

1. *fames intellegitur*] Hieron. Lib. de nom. hebr. (Migne 23, 851): ' Rahab, latitudo, vel fames, sive impetus '.

14. *Altissimus appellatur*] Hieron. Comm. in Is. 2, 20: ' Quod autem Christus Excelsus sit vel Altissimus, qui alio sermone apud Hebraeos appellatur ELION, in octogesimo sexto psalmo legimus: *Numquid Sion dicet homo, et homo natus est in ea; et ipse fundavit eam Altissimus?* '

chorus: hoc autem, ut illis praecinentibus alii respondeant, Eman Ezrahelitae sensu prudentiaque conpositum est. *Numquid mortuis facies mirabilia? aut medici suscitabunt, et confitebuntur tibi?* Rafaim verbum hebraeum aut gigantas significat, aut medicos. Unde Symmachus praesentem locum ita transtulit: 'Aut Rafaim theomachi resurgentes confitebuntur tibi?'

LXXXVIII.

Intellectus Eman Ezrahelitae. Praesens psalmus tertii libri fine concluditur: et propterea intellectus est necessarius, quia repromittitur tronus David in aeternum permanere, quem interim iuxta historiam olim videmus esse destructum. *Tu humiliasti quasi vulneratum superbum.* Pro 'superbo' in hebraeo RAAB scriptum habet, isdem litteris quibus et supra: quod Aquila 'impetum', Symmachus 'adrogantiam', Theodotion 'superbiam', sexta 'tumultum' interpretati sunt. *Beatus populus qui cognoscit iubilationem.* Iubilationem pro victoria posuit. Vel quod iubilus inconditos sonos proferens nequaquam

1 *respondeant*] A corr. ex *respondebant*, quam lectionem retinent codd. ECM. 2 *Ezrahelitae*] EM; *Iezrahelitae* (*I* add. sup. lin.) A. *sensu prudentiaque conpositum est*] AM; 2 m. ad marginem suppl. E; om. C. 4 *et confiteb.*] CAM; *aut confiteb.* E. 5 *gigantas*] E; *gigantes* CAM. 9 *Eman*] ECA; *Aeman* M: in *Ethan* mutare displicuit. *Ezrahelitae*] *zerahelitae* E; *aezrahelitae* M; *iezrahelitae* (*i* add. sup. lin.) A. 11 *quia repromittitur*] E optime; *quare promittitur* CAM. 12 *interim*] Scriptor codicis C add. *terra*, ac si dubitarit num legendum esset 'in terra': quae tamen vox paulo post expuncta est. 15 *isdem*] *hisdem* codd. 17 *sexta*] E in fine lineae; C add. *editio;* in AM pro 'sexta' legitur *LXX*, sed mendose: nam omnia exemplaria Psalterii iuxta LXX Interpretes adiectivum ὑπερήφανον exhibent. *tumultum*] C; *multum* EAM. 18 *cognoscit*] AM; *cognuscit* E; *scit* C. 19 *Vel quod*] EC; coniunctio 'vel' expuncta est in M; 'quod' om. A.

5. *aut medicos*] Hieron. Lib. de nom. hebr. ap. M. 23, 843: 'Raphaim, medici vel gigantes'.

15. *quibus et supra*] Ps. 86, v. 5.

sensus per verba distinguat: unde eos beatos dicit, qui occultam de Xpisto prophetiam, et eius sacramenta quae latitant, sagaci mente cognoverint. *Tu locutus es in visione filiis tuis.* Omnes reliqui interpretati sunt ' sanctis tuis '. Denique sexta editio ' prophetas ' pro filiis posuit: ostendit autem illam prophetiam, quae ad eum facta est per Nathan prophetam. *Exaltavi electum de populo meo: inveni David servum meum.* Sub David nomine de Xpisto intellegitur. *Et ego primogenitum posui eum.* Hoc manifestius de Xpisto. *Et sedes eius sicut sol coram me.* Quaerendum quomodo cum sole et luna tronus sive David sive Xpisti permaneat: super neutro quippe eorum facilis intellectus est. *Tu vero reppulisti, et despexisti: distulisti Xpistum tuum.* Reppulit et despexit Filium Pater, quando eum in passione deseruit loquentem: ' Deus, Deus meus, quare me dereliquisti? ' Distulit autem eum, ut quem sancti illo tempore regnaturum putabant, expectent eum in die iudicii in sua maiestate venturum. *Fiat, fiat.* Ecce et hic per verbum ' Amen ' tertius concluditur liber.

1 *sensus p. v. distinguat*] EAM; *sensum p. v. distingat* C. 2 *occultam*] CAM; *occulta* E. 3 *Tu*] omnes codd.; quod in ' tunc ' mutandum esse facile conicias. 7 *Nathan*] CAM; *Natham* E. 8 *meum*] AM; om. EC. 10 *de Xpisto*] C add. *dicitur.* 11 *tronus*] EAM; *sedes* C. 15 *eum*] post ' quando ' add. AM, atque etiam E, si bene perspicio; om. C. 18 *eum*] post ' expectent ' add. CAM; om. E.

5. *prophetas p. f. posuit*] S. Hieronymus ad Sunniam & Fretelam ep. 106, n. 57: ' *Tunc locutus es in visione sanctis tuis.* Pro quo in graeco *filiis tuis* invenisse vos dicitis. Sed sciendum quod in hebraeo LAASIDACH habet, quod omnes τοῖς ὁσίοις σου, i. e. *sanctis tuis* transtulerunt, et sola sexta editio *prophetis tuis* interpretata est, sensum magis quam verbum exprimens; et in Κοινῇ tantum pro sanctis *filios* repperi '.

16. *dereliquisti?*] Matth. 27, 46 etc.

LXXXVIIII.

Anni nostri ut aranea meditabuntur. Ut aranearum telae sunt futiles et caducae, et ad omnem tactum cito pereunt: ita vita nostra fragilis et morti proxima est. Quod quidem melius Aquila interpretatus est, dicens: 'Anni nostri similes loquenti': quod scilicet ad conparationem sermonis humani praetereant, dum subsistunt. *Dexteram tuam sic notam fac mihi, et eruditos corde sapientia.* Hoc melius Symmachus transtulit, dicens: 'Dies nostros sic notos fac, ut veniamus corde sapienti'. Precatur ergo, ut tempus vitae nostrae Deus indicet nobis: quo possimus corde sapienti eius nos praeparare iudicio.

XC.

In protectione Dei caeli commorabitur. Pro Dei caeli, in hebraeo unum nomen habet Domini 'Saddai': quod etiam in Iezechiele ininterpretatum legimus. 'Saddai'

3 *futiles*] EC; *fictiles* AM. 7 *dum subsistunt*] (i. e. dum existunt, dum proferuntur, quam significationem etiam notat H. Goelzer, De latinitate S. Hieronymi, p. 257) EC; *dum non subsistunt* AM ex falsa, uti videtur, verbi 'subsistere' intellegentia. Cf. tamen infra ad ps. 123, ubi negatio ante idem verbum 'subsistere' non recte in Mss. omittitur. 9 *sapientia*] EAM; *in sapientia* C. 10 *ut veniamus*] CAM; E om. *ut*. 11 *Precatur*] C (*praecatur* E); *precamur* AM. 16 *Domini Saddai*] scripsi; *dñs adda* Codd. 17 *ininterpretatum*] scripsi, cui lectioni ex iis, quae infra ad pag. seq. l. 1 notanda sunt, satis auctoritatis accedet; *interpretatum* Codd. Post *legimus*, codex C add. *Pro.* *Saddai*] scripsi; *addai* EAM; *adda* C.

9. *Hoc melius* etc.] De hoc ipso versiculo audiendus est S. Hieronymus ad Cyprianum ep. 140, n. 16: 'Quod Aquila, Symmachus et quinta editio sic verterunt: *Dies nostros sic ostende, ut veniamus corde sapienti*... Est autem sensus: Numerum dierum annorumque nostrorum, quibus in hoc saeculo nos vivere decrevisti, ostende nobis, ut praeparemus nos adventui tuo' etc.

17. *In Iezechiele*] 10, 5. LXX: ὡς φωνὴ θεοῦ Σαδδαὶ λαλοῦντος.

autem, Aquila Ἱκανόν transtulit. *Et flagellum non adpropinquabit tabernaculo tuo.* Pro flagello, Aquila et Symmachus ' lepram ' interpretati sunt Quaeritur autem, sive flagellum sive lepra non adpropinquent tabernaculis iustorum, quomodo semper videamus domos eorum aerumnis variis adfici. Ad quod responderi potest : non ex ira Dei, ut in Faraonem, sed ex temptationibus provenire, ut probati quique manifesti fiant. *Quia in me speravit, et liberabo eum.* Deus loquens inducitur de iusto, qui in se spem habuit, quod eum liberaturus sit : sive de Xpisto, ut plerique volunt.

XCII.

Iste psalmus apud Hebraeos anepigrafus est. Continet autem prophetiam de regno Xpisti: quo scilicet qui ante

1 *autem*] codd. : quae vox in A expuncta est, et mutata in *quod.* Ἱκανόν] E ; *Kanon* CAM. 3-6] Locus iste in A male correctus ita legitur : *Quaeritur autem, sivē flagellum sive lepra* quomodo *non adpropinquent tabernaculis iustorum*, quando *semper videamus domos eorum erumnis variis affici.* Eadem lectio in M 2 manu sup. lin. notata est. 9 *et liberabo*] E (καὶ ῥύσομαι LXX) ; CAM om. *et.* 13 *anepigrafus*] EAM ; *anepigratus* C. 14 *quo*] EM ; *quod* C (*d* add. sup. lin. A).

1. Ἱκανόν *transtulit*] Hieron. in Ezech. 10, 3 sqq. (M. 25, 96) : ' ...quae vox habebat similitudinem vocis Dei omnipotentis loquentis. Pro quo Septuaginta transtulerunt *sicut vox Dei Saddai ;* quod Aquila, Symmachus et Theodotio ἱκανόν, quod fortem potentemque significat, transtulerunt '. Idem ad Marcellam, ep. 25 : ' Nonagesimum psalmum legens, in eo loco quo scribitur, Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei caeli commorabitur, dixeram apud Hebraeos pro *Deo caeli* esse positum *Saddai*, quod Aquila interpretatur ἱκανόν '. Et in fine eiusdem epistulae : ' Decimum (nomen Dei), inquit, quod superius dictum est, Saddai, et in Ezechiel non interpretatum ponitur '.

Ad haec ultima verba admonent Vallarsius & Martianaeus, pro *non interpretatum*, *interpretatum* in multis MSS. et in editt. Erasmi & Victorii, in quibusdam vero codicibus *ininterpretatum* legi. Porro negationem nonnisi per errorem hic omissam fuisse, ex allato Ezechielis loco nemo non videt : quam idcirco in his quoque Commentariolis reponendam existimavi.

2. *Aquila & Symmachus*] Adde & ipsum Hieronymum, qui hunc versum ex hebraeo ita transtulit : ' Et lepra non adpropinquabit tabernaculo tuo ' (ed. Lagarde, p. 98).

8. *manifesti fiant*] cf. 1 Cor. 11, 19.

11. *ut plerique volunt*] Innuit noster, illis se non plane accedere, qui nonage-

in humilitate venit in mundum, postea sit cum maiestate venturus.

XCIII.

Et iste apud Hebraeos non habet inscriptionem: unde superfluum est de titulo disputare. *Qui plantavit aurem, non audiet? qui finxit oculum, non videbit?* et cetera. Pulchre autem ei quod dixerat, ' Qui plantavit aurem ', non subiecit, Ipse non habet aurem? et ' qui finxit oculum ', non reddidit, Ipse non habet oculum? Sed, Ipse non audiet et videbit? ut virtutes audiendi videndique in Deo monstraret esse, non membra.

XCIIII.

Quia Deus magnus Dominus. Si unus Dominus Iesus Xpistus, Dominus autem hic magnus dicitur Deus: ergo et Xpistus Dominus magnus est Deus.

XCV.

Nec hic psalmus inscriptionem habet. *Adferte Domino, patriae gentium.* Pro patriis, ceteri συγγενείας, id est, cognationes transtulerunt. Manifeste autem contempto

1 *postea*] E; *post* CAM. 4 *iste*] AM add. *psalmus*. 7 *ei quod*] C; *eo quod* EAM. 10 *et videbit*] EAM; *et non videbit* C. 14 *dicitur*] EAM; om. C. *Deus*] post *dicitur* om. A. 18 *ceteri* συγγενείας] scripsi; *ceteris ingenias* E; *ceteri ingenias* M; *ceteri genias* A; *c. geneas* (*a* ex *o*) C.

simum psalmum de Christo intellegendum esse putant. Quam quidem sententiam Hieronymo displicuisse, ex eius quoque commentario in evangelium Matthaei c. 4, v. 6 manifestum est, in quo de versu praefati psalmi *Angelis suis* etc.: ' Hoc in nonagesimo, inquit, psalmo legimus; verum ibi non de Christo, sed de viro sancto prophetia est '.

13. *unus Dominus*] Ephes. 4, 5.

18. *ceteri* συγγενείας] Cf. Euseb. Caesar. Comm. in ps. 28 (Migne P. Gr. 23, 252).

Israhele gentes ad Xpisti ecclesiam convocantur. *Adferte hostias, et introite in atria eius.* Istae sunt hostiae, de quibus et apostolus ait: ' Hostiam vivam, placentem Deo '. Et Dominus: ' Si offeres munus tuum ad altare'. *Etenim correxit orbem terrarum, qui non commovebitur.* Correxit: quia errore demonum fuerat depravatus. *Laetentur caeli, et exultet terra.* Si super unum paenitentem laetantur angeli, quanto magis in cunctarum gentium conversione?

XCVI.

Ignis in conspectu eius praeibit. Ut exurat adversarios, sive ut uniuscuiusque opus probet. *Adorent eum omnes angeli eius.* Hoc testimonio apostolus ad Hebraeos usus est. *Qui diligitis Dominum, odite malum.* Duae simul boni et mali caritates esse non possunt. Ambigue autem dictum, utrum malam rem, an malum diabolum odisse debeat, qui diligit Deum.

XCVII.

Et iste et superior psalmus inscriptionem non habent.

4 *offeres*] (*offeris?* Cf. Roensch, It. und Vulg. p. 286) EM; *offeres* A; *offers* C. 5 *terrarum*] EAM; *terrae* C. 9 *conversione*] *conversatione* A. 14 *Dominum*] C; *Deum* EAM. 17 *Deum*] CAM; *Dominum* E. 18 *XCVII*] Codex E unus numerum xcvij inserit ante verba *Et iste ... non habent;* quae quidem in reliquis codd. cum sequentibus verbis sub numero xcviij una serie leguntur.

3. *placentem Deo*] Rom. 12, 1.
4. *ad altare*] Matth. 5, 23.
7. *super unum paenitentem*] Luc. 15, 10.
11. *adversarios*] Is. 26. 11.
12. *probet*] 1 Cor. 3, 13.
13. *ad Hebraeos*] c. 1, v. 6.

XCVIII.

Et honor regis iudicium diligit. Aquila sic transtulit: ‘ Et imperium regis iudicium dilexit ’. Sensus iste est: Per iudicium punitur iniquitas : iniquitate autem punita, magnitudo regis augetur. *Et adorate scabillum pedum eius.* Quidam putant scabillum pedum Xpisti carnem eius debere intellegi, quae et ipsa quoque sit adoranda cum Verbo. Sed melius per tropologiam debemus accipere: ut quomodo tronus Dei appellatur caelum, ita et scabillum pedum terra sit dicta, vel potestas quae illi et caelestia et terrena subiciat. *Et adorate in monte sancto eius.* Iste est mons sanctus, qui vulnerat regem Tyri.

XCVIIII.

Ipse fecit nos, et non nos. Melius in hebraeo habet: ‘ Ipse fecit nos, et eius nos sumus ’.

C.

In matutino interficiebam omnes peccatores terrae. Matutinum velocitatem rei festinationemque significat:

3 *dilexit*] EAM; *diligit* C. 5 sqq. *scabillum*] scripsi; *scabyllum* E; *scabellum* C. 10 *pedum*] EC; om. AM. 14 *non*] AM addunt *ipsi*; in E pronomen *ipse* ad marg. rudi calamo suppletum est. 15 *eius nos*] EC; *nos eius* AM. 18 *rei festinationemque*] EAM; *resurrectionemque* C.

12. *vulnerat regem Tyri*] Ezech. 28, 16 sec. LXX: ἐτραυματίσθης ἀπὸ ὄρους τοῦ θεοῦ. Ad quem locum Hieronymus noster (M. 25, 285): ‘ sive vulneratus a monte Dei, qui perspicue, inquit, Christus intellegitur ’. Et ad Fabiolam epist. 78, ubi de vicesima Mansione: ‘ Iste iuxta Ezechielem vulneravit principem Tyri ’.

15. *nos sumus*] Ita quoque Hieronymus in suo Psalterio ex hebr. ‘ Ipse fecit nos, et ipsius sumus ’.

quo scilicet non diu pateretur esse peccatum, sed statim, ut illud sentiret, occideret; sicut et Deus prophetas suos manicans et diluculo consurgens misisse se dicit, hoc est, velociter. *Ut exterminarem de civitate Domini omnes qui operantur iniquitatem.* Hoc et apostolus ait: ' Auferte malum de medio vestrum '. Si civitas Domini ecclesia Xpisti est, quicumque facit iniquitatem, de civitate Dei exterminandus est.

CI.

Oratio pauperis, cum taedium sustinuerit, et in conspectu Domini effuderit precem suam. Quomodo iste psalmus videtur personam habere simulatam, sic et ceteros psalmos quidam volunt a David quidem esse conscriptos, sed eis personas inditas, sub quorum nominibus intellegantur. Pauper autem, qui pro nobis pauper factus sit, cum esset dives, apostolus docet.

CII.

Qui sanat omnes infirmitates tuas: qui redimit de corruptione vitam tuam. Haec omnia, quae in utilitatem animae facta referuntur, Dominus Iesus Xpistus et corporaliter et spiritaliter praestitit.

2 *illud*] EAM; *illos* C. 3 *manicans*] iam scripseram, cum *minitans* in tribus mss. CAM invenissem; coniecturae meae codicis E auctoritas nuper accessit. *diluculo*] CAM; *deluculo* E fere constanter. 5 *qui operantur*] EAM; *operantes* C. 10 *Oratio pauperis ... precem suam*] in uno codice E inveni. 15 *Pauper autem qui*] EAM; *paupertatem eius qui* C. 19 *in utilitatem*] CAM; *in utilitate* E. 21 *praestitit*] EAM; *praestat* C.

5. *apostolus ait*] 1 Cor. 5, 13. 16. *apostolus docet*] 2 Cor. 8, 9.

CIII.

Abyssus ut vestimentum amictus eius. Non, ut plerique male aestimant, amictus Dei abyssus est: sed secundum hebraea volumina amictus est legendum genere feminino, ut subaudiatur ' terrae ': quo scilicet omnes terrae claudantur oceano, et aquis omnia conprehendantur. *Super montes stabunt aquae: ab increpatione tua fugient.* Haec omnia possunt stare et iuxta historiam : quo scilicet in similitudinem montium fluctus maris adtollantur, et rursum instar vallis unda desidat. Sed et iuxta allegoriam sequitur intellectus. *Posuisti tenebras, et facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiae silvae.* Locus iste secundum historiam manifestus est: quod bestiae magis nocte procedant, insidias hominum tenebris declinantes, et statim, ut sol exortus fuerit, regrediantur ad cubilia sua. Potest autem et iuxta anagogen de saeculi huius nocte cantari: quod cum aliquis fuerit errore circumdatus, statim bestiae, id est, adversariae potestates in eum desaeviant, et quaerant escam sibi; cum vero per conversionem et paenitentiam coeperit in corpore eius verum lumen oboriri, tunc recedant bestiae, et ad sua cubilia revertantur. Quod autem ait, eas quaerere a Deo escam sibi : hoc indicat, quod bestiae nullos magis cupiant devorare, quam sanctos. *Egreditur homo ad opus suum.* Cum bestiae regressae fuerint in

2 *amictus*] in cod. A pronomen *eius* additum est sup. lin. 6 *omnes terrae claudantur*] E; *omnis terra claudatur* C. 10 *desidat*] EAM; *resi lat* C. 20 *conversionem et paenitentiam*] EAM; *conversionem paenitentiae* C. 21 *in corpore*] EAM (cf. Matth. 6, 22 etc.); *in corde* C. *recedant*] EAM; *recedunt* C. 22 *revertantur*] EAM; *revertuntur* C. 23 *eas*] CAM; *et* E. 24 *cupiant*] EAM; *cupiunt* C. *Egreditur*] Ita omnes codd.

caulas suas, et sol fuerit exortus, statim egreditur homo ad opus suum. *Quam magnificata sunt opera tua, Domine: omnia in sapientia fecisti.* Si omnia fecit in sapientia, ubi sunt qui detrahunt creatori, quod serpentes, lacertas, pulices, cimicesque, et cetera istiusmodi minuta animalia, vel superflua fecerit, vel nocentia? *Hoc mare magnum et spatiosum: ibi reptilia quorum non est numerus, animalia parva cum magnis.* Grande est mare saeculi: et quicumque in eo sunt, reptilia appellantur, et eorum magnus est numerus. Sunt quoque in eo animalia parva cum magnis: quo scilicet nemo de sua magnitudine praesumat, sed donec in mari saeculi est, quamvis magnus sit, tamen sciat esse se reptilem. *Ibi naves pertransibunt.* Illa pertransit navis, cuius vestigium iuxta Salomonem non potest inveniri. Et adtende quam caute dixit draconem, qui in praesenti versiculo scriptus est: *Draco iste quem formasti ad inludendum ei.* Draco iste propterea factus est, ut iuxta Esaiam a parvulis inludatur. Aliter: draco ideo factus est, ut inludat mari, et regnet in saeculo.

CIIII.

Alleluia. Usque hodie consuetudinis Iudaeorum est, ut nulli alteri psalmo Alleluia in canendo subnectant,

1 *exortus*] EAM; *ortus* C. 12 *praesumat*] A. Verbum in archetypo defuisse videtur: deest certe in cod. E; deerat etiam in M, sed additum est ad marg.; C supplevit *glorietur*. 13 *reptilem*] E; *reptile* reliqui. 16 *in praesenti*] E 1 m. et C; *in sequenti* E 2 m. et AM. Re vera iuxta LXX haec verba δράκων οὗτος κ. τ. λ. cum praecedentibus ἐκεῖ πλοῖα διαπορεύονται unum versiculum efficiunt.

7. *spatiosum*] Hieronym. epist. 106, n. 65: ‘Dicitis in graeco *manibus* non haberi. Et ego novi: sed ex hebraico et Theodotionis editione in Septuaginta sub asterico additum est’.

15. *iuxta Salomonem*] Sap. 5, 10. Cf. supra, p. 62, l. 2.

18 *iuxta Esaiam*] 11, 6-8?

nisi ei qui in psalterio Alleluia praescriptum aut subiectum habet. Nos autem indifferenter uti solemus, etiam in his psalmis Alleluia dicentes, qui aut historiam replicant, aut per paenitentiam lacrimabiliter ingemescunt, aut de inimicis victoriam postulant, aut ut de angustia liberemur precantur. Quod autem semel dicimus, hoc in omnibus observandum est: in quocumque psalmo primum Alleluia fuerit praenotatum, eum etiam in fine habere Alleluia subiectum. Et plerique nescientes sequentis psalmi arbitrantur esse principium: quod nequaquam est. Denique saepe repperies in uno psalmo duo Alleluia praeposita: quod significat, unum ad finem prioris, alterum ad sequentis principium pertinere. *Et pertransivit de gente in gentem, et de regno in populum alterum.* Dicitur ad Abraham: ‘ Exi de terra tua, et de cognatione tua ’. *Nolite tangere xpistos meos.* Notandum quod ante unctionem xpisti vocentur: ex quo animadvertimus, unctionem non tam olei esse, quam Spiritus.

CV.

Et laudaverunt laudationem eius. De illo dicit cantico, quod in Exodo legitur: ‘ Laudate Dominum, gloriose

8 *fuerit*] E; *fuit* C. 11 *repperies*] E; *reperies* C. 14 *pertransivit*] Ita omnes codd. *in populum*] EAM; *ad populum* C. 20 *dicit*] EAM; om. C.

1. *Alleluia praescriptum aut subiectum habet*, et paulo post *Alleluia fuerit praenotatum, e. e. i. f. habere Alleluia subiectum*] Hieron. in ep. ad Ephes. 5, 19 (M. 26, 561): Quod omnes psalmi continent, quibus Alleluia vel praepositum vel subiectum est ’.

4. *lacrimabiliter ingemescunt*] Aliud mihi quaerenti fortuito occurrit locus iste Hieronymi in Galat. 3, 6: ‘ compunctum cor et pro populo *lacrimabiliter ingemiscens*, scriptura clamorem vocavit ’. (Migne 26, 400).

16. *tua*] Gen. 12, 1.

21. *in Exodo*] 15, 1 sqq.

enim magnificatus est '. *Et fecerunt vitulum in Oreb, et adoraverunt sculptile.* Hunc locum consulte Iosephus in Archaeologiae libris praetergreditur. *Et levavit manum suam super eos, ut deiceret illos in deserto.* Manus elevatio habitum irascentis et percutientis ostendit. *Et paenitentiam egit secundum multitudinem misericordiae: et dedit eos in misericordias et miserationes.* De variis loquitur captivitatibus, quando dimissi a Cyro de Babylone laxati sunt: quam indulgentiam confirmat postea Darius, et post eum Artaxerxes. Ptolomaeus quoque de Aegypto captivos in Iudaeam remisit, quos transtulerunt Macedones. *Et dicet omnis populus: Fiat.* Quarti libri finis unum tantum Amen habet, licet in graeco duo legantur.

CVI.

Sedentes in tenebris et umbra mortis, vinctos in paupertate et ferro. Isti sunt pauperes, de quibus in vicesimo et primo psalmo loquitur: ' Manducabunt pauperes, et saturabuntur '. Hi in vinculis et in tenebris, quibus Esaias quoque praecipit dicens: ' Exite, et revelamini '. Manifesta igitur allegoria in praesenti loco est: non enim

1 *Oreb*] scripsi cum Hieronymo, De nom. hebr. M. 23, 834; *Coreb* E; *Choreb* CM; *horeb* (*c* erasa) A. 2 *sculptile*] EC; *scultile* AM. *Iosephus*] CAM; *Iosepus* E. 3 *Archaeologiae*] *arceologiae* codd. *Et levavit*] EMC; *Elevavit* A. 4 *illos*] *eos* C. 10 *Artaxerxes*] AM; *Artaxerses* C; *Artaxersis* E. 12 *Macedones*] C; *Machedones* EAM. *dicet*] CAM; *dicit* E (*dicite* Psalt. Rom. ap. Migne 29, 340). *Fiat*] semel tantum in CAM, bis vero in E legitur.

2. *in Archaeologiae libris*] Lib. 3, c. 5. Ibi enim, ut de vitulo aureo aliquid diceretur, narrationis series ultro poscebat.

5. *et percutientis ostendit*] Iisdem verbis Hieronymus, Comm. in Ezech. 20, 5-6 (M. 25, 197): ' Elevatio autem manus, sive extensio, habitum percutientis ostendit '.

19. *saturabuntur*] Ps. 21, 27.

20. *Esaias*] 49, 9.

legimus Iudaeos in eremo vinctos et in tenebris fuisse. *Qui descendunt mare in navibus, faciunt opus in aquis multis, ipsi viderunt mirabilia Domini.* Per metaforam maris, fluctuum, tempestatis, temptationes quibus cotidie quatimur indicantur. *Quis sapiens, et servabit ista, et intelleget misericordias Domini?* Simile quid et in Osee fine dicitur: ex quo docemur, licet historiam videantur sonare quae scripta sunt, tamen sacratiorem intellegentiam flagitare.

CVII.

Super Idumaeam inmittam calciamentum meum. Pro inmittam, Aquila 'proiciam' interpretatus est: quo scilicet etiam ei Idumaea subiecta sit. Idumaea autem aut terrena interpretatur, aut sanguinaria. Et totus psalmus secundum sensum duplicem aut ad David refertur, quod super has gentes Deo se adiuvante regnaverit: aut ad Xpistum, ut secundum interpretationem nominum hebraeorum diversas ecclesiae reputemus esse virtutes.

CVIII.

Et diabolus stet a dextris eius. Pro diabolo, in hebraeo 'satan' scriptum est, quod interpretatur adversarius. Diabolus vero graecum vocabulum est: quem nos inter-

4 *maris, fluctuum, tempestatis*] E; *maris et fluctuum tempestates* (coniunctio *et* addita est sup. lin.) M; *maris et fluctuum* (*et* add. sup. lin.) *tempestatis* (*i* ex *e*) A; *maris fluctibus temperatis* C. 20 *stet a dextris*] C; *stetit ad dextris* EAM. 21 *satan*] EAM; *sathana* C. 22 *est*] post 'vocabulum' om. E.

6. *in Osee fine*] c. 14, v. 10.
14. *aut sanguinaria*] Hieron. Dialog. contra Pelag. l. 2, n. 25 (M. 23, 590): 'In Idumaeam descendet, quae interpretatur vel sanguinaria vel terrena'.

pretari possumus criminatorem. *Et oratio eius fiat in peccatum.* Cum enim eum proditionis paeniteret, laqueo se suspendit. *Et cognoscant quia manus tua ista, et tu Domine fecisti ea.* Intellegant Pilatus, Herodes, atque Iudaei, quod non eorum potestate, sed tua voluntate sum passus, nec invitus bibi calicem, quem cum scirem esse potandum, sponte hausi: non meam, sed tuam, id est, non hominis quem indueram, sed Dei faciens voluntatem.

CVIIII.

Dixit Dominus Domino meo. Prius nomen Domini τετραγράμματον est, quod proprie in Deo ponitur: secundum, quod commune est cum ceteris, quo et reges et ceteri homines appellantur. Quod si nobis obponere voluerit haeresis Arriana, ex hac diversitate minorem Filium, Patrem esse maiorem, respondebimus ei: illi nomen inferius convenire, cui ut sedeat imperatur. *Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum.* Cum Xpisto semper principium est: et in die quoque qua secundum incarnationem vincit inimicum, habet suae naturae ineffabile semper exordium. Hoc autem vero

4 *ea*] Ita omnes codd. 11 τετραγράμματον] *tetragramaton* AM; *tetragrammatum* E; *tetragramatum* C. 12 *cum*] ante ' ceteris ' in uno cod. E legitur. 13 *appellantur*] EC; *appellabantur* M, A (postea emend.). 18 *in die*] prius iam scripseram, quam legerem in E; *inde* CAM. 19 *qua*] itidem scribendum esse existimo, licet in quattuor codicibus legatur *quia*. *vincit*] E; *vicit* CAM. 20 *vero*] E; *verum* AM; om. C. Equidem novi coniunctiones *autem* et *vero* vix alibi eo modo iunctas inveniri: at in huiusmodi rebus nihil nisi quod testantur codices spectandum. S. August. Confess. 5, 14: ' Verum autem tu spes mea '.

1. *criminatorem*] Hieron. in ep. ad Ephes. 4, 27: ' Diabolus graecum verbum est, quod latine dicitur criminator: lingua vero hebraea *satan* appellatur, id est adversarius, sive contrarius '. Ibidem in v. 11 capitis 6: ' Diabolus autem nomen graecum est, quod interpretatur criminator '. Et in ep. ad Titum, v. 6 sqq.: ' Diabolus autem in latina lingua criminatorem sonat '.

10. *Prius nomen Domini* etc.] Confer supra p. 20, l. 15.

principium et haec virtus in proelio tunc magis elucescet, cum sancti, hoc est, credentes in eum illo splenduerint praesolante. *De torrente in via bibit: propterea exaltabit caput.* Propter similitudinem hebraearum litterarum, ubi caput Septuaginta transtulerunt, potest et 'princeps' legi. De torrente vero bibit et Helias. Et Dominus noster aquas de turbine saeculi concitatas et variis mundi vitiis turbidas in sua passione sustinuit, superavit, obpressit: nobis esuriens, nobis bibens, nobis elevans caput.

CX.

Iste primus secundum ordinem scribitur litterarum: licet multi vicesimum quoque quartum psalmum et tricesimum sextum scriptum putent in hebraeo secundum ordinem litterarum. Sed in illis vel desunt aliquae litterae, vel supersunt: et nonnumquam cum unus versus brevis sit, alter infinita longitudine maior est. Ex quo puto, observatione potius hoc legentium, quam studio scriptoris effectum. Denique et Septuaginta interpretes, quia aliquis in eis scrupulus nascebatur, in translatione hebraeas litteras ponere noluerunt.

3 *praesolante*] EC; *praesulante* AM. En aliud vocabulum lexicographis, ni fallor, adhuc fere ignotum. *in via*] CAM; om. E. *bibit p. exaltavit*] Ita codd. 6 *princeps*] E; *principes* CAM. *vero*] AM, E add. 1 m. sup. lin.; om. C. *et*] ante 'Helias' C; om. EAM. 8 *vitiis*] EC; praeterm. AM, A suppl. *persecutionibus* sup. lin. 12 *Iste*] CAM add. *psalmus.* 14 *secundum*] CAMβ; *per* (in fine lineae) | *secundum* E. 18 *potius*] C unus agnoscit; A *magis* post 'puto' addit sup. lin. 20 *in translatione hebraeas*] accepi ex AM; deerat. in C; 2 m. suppl. ad marg. in E.

6. *et Helias*] Hieron. in Eccles. 1, 7 (M. 23, 1070): 'Salvator ad torrentem traditur Cedron. Et Elias persecutionis tempore ad torrentem Chorrath latitat'.
13. *licet multi* etc.] Hieron. ad Paulam, ep. 20, n. 3: 'Sunt qui et alios (psalmos praeter 110, 111, 118 et 144) hoc ordine putent incipere, sed falsa eorum opinio est'. Cf. supra, p. 37, l. 19.

CXI.

Et hic psalmus, sicuti superior, secundum ordinem scribitur litterarum: et ideo ethicus est, mores nos instruens, et per elementorum exordia provehens ad maiora. Longitudinem autem versus hebraici, qui in centesimo octavo decimo psalmo texitur, in his duo explent versiculi: ut quod ibi una efficit littera, hic duae diversae efficiant secundum ordinem se sequentes.

CXII.

Laudate pueri Dominum. Hic pueri provocantur ad laudem, de quibus in Esaia Salvator ait: ' Ecce ego et pueri, quos mihi dedit Dominus '. Ex ore quippe infantium et lactantium laus in Deum plena perficitur.

CXIII.

Quid tibi est, mare, quia fugisti? et tu, Iordanis, quare conversus es retrorsum? Insensibilia quasi sensi-

2 *sicuti*] EC; *sicut et* AM. 3 *scribitur*] EC; *inscribitur* AM. *ethicus*] E; *et* (*h* sup. lin.) *ic* *us* A; *aetichos* M; *mysticus* C. *nos*] E, M (postea mutat. in *nostros*); *nostros* A; om. C. 7 *una*] EAM; om. C. 8 *se*] EAM; om. C. 10 *Hic*] omnes codd. (pro ' Hi '?) 12 *pueri*] C add. *mei*. 13 *lactantium*] EAM; *lactentium* C. 16 *quare*] EC; *quia* M, A ex *qui*. *Insensibilia q. s.*] ECM; *insensabilia q. sensabilia* A.

3. *et ideo ethicus est*] Hieron. ad Algasiam c. 10 (M. 22, 1035): ' centesimus decimus octavus psalmus, et omnes alii qui litteris praenotantur, per ethicam nos ducunt ad theoricam, et ab elementis occidentis litterae, quae destruitur, transire faciunt ad spiritum vivificantem '. Idem docet S. Doctor cum alibi tum in laudata modo epistula ad Paulam, n. 4.

11. *Ecce ego* etc.] Is. 8, 18. ' Ceterum b. apostolus in epistola, quae ad Hebraeos scribitur, docet... hoc testimonium ex persona debere intellegi domini Salvatoris '. Ita Hieronymus in hunc Isaiae locum, ap. Migne 24, 124.

12. *Ex ore quippe* etc.] Ps. 8, 3.

bilia interrogat, cur eorum natura mutata est. *A facie Domini commota est terra.* Ipse pro his respondet, quod ad conspectum Dei universa facta sint, et omnia illum sentiant, qui creator est omnium. *Caelum caeli Domino: terram autem dedit filiis hominum.* Ubi nullum delictum est, et quod omni altitudine sublimius est, ibi habitat Dominus: humilia vero et deiecta hominibus ad inhabitandum tradidit.

CXIIII.

Placebo Domino in regione viventium. Pro ‘ placebo ’, habet in hebraeo ‘ deambulabo ’ habet. Quod etiam in Genesi de Enoch scribitur: ‘ Ambulavit Enoch cum Deo, et translatus est ’: non ‘ placuit Deo ’, sicut in nostris codicibus legitur.

CXV.

Hunc psalmum quinta et sexta editio cum superioribus copulant: Symmachus vero et Septuaginta interpretes dividunt. *Ego dixi in excessu mentis meae: omnis homo mendax.* Ubi nos legimus ‘ mendax ’, ibi in hebraeo positum est KIUZHB: quod interpretatur Symmachus ‘ mendacium ’, quinta vero editio ‘ deficit ’. Non igitur tam omnis homo mendax est, quam omnis homo mendacium atque defectio: quod cito transeat, et in imagine

1 *mutata est*] EAM; *mutata sit* C. 3 *facta sint*] EAM; *f. sunt* C. 10 *viventium*] E; *vivorum* CAM. 12 *Ambulavit*] scripsi; *ambulabit* E; *ambulabat* C. 13 *non*] etiam scripseram, sicuti postea legi in E; *nam* C; *et* A, M in litura. 16 *cum superioribus*] (subintellege ‘ verbis ’ seu ‘ versiculis ’) EAMβ; *cum superiori* C more suo planior, sed eo magis dubiae fidei. 19 *ibi*] scripsi; *ubi* E; om. CAM. 20 *KIUZHB*] (pro כָּזָב?) EAM; om. C.

11. *in Genesi*] 5, 24. LXX: εὐηρέστησεν Ἐνὼχ τῷ Θεῷ.
13. *in nostris codicibus*] v. gr. apud

perambulet, et umbrae similis vita nostra brevi curriculo finiatur. *Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo.* Pro hoc beneficio, quod mihi Deus largitus est animam, quod me fecit de nihilo subsistere, quid aliud possum facere, nisi creatori meo eam offerre, quam tribuit? *Vota mea Domino reddam.* Dicit se laudaturum esse post mortem, ne finis credatur interitus. *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.* Mors in lege et contaminata est, et contaminat: igitur de martyribus evangelii prophetatur.

CXVI.

Laudate Dominum, omnes gentes. Pro eo quod est 'laudate Dominum', in hebraeo scriptum habet 'alleluia'.

CXVII.

O Domine, salvum me fac. Illud quod in evangelio scribitur, quia intrante Domino Hierosolymam parvuli palmas sumpserint, et antecedentes eum consona voce clamaverint 'Osanna in excelsis, benedictus qui venit in nomine Domini', de praesenti psalmo sumptum est. Denique ubi nos habemus σῶσον δή, hoc est, salvum me fac, in hebraeo OSIANNA scriptum habet.

10 *prophetatur*] AM (*profetatur* E); *prophetat* C. 20 σῶσον δή] scripsi; ϹωϹΟΝΝΑ E; ϹωϹΟΝΑΝ C; om. AM. 21 OSIANNA] M, A (*i* postea erasa est); *os.anna* E; *osanna* C.

1. *perambulet*] Ps. 38, 7.

19. *de praesenti ps. sumptum est*] Hieron. in Matth. 23, 39: 'Versiculum autem istum, quo et parvuli atque lactentes in ingressu Ierusalem domini Salvatoris usi sunt, quando dixerunt *Benedictus qui venit in nomine Domini, osanna in excelsis*, sumpsit de centesimo decimo septimo psalmo'.

21. OSIANNA *scriptum habet*] Lege sis rescriptum S. Hieronymi ad Damasum de voce Osanna (Migne 22, 375 sqq.).

CXVIII.

Totus et hic psalmus est scriptus secundum ordinem litterarum: ita ut ab una littera octo versus incipiant, et rursum a sequenti octo alii conpleantur, et hoc similiter ad finem usque texatur. Iosephus autem refert in libris Ἀρχαιολογίας, hunc psalmum et Deuteronomii canticum uno metro esse conpositum: et putat elegiacum metrum in utroque posse deprehendi, quod scilicet prior versus sex pedibus constet, et inferior uno minus in pentametrum finiatur.

CXVIIII.

Quindecim graduum psalmi per quosdam profectus nos ad summa perducunt, ut in Domini atriis possimus dicere: ‘ Ecce nunc benedicite Dominum, omnes servi Domini, in atriis domus Dei eius ’. Et quia a plerisque super his latissime disputatum est, stultum est parva dicere velle pro magnis. *Ad Dominum, cum tribularer,*

4 *rursum*] EAM; *rursus* C. 6 Ἀρχαιολογίας] E; *apaniosias* C. 15 *Dei eius*] Ita codd. et Brev.

2. *Totus et hic psalmus* etc.] Huc quoque refer epistulam 30 Hieronymi ad Paulam de psalmo cxviii: cuius num. 2 cum hisce Commentariolis fere ad verbum convenit.

5. *in libris* Ἀρχαιολογίας] lib. II, c. xvi, n. 4; IV viii 44; VII xii 3. Cuius verba Hieronymus quoque prescribit in eadem epist. ad Paulam n. 3, ubi ait: ‘ Verum debes scire in prioribus psalmis singulis litteris singulos versiculos, qui trimetro iambico constant, esse subnexos: inferiores vero tetrametro iambico constare, sicut et Deuteronomii canticum scriptum est ’.

14. *Ecce nunc benedicite*] Ps. 133. Confer Hieron. adversus Iovinianum l. 2, n. 34 (Migne 23, 346): ‘ Quid sibi volunt in descriptione templi septem et octo gradus? Quid rursum, quod in psalterio post elementa centesimi octavi decimi psalmi, quibus mysticum erudimur alphabetum, per quindecim gradus usque illuc pervenimus, ut possimus canere: *Ecce nunc benedicite Dominum, omnes servi Domini: qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri?* ’

clamavi: et exaudivit me. Tres res in uno versiculo velociter explicantur: angustia, preces, exauditio. *Sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatoriis.* Pro desolatoriis carbonibus in hebraeo ἀρχευθίνοις habet. Desolatorem puto et in Esaia esse carbonem, qui ad labia eius defertur, ut purget vitia quae loquendo, sive ob timorem quae tacendo contraxerat. Et hic itaque carbonem, similem deprecatur: ut detur ei carbo de altario Dei, qui in eius labiis peccatorum solitudinem faciat, id est, a vitiis eum praestet alienum.

CXX.

Per diem sol non uret te, neque luna per noctem. Iustus nec in prosperis elevari potest, nec in tristibus deici. Quod in die et nocte, hoc et in sole significatur et luna.

CXXI.

Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi. Quia in priori psalmo audierat: ' Dominus custodiat introitum

1 *in uno*] EAM; praepositionem om. C. 2 *exauditio*] EAM; *exauditus* C. 3 *potentis*] AM; *potentes* EC. 4 ἀρχευθίνοις] Brev.; *archaeutinos* EAM; *arcuechinos* C. 6 *ob timorem quae tacendo*] EM, A (mutat. in *quae ob timorem tacendo*); *quae tacendo ob timorem* C; *optima quaeque tacendo* β.

4. ἀρχευθίνοις *habet*] Hieron. ad Fabiolam epist. 78, ubi de xv Mansione: ' Rethma transfertus *sonitus* aut *iuniperus*, quamquam plerique ἄρχευθον apud Graecos aliud genus arboris significare contendant. Iuniperum autem et primus graduum psalmus iuxta veritatem hebraicam sonat, ubi scriptum est: *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?* et propheta respondet: *Sagittae potentis acutae, cum carbonibus iuniperorum*, pro quo apud nos legitur *desolatoriis* '.

5. *in Esaia*] 6, 6.

13. *in prosperis elevari*] Hieron. in Is. 21, 11-12: ' Responditque ecclesiae multitudo: Non solum in prosperis, sed in adversis, hoc est, et in die et in nocte, tua Deus praecepta servabo '. Ibid. 26, 7-9: ' Unde et in alio psalmo super iusti securitate Propheta decantat: *Per diem sol non uret te, neque luna per noctem;* id est, nec in prosperis nec in adversis umquam de tuo moveberis gradu '.

tuum et exitum tuum ', nunc propterea laetum esse se dicit, quod sibi in domum Dei introitus repromissus sit. *Cuius participatio eius in idipsum.* Haec est sanctae aedificatio civitatis, si sibi in omni parte sit particeps, et invicem pro se membra sollicita sint.

CXXII.

Ad te levavi oculos meos, qui habitas in caelo. Notandum quod per singulos psalmos quidam graduum sunt profectus. Qui in primo dixerat, ' Ad Dominum cum tribularer clamavi: ' et in secundo oculos ad montes se levasse narraverat: laetatus quoque fuerat, quia sibi ingressus in domum Dei fuerat repromissus: nunc ad maius proficit, ut ad ipsum Deum oculos levet, qui habitat in caelo.

CXXIII.

Torrentem pertransivit anima nostra. Melius in hebraeo habet: ' Torrens pertransivit super animam nostram ': quod scilicet multi temptationum turbines super animam eius transierint, nec potuerint eam necare, iusto dicente: *Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israhel. Forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.* Verbum ἀνυπόστατον apud Hebraeos ambiguum est, et potest sonare, quod non subsistat, et quod intolerabile sit, hoc est, quod nemo ferre queat. Pro

1 *laetum*] EAM; *propterea nunc laetatum* C. 7 *in caelo*] EAM LXX; *in celis* C. 10 *ad montes se levasse*] EAM; *se ad montes elevasse* C. 17 *super*] EAMβ; om. C. 21 *Forsitan*] CAM; *forsitam* E. 22 ἀνυπόστατον] EC; ΑΝΙΙΙΟϹΤΑΤΟΝ AM. 23 *non*] ante ' subsistat ' add. C sup. lin.; om. EAMβ, etsi negatio hic certe necessaria videtur. Conf. adnot. crit. ad p. 69, l. 7. 24 *sit*] ECMβ; *est* A.

quo et Aquila, et Symmachus, et Theodotion, et omnes interpretes pari voce consentiunt, ‘ superbas ’ aquas et ‘ adrogantes ’ pro ἀνυποστάτῳ transferentes.

CXXIIII.

Quia non derelinquetur virga peccatorum super sortem iustorum. Pro virga, in hebraeo ‘ sceptrum ’ habet. Hoc est ergo quod petimus: Ne nos inducas in temptationem, quam sufferre non possumus. *Declinantes autem in obligationes adducet Dominus.* Pro obligationibus, Aquila διαπλοκάς interpretatus est, Symmachus σκολιότητας, quinta editio διεστραμμένας..

CXXV.

Facti sumus sicut consolati. Pro consolatis, omnes pariter editiones ‘ somniantes ’ transtulerunt. Et pulchre somniantes : nondum est enim plena laetitia, in captivitate reliquis constitutis.

CXXVI.

Ideo psalmus iste Salomonis titulo praenotatur, ut ipse fabricator templi doceat se nihil valere aedificationem eius sine Domini auxilio. *Qui manducatis panem doloris.* Pro dolore, Theodotion et quinta editio ‘ idola ’ interpre-

3 ἀνυποστάτῳ] E?; ἀνυπόστατον Cβ. 8 *possumus*] EAM; *possimus* Cβ. 10 *quinta*] EAMβ; *quarta* C. 11 διεστραμμένας] (subintellege ὁδούς) EAM (ΔΙΕϹΤΡΑΜΕΝΑϹ C); διεστραμμένα β. 13 *Pro consolatis*] AM, E *s* add. 2 m.; *pro consolati* Cβ. 16 *reliquis*] EAMβ; *reliquiis* C. 19 *doceat se*] AMβ; *se* sup. lin. 2 m. addit E, om. C.

21. *Pro dolore Theodotion* etc.] Hieron. ad Marcellam ep. 34, n. 2 : ‘ *pro pane doloris*... Aquila interpretatus est ἄρτον τῶν διαπονημάτων... Quinta editio et Theodotion, qui in ceteris cum Septuaginta translatoribus facit, *panem idolo-*

tati sunt, sexta vero ‘ errorem ’. Sensus itaque iuxta simplicem intellegentiam iste est: Sine causa diluculo ad templum curritis, et Deum adorare vos creditis, qui idola pariter adoratis, et inmundo vescimini pane. *Sicut sagittae in manu potentis, ita filii excussorum.* ‘ Excussos ’, expeditos et adcinctos ad proelium vocat: quo verbo et in Ezrae libro Septuaginta interpretes transtulerunt. *Beatus vir qui explevit desiderium suum ex illis.* Pro desiderio, in hebreo ‘ pharetram ’ habet: ut quia sagittas praemiserat in conparationem sanctorum, consequenter pharetram sagittis inferret explendam.

CXXVIII.

Dominus iustus concidit cervices peccatorum. Pro cervicibus, in hebraeo habet ‘ vincula ’ vel ‘ catenas ’. Ut sit sensus: illi quidem me suis insidiis hinc inde vallarunt, et iam vinctum tenebant, sed auxiliante Domino omnes nexus soluti sunt.

1 *vero*] EAMβ; om. C. 2 *diluculo*] *deluculo* E. 6 *quo verbo*] *quod verbum* β, C 2 m. 7 *Ezrae*] E; *Esdrae* C; *Ezdrae* A; *Ezredrae* M; *Esdrae* β. 8 *qui explevit*] A; *qui non explevit* C, E (negatio postea erasa est); *qui non implevit* M (mutat. in *qui explevit*). 9 *pharetram*] *faretram* EC. 10 *in conparationem*] AMβ, E (littera *m* postea expuncta est); *in comparatione* C. 11 *inferret*] EAM, C (ex *infert*); *inferat* β. 13 *concidit*] EAM (συνέκοψε LXX); *concidet* Cβ.

rum ; Sexta πλάνης, id est *erroris....* et prophetice populus arguitur ad templum diluculo frustra consurgere, et post quietem ad sanctuarium festinare, cum idola Dei honore venerentur ’.

7. *interpretes transtulerunt*] Hieron. ibid. n. 4 : ‘ *Excussos* autem et consuetudo sermonis humani vegetos et robustos et expeditos vocat : et ipsi Septuaginta interpretes in Esdrae libro pro *iuvenibus* transtulerunt, in quo ita scribitur : *Et factum ex die illa, medii excussorum faciebant opus* etc. (Nehem. 4, 16) ’.

11. *inferret explendam*] Ibid. : ‘ exceptis Septuaginta, qui aliter transtulerunt, et in hebraeo et in cunctis editionibus ita repperi, *Beatus vir qui replevit pharetram suam ex ipsis ;* ut quia metaphoram semel sumpserat ex sagittis, et in pharetra quoque translatio servaretur ’.

CXXXI.

Memento Domine David, et omnis mansuetudinis eius: sicut iuravit Domino. Pro eo quod est ' sicut ', in hebraeo habet ' qui '. Ut sit sensus: Memento Domine David, et omnis mansuetudinis eius: qui iuravit Domino, et votum fecit Deo Iacob. *Ecce audivimus eum in Efrata.* Regio Bethleem usque hodie appellatur Efrata: huius rei et aliae scripturae testes sunt. *Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus.* Pro vidua, χήρᾳ, et hebraea volumina et ipsi Septuaginta θήραν habent. Sed propter novitatem verbi et unius litterae demutationem, paulatim θήρα obtinuit ut legeretur χήρα: maxime quia in sequenti versiculo pauperes sequebantur. Θήρα Symmachus et Aquila ' cibaria ' interpretati sunt. *Super ipsum autem floriet sanctificatio mea.* Pro sanctificatione NAZER in hebraeo habet, quod Aquila

6 *eum*] C; *eam* Mβ; *ea* E, A ex *eam*. Ita et Psalt. Veron. ap. Migne 29, 389. Lege adnot. infra positam. 7 *Efrata*] EC; *Effrata* AM. 14 Θήρα] Ita codd. ubi expectares accusativum θήραν, ut supra. Legendumne, Pro θήρᾳ? 15 *floriet*] EAM; *florebit* Cβ. *mea*] om. E.

6. *audivimus eum*] Ita legendum esse ab Hieronymo Paula vidua didicerat, ut in huius Epitaphio n. 10 legitur: ' *Ecce audivimus illum in Ephrata, invenimus eum in campis silvae.* zo quippe sermo hebraicus, ut te docente (*al.* ut a docente) didici, non Mariam matrem Domini, hoc est αὐτήν, sed ipsum, id est αὐτόν significat ' (Migne 22, 885).

7. *appellatur Efrata*] Ita S. Hieronymus, Quaest. hebr. in Genes. 35, 6: ' Ephratha vero et Bethleem unius urbis vocabulum est '. De situ et nom. loc. hebr. (Migne 23, 939): ' Ephratha, regio Bethleem civitatis David, in qua natus est Christus... Legimus Ephrathan in Paralipomenon libro (I ii 50) '. Cf. comm. in Abdiam ap. Migne 25, 1170.

14. *cibaria interpretati sunt*] Hieronymus, Quaest. hebr. in Genes. 45, 21: ' Verbum SEDA, quod hic omnes ore consono ἐπισιτισμόν, id est *cibaria* vel *sitarcia* interpretati sunt, in Psalterio quoque habetur. Ubi enim nostri legunt *Viduam eius benedicens benedicam*, licet in plerisque codicibus pro vidua, hoc est, pro χήρᾳ nonnulli legant θήραν, in hebraeo habet SEDA, id est *cibaria eius benedicens benedicam* '.

'consecratum' interpretatur: et significat laminam ex auro, quae in fronte pontificis ligabatur, sculptum habens nomen Domini.

CXXXII.

Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron. Casu genetivo legendum est Aaron: hoc est, quod descendit in barbam Aaron. *Sicut ros Ahermon, qui descendit super montem Sion.* Ahermon ἀνάθημα interpretatur. Ipse est autem mons, qui mutato vocabulo Hermoni et Sanir appellatur, idolis consecratus, et adsiduo hostiarum cruore perfusus. Hoc ergo est, quod dicit: quia omnis gratia et potentia idolatriae, et sublimitas ac pompa culturae ad montem transeat Sion, hoc est, ad ecclesiam Xpisti.

CXXXIII.

In atriis domus Dei nostri. Hic versiculus nec in hebraeis voluminibus, nec in quaquam editione, nec in ipsis quoque Septuaginta interpretibus reperitur, sed de consequenti psalmo in hoc mihi videtur adpositus. *Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit caelum et terram.* Decens finis cantico graduum, psalmum in benedictione concludens.

1 *laminam*] ECβ; *lamminam* AM. 6. 7 *Aaron*] *Aron* E. 7 *Ahermon*] E (LXX: 'Αερμών. Hoc nomen sanctus quoque Hieronymus inter ea vocabula recenset, quae a littera *A* incipiunt, De situ et nom. loc. hebr. ap. Migne 23, 914); *Hermon* CAM. 10 *Hermoni*] EC; *hermoniim* AM. 13 *montem*] C; *montes* E; *ad montes Sion transeat* AM. 21 *Decens finis*] in E sequior manus mutavit in *denis quinis*.

10. *et Sanir appellatur*] Hieron. De situ et nom. loc. hebr. (Migne 23, 914): Aermon, mons Amorrhaeorum... quem Phoenices vocant *Sanior*, et Amorrhaeus appellavit *Sanir*: diciturque in vertice eius insigne templum, quod ab ethnicis cultui habetur e regione Paneadis et Libani '.

CXXXIIII.

Quia Iacob elegit sibi Dominus: Israhel in substantiale sibi. Verbo περιουσίῳ, id est 'substantiali', exceptis sanctis scripturis, nullus foris disertorum usus est: et propterea obscurus redditur sensus, quia verbum, per quod sensus intellegitur, novitas occultum facit. Denique et Aquila et quinta editio similiter transtulerunt. Solus Symmachus 'praecipuum', id est, ἐξαίρετον posuit: quod in hebraeo dicitur SUGULLA, et latino sermone significantius exprimi potest 'peculium'. *Qui eduxit nubes ab extremo terrae.* Istae sunt nubes, quibus mandat Dominus, ne pluant super peccatores imbrem, et quae de piscatoribus et humillimis hominum congregantur. *Fulgura in pluviam fecit.* Loquentibus apostolis et prophetis, mundum splendor inluminat. *Qui educit ventos de thesauris suis.* Diversae spiritus gratiae de Patre et Filio et Spiritu sancto producuntur.

2 *Israhel*] om. E. 3 περιουσίῳ] scripsi; περιοΥCι EC; περiosci AM. *substantiali*] C; *substantialis* EAM. 4 *foris*] (i. e. praeter scriptores ecclesiasticos) EAM; *fari* C. 7 *similiter*] C; *simili littera* EAM. 8 *praecipuum*] EAM; *peculium* C. ἐξαίρετον] scripsi; εζαιρετον EC; εραιρετον AM. 9 *in hebraeo*] C add. *sermone.* *SUGULLA*] AM, E 2 m. sup. lin.; om. C. *latino sermone*] EAM; *latine* C (om. *sermone*). 15 *inluminat*] EAM; *illuminavit* C. *educit*] EAM; *eduxit* C. 16 *spiritus*] EAM, C postea expunct.

10. *exprimi potest peculium*] Conferendus S. Hieronymus in Matth. 6, 11-13: 'Quod nos supersubstantialem expressimus, in graeco habetur ἐπιούσιον: quod verbum Septuaginta interpretes περιούσιον frequentissime transferunt. Consideravimus ergo in hebraeo, et ubicumque illi περιούσιον expresserunt, nos invenimus SGOLLA (mss. *sogolla*), quod Symmachus ἐξαίρετον, id est *praecipuum* vel *egregium* transtulit, licet in quodam loco *peculiare* interpretatus sit'. Et in Malach. 3, v. 17-18: 'Pro *peculio* in hebraeo legitur SGOLLA (mss. item *sogolla*), quod Aquila περιούσιον, & ceteri περιποίησιν interpretati sunt'.

12. *imbrem*] Is. 5, 6.

CXXXV.

Confitemini Domino, quoniam bonus. Confessio pro laude ponitur, ut ibi: ' Confiteor tibi, Domine Pater caeli et terrae '. Similis autem priori psalmus iste est, laudans Deum primum a creaturis, deinde a beneficiis: id est, generaliter et specialiter. *Quia in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus.* Hic humilitatem, non pro mansuetudine, sed pro angustia posuit.

CXXXVI.

Super flumina Babylonis, ibi sedimus et flevimus. Tripliciter iste psalmus intellegi potest: et de captivitate quae populo accidit Iudaeorum, quando in Babylonem translati sunt, et ibi variis modis ludificati: et de peccatoribus, qui de ecclesia eiecti traduntur diaboli potestati: et de superiori, ut quidam volunt, captivitate, qua in vallem lacrimarum generosa quondam caterva deducta est. *In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra.* Qui super Babylonis flumina sedet, et recordatur Sion, nec potest tenere lacrimas, non penitus desperandus est a salute. Salix autem infructuosa arbor est, quae semper humoribus, semper aquis delectatur et pluviis. Ita et nos si quando sancti fuerimus: si nosmet ipsos vitiis, libidini, lasciviae dederimus, organa quibus quondam canebamus

3 *Domine Pater*] EAM; *pater domine* C. 15 *ut*] EAM; om. C. *qua*] C, A ex *quia*; *quia* EM. 18 *et*] EAM; om. C. 22 *si quando*] C; *si quondam* EAM. 23 *lasciviae*] ECM; *lascivae* A; C add. *que*.

4. *et terrae*] Matth. 11, 25; Luc. 10, 21.

Deo, in infructuosis arboribus suspendimus. *Cantate nobis de canticis Sion.* Superbus victor vult sibi ludos et delicias de Dei canticis exhiberi. *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Quando caro nostra peccatis servit et vitiis, et facta est terra aliena, Deo cantare non possumus. *Memento Domine filiorum Edom.* Lege Abdiam prophetam, et ibi invenies Idumaeos in die captivitatis Iudaeorum exsultasse, et stetisse in exitibus ad conprehendendos eos qui fugerunt, ne quis posset evadere. Quia vero Edom ' terrenus ' sive ' deficiens ' interpretatur, intellege contrarias inimicasque virtutes semper hoc agere, ut nihil in ecclesia, nihil in Ierusalem remaneat. *Filia Babylonis misera.* Pro genetivo casu, vocativum in hebraeo habet. Ἀποστροφή ad Babylonem dirigitur, ut sit sensus: O filia Babylon. ' Miseram ' Aquila et Symmachus ' depopulatam ' interpretati sunt atque ' vastatam '. *Beatus qui restituet tibi quod restituisti nobis.* Cyrum, inquiunt, significat qui subvertit Babylonem, et usque ad innoxiam aetatem eius in Chaldaeos feritas desaevit, et captivitatem Israhel in Iudaeam primus remisit. Alias autem, omnis sanctus Babyloni vicem restituit: captivam eam ducit, quae se quondam captivum habuerat: et incipientes sordidos cogitatus

3 *exhiberi*] C; *exiberi* A (ex *exibere*); *exhibere* E; *exibere* M. 8 *et stetisse*] EAM; *et extitisse* C. 9 *fugerunt*] EC; *fugiebant* AM. 14 Ἀποστροφή] an scriberem, diu deliberavi. ωποϲιων AM; ωποϲυ(ρ?)ον E; *habet* ωπωϲγροη *et ad Babylonem sermo dirigitur* C. In describendis graecis vocabulis antiquarii saepe ω et α, ɴ et ʜ perperam commutant. 15 *Miseram*] E?; *misera* CAM Cf. supra p. 90, l. 14. 16 *Aquila*] C praeponit coniunctionem *Et.* 17 *atque*] EAM; *vel* C. 19 *innoxiam*] EAM; *noxiam* C. 20 *feritas*] EAM; *severitas* C. 21 *sanctus*] AM add. *qui.* 22 *captivam*] C add. *que.*

7. *Abdiam*] v. 11 et 14.

23. *incipientes sordidos cogitatus*] Hieron. ad Eustochium ep. 22, n. 6: ' *Beatus qui tenebit, et allidet parvulos tuos ad petram*. Quia enim impossibile est in sensum hominis non irruere innatum

elidit ad petram (petra autem est Xpistus), ne crescant, ne adolescant, ne ad pubertatem venientes adversus eum resistant fortius, et interfici nequeant.

CXXXVIII.

Mirabilis facta est scientia tua ex me. Manifestius hoc Symmachus interpretatus est: ‘ Praetergreditur me scientia tua ’, id est, non possum tua scire secreta, et in profundum sapientiae tuae mens mea non potest introire. *Quo ibo ab spiritu tuo, aut a facie tua quo fugiam?* Quomodo autem tuam possum conprehendere notitiam, cum in te sint omnia, nihilque sit quod te fugiat, et ubique sit Spiritus tuus? Ex quo intellegimus Deum esse, qui totus ubique sit. *Si ascendero in caelum, tu ibi es: si descendero in infernum, ades,* et reliqua. Nulla altitudo te altior est, nullum profundum te profundius: oriens et occidens in tua continentur manu. *Et dixi, Ergo tenebrae conculcabunt me: et nox lux mea in deliciis meis.* In hebraeo sensus iste est: Et dixi, Forsitan tenebrae occultabunt me: e contrario autem nox ipsa apud te lumen fuit, quia nihil celare te potest. Quod et Symmachus melius interpretatus est dicens: ‘ Et nox lux circum me ’. Sed et sequentes versiculi hoc idem significant. *Quia*

1 *est*] EC; *erat* AM. 8 *introire*] EAM; *intrare* C. 9 *aut*] *et* C. 16 *manu*] EAM; *mente* C. 19. 20 *te*] om. A. 21 *circum me*] β et codd. add. *sedet;* quod verbum Fieldius delendum admonet, utpote natum e proximis *Sed et sequentes* etc.

medullarum calorem, ille laudatur, ille praedicatur beatus, qui ut coeperit cogitare sordida, statim interficit cogitatus, et allidit ad petram. Petra autem Christus est ’.

1. *est Xpistus*] 1 Cor. 10, 4.
20. *nihil celare te potest*] Hieron. in Is. 1, 18: ‘ in conspectu Dei, quem celare nihil potest ’.

tenebrae non obscurabuntur a te, et nox quasi dies inluminabitur: sicut tenebrae eius, ita et lumen eius. Id est, tam clara sunt omnia, quae a te putantur occulta, ut manifestiora sint luce. *Suscepisti me de ventre matris meae.* Quinta editio ita transtulit: ' Conflasti mè in ventre matris meae '. *Inperfectum meum viderunt oculi tui.* Inperfectum hic pro incomposito posuit: quod etiam elementa hominis ante, quam formentur in utero, cognoscat Deus. *Et in libro tuo omnes scribentur.* Et quod nullus absque voluntate nascatur Dei, nec quisquam eius notitiam subterfugiat. *Dies formabuntur, et nemo in eis.* Hunc locum Symmachus ita transtulit: ' Dies quibus formati sunt, ne una quidem deest ex his '. Et est sensus: Omne tempus aetatis, cui iam ab exordio vitae istius sunt curricula deputata, certo fine decurrit: nec una dies aut plus aut minus est, quam tu conditor esse voluisti. Secundum Septuaginta autem interpretes, et altiorem intellegentiam, sensus est: Tu omnes in dies formas, tu cunctos vis esse filios diei: sed nullus est in hominibus qui non peccato obnoxius fiat, et per hoc noctis esse incipiat filius: nec quisquam eorum luce ipsius diei toto vitae suae tempore digna perficit. Unde et apostolus ad eos, qui filii noctis esse cessaverant, loqui-

1 *obscurabuntur*] *obscurantur* E. 4 *de ventre*] EAMβ; *de utero* C. 8 *formentur*] EAMβ; *formetur* C. 9 *Et quod*] ECβ; *Id est quod* AM. 11 *subterfugiat*] β; *supterfugiat* E; *superfugiat* AM; *suffugiat* C. 13 *ex his*] EAM; *ex eis* C. De pronomine ' hic ' pro ' is ' ab Hieronymo usurpato, cf. Goelzer ' Latinité de S. Jérôme ' p. 405-6. 18 *in dies*] AM, et certe ita scribendum videtur; *in die* ECβ (Cod. Hubert. *in dies*). 19 *filios diei*] ECA; *filios Dei* Mβ. 22 *perficit*] E ex *perficiat*; C ex *perficiet*; *perficiat* AMβ.

8. *cognoscat Deus*] S. Hieron. Comm. in Gal. 4, 19: ' Sicut enim in vulvam mulieris primum semen iacitur informe, ut sulcis et fundo eius quasi quodam glutino adhaereat: de quo et Propheta initii sui recordatus, ait, *Incompositum meum viderunt oculi tui...* '

tur: ‘ Nos autem, fratres, non sumus filii noctis, sed filii diei ’.

CXXXVIIII.

Circuitus eorum, labor labiorum eorum operiet eos. Prophetia est poenarum in malos: quod insidiae, quas contra iustos magno labore paraverant, in eos reccidant.

CXL.

Corripiet me iustus in misericordia, et arguet me: oleum autem peccatoris non inpinguet caput meum. Melius est a iusto corripi, quam a peccatore laudari. *Quia adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum.* In tantum omnia quae bona sunt apud eos habentur despectui, ut etiam de oratione mea ludos sibi faciant, et me inrideant, quod a Deo inplorem misericordiam. *Quasi crassitudo terrae erupit super terram: dissipata sunt ossa nostra secus infernum.* Symmachus hunc locum ita interpretatus est: ‘ Sicut agricola cum scindet terram, sic dissipata sunt ossa nostra in ore inferi ’. *Cadent in rete eius peccatores.* Melius legimus, si pro ‘ eius ’ ‘ eorum ’ dicamus, ut sit sensus: Cadent in rete suum peccatores: ut ipsi sentiant dolos, quos innocentibus paraverunt.

2 *filii diei*] codd.; *filii Dei* β. 5 *est*] om. E. 6 *reccidant*] E; *recidant* C; *redeant* AM. 10 *Melius est*] EAM; *maius est* C. 12 *habentur despectui*] *habentur dispectui* EAM; *habent despectus* C. 17 *scindet*] EC; *scindit* AM. 18 *rete*] EAM; *retiaculum* C. 21 *paraverunt*] EAM; *paraverant* C.

2. *filii diei*] 1 Thess. 5, 5.

CXLIII.

Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas in proelium. Spiritale et carnale bellum intellegi potest, in quo proeliante pro nobis Deo vincuntur inimici. *Qui subicis populum meum sub me.* Potest hoc et David dicere, qui regnavit populis in Iudaea: melius autem ex apostolorum persona accipi potest, quibus Dei subiectus fuit populus.

CXLIIII.

Et iste psalmus apud Hebraeos secundum ordinem litterarum est: et eodem scribitur metro, quo centesimus octavus decimus scriptus est. Sed inter illum et hunc hoc interest, quod ille sub singulis litteris octonos versus habet, hic singulos. Notandum quoque et illud, quod NUN littera in hoc psalmo a Septuaginta addita est, et in hebraeis voluminibus non habetur. Et continet versum hunc: 'Fidelis Dominus in omnibus sermonibus suis, et sanctus in universis operibus suis'. *Suavis est Dominus omnibus: et misericordiae eius super omnia opera eius.* Adversum Novatianos hoc psalmo uti possumus: quod nullus sit extraneus a salute. Si autem misericordiae Domini supra omnia opera eius, recte et iustus laudatur, quod misereatur animabus iumentorum suorum. *Sufful-*

3 *in proelium*] E; *ad pr.* CAM. 7 *Dei subiectus fuit populus*] AM, E (*populus* add. 2 m.); *Dei populus fuit subiectus* C. 18 *Suavis est*] EAM; C om. *est.* 23 *Suffulcit*] EC; *sufficit* M, A (mutat. in *suscitat*).

23. *iumentorum suorum*] Prov. 12, 10.

cit Dominus omnes corruentes, et erigit universos qui adlisi sunt. Et ante quam cadant praestat auxilium, ne proni ferantur in mortem: et cum elisi fuerint, erigit. Et erigit, non aliquos, sed omnes: et adulter, et fornicator, et homicida, si agant paenitentiam, possunt consequi sanitatem. Et conteruntur haereses, quae maiorum criminum veniam repudiant.

CXLV.

Nolite confidere in principibus: super filios hominum, quibus non est salus, et reliqua. Nolite in principibus confidere: quia cum sint homines atque mortales, puncto horae pereunt, et omnis spes quam in eis habebamus, cum ipsis repente praeciditur. *Qui facit iudicium iniusta patientibus.* Si quando iniquum iudicem patimur, relegamus hunc versum, et confidamus iustum habere nos iudicem. *Et viam peccatorum disperdet.* Et hinc notandum, quia non peccatores, sed peccatorum viam disperdet.

CXLVI.

Laudate Dominum, quia bonus psalmus. Pro eo quod est ' laudate Dominum ', in hebraeo habet ALLELUIA. Pro quo quinta editio posuit ' laudate IA ', id est Dominum. Ia unum est de decem nominibus Dei. *Qui*

7 *veniam repudiant*] Hactenus, ut dixi, codex Çarthusiae; deinceps soli codd. EAM. 9 *filios*] E ex *filiis*?; *filius* A, mutat. in *filiis*; *filiis* M. 13 *iudicium*] scripsi; *iudicia* AM; *iuditia* E. 14 *patimur*] EM; *putamus* A. 16 *Et hinc — disperdet*] om. A.

22. *nominibus Dei*] Hieron. ad Marcellam ep. 26, n. 3: ' Igitur ALLELUIA exprimitur *Laudate dominum*: IA quippe apud Hebraeos unum de decem Dei

conligat contritiones eorum. Iste est de evangelio Samarites, qui seminecis ligavit vulnera, et oleum misericordiae infudit, et revexit ad ecclesiam, curandumque episcopis tradidit. EXPLICIUNT EXCERPTA DE PSALTERIO.

3 *revexit*] EM, A ex *revixit*. *curandumque*] AM ; E om. *que*. 4 *EXCERPTA*] AM ; *EXCERTA* E.

nominibus est. Et in illo psalmo ubi legimus, *Laudate Dominum quoniam bonus est psalmus*, apud Hebraeos legitur ALLELUIA CHI TOB ZAMMER'.

1. *de evangelio*] Luc. 10, 33.

INDICES

I. INDEX LOCORVM S. SCRIPTVRAE
qui in peregrinis locis allegantur.

Geneseos.

III 22 . . . . 64, 5
IV 16 . . . . 43, 3
V 24 . . . . 83, 12
VIII 21 . . . . 28, 9
XII 1 . . . . 77, 15
XXX 33 . . . . 11, 5

Exodi.

XII 29 . . . . 37, 10
XV 1 . . . . 77, 21

Deuteronomii.

XXXII 33 ? 24, 25

1 Regum.

IX 1-2. . . . . . . 18, 16
XXIV 7 . . . . 19, 11
XXV 25 . . . . 24, 16
XXVI 11 . . . . . , . 19, 11

2 Regum.

V 11 . . . . 18, 21
VIII 13 . . . . 52, 7
XVIII 5 . . . . 18, 2

Nehemiae.

IV 16 . . . . 89, 7

Iob.

XIV 4-5. . . . 4, 3; 22, 15
XXII 3 . . . . 25, 18

Psalmorum.

I 5 . . . . 13, 25
VII 4 . . . . 65, 13
VIII 3 . . . . 82, 12
XXI 27 . . . . 78, 18
XXXVIII 7 . . . . 83, 23
LXVII 7 . . . . 35, 14
LXVIII 6 . . . . 44, 10
27 . . . . 10, 13
LXXI 6 . . . . 27, 22
LXXVII 47 . . . . 10, 10
CXIII 17, 18. . . . . 15, 19
CXVIII 18 . . . . 49, 13
105. . . . . . . 23, 18
CXIX 1 . . . . 22, 5
CXXXIII 1 . . . . 85, 14

Proverbiorum.

III 12 . . . 28, 14; 34, 17
18 . . . . 5, 1
XII 10 . . . . 98, 23

Sapientiae.

V 10 . . . 62, 2; 76, 15

Ecclesiastici.

XLIII 20 (sec. LXX) . . 48, 9

Isaiae.

I 4 . . . . 28, 18
II 2 . . . . 9, 20
3 . . . . 55, 17
V 6 . . . . 92, 11
VI 6 . . . . 86, 5
VIII 18 . . . . 82, 11
XI 6-8 ? 76, 18
XXVI 11 . . . . 72, 11
XLI 14 . . . . 34, 5
XLIX 9 . . . . 78, 20
LIII 7 . . . . 44, 21
XLVI 14 . . . . 37, 15

Ieremiae.

I 14 . . . . 48, 10
VI 16 . . . . 6, 11
XV 17 . . . . 4, 10
XIX 11 . . . . 8, 14

Ezechielis.

IX 4 . . . . 12, 5
X 5 . . . . 69, 17
XXVIII 16 . . . . 73, 12
XXXIV 23 . . . . 34, 15

Osee.

XIV 10 . . . . 79, 7

Abdiae.

11 sqq. 94, 7

Michaeae.

IV 1 . . . . 9, 20
2 . . . . 55, 17

Zachariae.

XIII 7 . . . . 10, 12

Matthaei.

III 3 sqq. . . 38, 3 sqq.
17 . . . . . . 48, 1
V 14 . . . . . . 10, 2
22 . . . . . . 19, 15
23 . . . . . . 72, 4
XI 25 . . 49, 3; 96, 3
29 . . . . . . 25, 16
30 . . . . . . 7, 12
XIII 43 . . . . . . 43, 6
XVII 1 . . . . . . 15, 4
XXI 43 . . . . . . 22, 10
XXII 17 . . . . . . 42, 10
XXIII 38 . . . . . . 58, 3
XXVII 40. 42. . . . . 42, 13
46 . . . . . . 68, 16

Marci.

IX 1 . . . . 15, 4
XII 27 . . . . 15, 21
XIII 13 . . . . 40, 9

Lucae.

II, 52 . . . . 26, 19
VI 25 . . . . 43, 8
IX 28 . . . . 15, 4
X 33 . . . . . . 100, 1
XII 47 . . . . 35, 38
49 . . . . 31, 21
XIII 27 . . . . 6, 8
XV 10 . . . . 72, 7
XVIII 27 . . . . 8, 15
XX 14 . . . . 46, 3
38 . . . . 15, 20
XXIII 34 . . . . 57, 12
XXIV 32 . . . . 31, 23

Ioannis.

I 1 . . . . 45, 19
IV 22 . . . . 56, 22
V 22 . . . . 22, 3
VI 44 . . . . 26, 13
XIV 6 . . . . 6, 10
30 . . . . 51, 18
XV 15 . . . . 30, 21
XVII 5 . . . . 31, 12
21 . . . . 30, 4
XIX 15 . . . . 10, 8

Actuum.

IV 25 . . . . 6, 17
XIII 33 . . . . 3, 10
XV 10 . . . . 7, 11
XXVI 24 . . . . 45, 14

Ep. ad Romanos.

I 18 . . . . 8, 4
24 . . . . 63, 4
III 4 . . . . 49, 7
13 sqq. 24, 24
VII 18 . . . . 28, 8

19 . . . . 44, 14
24 . . . . 44, 13
VIII 3 . . . . 54, 16
XI 25-26 . . 51, 22 ; 63, 15
36 . . . . 28, 11
XII 1 . . . . 72, 3

1 ad Corinthios.

III 2 . . . . 55, 19
13 . . . . 72, 12
V 13 . . . . 74, 5
X 4 . . . . 95, 1
31 . . . . 4, 16
XI 19 . . . . 70, 8
XIII 9 . . . . 55, 14
XIV 38 . . . . 6, 7

2 ad Corinthios.

III 18 . . . . 12, 3
V 13 . . . . 45, 13
VIII 9 . . . 58, 5 ; 74, 16

Ad Galatas.

V 24 . . . . 16, 22

Ad Ephesios.

IV 5 . . . . 71, 13

Ad Philippenses.

IV 1 . . . . 31, 4

1 ad Thessalonicenses.

V 5 . . . . 97, 1

1 ad Timotheum.

I 20 . . . . 27, 11

2 ad Timotheum.

II 19 . . . . 6, 6

Ad Hebraeos.

I 6 . . . . 72, 13
II 7-9 . . . . 21, 13
XIII 8 . . . . 8, 9

Apocalypseos.

XIX 16 . . . . 30, 16

II. INDEX LECTIONVM QUAE EX HEXAPLIS AB HIERONYMO PROFERVNTVR.

Ps. I. v. 1 *pestilentium*] hebr. *delusorum*. 3 *plantatum*] Aquila *transplantatum*. 4 *non sic* secundo] om. hebr. et LXX. *a facie terrae*] om. vet. exemplaria.

II 12 *adprehendite disciplinam*] gr. δράξασθε παιδείας ; hebr. *nescu bar* i. e. *adorate filium*.

III 8 *sine causa*] hebr. *lehi* i. e. *maxilla*.

IV 3 *sela*] LXX Symmachus, Theodotion *diapsalma;* Aquila *semper.* 8 *et olei eorum*] om. hebr. LXX et cet. editt.

VII 1 *Psalmus D. q. c. D. p. v. C. f. Iemeni*] Aquila *pro ignoratione David quod cecinit Domino pro verbis Aethiopis;* Symm. *pro ignoratione David quod cecinit Domino pro verbis Chusi filii Iemini.* 5 *inanis*] hebr. *racha.* 10-11 *scrutans corda et renes Deus. Iustum adiutorium meum a Domino*] hebr. *scrutans c. e. r. Deus iustus. Adiutorium meum a Deo* 12 *numquid irascitur per singulos dies*] hebr. *comminatur in omni die;* Aquila *comminans et infrendens in omni die.*

VIII 6 *ab angelis*] hebr. *a Deo.*

IX 1 *in finem pro absconditis filii*] LXX; Aquila *pro adulescentia filii;* hebr. *pro morte filii;* Symm. *pro victoria de morte filii.* 12 *adinventiones*] hebr. *commutationes.*

XI 3 *labia dolosa i. c. e. c. locuti sunt*] Symm. *labia lubrica; in corde aliud est, et aliud loquitur.*

XIII 'Non habet inscriptionem'. 1 *insipiens*] hebr. *nabal.* 3 *sepulcrum — oculorum eorum*] om. hebr. 5 *ubi non erat timor*] om. hebr.

XV 1 *in tituli inscriptione*] pro quo Aquila posuit *humilem et simplicem;* Symm. *humilem inmaculatumque.* 4 *infirmitates*] LXX; al. *idola.*

XVI 14 *saturati sunt filiis*] quidam *porcina;* Symm. hebr. *saturabuntur filii, et relinquent residua sua parvulis suis.*

XVIII 6 *in sole p. t. suum*] hebr. *soli posuit tabernaculum in eis.*

XIX 10 hebr. *Domine salvum fac regem, qui exaudiet nos in quacumque die invocaverimus eum.*

XX 13 *in reliquiis*] hebr. *in bonis.*

XXI 1 *pro adsumptione matutina*] hebr. *pro cervo matutino.* *intende mihi*] om. hebr. 2 *longe a. s. m. v. d. meorum*] LXX; Aquila *longe a salute mea verba gemitus mei;* Symm. *verba mugituum meorum;* quinta et sexta edit. *verba clamoris mei.* 3 *et nocte e. n. a. i. mihi*] Aquila hebr. *et nocte, et non tacebis.* 13 *pingues*] Symm. *altiles;* hebr. *basan* i. e. *ignominia.* 17 *canes*] hebr. *calabin;* Aquila Theodot. *venatores.*

XXIII 7 *levate portas principes vestri*] hebr. *levate portae capita vestra.* 10 *Dominus virtutum*] hebr. *Dominus sabaoth.*

XXVI 1 *ante quam ungueretur* om. hebr.

XXVII 7 *caro*] Theodot. *cor.*

XXVIII 6 hebr. *et vitulus Libani.*

XXX 3 *in Deum protectorem*] Symm. *in lapidem durissimum.* 24 *quia veritatem requirit Dominus*] Aquila *quia fideles servat Dominus.*

XXXVI 38 *reliquiae*] hebr. *novissima.*

XL 14 *fiat fiat*] hebr. *amen amen ;* Aquila πεπιστωμένως i. e. *vere* sive *fideliter.*

XLIV 1 *in finem p. h. q. commutabuntur*] hebr. ἐπινίκιον ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν. 10 *circumdata varietate*] om. hebr.

LI 2 *Achimelech*] hebr. *Abimelech.*

LV 1 hebr. *pro columba muta longitudinum David humilis atque perfecti, cum tenuissent eum Filistiim in Geth.*

LXI 4 Iuxta Symmachi translationem ita Hieronymus interpretatur : ' Naturalis in vobis versus est sensus, et cum recti sitis creati, proni ad ruinam ferimini '.

LXXI 19 *fiat fiat*] hebr. *amen amen.*

LXXIII 4 Symmachus : *posuerunt signa sua manifeste in edito introitu portarum.*

LXXVI 1 *pro Idithun*] hebr. *per Idithun. Asaph psalmus*] om. vera exemplaria. 11 Aquila : *et dixi : infirmitas mea ista est.*

LXXX 16 Aquila : *inimici Domini negabunt eum.*

LXXXVI 4 *Raab*] Aquila ὅρμημα dicit, i. e. *impetus. mater Sion*] LXX : *numquid Sion.*

LXXXVII 11 Symmachus : *aut Rafaim theomachi resurgentes confitebuntur tibi ?*

LXXXVIII 11 *superbum*] hebr. *raab ;* Aquila *impetum ;* Symm. *adrogantiam ;* Theodot. *superbiam ;* sexta edit. *tumultum.* 20 *filiis tuis*] sexta ed. *prophetis ;* reliqui omnes *sanctis tuis.*

LXXXIX 9 Aquila : *anni nostri similes loquenti.* 12 Symmachus : *dies nostros sic notos fac, ut veniamus corde sapienti.*

XC 1 *Dei caeli*] hebr. *Saddai ;* Aquila Ἱκανόν. 10 *flagellum*] Aquila et Symmachus : *lepra.*

XCII. XCIII. inscriptionem om. hebr.

XCV inscriptionem om. hebr. 7 *patriae*] ceteri συγγενείας i. e. *cognationes* transtulerunt.

XCVI. XCVII. inscriptionem om. hebr.

XCVIII 4 Aquila : *et imperium regis iudicium dilexit.*

XCIX 2 hebr. *ipse fecit nos, et eius nos sumus.*

CV 48 *fiat*] hebr. *amen;* gr. γένοιτο γένοιτο.

CVII 10 *inmittam*] Aquila *proiciam.*

CVIII 6 *diabolus*] hebr. *satan* i. e. *criminator.*

CXIV 9 *placebo*] hebr. *deambulabo.*

CXV 'Hunc psalmum quinta et sexta editio cum superioribus copulant: Symmachus vero et Septuaginta interpretes dividunt'. 11 *mendax*] hebr. *kiuszηb;* Symm. *mendacium;* quinta ed. *deficit.*

CXVI 1 *laudate Dominum*] hebr. *alleluia.*

CXVII 25 gr. σῶσον δή; hebr. *osianna.*

CXIX 4 *desolatoriis*] hebr. ἀρκευθίνοις.

CXXIII 5 hebr. *torrens pertransivit super animam nostram. intolerabilem*] Aquila Symm. Theodot. etc. *superbas* aquas et *adrogantes.*

CXXIV 3 *virgam*] hebr. *sceptrum.* 5 *obligationes*] Aquila διαπλοκάς; Symm. σκολιότητας; quinta ed. διεστραμμένας.

CXXV 1 *consolati*] omnes editiones *somniantes.*

CXXVI 2 *doloris*] Theodot. et quinta editio *idolorum;* sexta *erroris.* 5 *desiderium*] hebr. *pharetram.*

CXXVIII 4 *cervices*] hebr. *vincula* vel *catenas.*

CXXXI 2 *sicut*] hebr. *qui.* 15 *viduam*] hebr. et LXX θήραν; Symm. et Aquila *cibaria.* 18 *sanctificatio*] hebr. *nazer;* Aquila *consecratum.*

CXXXIII 1 *in atriis d. D. nostri*] om. hebr. LXX et omnes editiones.

CXXXIV 4 *substantiale*] Aquila et quinta editio περιούσιον; Symmachus ἐξαίρετον i. e. *praecipuum;* hebr. *sugulla* i. e. *peculium.*

CXXXVI 8 *Babylonis*] hebr. *Babylon* vocativo casu. *misera*] Aquila et Symm. *depopulata* atque *vastata.*

CXXXVIII 6 Symm. *praetergreditur me scientia tua.* 11 Symm. *et nox lux circum me.* 13 quinta editio: *conflasti me in ventre matris meae.* 16 Symm. *dies quibus formati sunt, ne una quidem deest ex his.*

CXL 7 Symm. *sicut agricola cum scindet terram, sic dissipata sunt ossa nostra in ore inferi.*

CXLIV 13 *fidelis... operibus suis*] add. LXX; om. hebr.

CXLVI 1 *laudate Dominum*] hebr. *alleluia;* quinta editio *laudate Ia.*

III. INDEX NOMINVM, LOCVTIONVM ET RERVM.

Abimelech, pro Anchus 41, 10.
absconsio: per verbum absconsionis 22, 1 (Conf. Gœlzer, p. 62).
Achimelech, pro Abimelech 50, 3.
Adam : omnium animas in Adam contineri nonnulli existimant 41, 2.
Adonai, secundum nomen Dei apud Hebraeos 21, 4 ; 80, 11.
Aegyptii: currus et equi semper in eis arguuntur 30, 6.
aetas non ex toto excusat a peccato 35, 6.
Ahermon mutato vocabulo Hermoni et Sanir appellatur 91, 9.
aliter: adverbium ab Hieronymo suis interpretationibus saepe interpositum 3, 9 n.
allegoria manifesta in psalmis 78, 21.
Alleluia Iudaei nulli alteri psalmo in canendo subnectunt, nisi ei qui in psalterio alleluia praescriptum aut subiectum habet: Christiani autem indifferenter uti solent 76, 22 ; in quocumque psalmo alleluia fuerit praenotatum, is etiam in fine habet alleluia subiectum 77, 7.
Altissimus appellatur et Filiùs 60, 13.
amen quid significet 46, 9.
amentia vera seu spiritalis 45, 12.
amor parentum in filios morte finitur, Dei amor crescit in tempore 37, 2.
anepigrafus psalmus 70, 13.
animam ex anima quidam aestimant esse generatam (Cf. Hieron. ep. 126, n. 1) 41, 1.
ἀνυπόστατον verbum quid significet 87, 22.
apostoli virtutes Christi sunt 54, 19; principes nostrae fidei 56, 19; apostolorum princeps, Petrus 24, 19.
Aquilae interpretamenta referuntur (vide indicem ad Hexapla).
argenti nomine exterior verborum ornatus demonstratur, auro occultiora mysteria 55, 8.
Arriana haeresis 80, 14.
Asaph interpretatur congregatio 62, 20.
autem : hoc autem vero principium 80, 20.

baptizandi renuntiabant diabolo et pompae eius 23, 2.
Basan = ignominia 34, 9; confusio 56, 8.
Bethlehem regio Hieronymi aetate Ephratha adhuc appellabatur 90, 7 ; opusculorum S. Hieronymi exemplar in Bethlehem cursim collatum viii.
Bossueti sententia de Pseudo-Hieronymi Breviario in Psalmos i.
Breviarium Pseudo-Hieronymi in Psalmos pro genuinis Origenis tractatibus falso habitum 1, 4 n ; quibus ex elementis conflatum sit iii ; Bossueti et Vallarsii de eo sententia i sq. ; qua ex parte genuini Commentarioli cum eo coniuncti sint xii sq. ; Breviarii exemplar Hubertinum xviii.

Caesariensis bibliotheca : Hexapla Origenis in ea ab Hieronymo relecta 5, 16.
caritas: duae simul boni et mali caritates esse nont possunt 72, 14.

caro: difficile est ut caro Deum pariter cum corde desideret 64, 11.

κατὰ μόνας non unum, sed per multos quemque significat 41, 3.

Christianorum consuetudo de alleluia in psalmis canendo 77, 2.

Christus: Hieronymi de Verbo carnem adsumente doctrina 5, 10; per X in mss. scribitur 8, 9 adn. crit.; Christus rex pariter et sacerdos 29, 19; cervus est matutinus de quo psalmus xxi inscribitur 32, 15; quicumque baptizatus est in Christo, et ipse christus vocatur 37, 16; Christi peccatum, humani delicta sunt generis 45, 3; unus est Christus sponsus ecclesiae 56, 2; Altissimus appellatur 60, 13; Christus Dominus magnus est Deus 71, 15; Christi caro ipsa quoque adoranda cum Verbo 73, 7.

Chusi nomen alibi per *samech*, per *sin* alibi scriptum 17, 20; Chusi filius Iemeni discernendus a Chusi filio Arachi 18, 8.

clamor in Scripturis non vocis accipiendus est, sed cordis 54, 5.

clementia Dei ex ipsis vocabulis, quibus scriptores sacri usi sunt, ostenditur 6, 12; 8, 6; 13, 5; 31, 16. 18; 99, 16.

codicum mss. descriptio vii sqq.

cogitatio: nemo potest cogitationum sordibus liberari, nisi per adventum Spiritus sancti 29, 14.

cogitatus sordidi incipientes elidendi ad Petram 94, 23.

cognoscere Deus quid dicatur 6, 5; non possumus expansa eum fortitudinis suae veste cognoscere 53, 18.

commentariolus 3, 1; commentariolos a se in Psalterium editos memorat S. Hieronymus v; qui tamen a nemine postmodum laudati sunt vii; codicum in quibus leguntur brevis descriptio vii-xi; qua ex parte Commentarioli cum Breviario in psalmos coniuncti sint xii sq.; ad Origenis Hexapla restituenda quid conferre possint xiv; quo tempore litteris mandati xv; cur ab Hieronymo in suorum operum catalogo praetermissi ibid.; 'Excerpta' proprie inscribuntur xvi.

creatori non detrahendum, quod pulices cimicesque et cetera istiusmodi minuta animalia fecerit 76, 4.

culturae pompa 91, 13.

demutatio: propter unius litterae demutationem 90, 12.

deridere Deus quemquam qui dicatur 7, 14.

Deus: nomen Dei duplex apud Hebraeos 20, 15; 80, 10: nullus est qui non habeat semina intellectus Dei 29, 17; non possumus expansa eum fortitudinis suae veste cognoscere 53, 18; in puritate mentis maxime laetatur Deus 61, 6; virtutes audiendi videndique in Deo sunt, non membra 71, 10; Deus est qui totus ubique est 95, 12.

diabolus: nemo est, cui diabolus non sit aliquando dominatus 22, 16; diabolus propter peccata hominum postea punietur ibid. 19; foedus cum diabolo facimus in baptismo 23, 2; diaboli locus peccatum est 43, 13; 44, 1; diabolum interpretari possumus criminatorem 79, 22; diaboli potestati traduntur peccatores eiecti de ecclesia 93, 14; 27, 10.

diapsalma, musici cuiusdam soni signaculum 11, 12; non est silentium 22, 12.

doctor esse potest aliquis post adulterium et homicidium, si dignam egerit paenitentiam 49, 15.

ecclesia corona Domini est 31, 2; ecclesiae et resurrectionis sacramentum in trinitate continetur 20, 14; una est ecclesia, et unus Christus sponsus ecclesiae 56, 2; omnis prophetarum chorus de ecclesia adnuntiat 65, 21.
editio quinta et sexta 33, 7 (Vide indicem specialem ad Hexapla).
Edom terrenus sive deficiens interpretatur 94, 10.
Ephratha Hieronymi tempore regio Bethlehem adhuc appellabatur 90, 7.
episcopis Samarites seminecem curandum tradidit 100, 4.
Esther: de ea Iudaei putant psalmum xxi esse compositum 32, 12.
ethicus psalmus 82, 3.
evangelistae inter se dissident de temporis spatio, quod ante transfigurationem Domini elapsum est 15, 4.
excerpta: quid hoc verbo significetur apud Hieronymum xvi; 1, 4 n; huius commentarioli 'Excerpta' proprie inscribendi sunt xvi.

foris: nullus foris disertorum 92, 4.

Gemela = vallis Salinarum 52, 10.

haeretici loquuntur contra Deum mendacium 13, 10; Arriani 80, 14; Novatiani 98, 20.
Harnack (Ad.) recte coniecit Enchiridion Origenis idem esse atque Excerpta in totum Psalterium 1, 4 n.
hebraea veritas 27, 15.
hexapla (v. Origenes).
Hieronymo (S.) quae causa fuerit Excerpta de Psalterio scribendi 1, 4, sqq; hexapla Origenis in Caesariensi bibliotheca relegit Hieronymus 5, 16; 12, 9; memoria fallitur 37, 19; interpretationes a se in Psalmos editas memorat v; Hieronymi tractatus homiletici iii. iv. v. xi.
historiae solius amici redarguuntur 10, 17; 42, 18.
hominis elementa, antequam formentur in utero, cognoscit Deus 96, 8.
Hucbaldus monachus S. Amandi x.

Ia, unum de decem nominibus Dei 99, 22.
Iaho, primum nomen Dei apud Hebraeos, qui illud ineffabile opinantur 20, 15.
idolatria 91, 12.
Idumaea aut terrena interpretatur, aut sanguinaria 79, 13.
incarnatio 80, 19.
ininterpretatus 69, 17.
intellegentia sacratior scripturae 79, 8.
Iosephus ab Arimathaea: de eo psalmus primus a Tertulliano intellectus 3, 16.
Iosephus historiographus: locus psalmi cv in Archaeologiae libris ab eo consulte praetermissus 78, 2; illius sententia de metro psalmi cxviii et cantici Deuteronomii 85, 5.
Iosias: Iudaei primum psalmum de eo dictum esse existimant 5, 3.
ira Dei, nam tam ira, quam necessaria correptio 7, 22; de ira Dei Lactantius librum pulcherrimum scripsit ibid.; non est Dei ira, sed emendatio 51, 13.
iubilus inconditos sonos proferens nequaquam sensus per verba distinguit 67, 19.
Iudaei psalmum xxi de Esther putant esse compositum 32, 12; hostes sunt ecclesiae 55, 2; principes nostrae fidei de Iudaeis sunt 56, 19; Iudaeorum consuetudo de alleluia in psalmis canendo 76, 22.

Lactantius de ira Dei librum pulcherrimum scripsit 7, 20.
lacus significat infernum 37, 8.
lamina (lammina codd. AM) 91, 1.
lavacrum : in lavacro ex filiis hominum vocamur filii Dei 26, 11.
linea (= *significatio?*); eadem linea et in Iob scriptum legimus 25, 17.
litterae amici redarguuntur 10, 17; 16, 10; 42, 18; licet sit pulchritudo etiam iuxta litteram scire quae legas, tamen vis decoris omnis in sensu est 55, 6.
lutum, carnis quam Christus suscepit significat vilitatem 57, 17.

manicare; manicans et diluculo consurgens 74, 3.
Maria terra est, quae dedit fructum suum 54, 12.
martyres : psalmi lxviij versiculo uti possumus, si quando in laudes martyrum peroramus 58, 7; in psalmo cxv de martyribus evangelii prophetatur 84, 9.
meditatio legis Dei non solum in legendis scripturis consistit 4, 14.
misericordiae Dei est, quod ingredimur in eius ecclesiam 13, 18; et ipsa misericordia aequis est librata ponderibus 35, 10.
mors in lege et contaminata est, et contaminat 84, 8.
munditia : ad perfectum munditiae homo venire non valet 40, 14.

Nabal = insipiens 24, 14.
Naid interpretatur σάλος i. e. fluctuatio sive commotio 43, 3.
neutrale genus apud Hebraeos 36, 15.
nomen Dei ineffabile, legi potest Iaho 21, 2; secundum nomen Adonai ibid. 4; Saddai nomen Domini, in Iezechiele ininterpretatum 69, 16; nomen Dei τετραγράμματον, 21, 1; 80, 11.
Novatiani : adversum Novatianos cxliv psalmo uti possumus 98, 20.
numeri octonarii sacramentum 14, 20; 20, 10; ternarii 20, 12.

odium iniquum ad distinctionem iusti 35, 15.
ogdoas 15, 7.
Origenis Enchiridion in Psalmos 1, 4; idem est atque Excerpta in totum Psalterium ibid not.; Origenis commentarii in Psalterium, quorum meminit catalogus Bruxellensis, et CL eiusdem tractatus, quos a se visos fuisset refert Trithemius, nihil aliud sunt praeter Pseudo-Hieronymi Breviarium ibid; Origenis tomi et homiliae in Psalterium 1, 8; 2, 10; de ira Dei Origenes creberrime disputat 7, 21; vetustum Origenis hexaplum psalterium ab Hieronymo revolutum 12, 8; ad Origenis Hexapla restituenda quid Commentarioli conferre possint xiv.
Origenistarum dogma de captivitate animarum 58, 8; 93, 15.
Osanna in excelsis, de psalmo cxvii sumptum est 84, 19.

paenitentiae psalmi 15, 9; 44, 6.
Paulus apostolus quomodo usus testimonio psalmi xiii in ep. ad Rom. 24, 23.
peccatum : nullus absque peccato 4, 3; peccatum locus diaboli est 43, 13; 44, 1; nullus est in hominibus, qui non peccato obnoxius fiat 96, 19; haeretici maiorum criminum veniam repudiantes redarguuntur 99, 6.
pelagus : *accusat.* pelagum 43, 21.
περιουσίῳ verbo, exceptis sanctis scripturis, nullis foris disertorum usus est 92, 3.
persecutio in Christianos ex senatus consulto 23, 10.

Petrus apostolorum princeps fuit 24, 19.
Petrus abba Miciacensis viii sq.
πλεονασμοῦ vitium 3, 7.
praesolare : illo splenduerint praesolante 81, 3.
principalis : totum cordis mei principale contremuit 16, 17.
psalmi : apud Hebraeos et primus et secundus unus est psalmus 3,9; psalmorum ordo inversus 9. 3 sqq; psalmi tres pro torcularibus 20, 8; psalmus xxi totus a Domino in cruce posito decantatus 33, 1; psalmi secundum ordinem litterarum scripti 37, 18; 81, 12; 82, 2; 85, 2; 98, 10; paenitentiae psalmi 15, 9; 44, 6; psalmos quidam volunt a David quidem esse conscriptos, sed eis personas inditas, sub quorum nominibus intellegantur 74, 13; super psalmis graduum a plerisque latissime disputatum est 85, 16.
psalterium in quinque libros divisum 46, 11; 59, 3; 67, 9; 68, 19; 78, 12; de latina translatione psalterii, quam Hieronymus in Commentariolis interpretatur xv.
puritas mentis : in ea sola vel maxime laetatur Deus 61, 6.

quasi : non ut vivos, sud quasi vivos 51, 13.

Raab impetus aut fames intellegitur 65, 22; 67, 14.
racha, quam habeat interpretationem 19, 14.
Rafaim gigantas significat, aut medicos 67, 4.
recrastinato tempore 17, 11.
renuntiatio in baptismo 23, 2.
replicare : (psalmis) qui aut historiam replicant 77, 3.
resurrectio peccatorum iustorumque diversa 6, 3; resurrectionis sacramentum 20, 14; in resurrectione Salvatoris omnia vitae corpora dedicantur 39, 10.
rota quid significet 61, 17.
Ruffinus ex Commentariolis in psalmos negotium Hieronymo facessit v. xvi.

Saddai nomen Domini 69, 16.
salix infructuosa arbor 93, 20.
sanctus : licet aliquis postea sanctus sit, tamen ei diabolus aliquando dominatus est 22, 16; arma sanctorum 41, 22; ad perfectum munditiae homo venire non valet 40, 14; bestiae nullos magis cupiunt devorare, quam sanctos 75, 24.
Sapientiae liber Salomonis nomine inscriptus 62, 2.
scabillum 73, 5. 6. 10.
scripturae spiritaliter intellegendae 10, 17; 16, 10; 42, 18.
sela in psalmis quid significet 11, 10; 22, 12.
Selmon umbra interpretatur 55, 11.
senatus consulto persecutio in Christianos concitata 23, 10.
sensus : vis decoris omnis in sensu est 55, 7.
Septuaginta interpretes laudantur (vide supra indicem peculiarem ad Hexapla) : Christi passionem gentes celare voluerunt 21, 23.
Spiritus sanctus : nemo potest cogitationum sordibus liberari, nisi per eius adventum 29, 14; in Christo Patris lumine lumen Spiritum sanctum videbimus 42, 22; Spiritus sanctus Deus est, cum totus ubique sit 95, 12.
subsannatio proprie quomodo exprimitur 7, 16; in gravibus viris reprehensione digna, ibid.
subsisto 69, 7; 87, 23.
substantiale 92, 3.
Symmachus (vide indicem specialem ad Hexapla).
synagoga impia 31, 7.

terrae omnes clauduntur oceano 75, 6.
Tertulliani liber de Spectaculis 3, 15.
τετραγράμματον Dei nomen 21, 1; 80, 11.
Tharsis proprie mare interpretatur 48, 13.
Theodotion (vide indicem ad Hexapla).
theomachus: Rafaim theomachi 67, 7.
θήρα ob verbi novitatem paulatim obtinuit ut legeretur χήρα 90, 12.
tituli inscriptio proprie in tumulis et sepulcris est 25, 11.
tomus 2, 10.
tractatus homiletici a S. Hieronymo in conventu Bethlehemitico habiti iii. iv. v. xi.
trinitas: in trinitate sacramentum resurrectionis et ecclesiae continetur 20, 14; Trinitas in psalmo xxxii manifestissime declarata 40, 19; in ps. xxxv 42, 21.
Trithemius (Io.) nusquam vidit CL Origenis tractatus in Psalterium 1, 4 n.
tronus (*absque* h) 67, 11; 68, 11; 73, 9.

Vallarsii sententia de Pseudo-Hieronymi Breviario in Psalmos ii. vi.
vero *adverbium*: hoc autem vero principium 80, 20.
versus hebraici varia longitudo 82, 5; psalmus cxviii et Deuteronomii canticum versibus hexametris et pentametris constant 85, 6.
verus: in veris exemplaribus 61, 12 (cf. 'hebraeam e. veritatem' 27, 15).
veterescere 58, 20.
videre: aliter videt gubernator navem, aliter medicus aegrotantem, aliter picturam pictor, quam inperitorum rudes oculi 21, 8.

unctio David triplex 36, 7; unctio non tam olei est, quam Spiritus 77, 18.
ut: non ut vivos, sed quasi vivos 51, 13.

ANECDOTA MAREDSOLANA

SEV

MONVMENTA ECCLESIASTICAE ANTIQUITATIS
EX MSS. CODICIBVS NVNC PRIMVM EDITA
AVT DENVO ILLVSTRATA.

OPERA ET STVDIO

D. GERMANI MORIN
Presbyteri & monachi Ord. S. Benedicti Maredsolensis.

VOL. III PARS II

SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI
TRACTATVS SIVE HOMILIAE.

MAREDSOLI
apud Editorem.
OXONIAE apud J. PARKER & Soc. Bibliopolas.
1897

SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI

TRACTATVS SIVE HOMILIAE

in Psalmos, in Marci evangelium aliaque varia argumenta.

PARTEM NVPER DETEXIT, PARTEM ADVLTERIS
MERCIBVS EXEMIT, AUCTORI VINDICAVIT,
ADIECTISQUE COMMENTARIIS CRITICIS
PRIMVS EDIDIT

D. GERMANVS MORIN.

MAREDSOLI
apud Editorem.
OXONIAE apud J. PARKER & Soc. Bibliopolas.
1897

PERMISSV SVPERIORVM.

AD LECTOREM.

Consilii mei fuerat, optime lector, editioni huic contionum Hieronymi principi praefationem et indices de more adiungere. Verum contigit, ut absoluto iam volumine novam seriem tractatuum in Psalmos, eamque penitus ineditam, inopinato reperirem. Quare, ne liber iam pridem promissus diutius exspectationem adferret, neve praeter modum caperet incrementum, praefata totius operis subsidia atque additamenta in tertiam partem una cum nuper inventis orationibus reservare visum est. Interim in manibus sunt, quae in ephemeride 'Revue d'histoire et de littérature religieuses' t. I. 1896, pp. 393-434, praelibavi de praedicationis Hieronymianae monumentis. Vale. Romae. XIII. Kal. Maias MDCCCXCVII.

I.

TRACTATUS
IN LIBRUM PSALMORUM.

A = codex H. 2. collegii Pembrochiani Cantabrig. (olim Bur. S. Edmundi J. 3) saec. x.

B = cod. Audomaropolit. 89 (ol. S. Bertini) saec. VIIII.

C = cod. Paris. lat. 12152 (ol. Corbeien. deinde Sangerm. 753) saec. x.

G = cod. S. Galli. 109 saec. VIII.

I = cod. Musaei Britann. Reg. 4. A. XIV. saec. VIII.

L = cod. Paris. lat. 2675 (ol. S. Martial. Lemov.) saec. VIIII/x.

P = cod. Paris. lat. 2676 saec. VIIII.

S = cod. S. Galli 108 saec. VIIII.

H = Breviarii in Psalm. cod. municip. Namurcen. 54 (ol. S. Huberti) saec. x.

β = Breviar. in Psalmos ap. Migne P. L. 26, 871 sqq.

μ = Append. Breviarii in Psalm. ibid. 1345 sqq.

TRACTATUS

SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI

IN LIBRUM PSALMORUM.

Psalterium ita est quasi magna domus, quae unam quidem habet exteriorem clavem in porta, in diversis vero intrinsecus cubiculis proprias claves habet. Licet amplior una clavis sit grandis portae Spiritus sanctus, tamen unumquodque cubiculum habet proprias claviculas suas. Si quis igitur claves confusas de domo proiciat, si voluerit aperire cubiculum, non potest nisi clavem invenerit: sic singuli psalmi quasi singulae cellulae sunt, habentes proprie claves suas. Grandis itaque porta istius domus primus psalmus est, qui ita incipit:

Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. Quidam putant istius psalmi clavem super Xpisti domini nostri persona esse referendam: ut beatus iste vir secundum hominem Xpistus sit. Bona quidem voluntas, sed inperitia est. Si enim beatus vir Xpistus est, et Xpistus legem dedit, quomodo nunc de Xpisto dicitur, *Sed in lege Domini voluntas eius?* Deinde quomodo ligno alteri conparatur, et dicitur, *Et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum?* Si enim ligno con-

1 *Tractatus* etc] Haec inscriptio, ut dixi, in codice Britannico Reg. 4 A XIV saec. VIII litteris Iricis scripto legitur; *In nomine domini dei nostri ihesu xpisti incipit expositio psalmorum* B; *Liber hieronimi in expositione psalmorum* Cμ; *Expositio psalmorum hieronimi presbiteri* L; *Breviarium ieronimi super quosdam psalmos* A 2 m; *In hoc corpore continetur psalterium interp. a hieronimo* S; *Incipit dispositio sancti hieronimi presb. super sal.* G. Primus hic tractatus editus est a Martianaeo in calce Breviarii (Migne 26, 1355). 8 *claves confusas*] G C 1 m; *confossas* S; *confuse* A; *clavem confusam* μ C sup. lin; *cla | confusa* B. 10 *proprie*] A; *propriae* C 1 m. G S (ἰδίᾳ?); *proprias* μ C 2 m. 13 *persona*] BCS; *personam* GLμ.

4. *quasi magna domus*] Documentum Origeni ab Hebraeo quodam traditum, et ab aliis postea crebro usurpatum (Migne P. Gr. 12, 1080; S. Hilar. in psalm. ed. Zingerle p. 18, etc.).

12. *Quidam*] v. gr. Origenes (Migne 12, 1086), Eusebius (Ib. 23, 75); S. Augustinus in Enarrat. ps. 1; quin etiam Hieronymum ipsum in eadem prius fuisse sententia, ex eius Commentariolis (p. 5, l. 8) satis apparet.

14. *Bona quidem voluntas*] Hieron. in Is. 17, 7: ‘Pia quidem voluntas, sed non servans historiae ordinem’.

paratur, omne autem quod conparatur minus est ab eo cui conparatur; ergo maius erit lignum, quam Dominus, qui ligno conparatur. Videtis igitur quia super Domini persona non potest interpretari psalmus, sed generaliter de iusto viro dicitur. Licet multi putant de Ioseph dictum esse illo qui ab Arimathia, qui non abierit in consilio Iudaeorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra Farisaeorum non sedit: tamen nos quod alii specialiter in illo interpretantur, generaliter in viro iusto interpretamur.

Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. Legimus in Genesi maledictum fuisse Adam, quando dicitur: 'Maledicta terra in operibus tuis'. Maledictio ergo prima hominis nunc beatitudine solvitur. Quasi in vetere lege una beatitudo ponitur: ceterum in evangelio octo simul beatitudines nuncupantur. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum.* Beatus vir, non homo, sed vir, qui in perfectum virum pervenerit Xpistum. *Qui non abiit in consilio impiorum.* Tria hominum generalia peccata descripsit. Aut enim cogitamus, aut facimus, aut docemus. Primum cogitamus; deinde cum cogitaverimus, cogitationem in opera vertimus: cum fecerimus aliquid, iam auxesis facta est, ut doceamus alios quod ipsi feceramus. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum,* qui non cogitavit malum: *et in via peccatorum non stetit,* qui non fecit malum: *et in cathedra pestilentiae non sedit,* hoc est, qui nec alios docuit. Et in cathedra pestilentiae non sedit. *Et in via peccatorum non stetit.* Difficile est ut aliquis non peccet. Denique dicit et Iohannes evangelista, quia qui negat se peccatum non fecisse, mentitur, et mendax est. Si ergo omnes peccamus, quomodo nunc dicit, *Et in via peccatorum non stetit?*

2 *erit*] BC; om. μ. 3 *persona*] LSμ; *personam* G. 4 *de iusto*] μ interserit *quolibet.* *Licet*] G add. *vero.* *putant*] *putent* μS 2 m. 5 *qui*] ante *ab* om. μ. *Arimathia*] *Aramathia* G 1 m. *abierit*] Ita editt. et codd., sed paulo infra *stetit* et *sedit.* 11 *prima*] C 1 m. G; *primi* μC 2 m. S. *beatitudine*] codd; *benedictione* μ. 17 *in opera*] *in opere* G. 18 *cum fecerimus aliquid*] om. G. *iam auxesis*] cod S. optime; *iam auxessis* Cod. Gratianop. 218; *iam au ..xis* G; *iam operis* μBC. *facta est*] CGS; *factum est* B; *fit etiam* μ. 20 *qui non fecit malum*] om. μ. 21 *Et in c. p. n. sedit*] G; non repet. μS. 24 *negat se p. non fecisse*] AGS (graeca locutio ἀρνοῦμαι μή...); μ om. *non.* 25 *quomodo nunc... omnes peccamus*] om. μ propter homoeoteleuton.

1. *minus est ab eo cui conparatur*] 'Quando enim minora maioribus coaequantur, ut scribit Hieronymus adversus Iovinianum I, 3 inferioris comparatio superioris iniuria est'.

4. *de Ioseph dictum esse*] Conf. Commentariol. p. 3, l. 16.

11. *tuis*] Gen. 3, 17.

18. *auxesis*] Graeca vox a rhetoribus frequenter usurpata, de qua Cassiodorius in Exposit. ps. III (M. 70, 44): 'Factum est autem hic, inquit, pulcherrimum schema, quod graece dicitur auxesis, quae addendo quaedam nomina per membra singula rerum augmenta congeminat'.

24. *mendax est*] 1 Io. 1, 8.

Si omnes peccamus, nemo autem beatus nisi qui non peccavit ; ergo quia omnes peccamus, nemo beatus est. Sed videte quid dicat, *Et in via peccatorum non stetit.* Non dixit, beatus vir qui non peccavit, sed beatus vir qui in peccato non perseveravit. *Et in via peccatorum non stetit.* Ego heri peccavi, non sum beatus. Si non stetero in peccato, sed retraxero me, iam beatus sum. *Et in cathedra pestilentiae non sedit.* Quomodo ibi dixit, stetit, sic et hic dixit, sedit : sicut ibi qui non perseveraverit in peccato beatus est, sic hic qui in doctrina mala non perseveraverit et sedit, beatus est. Quid igitur ? Videtis ipsi quomodo beatitudo tripliciter condonatur : si non cogitemus mala, si in peccato non perseveremus, si non doceamus ea quae mala sunt. Hoc est quod dicit et propheta : ' Super tribus et quattuor peccatis non convertam eam, dicit Dominus '. Et hoc octies dicit. Amos autem hoc loquitur, id est, cogitasti, ignovi : fecisti, ignovi : non egisti paenitentiam, ignovi : numquid mala etiam docere debebas? Hoc est quod dicitur, Super tribus et quattuor peccatis non irascar tibi, dicit Dominus.

Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Dixit tria quae facere non debuit : non abire in consilio impiorum, et in via peccatorum non stare, et in cathedra pestilentiae non sedere. Dixit tria quae facere non debemus : dicit duo quae facere debeamus. Non enim sufficit nobis mala fugire, nisi consequamur bona. *Sed in lege Domini voluntas eius.* Non dixit timor, sed, voluntas : multi enim timore faciunt, sed timor facientis mercedem non habet. *Sed in lege Domini voluntas eius*, ut velit facere quod Dominus imperavit. *Et in lege eius meditabitur die ac nocte.* Non potest sermo explicare quantum mens concipit. *Sed in lege Domini voluntas eius.* Dicat aliquis : Ecce ego volo legem Dei facere, beatus ergo sum quia volo. Sed vide quid sequatur : non sufficit velle legem Dei, sed in lege eius meditari die ac nocte. *Meditabitur die ac nocte.* Dicat aliquis : Hoc humana natura non suffert ; nam et ambulandum est, et bibendum est, et comedendum est, et dormiendum est, et ea quae ad vitam necessaria sunt conparanda. Quomodo ergo legem Dei meditabitur die ac

5 *sed*] CGS ; *sed si* B ; *si* μ. 7 *dixit*] ante *sedit* om. μ. 8 *perseveraverit*] codd ; *perseveravit* μ. 14 *non e. p. ignovi*] om. μ. 15 *debebas*] BGS, C ex *debeas* ; *debeas* μ. 16 *irascar*] codd ; *irascatur* μ. 19 *non debemus*] SG ; *non debeamus* μ. 22 *timore facientes mercedem non habent* C. 28 *meditari*] BC ; *meditare* G ; *meditabitur* μ. 31 *conparanda*] *conparandi* G ; *conparanti* (*ti* in litura) C.

12. *Dominus*] Amos 1, 3 sqq.
20. *Non enim sufficit* etc] Commentariol. ps. XXXIII : ' Non sufficit malum fugere, nisi bonum quoque feceris '.

22. *timor f. m. non habet*] ' Duas significantias in verbo timoris esse ', cum in comment. epist. ad Ephes. 5, 33, tum alibi sedulo demonstrat S. Hieronymus.

nocte, maxime cum dicat apostolus: ' Sine intermissione orantes '? Numquid eo tempore quo dormio, orare possum? Meditatio ergo legis non in legendo est, sed in faciendo. Denique dicitur in alio loco: ' Sive manducatis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in nomine Domini facientes. ' Si porrigo elimosinam, legem Dei meditor: si aegrotantem visito, pedes mei legem Dei meditantur: si ea facio quae praecepta sunt, quod alii ore meditantur, ego corpore meditor. Iudaei igitur ore meditantur: nostra meditatio opus est. Dixit igitur tria quae facere non debemus, dixit duo quae facere debeamus: qui hoc fecerit, praemii quid meretur?

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, et folium eius non defluet. Multi simpliciter interpretantur, et ita dicunt: Quomodo lignum si plantatum fuerit iuxta aquas, necesse est ut vireat, et non siccatur, quia habent radices ipsius humorem unde vivant: sic quicumque legem Dei meditatur, ipsa legis meditatio virorem ei facit et vitam. Hoc illi simpliciter interpretantur: nos autem spiritalibus spiritalia conparantes, et legentes in paradiso plantatum esse lignum vitae, et lignum scientiae boni et mali, et lignum vitae hoc plantatum esse in paradiso, et de ipso paradiso egredi fontem qui dividatur in quattuor principia... Legimus et in Salomone, si cui placet librum recipere, de sapientia enim ibi loquitur (Xpistus Dei virtus et Dei sapientia): ergo ubi Salomon loquitur ' Lignum vitae est omnibus conprehendentibus eam ', ibi de sapientia dicitur. Si autem sapientia lignum vitae est, sapientia autem ipsa

4 *facientes*] BGS (ita Hieron. ep. 127, n. 4); *facietis* μ. 5 *elimosinam*] codd; *eleemosynam* μ. 7 *igitur*] *vero* G. 11 *Multi*] *mihi* μ. 12 *et ita dicunt*] *qui dicunt* μ. 15 *virorem*] μBCS; *vigorem* G. 20 *de sapientia*] μBCS; *dei sapientia* G. 23 *ipsa*] *ipse* B.

1. *orantes*] 1 Thess. 5, 17.
4. *facientes*] 1 Cor. 10, 31.
16. *conparantes*] 1 Cor. 2, 13.
19. *in quattuor principia*] Genes. 2, 9-10. Periodus imperfecta abrumpitur, uti saepe accidit in repentinis huiuscemodi orationibus: qua in re apparet notarii diligentia et fides.
19. *Legimus et in Salomone, si cui placet librum recipere*] Hieronymianum dicendi genus hoc loco nemo non agnoscet. Cf. ad Furiam epist. 54, n. 16: ' Legimus in Iudith, *si cui tamen placet volumen recipere* '; Comm. in Zachar. 12, 9: ' Unde et Sapientia quae Salomonis inscribitur, *si cui tamen placet librum recipere* '; in Oseam 7, 8 sq.: ' Unde et in libro Pastoris, *si cui tamen placet illius recipere lectionem* ' etc. Quid ergo, inquies, putandumne est divinam Proverbiorum auctoritatem in dubium heic ab Hieronymo revocari? Nequaquam illud equidem crediderim: sed ex tempore dicentis fortasse animo subrepsit, quae de Christo sapientia proferenda verba erant, ad eum, qui Sapientia Salomonis falso inscribitur, librum pertinere, cum revera libro Proverbiorum contineantur. Atque ita quaestiunculam facile expediri censeo.
21. *Dei sapientia*] 1 Cor. 1, 24.
22. *eam*] Proverb. 3, 18.

Xpistus est : vides ergo quoniam qui beatus vir et sanctus est, huic ligno, hoc est, sapientiae conparatur. Videtis ergo quoniam iustus vir et beatus iste, qui non abiit in consilio impiorum, qui non fecit illa, et fecit ista, erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, hoc est, Xpisto similis erit ; siquidem ' consedere nos fecit in caelestibus, et conregnare '. Videtis ergo quia cum Xpisto regnabimus in caelo. Videtis quoniam lignum hoc plantatum est in paradiso, et nos omnes cum illo conplantati sumus.

Et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. De illo enim fonte procedunt omnia flumina. *Quod fructum suum dabit in tempore suo.* Lignum hoc non omni tempore dat fructum, sed in tempore suo. Lignum hoc non dat in praesenti saeculo, sed in futuro, hoc est in die iudicii. Lignum hoc nunc flores habet, lignum hoc nunc germinat, et promittit fruges futuras. Lignum hoc duo habet : habet et fructus, habet et folia. Fructus habet sensum in scripturis ; folia, verba simplicia. Fructus in sensu est, folia vero in verbis sunt. Quicumque igitur scripturas sanctas legit, si secundum Iudaeos legit, tantum folia intellegit ; si vero spiritaliter intellegit, fructus capit. *Et folium eius non defluet.* Tamen et folia istius arboris utilia sunt. Denique si quis et secundum historiam intellegit, utilitatem habet animae suae. Legimus in Apocalypsi Iohannis (quod in istis provinciis non recipitur liber, tamen scire debemus quoniam in occidente omni, et in aliis Faenicis provinciis, et in Aegypto recipitur liber, et ecclesiasticus est : nam et veteres ecclesiastici viri, e quibus est Irenaeus, et Polycarpus, et Dionysius, et alii Romani interpretes, de qui-

4 ante *erit* μG inser. coniunctionem *et.* 12 *saeculo*] *tempore* G. 17 *folia intellegit*] *f. intendit* G. 21 *quod*] (coniunctio = ' quamvis ' vel iuxta gr. δ'... βιβλίον?) ABS, C 1 m ; *qui* μC 2 m ; *siquidem* G. *scire*] *nos recipere* G. 22 *aliis*] *omnibus* G. *Faenicis*] *paenicis* C 1 m ; *phaenicis* A ; *phoenicis* μC 2 m. 23 *liber*] *ipse liber* S ; *liber iste* G. 24 *Irenaeus*] *hireneus* S ; *ereneus* BCG.

6. *conregnare*] Ephes. 2, 6.

21. *non recipitur liber*] Nota virum occidentalem Palaestinas ecclesias quod a ceteris dissentiant accusantem. De eadem re iterum agit infra, ubi de ps. 149. Ipse etiam alibi ' Graecorum ecclesias Apocalypsin non suscipere ' profitetur (Epist. 129, n. 3.)

24. *Irenaeus*] Hieron. De viris illustr. c. 9 : ' scripsit Apocalypsim, quam interpretatur Iustinus martyr et Irenaeus'. Quos vero hic commemorat veteres ecclesiasticos viros, neque ii iustum commentarium in Apocalypsin composuisse putandi sunt, sed occasione data librum in suis scriptis veluti ab ecclesia receptum exposuisse et commendasse.

et Dionysius] Ex hoc loco I. B. Pitra, qui fragmentum huius tractatus Spicilegii sui tomo I p. 165-6 ex cod. Duaceno 220 inseruit, primum forsan Latinorum nostrum fuisse notat, ' qui *Areopagitica* opera laudaverit '. Videlicet hoc quoque inter alia somniavit vir ceteroqui pereruditus. De Dionysio Alexandrino episcopo loqui intellegendus est Hierony-

bus est et Cyprianus sanctus, recipiunt librum et interpretantur) legimus ergo ibi : ' Et ecce, inquit, vidi tronum positum, et agnum unum, et arborem, inquit, secundum flumen, et ex utraque parte ripae ipsam arborem ' : hoc est, ex ista parte erat, et ex illa parte erat. ' Et habebat, inquit, fructus ipsa arbor, et in anno mensibus singulis duodecies fructus adferebat. Et habebat, inquit, folia, et folia eius erant ad sanitatem gentium'. Vidi, inquit, tronum positum unum. Licet enim credamus in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, et Trinitas sit, tamen regnum unum est. Vidi, inquit, tronum positum unum. Et vidi, inquit, in conspectu troni stantem unum agnum. De adsumptione corporis dicitur Salvatoris. ' Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi '. Et egrediebatur, inquit, fons de subtus medio troni. Videtis igitur quoniam de medio troni fons egreditur gratiarum. Tamen non egreditur fons ille de trono, nisi agnus in contra steterit : nisi enim crediderimus incorporationem Xpisti, non accipimus istas gratias. Et arbor, inquit, una excelsa posita erat. Non dixit arbores, sed arbor una. Si arbor una est, quomodo ex ista parte ripae est, et ex illa parte ripae est? Si enim dixisset, vidi arbores, fieri poterat ut aliae essent ex alia parte, et aliae ex alia. Nunc vero una arbor ex utraque parte esse dicitur. Unus fluvius egreditur de trono Dei, hoc est gratia Spiritus sancti ; et ista gratia Spiritus sancti in sanctis scripturis est, hoc est in isto fluvio scripturarum. Tamen iste fluvius duas ripas habet, et vetus et novum testamentum ; et in utraque parte arbor plantata Xpistus est. Haec igitur arbor in anno, hoc est, in singulis mensibus duodecies fructus adferebat. Non possumus enim fructus de ista arbore accipere, nisi per apostolos. Si quis ergo per apostolos ad arborem venerit, necesse est ut fructus accipiat, fructus metat de scripturis sanctis, hoc est, sensum divinum in littera conmorantem. Si quis ergo venerit ad istam arborem per apostolos, ut diximus, fructus eius capit ; si quis vero non potuerit, adhuc infirmior est, et necdum est discipulus, sed de turba est, sed de foris est, de gentibus est. Iste quia fructus capere non potest, verba capiat, hoc est, folia ad sanitatem gentium ; scriptum est enim, Et folia eius ad sanitatem gentium. Si quis adhuc de gentibus est, si quis non est discipulus, adhuc de turba est, iste accipiat folia ipsius, hoc est,

3 *secundum*] *secus* G. 12 *de medio throni*] de m. *throno* C corr. G. 13 *in contra*] GSA (ἔναντι?) ; *in* postea in S deletum est. 15 *accipimus*] accipi.mus C. 28 *ut diximus*] om. μB. 29 *et*] ante *necdum* GS ; om. μ. 30 *de gentibus*] GS, cod. Duacen. ap. Pitra 1, 166 ; *sed gentilis* μC. *Iste*] CGS, cod. Duac. ; om. μB. *quia*] *qui* μ. 31 *capiat*] *capit* GS.

mus, illo, inquam, qui in libris adversum Nepotem ' de Apocalypsi Iohannis diligentissime disputat ' (De vir. ill. c. 69.)

2. *Et ecce* etc.] Apoc. 22, 1 sq.

11. *mundi*] Io. 1, 29.

verba simplicia accipiat pro medicamento. Denique scriptum est, Et folia eius ad sanitatem gentium, hoc est, ad medicinam. Hoc totum quare diximus, et excessimus ad Apocalypsin? Quoniam scriptum est *Quod fructum suum dabit in tempore suo, et folium eius non defluet, et omnia quaecumque fecerit prosperabuntur.*

Diximus de beatitudine iusti viri, diximus de praemio eius, quoniam qui tria non fecerit, et duo fecerit, ligno paradisi, hoc est, Xpisto sapientiae conparetur. Diximus ergo de sancto viro; nunc econtrario videamus quid de peccatore et de impio dicitur. *Non sic impii.* Illa universa genera praemiorum, quae de iusto diximus, impius non accipiet. *Non sic impii.* Non dixit, non sic peccatores: si enim de peccatoribus dixisset, omnes alieni eramus. *Non sic impii.* Inter impium et peccatorem hoc interest: qui impius est, negat Deum; qui peccator est, confitetur et peccat. *Non sic impii.* In quibusdam legitur *non sic* ex secundo, Non sic impii, non sic: sed sciamus quia in hebraico semel positum est. Diximus de sancto viro et de conparatione eius, Et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Nunc econtrario de impio dicitur. Sicut iustus vir conparatur ligno; sic impius conparatur pulveri. Qui iustus est, ligno paradisi conparatur; qui autem impius, pulveri conparatur, quem proicit ventus a facie terrae. Pulvis licet de terra sit, tamen desiit esse terra. *Sed tamquam pulvis quem proicit ventus a facie terrae.* Vide quid dicitur: tam infelix erit impius, ut nec terrenus quidem sit pulvis. Videtur quidem non habere substantiam, sed habet suam substantiam. Nihil habet solidum; sed quod habet, ad poenam habet. Huc illucque dispergitur, numquam in uno loco est; quocumque ventus traxerit, illuc eius impetus dirigitur: sic et impius qui semel negaverit Deum, quocumque illum aura diaboli traxerit, illuc errore perducitur.

Quoniam diximus quid sit iustus, cui conparetur; quid sit impius, cui conparetur, et de praesenti saeculo diximus: nunc debemus de futuro et aeterno cognoscere. *Ideo non resurgunt impii in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum.* Legimus in evangelio secundum Iohannem: 'Quicumque in me credit, non iudicabitur; quicumque in me non credit, iam

7 *Xpisto*] C 1 m. S; om G; *Xpisti* μB, C 2 m. 8 *nunc econtrario*] CGS; *nunc de contrario viro* μB. 14 *ex secundo*] S optime (ἐκ δευτέρου); *hoc secundo* μBCA; *hoc secundum* G. 30 *resurgunt*] *resurgent* C mox emendat.

12. *Inter impium et peccatorem* etc] Hieron. in Is. 28, 23 sqq. 'Aliud enim est esse impium, aliud peccatorem'; Contra Pelag. 1, 28: 'Impietas enim proprie ad eos pertinet, qui notitiam Dei non habent, vel cognitam transgressione mutarunt; peccatum autem et iniquitas pro qualitate vitiorum post peccati et iniquitatis vulnera recipit sanitatem.'

iudicatus est '. Qui ergo iudicandus est, si et ille qui credit non iudicabitur, et ille qui non credit iam iudicatus est? Qui in die iudicii iudicabitur? Requiramus ergo medium inter credentem et non credentem, qui iudicandus sit. Qui credit non iudicabitur. Qui credit non peccat, qui vere credit non peccat, qui veram fidem habet non peccat. Denique quando peccamus, mens nostra in fide fluctuat; eo tempore quando peccamus, quando irascimur, quando detrahimus, quando homicidia facimus, quando fornicamur, ubi fides est? Ergo quod dicit, Qui credit in me, non iudicabitur; non enim necesse habet iudicari, iam beatus est. Qui autem non credit, iam iudicatus est; iam enim praeiudicatus ad poenam est. Qui ergo iudicatur? Qui credit quidem, sed peccatis vincitur: qui habet bona, habet et mala: qui eo tempore quo credit benefacit, quo non credit male facit. Videamus ergo nunc quid dicitur. *Ideo non resurgunt impii in iudicio.* Non resurgunt ut iudicentur, quia iam iudicati sunt: Qui enim non credit in me, iam iudicatus est. *Neque peccatores in consilio iustorum.* Non dixit, peccatores non resurgunt; sed, non resurgunt in consilio iustorum. Non merentur cum his resurgere, qui non sunt iudicandi. Si in me crederent, cum his resurgerent, qui non sunt iudicandi.

Quoniam novit Dominus viam iustorum, et iter impiorum peribit. Quoniam novit Dominus viam iustorum. Et quid grande est, si Dominus noverit viam iustorum? Sed dicitur Deus nosse eos quos nosse dignatur. Denique de peccatoribus dicitur: ' Recedite a me, operarii iniquitatis, non novi vos'. Dicit apostolus: ' Si quis cognoscit, cognoscitur '. *Quoniam novit Dominus viam iustorum.* Qui peccator est, non eum novit Dominus; qui iustus est, notus est a Deo. Legimus in Genesi, eo tempore quo praevaricatus est Adam, eo tempore quo magis audivit serpentem quam Deum, quando se abscondit a facie Dei, venit Deus post prandium in paradiso, et deambulabat. Videte quid dicitur. Requirit Deus Adam, non in meridie, sed ad vesperam; iam enim Adam solem perdiderat, quia me-

1 *Qui ergo*] ita codd; *quis ergo* μ. 5 *Denique*] GS; *demum* μ. 8 *quod*] *quid* C, G *i* in *o*. 10 *praeiudicatus*] GSA; *predestinatus* μC. 21 *noverit*] BGS; *novit* μC. 23 *cognoscit cognoscitur*] AB, cod. Gratianop. 218; *cognoscit cognoscetur* μS; *qui noscit qui noscitur* G.

1. *iudicatus est*] Io. 3, 18.

23. *non novi vos*] Matth. 7, 23; Luc. 13, 27.

Si quis cognoscit cognoscitur] Insolens interpretatio Paulinae sententiae I Cor. 14, 38 εἰ δέ τις ἀγνοεῖ, ἀγνοεῖται. Vix porro credendum est, antiquariorum incuria negationem excidisse. Quapropter videtur Hieronymus pro sententia apostoli reciprocam sententiam, utpote quae nec minus ipsa vera esset, protulisse.

28. *deambulabat*] Gen. 3, 8 sqq.

ridiem non habebat. Ad vesperam, hoc est δειλινόν, et ambulabat. Non enim stat Deus peccatori, sed ambulat. Sciebat enim illum esse in paradiso, et non ignorabat quod factum erat; sed quia peccaverat Adam, nescit eum Deus. Et dixit Deus: Adam, ubi es?

Diximus de eo, quomodo peccator ignoretur a Deo: econtrario scire debemus quomodo iustus sciatur a Deo. Dicit Deus ad Abraham: ' Exi de terra tua et de cognatione tua '. Venit in Palaestinam, fuit in Abramio, fuit in Geraris multo tempore. Cum natus ei fuisset filius Isaac, et repromissionem acceperat ' Quia in semine tuo benedicentur omnes gentes ', tulit Isaac, et obtulit eum Deo, et vox de caelo audita est, Parce filio tuo. Et statim ibi scribitur, eo tempore quo obtulerat filium suum, quid dicit Deus ad Abraham? ' Nunc cognovi quoniam tu times Dominum Deum tuum '. Qui tanto tempore locutus fueras, nunc cognovisti Abraham? Sed quoniam grandis fides fuerat offerendo filium suum, propterea nunc primum coepit eum nosse Deus. Hoc totum quare diximus? Quoniam scriptum est, *Quoniam novit Dominus viam iustorum.* Dicamus et aliter. Via et vita et veritas Xpistus est: ambulemus ergo in Xpisto, et viam nostram novit Deus pater.

Et iter impiorum peribit. Non dixit, impii peribunt; sed si egerint paenitentiam, et ipsi salvabuntur. Eo tempore quo apostolus Paulus persequebatur Xpistum et ecclesias eius, impius erat. Si enim impii peribunt, non datur locus paenitentiae. Sed non dixit, et impii peribunt; sed, iter impiorum peribit: hoc est, peribit impietas, non peribit impius, sed ipsa impietas; non homo peribit qui impius fuit, sed homine agente paenitentiam peribit impietas.

1 δειλινόν] μ; διληνον codd. excepto S in quo legitur: *declinante iam die* (corr. ex *declinantem iam diem*) *deambulat ei Deus. Non enim* etc. 7 *Palaestinam*] *palastinam* G. *Abramio*] ABS; *Habramio* μ; *Abremio* G; *haram* C. 9 *acceperat*] *acciperet* C. 19 *persequebatur iustum et contra eclesias eius* G. 22 *et*] om. μS.

1. *Ad vesperam, hoc est* δειλινόν] Hieron. Hebr. Quaest. in Genes. c. 3, v. 8: ' In plerisque codicibus Latinorum, pro eo quod hic posuimus *ad vesperam, post meridiem* habet: quia τὸ δειλινόν graecum sermonem ad verbum transferre non possumus. ' Qui tamen, ut vides, in codice S qualicumque modo latine redditur: *declinante iam die.*

7. *cognatione tua*] Gen. 12, 1.

fuit in Abramio] Petrus diac. De locis sanctis, edit. Gamurrini (Romae 1887) p. 124: ' Longe autem ab Ebron ad passus trecentos, in loco qui dicitur Abramiri... Item Abramiri vinea est '. Theodosius, De t. s. § 20 (ibid. p. 125, not. 1): ' Sepulcrum... quod *Abrahamium* dicunt, distans a Calvaria per triginta miliaria. ' Ita Hieronymi tempore sepulcrum Lazari in Bethania Lazarium dicebatur (S. Silviae peregrinatio, edit. 1, pp. 83 et 89).

9. *omnes gentes*] Genes. 22, 18.

17. *et veritas*] Io. 14, 6.

Deus ergo hoc nobis praestet, ut tria non faciamus, duo faciamus: ligno vitae conparemur, non simus impii, qui conparantur pulveri: non simus peccatores, quoniam peccatores non resurgunt in consilio iustorum, ut via mala pereat: et benedicamus Deum, cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO V.

Quintus psalmus hoc titulo praenotatur: *In finem pro ea quae hereditatem consequitur, psalmus David.* Multi putant titulos ad psalmos non pertinere, et hoc qua ratione aestiment, nésciunt. Si quidem non haberentur in hebraeis et graecis et latinis voluminibus, recte putarent: nunc vero cum in hebraicis habeantur libris, et maxime iste titulus qui in quinto psalmo praenotatus est, miror eos hoc velle dicere, quod aliquid in scriptura sine causa sit. Si enim ‘ iota unum et unus apex non transiet de lege ’, quanto magis tanta verba vel syllabae?

In finem pro ea quae hereditatem consequitur, psalmus David. Hereditas nostra non in principio repromittitur, sed in fine mundi. Iudaei in principio obtinere se putaverunt, nos in fine consequimur. Unde dicit et apostolus Iohannes: ‘ Filioli, novissima hora est ’. In novissima ergo hora finis est: in fine hereditas. *In finem pro ea quae hereditatem consequitur.* Quae est ista quae hereditatem consequitur? Mihi videtur quod ecclesia sit: ipsa est enim quae hereditatem consequitur. *Psalmus David.* Cantat in principio quod ecclesia accipiat in finem. Quintus ergo psalmus ex persona ecclesiae est. Alii multa interpretantur: multi dicunt secundum historiam de Israhelis populo, quod vellet reverti de Babylone in Iudaeam. Hoc illi interpretantur: non sunt interpretati *In finem*, non *Pro ea quae hereditatem consequitur.* Nos ergo spiritalibus spiritalia conparantes, orationibus vestris ex persona ecclesiae istum psalmum disserere nitemur.

Verba mea auribus percipe Domine. Nullus habet hanc fiduciam nisi ecclesia. Qui peccator est, non est ausus dicere, Verba mea auribus per-

1 *praestet*] corr. ex *praestitit* C. Cf. commentariol. ps. 108, ubi in tribus codd. *stetit* pro *stet* legitur. 4 *ut*] CS; *et* μG. *sit*] μS; *est* B; om. G; *est honor et gloria* A. 6 Quae ad titulum pertinent, leguntur ap. Migne 26, 1361-2; quae ad ipsum psalmum, in Breviario ibid. col. 878-82. 14 *transiet*] *transeat* G. 16 *in fine*] codd. plerumque hic et in seqq. *in finem*, forte quia Hieronymus verba quae apud LXX leguntur (εἰς τὸ τέλος) constanter retinuit. 22 *accipiat*] μBC; *accepit* S; *recipiat* G. 23 *Alii multa*] μBC; *alii multi* G; *alii aliter* S. 25 *non*] ante *Pro ea* inser. C; om. μGS.

14. *de lege*] Matth. 5, 18.
18. *hora est*] 1 Io. 2, 18.
26. *conparantes*] 1 Cor. 2, 13.

cipe Domine. Qui irascitur et maledicit, non est ausus dicere, Verba mea auribus percipe Domine ; sed optat ut Deus claudat aures suas.

Intellege clamorem meum. Clamor in scripturis, non vocis, sed cordis est. Denique ad Moysen dicitur 'Quid clamas ad me?' cum Moyses ante non clamasset. *Intellege clamorem meum.* Et apostolus : 'Clamantes in cordibus nostris, abba pater'. Utique qui clamat, non in corde clamat, sed in lingua clamat. Et quomodo dicit apostolus, Clamantes in cordibus nostris? Quando igitur gemitus noster et conscientia deprecatur, istum clamorem intellegit Deus. Unde dicit et Hieremias : 'Non sileat pupilla oculi mei'. Videte quid dicat, Non taceat pupilla oculi mei. Et aliquando pupilla oculi clamat ad Deum. Utique si clamat, lingua clamat, non pupilla oculi. Sed quomodo clamamus in cordibus nostris, quando gemitu Dominum deprecamur ; sic quando lacrimas ad Deum fundimus, eo tempore pupilla oculi nostri clamat ad Dominum.

Rex meus et Deus meus. Ille vere ausus est dicere, Rex meus et Deus meus, cui non regnat peccatum in mortali corpore. *Rex meus et Deus meus.* Quia regnas in me, et non regnat peccatum, propterea Deus meus es. Tu es Deus meus, quia non est venter deus meus, quia non est aurum deus meus, quia non est libido deus meus. Quoniam tu virtus es, et ego cupio habere virtutes, propterea tu es Deus meus, hoc est virtus mea.

Mane exaudies vocem meam. Quidam simplicius interpretantur, hoc est: consurgo diluculo ad orandum, et deprecor te. Est quidem et ista interpretatio. Quid igitur? Mane nos exaudit : vespere non exaudiet? medio noctis nos non exaudiet Deus? Sed videte quid dicat: Quamdiu in tenebris erroris sum, non me exaudis ; quando vero sol iustitiae venerit in corde meo, tunc me exaudis. *Mane exaudies vocem meam.* Non dixit tertia hora, non dixit sexta hora, non dixit plena luce ; sed videte quid dicat : Mane, statim ut tenebrae fugire coeperint, exaudis ; statim in principio boni operis me exaudis, non quaeris finem. Meum est enim velle, tuum perficere.

13 *gemitu*] SG ; *cum gemitu* β. *sic quando*] βG ; C om. *sic ; si quando* S. 23 *consurgo diluculo ad orandum*] SG ; *exsurgo d. a. o.* βBA ; *diluculo consurgo, adoro te* C. *Est q. e. i. i. Quid igitur?*] codd ; *Et quae est ista interpretatio qua dicitur* β. 24 *medio noctis*] CGS ; *media noctis* B ; *media nocte* β.

3. *Clamor in scripturis* etc] Conf. Commentariol. ps. 65.
4. *ad me?*] Exod. 14, 15.
6. *pater*] Galat. 4, 6.
10. *mei*] Thren. 2, 18.
16. *corpore*] Rom. 6, 12.
30. *Meum est enim velle* etc] Haud absimilia S. Hieronymus identidem profert simul et explicat, v. gr. Contra Pelag. III, 1 : 'nostrum incipere, illius

Mane adstabo tibi, et videbo. Videte ordinem. Mane, non vespere, non in tenebris, sed mane. *Mane adstabo tibi:* stabo constanter, et imitabor Moysen. *Mane adstabo tibi:* tibi adstabo, non alii. Cum autem mane fuerit, et stetero, et tibi stetero, tunc merebor te videre.

Et videbo. Subauditur, te videbo. Multi male legunt, et dicunt καὶ ἐπόψῃ με, sed sciamus errorem esse: sic dicitur καὶ ἐπόψομαι, hoc est, videbo, ut sit ordo quem diximus: incipiente luce virtutum in anima mea, quando tibi stare coepero, non sedere, non iacere, sed stare, et statueris supra petram gressus meos, tunc per istos gradus merebor te videre.

Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Propterea non me exaudies plena luce, sed mane; quoniam non vis, Deus, iniquitatem. Cum enim recedere coepero ab iniquitate, statim merebor exauditionem tuam.

Neque habitabit iuxta te malignus. Quando aliquis recedit a nobis qui malus est, gratulemur: hoc in nobis fit, quod fit et in Domino. Videte enim quid dicat Spiritus sanctus. *Neque habitabit iuxta te malignus.* Videte quid dicat, non habitabit iuxta te malignus. ' Quae enim communicatio luci et tenebris? qui consensus Xpisto et Beliae? ' Quando ergo recedunt aliqui ex nobis, dicamus et nos: ' Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis; si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum '. Dicitur ad Deum: *Non habitabit iuxta te malignus.* Si enim Deus ignis est, et ignis consumens, quicumque stipula est, quicumque lignum est, fugit ab igne, ne consumatur ab igne.

Neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. Quando dicitur, Neque permanebunt, ostenditur quod aliquando manserint. Manserunt autem

3 *alii*] *aliis* β. 5 ἐπόψῃ με] CG, cod. Bibl. Alexandr. et Euseb. Caesar. apud M. 23, 116; ἐπόψει με β. 6 ἐπόψομαι] εποψεμαι C. *videbo*] om. BC. 12 *merebor*] βBS; *mereor* C, G ex *mereo.* 14 *quod fit*] codd; *quod factum est* β. 17 *Xpisto*] βCS; *Xpisti* BGA. *Beliae*] BC, SA 1 m.; *Belial* βG, SA sup. lin. 22 *fugit*] *fugiat* G.

perficere '. Ibid. 1, 5: ' Oro te, non legisti, Non enim volentis neque currentis, sed miserentis est Dei? Ex quibus intellegimus, nostrum quidem esse velle et currere: sed ut voluntas nostra compleatur et cursus, ad Dei misericordiam pertinere; atque ita fieri, ut et in voluntate nostra et in cursu liberum servetur arbitrium, et in consummatione voluntatis et cursus Dei cuncta potentiae relinquantur '. Ad Demetriad. ep. 130, n. 12: ' velle et nolle nostrum est: ipsumque quod nostrum est, sine Dei miseratione nostrum non est '. Denique cf. adnotat. Vallarsii ap. Migne 23, 607.

9. *gressus meos*] Ps. 39, 3.

17. *et Beliae?*] 2 Cor. 6, 14 sq. — Hieronym. in ep. ad Ephes. 4, 27: ' licet plurimi pro *Belial* corrupte in apostolo *Belian* legant '. De nomin. hebr. ex 2 Cor.: ' sed rectius Belial dicitur '. In his porro tractatibus consuetudini etiam a se alias vituperatae noster plerumque obsequitur.

19. *nobiscum*] 1 Io. 2, 19.

21. *consumens*] Deut. 4, 24.

aliquando iniusti ante oculos Dei, manserunt Deo expectante paenitentiam ipsorum; sed quoniam permanserunt iniusti, propterea non permanserunt ante oculos Dei.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Infelix est, quem odit Deus. Quis est ille quem odit Deus? Qui operatur iniquitatem. Si ergo omnes peccamus, et quicumque peccat, odio habetur a Deo, ergo odio habemur a Domino. Si autem odio habemur a Domino, quomodo gratia salvati sumus? *Odisti omnes qui operantur iniquitatem.* Non dixit, qui operati sunt iniquitatem; sed, qui operantur iniquitatem. Qui perseverant in peccato, illi odio habentur a Domino: qui autem dimiserunt, illi amantur a Domino. *Odisti omnes qui operantur iniquitatem.* Hoc de peccatoribus, qui in peccatis perseverant. Videamus aliud quid sequitur.

Perdes omnes qui locuntur mendacium. Rem novam video. Qui malum operatur, odio habetur; qui mentitur, perit. Videamus quid sit plus, odio haberi a Domino, an perire. Qui odio habetur a Deo, infelix quidem est, quia odio habetur a Domino: sed adhuc vivit. Qui autem loquitur mendacium et perit, iam esse desistit. Ergo infelicior est, qui mendacium loquitur, quam ille qui operatur iniquitatem: qui enim operatur iniquitatem, odio habetur; qui autem loquitur mendacium, perit. 'Os enim quod mentitur, occidit animam'. Et quomodo scriptum est 'Ut sit Deus verax, homo autem omnis mendax'? Si autem quicumque loquitur mendacium, iam perit, et occidit animam suam, omnes autem mentimur: ergo omnes peribimus? Ergo hic quod dicit, Perdes omnes qui locuntur mendacium, et ex consequentibus psalmi, et ex ipso ordine intellegere possumus, quia de haereticis dicit. Qui enim operatur iniquitatem, suam tantum animam occidit; qui autem haereticus est, et loquitur mendacium, tot occidit homines, quot induxerit. *Perdes omnes qui locuntur mendacium.* Videamus qui sunt isti qui locuntur mendacium.

Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus. Vir sanguinum omnis haereticus est; cotidie enim animarum fundit sanguinem. *Virum sanguinum et dolosum.* Recte dixit, dolosum: et homicida est, et dolosus

8 *Odisti*] G add. *domine*. cf. Commentariol. p. 13, l. 4. 12 *quid*] BGS; *quod* C. 17 *perit*] *periit* C et sic in sqq. 23 *peribimus*] *perimus* G. 30 *abominabitur*] *abhom.* C constanter. 31 *fundit*] *fundunt* (ex *fundent*) C.

7. *salvati sumus?*] Ephes. 2, 5. 8.
13. *Rem novam video*] Hieron. ep. 55, n. 4: 'Rem novam loquor'; ep. 69, n. 3 et Contra Pelag. 1, 14*: 'Rem novam audio'; Contra Lucifer. n. 12: 'Novam rem asseris' etc.
20. *animam*] Sap. 1, 11.
21. *mendax*] Rom. 3, 4.

est. Dolosus quare est? verba sua verba Domini conmentitur. *Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus.* Vide quid sit haereticus: abominabitur illum Dominus. De peccatoribus dicit, Odisti omnes qui operantur iniquitatem; de falsis doctoribus, Abominabitur eos Dominus.

Ego autem in multitudine misericordiae tuae introibo in domum tuam. Illi in iniquitate sua egrediuntur de domo tua: ego in tua misericordia ingredior in domum tuam. *Introibo in domum tuam,* quae est ecclesia. *Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.* Ipsa est domus, quae et templum.

Domine, deduc me in tua iustitia propter inimicos meos. Ego quidem cupio intrare in domum tuam, et volo intrare per viam tuam rectam: sed quoniam continuata semitis scandala ponunt inimici mei, et me in domum tuam ire cupientem laqueos ponunt in itinere; propterea quaeso te, ut tu dirigas pedes meos usque ad finem in viam tuam. Meum est pedes ponere in via tua: tuum est corrigere gressus meos. *Propter inimicos meos dirige in conspectu meo viam tuam:* hoc est, viam tuam rectam fac propter inimicos meos, qui insidiantur mihi. Quae est autem ista via? Lectio scripturarum, hoc est, ne in scripturis tuis, per quas ingredi cupio in ecclesiam tuam, corruam. Omnis enim qui male intellegit scripturas, in via Dei corruit.

Quoniam non est in ore eorum veritas. Describuntur haeretici; describitur vir sanguinarius et dolosus, quem abominabitur Dominus. *Non est in ore eorum veritas:* non habent Xpistum veritatem in ore suo, quia nec in corde habent. *Cor eorum vanum est.* Melius habet in hebraeo: 'Cor eorum ἐπίβουλον'. Vere enim insidiatur cor haereticorum omnibus quos decipit. *Sepulcrum patens est guttur eorum.* Infelices sunt haeretici, qui sepulcra sunt dealbata, plena ossibus mortuorum. *Sepulcrum patens est guttur eorum.* Arrius, Eunomius, ceteri haeretici linguas sagittas habent, fauces suas sepulcrum habent. *Sepulcrum patens est guttur eorum.* Egregie dixit, patens: quandocumque enim vult aliquis deceptus intrare, paratus est haereticus, et suscipit. Numquam haeretici claudunt os suum, sed

1 *conmentitur*] BG; *commentitur* C. 5 *introibo*] C add. *domine.* cf. supra p. 13, l. 8. 13 *cupientem*] ita omnes codices: fortasse graece loquens Hieronymus verbo ἐνεδρεύω usus est, quod cum accusativo construitur, nisi *m* parasiticam credere magis libet; *et mihi... cupienti* β. 14 *in viam tuam*] S; *viam tuam* BG; *in via tua* C; om. β. 15 *corrigere*] βBC; *corregere* G; *porrigere* S. 16 *meo viam tuam*] codd; *tuo viam meam* β. 25 ἐπίβουλον] *non est rectum* G.

14. *Meum est pedes ponere* etc] Cf. adnot. ad p. 11, l. 30.

16. *viam tuam*] Videsis adnot. ad Commentariol. p. 13, l. 20, et Hieron. Contra Pelag. III, 8.

27. *mortuorum*] Matth. 23, 27.

semper aperiunt. *Sepulcrum patens est guttur eorum. Linguis suis dolose agebant.* Aliud in corde tenebant, aliud in sermone pollicebantur: pietatem loquebantur, et impietatem celabant: Xpistum locuntur, et occultant Antixpistum: sciunt enim quod nemo possit induci, si proferant Antixpistum. Lucem proferunt, ut celent tenebras, ut per lucem ducant ad tenebras. *Linguis suis dolose agebant.*

Iudica illos, Deus. Sciant te esse iudicem, sciant te respicere res humanas: qui iudicaturus in fine es, etiam in praesenti iudica: qui generaliter iudicaturus es, nunc ex parte iudica: qui patrem sentire nolunt, sentiant iudicem. *Iudica illos Deus.* Quare? qua causa? Sequitur: *Decidant a cogitationibus suis.* Si enim in praesenti reddideris illis quod merentur, incipient recedere a cogitationibus suis malis. Quamdiu te iudicem non sentiunt, non timent. *Decidant a cogitationibus suis.* Egregie dixit, a cogitationibus suis: cotidie enim haeretici inmutant dogmata sua. Denique si vir ecclesiasticus de scripturis eruditus contenderit contra eos, et de scripturis sanctis coarguerit eos, statim requirunt quod aliud novum dogma reperiant. Non quaerunt quomodo salventur, sed quomodo superent. Propterea nunc dixit, Decidant a cogitationibus suis: decidant a cogitationibus suis plurimis, et te habeant unam cogitationem.

Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos. Non dixit unde eos expellat: de caelo eos expellat, de terra eos expellat: unde eos expellat, scriptura non dicit; sed ὑπερβατόν est, et ὑστεροπρότερον. Debemus ergo legere, *Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos.* Quod dicit, hoc est: ab impietatibus suis multis propter tuam misericordiam expelle eos, hoc est, non sint in multis impietatibus suis. Potest et aliter interpretari: quoniam plurimum impii fuerunt, et noluerunt decidere a cogitationibus suis, et impietates impietatibus augent, et cotidie congregant, et plures habent impietates, propterea expelle eos. Unde? ab ea quae hereditatem consequitur, hoc est ecclesia, quae hereditatem tuam consequitur. Tu expelle eos inde, ut quoniam fidem non habent ecclesiae, nec versentur in ecclesia. *Quoniam inritaverunt te, Domine.* Tu, Domine, per naturam dulcis es; sed quicumque peccatores sunt et haeretici naturam tuae dulcedinis vitio suo vertunt in amaritudinem.

Et laetentur omnes qui sperant in te. Illi pereant, ecclesiastici laetentur. *In aeternum exultabunt.* Hic, In aeternum, non de praesenti saeculo debemus dicere, sed de futuro. Denique non dixit, in saeculo exultant; sed, exultabunt, de futuro dicitur. Hic enim tristitia est, ibi vero laetitia.

4 *Antixpistum*] *antexpistum* B. 16 *quod*] *quomodo* β. 22 ὑπερβατόν] υπερβατουμ BC. ὑστεροπρότερον] ABC ; ὕστερον πρότερον β. 36 *exultant*] *exultabunt* C.

Haeretici in praesenti rident, sed in futuro lugebunt: nos vero in praesenti lugemus, ut in futuro rideamus. *In aeternum exultabunt.* Quae erit exultatio sanctorum virorum? *Et habitabis in eis.* Felices erunt, qui Xpistum hospitem habere merebuntur. *Et habitabis in eis.* Felices qui tabernaculum Xpisti erunt. *Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum.* Quicumque diligit Dominum, gloriabitur in Domino. Videte quid dicat. *Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum.* Qui diligunt: non dixit, qui timent, sed, qui diligunt. Ubicumque enim timor est, ibi non est dilectio: 'perfecta quippe dilectio foras mittit timorem'. Quicumque enim diligunt nomen Domini, illi gloriabuntur. *Gloriabuntur*: futura est beatitudo nostra; totum quod promittitur, de futuro est. Alii regnent, alii possideant, alii glorientur: nos hic sumus miseri, ut postea felices simus. Sequamur Xpistum Dominum nostrum. Qui dicit se in Xpistum credere, quomodo ille ambulavit, et ipse sic ambulet. Xpistus Dei Filius non venit ut ministraretur, sed ut ministraret: non venit ut imperaret, sed ut serviret: non venit ut lavarentur illi pedes, sed ut lavaret pedes discipulorum: non venit ut caederet, sed ut caederetur: non dedit alapam, sed accepit; non crucifixit, sed crucifixus est: non alios occidit, sed ipse passus est: pauper fuit, ut nos divites faceret: ille accepit pro nobis plagam, ut nos verberati non doleremus. Quotienscumque caedimur, praebeamus maxillam, dorsum obponamus, imitemur Xpistum. Qui caeditur, Xpistum imitatur: qui caedit, Antixpistum. Hoc totum quare dico? Ut in praesenti saeculo quod sustinemus pro Xpisto, glorificemus nomen Xpisti. Dum loquimur, dum ambulamus, repente subtrahimur. Ego ipse qui vobis hodie loquor, die crastina quid de me futurum sit, nescio. Si venerit levis febricula, ubi est ista vox? ubi est superbia? repente vertitur in cinerem. 'Quid gloriatur terra et cinis?' Terra et cinis sumus. 'Terra es, et in terram ibis'. Et terra gloriatur contra factorem suum. Sequitur: *Quoniam tu benedices iustum.* Benedices, in futuro: ergo differtur beatitudo.

Domine ut scuto bonae voluntatis coronasti nos. Apud saeculum aliud est scutum, aliud corona; apud Deum vero ipse est scutum, ipse est et corona. Quasi scutum protegit, quasi Deus coronat: ipse est scutum nostrum, ipse est et corona nostra. Et hoc dicit, *Domine ut scuto bonae*

3 *habitabis*] *inhabitabis* βB. 14 ante *quomodo* B inser. *debet*; *debet... ambulare* β. 29 *iustum*] (gr. εὐλογήσεις δίκαιον); *iusto* βC. 34 *Et hoc*] *Et ob hoc* β.

9. *timorem*] 1 Io. 4, 18.
14. *sic ambulet*] Ibid. 2, 6.
15. *ut ministraret*] Marc. 10, 45.
28. *et cinis?*] Eccli. 10, 9.
ibis] Gen. 3, 19.

voluntatis tuae coronasti nos : protexisti nos scuto tuo, et protectio tua corona nostra fuit, hoc est, corona nostra fuit scutum tuum, fuit nostra victoria. Corona enim victoria interpretatur.

Gratias agamus Deo, et deprecemur illum, ut in bona voluntate sua ipse sit scutum et corona nostra, ut numquam recedamus ab eo, ut sequamur illum, et dicamus cum Hieremia : ' Et post te subsequens non laboravi '. Cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO VII.

Singulis rebus inponuntur nomina, ut ex nominibus et res cognoscantur : sic et psalmi titulis praenotati sunt, ut ex titulis intellegantur et psalmi. Quintus psalmus hoc titulo praenotatus est : ' In finem pro ea quae hereditatem consequitur '. Sextus psalmus hoc titulo praenotatur : ' In finem in hymnis pro octava psalmus David '. In quinto dicitur, Pro ea quae hereditatem consequitur; in sexto dicitur, Pro octava. In septimo vero, quia et ipse sub alleluia cantatus est, quia in illa alia dominica die lectus est sextus psalmus, et nos pro aegrotatione interpretari non potuimus : nunc autem lectus est septimus psalmus. Habet autem titulum

4 *Gratias*] C add. *ergo*. 7 *est*] AB; *sit* C. 8 Exordium huius tractatus legitur apud Migne 26, 1362-4 et in append. S. Hilarii edit. Zingerle 1 part. p. 878-80 ; reliqua item ap. Migne in Breviario, sed manca et interpolata. 11 *psalmus*] μ inser. *etiam*. 15 *quia et ipse*] μABC ; *quia ipse* S ; *qui et ipse* cod. Duac. 220 ; *que et ipse* G. *cantatus*] *cantandus* μ. *alia*] om. μ. 16 *pro*] *prae* μA.

7. *non laboravi*] Ierem. 17, 16 sec. LXX.

15. *sub alleluia cantatus est*] Huc refer, quod de hoc ritu S. Gregorius Magnus ad Iohannem Syracus. scribit (M. 77, 956) : ' Nam ut alleluia hic diceretur, de Hierosolymorum ecclesia ex beati Hieronymi traditione tempore beatae memoriae Damasi papae traditur tractum '. Cf. etiam Hieron. Contra Vigilantium n. 1 et 9, et Commentariol. in psalmos p. 76 sq.

in illa alia dominica] Ergo, sicut dixi, plerumque diebus dominicis atque in liturgicis conventibus hi tractatus habiti sunt : et hanc fuisse Hierosolymitanae ecclesiae consuetudinem peregrina illa Gamurrinii testatur, ubi dicit ' praedicationes propterea semper *dominicis diebus* fieri, ut semper erudiatur populus in scripturis et Dei dilectione ' (1ª edit. p. 81). Denique notandus mos singulos singulis dominicis ex ordine psalmos cum alleluia decantandi. Eumdem ordinem in Romana ecclesia servatum olim esse crediderim : certe in codice A, qui b. Thomasio adiumento fuit ad edendum S. Gregorii antiphonarium, quique multa ex Gelasiano ritu retinuisse dicitur, dominica prima post octavas Pentecostes adsignatur *Alleluia*. ℣. *Verba mea auribus percipe* etc (ps. 5), dominica secunda *Alleluia*. ℣. *Domine ne in ira tua arguas me* etc (ps. 6), dominica tertia *Alleluia*. ℣. *Domine Deus meus in te speravi* etc (ps. 7). Thomasii opp. omnia. Romae 1750, t. V, p. 134 sq.

istiusmodi : *Psalmus David, quem cantavit Domino pro verbis Chusi filii Iemini.* Videte mysteria. Ergo ista sine causa scripta sunt? In quinto dicitur, Pro ea quae hereditatem consequitur; in sexto dicitur, Pro octava; in septimo dicitur, Pro verbis Chusi filii Iemini. Videtis ergo quanta sint contexta mysteria.

'Pro ea quae hereditatem consequitur' quia in quinto psalmo disputavimus, interpretantes ex persona ecclesiae psalmum fuisse cantatum, quae hereditatem Xpisti consecuta est. Sextus vero proprie ad resurrectionem Domini pertinet, quae dies octava est. Nos enim et diem primam habemus, et diem octavam. Nos enim in die octava accepimus regna caelorum. Octava dies post sabbatum, prima in principio. Longum est, si nunc voluerimus dicere de octonario numero: quomodo octo beatitudines sint in Matthaeo: quomodo in centesimo octavo decimo psalmo singulae litterae octonos versos habeant: quomodo quindecim psalmi sint graduum, quomodo septem et octo sint: quomodo et Ecclesiastes dicat 'Date partem septem, et date partem octo': quomodo orientalis porta in Iezechiel habeat septem gradus et octo gradus. Longum est dicere, quomodo et octavus est de filiis Isai David, qui accepit regnum. Hoc est quod nunc dicitur, Pro octava: in octava enim nos accepimus regna caelorum. Unde dicit: 'Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me'. Sed quoniam de duobus psalmis pariter interpretari non possumus, sufficit nobis de sexti psalmi titulo disputasse.

Nunc veniamus ad septimi exordium, quod ita incipit: *Psalmus David, quem cantavit Domino pro verbis Chusi filii Iemini.* Multos scio, et certe eruditissimos viros, hunc titulum ita interpretatos fuisse. Eo, inquiunt, tempore quo surrexit Abessalon contra David patrem suum (quaeso vos ut patientius audiatis: scripturas enim interpretari volumus, non decla-

10 *Nos enim — caelorum*] om. GS, cod. Duac. 220. 14 *versos*] GS, AC 1 m.; *versus* μAC sup. lin. 17 *gradus*] post *octo* S, cod. Duac.; non repet. μBCG. 18 *Isai*] *Iesse* cod. Duac. 20 *dicit*] μGS, cod. Duac.; *dicitur* C. 25 *inquiunt*] S; *inquit* μA; *inquid* CG. Formae φησί et φασί simillimae sunt inter se.

16. *octo*] Eccle. 11, 2.

17. *gradus*] Ezech. 40, 22. 31?

21. *corripias me.*] Ps. 6, 2.

24. *Multos scio* etc] Tam multi sunt, ut nemo fere inter antiquos aliter sensisse videatur praeter Hieronymum ipsum et eius quondam praeceptorem Didymum Alexandrinum (Migne P. Gr. 39, 1179).

27. *non declamare*] Idem saepissime tractator infra profitetur, pravo generi dicendi, quod ecclesiasticis exedris passim invehebatur, procul dubio alludens. cf. Hieron. in Eccles. c. 9 (M. 23, 1145). Interim ex his verbis mihi subolet, Hieronymi discipulis aeque ut nobis displicuisse tot et tam frigida in psalmorum titulis arcessita mysteria.

marc); eo igitur tempore, quo surrexit Abessalon contra David, unus de amicis David, nomine Chusi, voluit ire cum David, sed David remisit eum ad Abessalon, ut Achitofel consilia dissiparet. Eo tempore quo Achitofel dedit consilium, ut Abessalon statim persequeretur David inparatum, et interficeret eum: Chusi ergo dedit consilium, et dissipavit consilium Achitofel. Et misit ipse Chusi nuntium ad David, dicens: Haec et haec praeparat Abessalon; et coepit fugire David et praeparari. Eo tempore quo Chusi mandavit verba ad David, David cantavit psalmum istum Domino, quoniam Achitofel consilia sunt dissipata. Hoc illi dicunt, et revera rationabiliter enarraverunt. Sed diligenter legamus scripturas: ibi enim ita scriptum est, quoniam iste Chusi filius sit Arachi. Deinde ille Chusi per aliam litteram scribitur in Regnorum: ibi Chusi per SAMECH scribitur, hic autem Chusi per SIN litteram scribitur. Deinde ille Chusi filius Arachi; unde multi Graecorum nescientes legunt: 'Chusi amicus David'. Non ita habet in hebraeo, sed ita habet scriptum: 'Chusi filius Arachi, amicus David.' Videtis ergo quoniam et in lectione errant Graeci.

Manifestissimum ergo est secundum regulam scripturarum, quoniam ille Chusi filius est Arachi. Iste vero Chusi dicitur Iemini. Quia diximus illum Chusi fuisse filium Arachi, quis est iste Iemini? Et debemus spiritalibus spiritalia conparantes invenire nominis istius regulam. Ubi invenimus in scripturis Iemini? Nulli dubium est, quin tribus una sit de duodecim, nomine Beniamin. Interpretatur autem Beniamin, Filius dexterae. Eo enim tempore quando mortua est Rachel in Efrata (oculis

7 *praeparari*] C 1 m. GS (παρασκευάζεσθαι?); *praeparare* μBA; *properare* C sup. lin. 10 *enarraverunt*] μG (ἐξηγήσαντο?); *erraverunt* ABCS, lepida sane lectio. 12 *Chusi*] *Chus* μGS et ita pluries infra. 14 ante *filius* S inser. *dicitur*. 15 *scriptum*] *inscriptum* S. 18 *regulam*] *regulas* C. 19 *dicitur*] *filius* G; *dicitur filius* S. 23 *nomine*] *nominum* C.

12. *in Regnorum*] 2 Reg. c. 15 sqq. Duplici modo scribi nomen Chusi pariter testatur Hieronymus in commentariolo huius psalmi p. 17, l. 20.

14. *legunt: Chusi amicus David*] 2 Reg. 15, 32 et 16, 16 sec. LXX: Χουσὶ ὁ ἀρχιεταῖρος Δαυίδ, pro quo legendum erat iuxta Hieronymum Χουσὶ ὁ Ἀραχί ἑταῖρος Δαυίδ, quemadmodum c. 17 v. 5 legitur: Καλέσατε δὴ καί γε τὸν Χουσὶ τὸν Ἀραχί.

24. *oculis nostris sepulcrum videmus*] Paulo superius per imperitiae notam Graecis inrogatam in apertum exiit homo Latinus: ex hoc iam loco vici Bethlehemitici incolam agnosce. De Rachelis sepulcro Hieronymus in Epitaphio Paulae ad Eustochium ep. 108, n. 10: 'perrexit, inquit, Bethlehem, et in dextera parte itineris stetit ad sepulcrum Rachel, in quo Beniamin, non ut mater vocaverat moriens, Benoni, hoc est filius doloris mei, sed ut pater prophetavit in spiritu, filium dextrae procreavit, atque inde Bethlehem ingressa' etc. Monasterii a Paula pro viris exstructi vestigia haud procul a Rachelis sepulcro

nostris sepulcrum videmus, exempla non quaerimus) ; eo igitur tempore quando moriebatur Rachel, ' Peperit, inquit, infantem, et vocaverunt nomen ipsius mulieres, sive ipsa quae moriebatur, Benonim, hoc est, filius doloris mei '. Econtrario vero Iacob pater dolorem matris vertit in gloriam, et non eum vocat Benonim, hoc est, filius doloris mei, sed Beniamin, hoc est, filius dexterae, hoc est virtutis meae. Beniamin igitur ex duobus conpositum nomen est, ex filio, et ex dextera : BEN enim dicitur filius, IAMIN dicitur dextera. Sciamus igitur semper tribum Beniamin appellari Iemini. Legimus in Regnorum libro, eo tempore quo de Saul scribitur : ' Et ecce, inquit, vir de tribu Beniamin, nomine Saul ; filius, inquit, Cis, filius Abihel, filius Iethra, filius Iether, filius Gera, filius Iemini '. Et statim ibi dicitur vir Iemineus, hoc est, de tribu Neminea, hoc est, de tribu Beniamin. Demus et aliud testimonium, ne dubitare possimus. Semei ille, qui in monte Oliveti eo tempore quando David fugiebat filium suum Abessalon, dicit hoc scriptura : ' Et ecce, inquit, Semei de cognatione Saul, de tribu Beniamin. Et lapides, inquit, iaciebat in David, et dicebat : Egredere, egredere, vir sanguinarie '. Eo tempore quando dicit unus de ducibus eius, nomine Abisai ' Vadam, inquit, et interficiam eum ' ; quid dicit ei David? ' Quid mihi et vobis, filii Sarviae? Ecce, inquit, qui de lumbis meis egressus est, pugnat contra me : et miramini si filius Iemini, hoc est, de tribu Beniamin, de tribu Saul, qui fuit inimicus meus ? ' Hoc totum quare dixi ? ut ostenderem Iemini tribum esse Beniamin.

Diximus qui sit Beniamin, diximus nomen patris : videamus qui sit Chusi filius Iemini. Chus lingua hebraea interpretatur Aethiops, hoc est niger et tenebrosus, qui talem habet animam quale et corpus, de quo dicit Hieremias : ' Si mutabit Aethiops pellem suam, et pardus varietatem

1 *videmus*] G 1 m. S ; *vidimus* μABC, G 2 m. 3 *moriebatur*] *moribatur* B. 3-5 *Benonim*] codd. ; *Benoni* μ. 4 *vero*] om. C. 9 *quo de Saul*] μG ; *quod Saul* CS. 11 *Cis*] C *h* expuncta, G ; *Chis* μA, C 1 m. *Abihel*] μBS ; *abiel* C ; *habiel* G. *Gera*] CG ; *cera* S ; *iera* μAB. 13 *aliud*] *alium* C post. emendatus. 14 *in monte*] *in montem* GS. 16 *Et*] ante *lapides* μB ; om. CGS. 22 *inimicus meus*] S add. *haec agit adversum me?*

inventa nuper esse referuntur. (Rev. Bibl. 1895, p. 443.)

4. *doloris mei*] Genes. 35, 18.

6. *dexterae, hoc est virtutis meae*] Hieron. Quaest. hebr. in Genes. 35, 18: ' Filius vero dextrae, hoc est virtutis, quod Iacob mutavit, appellatur Beniamin '.

10. *Et ecce* etc] 1 Reg. 9, 1. Verum quaedam nomina memoriter recitat tractator, quae eo scripturae loco in cassum quaesieris. Haec emendatius proferuntur in Commentariolo huius psalmi ; ubi recte *filius Gera* dicitur, non ipse Saul, sed cognatus eius Semei, de quo paulo infra.

15. *Et ecce* etc] 2 Reg. c. 16.

suam '. Ergo hic Chusi nigrum et aethiopem inimicum suum Saulem significat. Et dicit hoc: Quomodo Aethiops pellem mutare non potest, ita et iste mores suos mutare non potest. Bis venit in manus meas, potui eum occidere. Cuius potui sanguinem fundere, volui eum superare beneficio; sed malitia eius vinci non potest. Quomodo enim Aethiopis pellis mutari non potest, ita et illius malitia mutari non potest. Denique quid dicit? ' Domine Deus meus, si feci istud ': hoc est, si feci illi aliquid mali. ' Si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala '. Videte quid dicat: Ego pro malis bona reddidi, ille pro bonis mala. Manifestum est igitur quoniam contra Saul psalmus est, et gratias agit Deo, et deprecatur auxilium eius, ne incurrat in manibus Saul.

Domine Deus meus in te speravi. Non speravi in gladio meo, non speravi in virtute mea: sed speravi in auxilio tuo. *Ne quando rapiat ut leo animam meam.* Hoc convenit Saul, Abessalon non convenit. Quomodo enim poterat Abessalon leonem vocare, de quo dicit, Parcite puero meo Abessalon? Si ibi illum puerum vocat, et quasi infantulum et ignorantem, quomodo hic leonem praedicat? Hoc interim secundum historiam. Et multa sunt quae dicantur, et totus psalmus historice in persona Saul interpretari potest. Ceterum quia nobis curae est, non solum secundum historiam, sed secundum spiritalem intellegentiam interpretari, Chusi istum Aethiopem non alium nisi diabolum interpretamur. Quaeritur iste Chusi quomodo filius sit Iemini, quomodo diabolus aethiops filius sit dexterae. Quod aethiops est, vitio suo est; quod filius dexterae est, creatus a Deo. Recte de isto dicitur: *Ne quando rapiat ut leo animam meam.* ' Adversarius noster diabolus quasi leo rugiens, quaerens quem rapiat '.

Domine Deus meus si feci istud. ' Ecce venit princeps mundi istius, et invenit in me nihil '. *Si est iniquitas in manibus meis.* ' Qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore eius '. *Si reddidi retribuentibus miki mala.* Illi dicunt ' Crucifige, crucifige talem '; ego dico ' Pater,

3 *Bis*] *Is* μB. 5 *Aethiops pelles mutare* μB. 12 *Non speravi* etc. Migne 26, 884. 17 *praedicat*] codd; *vocat* β. 18 *historice*] GS; om. βA. 20 *sed*] *sed et* β. 21 *interpretamur*] *interpraetamus* C; *interpretari* G; *interpraetari potest* S. 25 *noster*] C ex *voster*. *rugiens*] β add. *circuit*. *quaerens*] mutat. 2 m. in *quaerit* C. 30 *talem*] BGS; om. C; deficit β.

1. *suam*] Ierem. 13, 23.
15. *Abessalon?*] 2 Reg. 18, 12.
25. *quem rapiat*] 1 Petr. 5, 8.
28. *nihil*] Io. 14, 30.
29. *eius*] 1 Petr. 2, 22.
30. *crucifige talem*] Io. 19, 6. Cf. Hieron. Commentariol. ps. 68, et Contra Io. Hierosol. n. 34: ' Tunc videbunt illum qui compunxerunt, qui clamaverunt: *Crucifige, crucifige talem* '.

ignosce eis, quod enim faciunt nesciunt'. *Persequatur inimicus animam meam, et conprehendat.* 'Novissima inimica destructa est mors'. *Et conculcet in terram vitam meam.* Vita non potest conculcari. *Et gloriam meam in pulverem deducat.* Si, inquit, inimicis meis mala reddidi pro malis, non resurgam. *Exsurge Domine in ira tua.* Quoniam te non senserunt per beneficia, sentiant per iracundiam. *Exaltare in finibus inimicorum meorum.* Pro inimicis rogat, ut in inimicorum finibus exaltetur. Cum enim inimici esse cessaverint, tunc tu, Domine, exaltaberis in eis.

Exsurge Domine Deus meus in praecepto quod mandasti, et synagoga populorum circumdabit te. Hoc nos dicimus, hoc credentes loquimur. Semper enim personae mutantur in psalmis. Multum est nunc si velimus in psalmis dicere, in quot quantae personae mutantur. *Exsurge Domine Deus meus in praecepto quod mandasti.* Hoc nos dicimus: Pro nobis passus es, pro nobis crucifixus es; exsurge et salva nos. Videmur vim facere scripturae; sed ea quae consequentia sunt, nos ab hac invidia liberant. Quid enim sequitur? *Et synagoga populorum circumdabit te.* Propterea exsurge, ut credat in te plurima multitudo. Cum enim exsurrexeris, quid aliud deprecamur? Revertere ad Patrem. *Et propter hanc in altum regredere.* Pro qua? pro synagoga populorum. Quod mortuus es, nobis mortuus es; quod resurrexisti, nobis resurrexisti; quod ascendisti ad Patrem, nobis ascende. *Et propter hanc in altum regredere.* 'Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, Filius hominis qui est in caelis'.

Iudica me Domine secundum iustitiam meam, et secundum innocentiam meam super me. Hoc David dicere non potest; hoc proprie Salvatori convenit, qui non peccavit. *Consummetur nequitia peccatorum, et diriges*

1 *quod*] *quid* S. 2 *Novissima*] S add. *omnium*, β *animae*. 3 *in terram*] C (LXX εἰς γῆν). *Vita*] AGS; *vitam* BC; om. β. *conculcari*] β (in quo additur *quia non fecit supra dicta*) AS; *conculcare* BCG. 6 *Exaltare*] GS LXX; *et exaltare* β. 7 *in*] ante *inimicorum* βB; om. CGS. 8 *inimici*] S add. *mei*. 9 *Exsurge*] codd; *Et exsurge* β. 12 *in psalmis*] post *velimus* GS; om. βABC. *in quot*] *inquid* C. *mutantur*] C 1 m. GS; *mutentur* βC sup. lin. 13 *passus es*] GS inser. *et*. 19 *pro*] ante *synagoga* om. C. 21 *ascende*] C 1 m. S; *ascenditi* G 1 m.; *ascendisti* βB, A (*isti* in ras.) CG sup. lin. 24 *meam*] *manum mearum* S. 25 *consummetur*] AS (LXX συντελεσθήτω); *consumetur* βG etc. *diriges*] *dirige* S; *dirigis* G.

1. *nesciunt*] Luc. 23, 34.
2. *mors*] 1 Cor. 15, 26.
6. *sentiant per iracundiam*] Hieron. Comment. in Ezech. 7, 27: 'ut quem non intelligebant per beneficia, per tormenta cognoscant'.
11. *personae mutantur in psalmis*] Hieron. in Is. 3, 14: 'Servat consuetudinem prophetalem, ut mutet repente personas'. Ibid. 21, 3 sqq.: 'Prophetae ideo obscuri sunt, quia personae in his plurimae commutantur'. In Ierem. 8, 15: 'Personarum mutatio, et maxime in prophetis, difficilem intellectum facit'.
22. *in caelis*] Io. 3, 13.

iustum. Non potest mea iustitia dirigi, nisi illorum iniquitas inpleta fuerit, videlicet Iudaeorum.

Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit. Iste locus duplicem recipit intellegentiam. Multi enim putant de Deo dictum, ut verbi causa dicatur ad peccatores. Et quid dicit? *Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit:* hoc est, nisi egeritis paenitentiam, Dominus vos gladio suo percutiet. Sed videamus, si consequentia aptari possunt personae Domini. *Arcum suum tetendit, et paravit illum.* Hoc potest dici de Deo. *Et in illo paravit vasa mortis.* Hoc difficile est, Dominus enim non habet vasa mortis, sed vasa vitae; sed et hoc potest quomodocumque intellegi super persona Salvatoris. Hoc vero quod sequitur, *Ecce parturiit iniustitiam,* et *concepit dolorem et peperit iniquitatem, lacum aperuit et effodit eum,* penitus in Deo accipi non potest. Necessitate ergo conpellimur, propter consequentia quae duriora sunt et superbiora, non intellegere in Deo, Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit.

Dicunt itaque multi, quod hoc de diabolo dicatur; hoc est, nisi conversi fueritis, nisi egeritis paenitentiam, eritis in potestate eius. *Arcum suum tetendit, et paravit illum.* Semper diabolus paratum habet arcum, emittit sagittas quibus nos percutiat. *Et in eo paravit vasa mortis.* Conveniunt personae diaboli. *Sagittas suas ardentibus effecit.* Pulchre dixit, ardentibus: quorum enim corda ardent libidine et passionibus, isti victi sunt a diabolo. *Sagittas suas ardentibus effecit.* Pulchre dixit, ardentibus; non dixit, arsuris, hoc est, qui arsuri sunt sagittis ipsius; sed quorumcumque corda ardere viderit, illos percutit. Dicit et apostolus ardentes habere diabolum sagittas. *Ecce parturiit iniustitiam: concepit dolorem, et peperit iniquitatem.* Talis mater, talis pater est diabolus: sic concipit, sic parturit, sic nutrit, sic exaltat. *Lacum aperuit et effodit eum, et incidit in foveam quam fecit.* Diaboli ipse est lacus, quae et fovea. *Lacum aperuit*: sed quoniam non potest aquam continere secundum Hieremiam, propterea lacus illius versus est in foveam. *Lacum aperuit, et effodit eum.* Omnia conciliabula haereticorum foveae diaboli sunt.

10 *Sed et hoc*] *sed ad hoc* C. *super*] *sub* S. 12 *et*] ante *concepit* om. S. 13 *in Deo*] *in Deum* S. 16 *dicatur*] *dicitur* C ex *dicatur*. 19 *percutiat*] *percutiet* C. 21 *victi*] *vincti* S. 28 *quam fecit diabolus. ipse est laqueus qui et fovea* B.

23. *non dixit, arsuris*] Aperte hic respuit Hieronymus lectionem veteris versionis latinae, quam in suis olim Commentariolis secutus erat: *Sagittas suas arsuris operatus est.*

25. *sagittas*] Ephes. 6, 16.

27. *sic exaltat*) i. e. educat, ut apud Is. 1, 2 (gr. ὑψοῖ).

29. *secundum Hieremiam*) 2, 13.

31. *conciliabula haereticorum* etc.) Hieron. in Ezech. 32, 17 sq. (M. 25, 330): ‘ ut e contrario haereticorum concilia-

Convertetur dolor eius in caput eius, et in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Quomodo si aliquis mittat in altum lapidem, et non sit cautus, et lapis venerit in caput eius, suo vulnere vulneratur; sic et diabolus occiditur sua superbia, exaltatur et conruit. *Convertetur dolor eius in caput eius.* Diabolus modo exaltare vult caput, sed non potest. Quare non potest exaltare caput? Quoniam convertitur dolor eius in caput eius, et deprimit illum. Diabolus (secundum regulam scripturarum mysticus lector intellege) lectus est in Genesi ipse esse coluber, ipse serpens in paradiso, ipse serpens qui loquebatur ad Evam, qui regnat in terra. Coluber dicitur, quoniam totus terrae haeret. Cetera animalia licet ambulent in terra, tamen non omne corpus in terra iacens habent; licet habeant pedes in terra, tamen aliam partem corporis sursum habent. Ceterum diabolus, hoc est serpens et coluber antiquus, secundum Esaiam, totus in terra est: et caput et reliquum corpus aequale habet. Hoc totum quare dico? Quoniam cetera animalia (prudens lector intellege) licet terrae haereant, tamen a terra cupiunt recedere: ceterum diabolus et caput et caudam et mediam partem totam in terra haerentem habet. *Revertetur dolor eius in caput eius, et in verticem ipsius iniquitas eius descendet.* Vide quid dicat: et in caput eius, et in verticem capitis. Cum autem et iniquitas caput premat, et verticem premat, ubi est diaboli paenitentia? Iste finis diaboli: *Revertetur dolor eius in caput eius, et in verticem ipsius iniquitas eius descendet.* Pulchre dixit, descendet: de caelo enim illi poena veniet sempiterna.

Ille ita damnabitur. Nos vero qui credidimus in Xpistum, qui accepimus in quinto psalmo hereditatem; qui in octava, hoc est in resurre-

1 *in caput*] *in capite* GS. 4 *in capud* G; *in capite* S. 7 *deprimit*] BS; *depremit* G, C corr; *deprimet* β. *mysticus lector intellege*] om. βC. *mysticus*] G (ex *myticus*), *misticus* BS; *mistice* A. Legendumne μυστικῶς? 8 *intellege*] BS; *intellegit* G. Hic locus in S ita legitur: *misticus sensus est. prudens lector intellege.* Cf. infra lin. 15. *lectus*] βG; *lectum* B (postea emend.) S. *esse*] codd; *est* β. 9 *loquebatur*] βBCG; *loquitur* S. 14 *aequale*] *aequalem* GS. 16 *ceterum — haerentem habet*] in codd. S. Galli tantum legitur. 17 *Revertetur*] βBCS; *vertitur* G. 18 *in caput*] *in capite* G. 20 *paenitentia*] AGS optime (vide adnot. infra); *potentia* βBC. 22 *illi*] GS; *illa* BC. 24 *in Xpisto* B.

bula mortuorum terra esse credantur... ut ostenderent cubilia haereticorum, immo foveas sempiternas Assyrii regis esse supplicia'.

8. *in Genesi*] c. 2.

13. *secundum Esaiam*] 27, 1?

20. *ubi est diaboli paenitentia?*] Hieron. in Is. 14, 20: 'Ubi sunt ergo qui diabolo dant paenitentiam?' Ibid. 17, 12 sqq: 'quid respondebunt, qui diabolo dant paenitentiam?' Ibid. 25, 9 sqq: 'Si autem hoc ita erit, ubi est diaboli paenitentia?' Ibid. 27, 1: 'Qui dicunt diabolum acturum paenitentiam et veniam consecuturum, interpretentur nobis quomodo hoc accipiant' etc. Cf. in Ionam 3, 6.

ctionis die dicimus, Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me ; quoniam Chus, hoc est aethiops noster ipse est leo de quo dictum est, Ne quando rapiat ut leo animam meam ; qui arcum suum tetendit et paravit illum, et in illo paravit vasa mortis ut nos interficeret ; quoniam concepit dolorem et peperit iniquitatem, lacum aperuit et effodit eum, et incidit in foveam quam fecit, missus est in gehennam ; ideo convertetur dolor eius in caput eius, et in verticem ipsius iniquitas eius descendet : quoniam ille ita punitus est pro merito suo, nos dicamus, *Confitebor Domino secundum iustitiam eius, et psallam nomini Domini altissimi.* Pulchre dixit, altissimi : quantum enim diabolus humiliatus est, tantum Dominus exaltatus est.

EXORDIUM DE PSALMO VIIII.

Hiesus filius Nave pugnabat in heremo, et Moyse orante superabat : alius pugnabat, alius in oratione vincebat. Ita et ego secundum illud quod scriptum est ' Aperi os tuum, et implebo illud ', ego quidem loqui videor, sed alii sunt quibus orantibus loquor. Nonus psalmus, qui a vobis cantatus est Domino, grandis in versibus, grandis est in mysteriis. Quoniam ergo non possumus de omnibus disputare, sufficit interim de titulo dicere. Quoniam non possumus domum ingredi (grande est enim regis palatium, neque possumus omnia regis scire mysteria), interim quasi in titulo domus, in ipso vestibulo, cuius domus sit demonstremus.

In finem pro occultis filii psalmus David. In finem quod dicitur, non pertinet ad Iudaeos, sed ad nos qui in fine credidimus. Illi prior filius, nos novissimi. Nos ergo qui in fine sumus, psalmum istum debemus audire, quia ad eos qui in fine sunt pertinet. *Pro occultis filii.* Quae sunt haec occulta filii ? Mysterium quod omnibus retro saeculis fuerat occultum,

12 *Exordium*] AB ; om CGS. Hoc quoque exordium edidit Martianaeus (Migne 26, 1364). 13 *Hiesus*] ABGS ; *Iesus* C. *superabat*] S add. *Amalech.* 16 *qui*] codd ; *quod* μ. *a vobis* μABCG ; *a nobis* S. 17 *Domino*] om. S. 20 *neque*] S repet. *enim.* *scire*] om. C, et post *possumus* sup. lin. supplet *aperire.* 23 *in fine*] modo codices, interdum vero *in finem.* Cf. supra p. 10, l. 16. 24 *novissimi*] μBGS ; *novissimus* C.

13-16. *Hiesus filius Nave... orantibus loquor*] Istud exordium in suos usus transtulit auctor sermonis inter dubios Augustini 382, de quo iure Maurini : ' Speciem centonis prae se fert hic sermo '.

15. *illud*] Ps. 80, 11.

20. *scire mysteria*] Hieron. ad Hedibiam ep. 120, c. 8, n. 2 : ' cum historiae nobis velum scissum sit, ut ingrediamur atrium Dei, tamen secreta eius et universa mysteria, quae in caelesti Ierusalem clausa retinentur, scire non possumus '.

26. *Mysterium quod omnibus* etc] Hieron. ad Paulin. ep. 53, n. 4 : ' Haec sapientia in mysterio abscondita est : de

nobis in fine apertum est. *Pro occultis filii.* In hebraico aliter habet. In hebraico enim habet ALAMOTH, quod interpretatur, pro morte: AL enim dicitur pro, MOTH dicitur mors. Ergo pro morte dicitur; pro morte ergo filii in hebraeo scriptum est. Videte igitur Septuaginta interpretes, quoniam Ptolomeo gentili regi interpretabantur, et durum erat dicere mortem filii, occultum interpretati sunt. Non dixerunt, pro morte filii: sciebant enim quod de filio Dei diceretur. Videbant scriptum esse; et tamen timebant Dei filium dicere esse moriturum.

Hoc interim de titulo disputatum sit, et universum psalmum de morte Salvatoris intellegere debemus. Denique ut sciatis quia de Salvatore dicitur, dicitur de Iudaeis: *In laqueo isto, quem tetenderunt, conprehensus est pes eorum.* Deinde de vocatione gentium: *Omnes gentes quae obliviscuntur Deum.* Et novissime contra diabolum: *Non est Deus in conspectu eius, sedet in insidiis cum divitibus.* Infelices divites, cum quibus diabolus sedet. Denique videte quid dicitur de diabolo: Sedet in insidiis cum divitibus. Quicumque enim dives est, nisi pauperem expoliaverit, dives esse non potest: propterea dixit, Sedet in insidiis cum divitibus. Quandocumque divites persecuntur Xpistianos, dicamus: Sedet diabolus in insidiis cum divitibus. *Insidiatur ut rapiat pauperem, rapere pauperem dum adtrahit eum: in laqueo suo humiliabit eum.* Hoc impius, hoc diabolus. *Pauperem* non solum divitiis, sed et spiritu: 'Beati enim pauperes spiritu'. *In laqueo suo humiliabit.* Quem? subauditur, pauperem. Videte quid dicitur. *Humiliabit*; non, interficiet: cum autem humiliaverit pauperem, humiliatio pauperis ruina est diaboli. Quid enim sequitur? *Inclinabit se et cadet, dum dominatus fuerit pauperum.* Nonne vobis videtur diabolus in persecutione, quando occideret Xpistianos, quando interficeret

ALAMOTH] codd; *AL-MOTH* μ. 11 *dicitur*] semel SG. 16 *expoliaverit*] BG; *spoliaverit* μC, *dispoliaverit* S. Cf. supra adnot. crit. p. 1, l. 1 *dispositio* pro *expositio.* 18 *persecuntur*] *persequentur* B. 22 *humiliabit*] SG add. *eum.* 25 *pauperum*] *pauperem* B. 26 *occideret*] *occiderit* BC.

qua et noni psalmi titulus praenotatur *Pro occultis filii*'. Cf. adnot. ad Commentariol. p. 21, lin. 22.

5. *quoniam Ptolomeo* etc] Hieron. Praefat. hebr. quaest. in Genes. M. 23, 985: 'cum illi Ptolomaeo regi Alexandriae mystica quaeque in scripturis sanctis prodere noluerint, et maxime ea quae Christi adventum pollicebantur'.

13. *contra diabolum*] Hieron. in Is. 14, 16: 'de quo in nono psalmo, qui proprie contra diabolum est, dicitur'.

16. *nisi pauperem expoliaverit* etc] Immoderatius sane dictum, quod tamen alibi quoque Hieronymiano calamo excidit, v. gr. Comm. in Mich.: 'omnes divitiae dum alios spoliant, iniquitate pariuntur'; in Is. 33, 13: 'Nisi enim cum alterius damno et malo, pecuniae alteri non coacervantur'; ad Hedibiam ep. 120, c. 1: 'omnes enim divitiae de iniquitate descendunt, et nisi alter perdiderit, alter non potest invenire'.

21. *spiritu*] Matth. 5, 3.

martyres, in eo occidi quod interficeret? *Inclinabit se et cadet, dum dominabitur pauperum.* Martyr occisus ad caelum vadit; ille occidens humiliatur et cadit.

Hoc interim de psalmo breviter disputatum est, quod dictum est, *Pro occultis filii.* Et hoc dictum est in veteri testamento; in veteri enim testamento de filio occulte dicitur. Nunc in evangelio legamus manifeste de manifestis filii.

TRACTATUS DE PSALMO XIIII

IN QUADRAGESIMA AD EOS QUI AD BAPTISMA ACCEDUNT.

Oportune quartodecimus psalmus lectus est; et secundum ordinem ita evenit, ut propemodum de industria lectus esse videatur. Secundum ordinem lectus est psalmus: ex dispensatione Dei puto factum esse, ut quod vobis proderat, in ordine exponendi hodie recitaretur. Quartus decimus psalmus lectus est, qui praescribitur *Psalmus David.* David autem noster Xpistus est, ut saepe diximus. Deinde legimus in Exodo, quia quarta decima die agnus immolatur. Quarta decima die immolatur, quando luna plena est, quando nihil ei deest de lumine. Videte ergo quod Xpistus non immolatur, nisi in perfecto et pleno lumine. Quoniam ergo quarta decima die immolandus est vobis agnus, nunc propheta miratur, et interrogat:

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Vos, qui vultis habitare in tabernaculo Domini. *Aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Videte quid dicitur. *Quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Non prius in monte, et postea in tabernaculo; sed prius in tabernaculo, et ita in monte. Tabernaculum non est firma domus, tabernaculum non habet fundamentum; sed huc illucque mutatur, et cum

1 *quod interficeret*] *quo interf* (*i* mutat. in *e*) *cerit* C. *occidi*] μB; *occidit* S, C corr. G (*dit* sup. lin.). 2 *pauperum*] ex *pauperem* C; *pauperem* ex *pauperum* B. 4 *quod dictum est*] C; om. βBG; *quoniam dictum est* S. 9 *in quadragesima*] *in quid* G. *baptisma*] *baptizandum* G. *accedunt*] *c.v.* (*conveniunt*?) C; S om. titulum. 10 *Oportune*] Hanc praefatiunculam habes in Breviario col. 903 sq; sed psalmi expositio in multis differt ab edit. Tota vero legitur post genuinas S. Augustini Enarrationes in psalmos (Migne 37, 1965). *quarto decimus*] C 1 m. G; *quartus decimus* edd. AS, C sup. lin. 20 *interrogat*] Aug. S add. *et dicit.* 21 ante *Vos* C add. 2 m. *intendite.* 22 *Domini*] β inser. *audite quae dicit Dominus*; Aug. *audite quid dicitur*, sed lin. seq. om. *videte quid dicitur.*

10. *Oportune quartodecimus* etc] Verba haec, ut dixi, extrema sunt ultimi tractatus in Marcum, qui Quadragesimae initio ad catechumenos monasterii sui ab Hieronymo habitus est.

15. *in Exodo*] 12, 6.

transmigrante migrat. Propterea dicitur παροικία, non habitatio. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* Quoniam tabernaculum est, propterea παροικία dicitur. Videamus ergo quod est tabernaculum, qui est mons. Diximus quia tabernaculum non habeat fundamentum, sed domus incerta sit: domus autem firma habet fundamenta. Tabernaculum mihi videtur istius mundi ecclesia. Nunc ecclesias quas videtis, tabernacula sunt: non enim hic permanemus habitantes, sed alio migraturi sumus. Si enim 'transit schema mundi istius'; et dicitur in alio loco, quia 'caelum et terra pertransibunt': si caelum et terra pertransibunt, quanto magis nunc et ecclesiarum lapides, quos videmus? Nunc ergo ecclesiae tabernacula dicuntur, quoniam migraturi sumus de istis ad montem sanctum Dei. Quis est iste mons Domini sanctus? Dicitur in Iezechiel contra principem Tyri: 'Vulneratus es, inquit, a monte Domini'. *Et quis requiescet in monte sancto tuo?*

Quoniam ergo de tabernaculis ad montem migraturi sumus, debemus discere qui sunt isti qui migraturi sunt in montem sanctum Dei. Hoc quod dixit, *Quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo*, interrogantis est. Quod ergo interrogavit propheta, nunc respondet Spiritus sanctus. Et quid ei dicit? Vis scire, o propheta, quis habitabit in tabernaculo meo, aut quis requiescet in monte sancto meo? Audi quae sequuntur: si haec feceris quae sequuntur, habitabis in monte sancto meo. Vos ergo qui vultis habitare in tabernaculo, et ascendere in montem sanctum Dei, non necesse est ut mea verba audiatis. Audite quid Dominus prophetae responderit; hoc facite quod Dominus praecepit, et ascendetis in montem sanctum Dei. *Qui ingreditur sine macula, et operatur iustitiam.* Propterea dicitur et in centesimo octavo decimo psalmo: 'Beati inmaculati in via'. Statim in principio dicitur, Beati inmaculati in via. Quomodo ibi dicitur, inmaculati in via, sic et hic dici-

1 παροικία] *paṗechia* S. 2 *habitabit*] codd; *accolet* Aug. *qui est mons*] BCS; *quis e. m.* G; *quid e. m.* Aug. 5 *videtur*] Aug. S add. *esse.* 6 *ecclesias*] *ecclesiae* Aug. 7 *alio*] Aug. ABSG; *ad alia* C (*ad* 2 m.); *ad alio* L. 12 *Quis*] *qui* L. 16 *discere*] Aug. BC; *dicere* ALSG. 18 *interrogantis*] LG inser. *vox.* 22 *in montem*] *ad montem* G. 23 *non necesse*] *nunc necesse* B; *** *necesse* L.

1. παροικία, *non habitatio*] Hieron. ep. 106, n. 3: 'Miramini, cur παροικίαν i. e. incolatum latinus interpres non verterit, sed pro hoc posuerit habitationem, quae graece dicitur κατοικία. Quod quidem et in alio loco fecisse convincitur... Et in decimo quarto psalmo rursum pro incolatu habitationem posuit: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?*'

8. *mundi istius*] 1 Cor. 7, 31.

9. *pertransibunt*] Matth. 24, 35.

13. *Domini*] Ezech. 28, 16 sec. LXX.

27. *in via*] Ps. 118, 1.

tur, Qui ingreditur sine macula. Qui autem ingreditur, in via est. *Qui ingreditur sine macula.* Videte quid praecipitur. Non dixit, qui pervenit ad finem sine macula ; sed qui adhuc in itinere est, et maculam non habet.

Dicere aliquis poterat: Non habeo maculam, non feci malum. Non sufficit nobis malum non facere, nisi fecerimus et bonum. Denique sequitur, *Et operatur iustitiam.* Videte quid dicit, Et operatur iustitiam. Non dixit, operatur castitatem ; non dixit, operatur sapientiam, operatur fortitudinem. Et haec quidem virtutes optimae sunt. Verbi causa, sapientia nobis prodest, fortitudo nobis prodest, ut persecutionibus resistamus ; deinde temperantia et castitas nobis prodest, ne perdamus animas nostras. Iustitia sola magna virtus est, et mater omnium. Dicat aliquis : Quomodo iustitia maior est a ceteris virtutibus? Ceterae virtutes habentem delectant : iustitia non delectat habentem, sed alios. Si sapiens sum, sapientia me delectat ; si sum fortis, me delectat fortitudo mea ; si fuero castus, castitas mea laetitia mea est : ceterum iustitia non prodest habenti, sed ceteris miseris non habentibus. Fac aliquem pauperem rixam habere cum fratre meo ; fac fratrem meum potentem esse, et alium, hoc est alienum a me, pauperem et miserum obprimit per potentiam : sapientia mea quid prodest pauperi? fortitudo mea quid prodest pauperi? mea castitas quid prodest pauperi? Iustitia prodest, quia non accipio personam fratris, sed pro veritate iudico. Iustitia non novit fratrem, non novit patrem, non novit matrem ; veritatem novit, personam non accipit, Deum imitatur. Propterea dixit *Et operatur iustitiam,* ne videretur ceteras virtutes exclusisse. Qui irascitur pro alterius refrigerio, qui aliorum miseriis non delectatur, iste iustus est.

Dicamus et cetera quae sequuntur. *Qui loquitur veritatem in corde suo.* Multi loquuntur veritatem in labiis, sed non in corde ; qui videntur vere dicere, sed cor cum labiis non consonat. *Qui non egit dolum in lingua sua*: qui quod mente tractavit, sermone protulit. *Nec fecit proximo suo malum.* Quidam putant proximum esse fratrem, aut vicinum, aut cognatum, aut

1 *Qui ingreditur*] om. SG. 5 *poterat*] *poterit* C; *potest* β. 9 *sapientia n. prodest*] Aug. add : *ut persecutionibus erudiamur.* 13 *a*] om. β. Aug. 15 *sapientia*] om. SG. 24 *videretur*] *videatur* G. 26 *non delectatur*] ASG om. negationem. 28 *vere*] *vera* β Aug.

5. *Non sufficit nobis* etc] Cf. supra p. 3, l. 20.

24. *virtutes exclusisse*] Hieron. in Is. 56, 1 : ' Quamquam in nomine iustitiae omnis mihi videatur significari locus, quod qui unam iustitiam fecerit, cunctas virtutes implesse dicatur... Tale quid et quartus decimus psalmus sonat: *Qui ambulat immaculatus, et operatur iustitiam* '.

consanguineum. Sed Dominus noster docet in evangelio in ea parabula, ubi quidam descendit de Hierusalem in Hiericho: sacerdos transivit, levites transivit, non est misertus: Samarites transivit, et misertus est. Et interrogat postea Dominus, et dicit: Quis horum proximus fuit? Statim dicitur: Qui bene fecit. Et infert Dominus: Ite et vos similiter facite. Omnes ergo nobis homines proximi sunt, et nulli debemus male facere. Sin autem proximos intellegimus fratres et cognatos, ergo licet nobis alienis male facere? Sed absit ita credere. Omnes homines hominibus proximi sumus: unum enim habemus patrem. *Et obprobrium non accepit adversus proximos suos.* Grandis res dicitur. Numquam, inquit, vicinus murmuratus est contra eum; numquam, inquit, invenit aliquam occasionem detrahendi ei. Haec virtus excedit humanam condicionem, Dei gratia est. *Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus.* Videte quid dicat. *Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus.* Et si imperator est, et si praefectus est, et si episcopus est, et si presbyter est (in ecclesia enim istae sunt dignitates), quicumque malus est, in conspectu sancti pro nihilo conputatur. Et statim sequitur, *Timentes autem Dominum glorificat.* Iste sanctus, qui ingreditur sine macula, qui potentes despicit qui mali sunt, si quem viderit timere Deum, licet pauper sit, tamen illum glorificat. *Qui iurat proximo suo, et non decipit.* Et hic proximum similiter debemus accipere ut supra.

Qui pecuniam suam non dedit ad usuram. Multa sunt quae dicantur, sed

1 *noster docet*] *interdicit* G. 2 *ubi*] om. G. 3 *levites*] *levitis* SG; *levita* βB. *Samarites*] Aug. S; *samaritanus* βBG. 8 *male*] SG; *malum* β Aug. C. *Omnes homines hominibus*] ABS; Aug. G om. *hominibus*; *omnes omnibus hominibus* C. 11 *Numquam*] G add. *enim*. 12 *ei*] *et* A. 19 *qui mali*] S; *quia mali* Aug. C. 20 *tamen*] *tunc* C.

1. *in evangelio*] Luc. 10, 30 sqq. Cf. Hieron. in Ezech. 18, 5 sqq. (M. 25, 180): ' Proximus ergo omnis homo hominis accipiendus, iuxta parabolam evangelii ' etc.; in Zach. 7, 8: ' Fratrem autem et proximum, vel omne hominum genus debemus accipere, quia ex uno sumus parente generati, vel eos qui domestici fidei sunt, iuxta parabolam evangelii, quae proximum non consanguineum sed omnes homines vult intellegi '; ibid. 8, 16: ' Proximum omne hominum genus accipiamus, quia ex uno sumus parente generati '; in Ephes. 4, 25: ' proximum vocat omnem hominem, qui ex eodem nobiscum parente generatus est. Quod quidem et parabola illa significat de Ierusalem in Iericho hominis descendentis ' etc.

10. *Grandis res dicitur*] Hieron. ad Marcellam ep. 127, n. 3: ' Difficile est in maledica civitate... non aliquam sinistri rumoris fabulam contrahere. Unde quasi rem difficillimam et paene impossibilem optat propheta potius quam praesumit, dicens: Beati immaculati in via, q. a. i. l. Domini. Immaculatos in via huius saeculi appellat, quos nulla obsceni rumoris aura macularit: *qui opprobrium non acceperint adversus proximos suos* '.

hora excludimur. Quoniam autem nudiustertius de principio κατηχήσεως diximus, et propitio Deo de Chaldaea egressi estis cum Abraham, et meministis quae dixeramus: quomodo egressi estis de Chaldaea, et venistis in terram repromissionis, immo promittitur vobis terra repromissionis. Denique et Abraham postquam venit in terram repromissionis, hinc inde adversarii erant, hostes terram tenebant. Venit Dominus, et educit eum foras, et ponit in montem, et ostendit ei universam terram, et dicit: 'Haec omnia tibi dabo et semini tuo'. Illi promisit, nobis redditurus est.

DE PSALMO LXVI.

Deus misereatur nobis et benedicat nos. Non noster iudex sit, sed misericors. *Deus misereatur nobis.* Vox apostolorum est loquentium ad plebem de gentibus congregatam: Credidistis quidem ad vocem nostram, ecce ecclesia haec congregata est in nomine Dei; propterea nos dicimus, Deus misereatur nobis et benedicat nos, ut maledictionem primam in hominem sua benedictione dissolvat. *Inluminet vultum suum super nos.* Non illum tristem videamus, sed gaudentem: non illum tristem videamus in peccatis nostris, sed gaudentem in virtutibus: non eum sentiamus iudicem, sed patrem. *Inluminet vultum suum super nos.* Dei facies quae est? utique imago eius. Dicit enim et apostolus, imaginem Patris esse Filium. Ergo imagine sua nos inluminet, hoc est, imaginem suam Filium inluminet super nos, ut et ipse nos inluminet. Lux enim Patris, lux Filii est. Qui videt Patrem, videt et Filium; et qui videt Filium, videt et Patrem: ubi nulla distantia est inter gloriam et gloriam, uterque est gloria.

1 *excludimur*] *excluditur* B corr. A. κατηχήσεως] *cathecheceoc*, *cathecheseos* codd; *cat haec eos* Aug. 2 *et*] ante *meministis* Aug. S; om. BCG. 4 *immo* ... *repromissionis*] om. Aug. CG. 7 *ponit*] S add. *eum*. 8 *Illi*] *illis* BG. *promisit*] *repromisit* C; *promittit* A. 10 *DE PSALMO LXVI*] Hic tractatus exstat in Breviario col. 1069 sqq. sed passim interpolatus. 11 *noster*] codd; *nostri* β. 14 *haec*] om. B. 15 *in hominem*] SG (ult. littera postea erasa est in S); *in homine* β. 20 *eius*] *dei* G. 21 *imagine*] *in imagine* C. 22 *et*] BG; om. βS.

1. *de principio* κατηχήσεως *diximus*] Peregrinatio Silviae 1 edit. p. 105 6: 'sic inchoans a Genese per illos dies quadraginta percurret omnes scripturas, primum exponens carnaliter, et sic illud solvens spiritualiter... hoc autem cathecisis appellatur'. Tractatum quidem Hieronymi de principio catecheseos seu de vocatione Abrahae nondum invenire potui; orationem vero in Marc. 11, 15 sqq. quam pridie i. e. dominica ad competentes S. Pater habuit, post tractatus in psalmos infra reperies.

8. *semini tuo*] Gen. 12, 7.

19. *dissolvat*] Cf. supra p. 2, l. 11.

20. *et apostolus*] 2 Cor. 4, 4; Coloss. 1, 15.

23. *et Patrem*] Io. 14, 9.

Ut cognoscamus in terra viam tuam. Hoc autem petimus, ut inlumines vultum tuum, hoc est, imaginem tuam super nos, quae apud te semper abscondita fuit, et quasi in secreto et tenebris erat mysteriorum tuorum, secundum illud quod scriptum est : ' Posuit tenebras latibulum suum '. Hoc petimus, ut inlumines super nos, ut mysterium, quod a generationibus absconditum fuit iuxta apostolum, reveletur in nobis. Hoc autem totum quare poscimus? quare desideramus? Nisi inluminaveris imaginem tuam super nos, viam tuam et scientiam tuam nosse non possumus. Propterea sequitur, *Ut cognoscamus in terra viam tuam* : ut maiestatem tuam, quae in caelis nota est, notam habeamus et in terra. *Ut cognoscamus in terra viam tuam.* ' Ego sum, inquit, via et vita et veritas '. *Ut cognoscamus in terra viam tuam.* In terra cognoscamus. ' Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra ' ; ut quem adorant angeli in caelis, homines quoque adorent in terra. Sed dicat aliquis, quia nota erat via Dei. ' Notus enim in Iudaea Deus, in Israhel magnum nomen eius '. Notus erat Deus, sed Dei via non erat nota in Iudaea. Quoniam ergo via Dei Patris non erat nota in Iudaeis, propterea nunc dicit : *In omnibus gentibus salutare tuum.* Non in uno populo, sed in cunctis gentibus. *In omnibus gentibus salutare tuum.* Ubi nos habemus in latino ' salutare ', in hebraeo ' Iesus ' dicitur. Denique et angelus hoc loquitur : ' Et vocabis, inquit, nomen eius Iesum : hic enim salvabit populum suum '. *In omnibus gentibus salutare tuum.* Ecce conpletum est, quod apostoli deprecati sunt : in omnibus gentibus notum est salutare eius. Quocumque humanus sermo esse potest, ibi Iesus resonat.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi. Iudaeorum ? Non : *populi omnes.* Quomodo omnes gentes, sic et omnes populi. *Confiteantur tibi populi Deus.* Quid confiteantur ? utique peccata sua, vel certe confiteantur imaginem tuam esse in te : in Filio te confiteantur, in illo te videant, in illo te adorent. *Laetentur et exultent gentes.* Quoniam de captivitate diaboli liberatae sunt ; quoniam qui ante incurvabantur ad adoranda idola, ligna et lapides, nunc recto vultu caelos respiciunt. *Quoniam iudicas populos in aequitate.* Ubicumque aequitas est atque iudicium, ibi

7 *quare*] ante *poscimus* β ; *quaeri p. quere desid.* G ; *quae* S ; *quod* 2 m. sup. lin. C ; om. AB. 11 *et veritas et vita* C. 13 *quem*] *quemadmodum* S. *in caelis*] *in caelo* C. 29 *adorent*] *plorent* G. 30 *qui*] *quae* β. *incurvabantur*] *curvabuntur* S. *ad adoranda*] *adorando* G. 31 *idola*] om. ASG. *recto*] *erecto* β ; *crecotu* G. *caelos*] *caelum* S.

4. *suum*] Ps. 17, 12.
6. *iuxta apostolum*] Coloss. 1, 26.
11. *et veritas*] Io. 14, 6.
13. *in terra*] Matth. 6, 10.
15. *eius*] Ps. 75, 2.
21. *suum*] Matth. 1, 21.

non laetitia, sed formido est peccatorum. Et quomodo dixit, *Deus misereatur nobis et benedicat nos ;* et nunc dicit, *Laetentur et exultent gentes, quoniam iudicas populos in aequitate ?* Videtur sibi esse contrarium. Si enim misericordia indigent, quomodo laetantur et exultant, quoniam iudicas populos in aequitate ? Ubicumque enim misericordia est, ibi non est iudicium : ubi autem iudicium et aequitas iudicii, ibi procul est misericordia. Sed iste sensus est. *Laetentur et exultent gentes :* quare laetentur? *Quoniam iudicas populos in aequitate :* quoniam nequaquam accipis personam unius gentis, sed omnium Deus es. Non tibi soli Iudaei placent, sed omnis mundus tuus est. Dicat aliquis : Vim facis scripturae, non hoc sensu dixit. Interpretetur se ipsa scriptura, quae loquitur, *Quoniam iudicas populos in aequitate.* Quos populos ? *Et gentes in terra diriges.* Gentes quae ante non recto pede gradiebantur, gentes quae ante non recto itinere gradiebantur, fecisti eas ut ambularent in via tua : ut cognosceremus in terra viam tuam, ut ambularemus in via, non in viis, ut per unam viam veniremus ad te, de quo nascitur via. Non enim imus ad Patrem, nisi per Filium. Dicat aliquis : Arrianorum dogma est. Ergo per Filium venitur ad Patrem ? Ego hoc dico, quoniam per imaginem imus ad faciem, et in lumine videmus lumen, in Filio videmus Patrem. Mysterium et dispensatio est quae loquitur. Ceterum si quis putat esse blasphemum, quoniam viam diximus Filium, et per viam imus quasi ad Deum, videamus haec ipsa via quid dicat. ' Nemo venit ad me, nisi Pater meus adduxerit eum ad me. ' Quomodo ergo Filius ducit ad Patrem, sic et Pater ducit ad Filium. Haec humana verba sunt. Ceterum et Filius ducit ad Patrem, et Pater ducit ad Filium : et una natura, una substantia est.

Confiteantur tibi populi Deus iam supra dixerat, et in isto parvulo psalmo hos duos versiculos iterum repetit. Dixerat enim supra ' Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes. Laetentur et exultent gentes ' et cetera : et nunc rursus repetit hos ipsos versiculos. Quasi apostoli praecinunt cunctis gentibus. ' Saepe expugnaverunt me a iuventute

3 *contrarium*] codd ; *contrarius* β. 5 *enim*] om. G. 10 *hoc sensu*] *in hoc sensu* G. 11 *Interpretetur*] *interpretatur* β. 12 *diriges*] codd. (LXX ὁδηγήσεις) ; *dirigis* β. 13 *gentes q. a. n. r. itinere gradiebantur*] om. βS ; G duo membra ita permiscet : *gentes quae ante recto itenere pede gradiebantur.* 14 *eas*] *eos* G. *in via tua*] *in viam tuam* β. 15 *non in viis ut*] *non in inviis et* β. 16 *nascitur*] *nasceretur* G. 26 *in*] om. C. *isto*] *ipso* B. 27 *hos*] S ; *hoc* β ; om. BCG. *duos*] *duus* G. *versiculos*] om. S. 29 *hos*] *os* B ; *hoc* C. *ipsos*] om. β.

14. *fecisti eas ut ambularent*] Nota graecanicam dictionem ποιέω ... ἵνα cum accusativo et coniunctivo, pro *fecisti eas ambulare.*

19. *videmus lumen*] Ps. 35, 10.

22. *ad me*] Io. 6, 44.

mea, dicat nunc Israhel: saepe expugnaverunt me a iuventute mea '. Videte quomodo illi praecinunt, et omnium gentium turba respondet. Sic et nunc dicentibus illis in principio ' Confiteantur tibi populi omnes ', et praecipientibus populis et dicentibus ' Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes '; quoniam illos vident reticescere, propterea idipsum increpant, et dicunt, *Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes.* Semel diximus, non audistis; iterum dicamus, ut canatis. Hoc autem totum quare diximus et semel et secundo, ut confiteantur populi Deo? Quare hoc dicimus? quare hoc praecipimus? *Terra dedit fructum suum.* Terra, sancta Maria, de nostra terra, de nostro semine, de hoc luto, de hoc limo, de Adam. ' Terra es, et in terram ibis. ' Terra ista dedit fructum suum: quod perdidit in paradiso, invenit in Filio. *Terra dedit fructum suum.* Primum dedit florem. Dicit in Cantico canticorum: ' Ego flos campi et lilium convallium '. Iste igitur flos fructus factus est, ut nos illum comederemus, ut nos manducaremus carnes ipsius. Vultis scire quid sit iste fructus? Virgo de virgine, Dominus de ancilla, Deus ex homine, filius ex matre, fructus ex terra. Videte quid dicat ipse fructus. ' Nisi granum tritici ceciderit in terram et mortuum fuerit, non potest facere fructus multos. ' *Terra dedit fructum suum,* dedit granum frumenti: quod granum frumenti cecidit in terram et mortuum est, et ideo multos fructus adfert. Multiplicatum est in spica: quod unum ceciderat, cum multis resurrexit. Cecidit enim granum tritici in terram, et seges copiosa surrexit. *Terra dedit fructum suum.* Propterea *Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.*

Quis est iste fructus? *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus.* Deus, Pater; Deus noster, Filius. Ipse enim Deus noster. ' Et vocabis, inquit, nomen ejus Emmanuhel ' id est, nobiscum Deus. Deus noster. *Benedicat nos Deus,* Spiritus sanctus. Videte mysterium Trinitatis in uno versiculo conprehensum. *Terra dedit fructum suum* cum multis; in isto fructu Trinitatis mysterium continetur. *Benedicat nos Deus, Deus noster.*

4 *praecipientibus*] βABCS. Cf. infra l. 9; *praecinentibus* G. 6 *increpant*] *iterant* β; *concrepant* A. 7 *dicamus*] ABCG; *dicimus* βS. 8 *canatis*] *canamus* G. 10 *suum*] S repet. *fructum suum.* *florem*] C repet. *dedit florem,* quae quidem verborum iterationes senem grandaevum, qualis tunc erat Hieronymus, minime dedecent. 16 *quid sit*] CSG; *quis sit* β; *qui sit* B. *de ancilla*] *ex ancilla* G. 17 *ex terra*] *terrae* C. 18 *tritici*] *frumenti* β. 22 *cum multis*] *in multis* β. 30 *cum multis* om. A.

1. *mea*] Ps. 128, 1-2.
11. *ibis*] Gen. 3, 19.
14. *convallium*] Cant. 2, 1.
18. *Nisi granum* etc.] Io. 12, 24 sq.
28. *Emmanuhel*] Is. 7, 14; Matth. 1, 23.

Qui Deus est omnium per naturam, noster proprie factus est Deus. *Benedicat nos Deus.* Expellat veterem maledictionem. Maledictio nos eiecit de paradiso : reducat benedictio. *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus.*

Et metuant eum omnes fines terrae. Non dixit, Diligant eum omnes fines terrae : ' perfecta quippe dilectio foras mittit timorem. ' Timere incipientium est, diligere perfectorum. Qui adhuc timet, in initio positus est, non habet perfectam et plenam fidem ; qui autem diligit Deum, omnia ei proveniunt in bonum. Videtur brevis et simplex esse sententiola : sed ventilemus eam, et in istis simplicibus verbis ingentia mysteria reperiemus. Inveniemus intrinsecus quod forinsecus latebat. ' Diligentibus autem Deum omnia cooperantur in bonum. ' Iob vir sanctus temptatus est, perdidit filios et filias, domus ipsius conruit, universa perdidit, omnia repente perdidit : nec pater, nec dominus ; nihil enim illi remansit in corpore sanum, nisi sola lingua per quam blasphemare possit. Videte temptatorem diabolum. ' A planta, inquit, pedis usque ad verticem percussit eum vulnere pessimo ', hoc est, elefantia. Inde toto corpore vermes fluebant, et sanies, et putredo. Solam linguam ei integram reservavit, ut possit Deum suum blasphemare. ' In omnibus his non peccavit Iob labiis suis '. Videte magnitudinem temptationis, videte magnitudinem virtutis. Videte et considerate sententiam apostoli esse conpletam : Diligentibus autem Deum omnia cooperantur in bonum. Eo tempore, quo perdebat res suas, quo filios amittebat, videbantur quidem ei esse contraria, quae accidissent : sed quoniam diligebat Dominum, illa mala, quae ei infert, cooperantur illi bona. Illi vermes corporis praeparabant ei caeli coronam. Antequam temptaretur, Deus ei numquam locutus fuerat : postquam autem temptatus est, venit ad eum Deus, et familiariter loquitur, quasi amicus cum amico suo. Veniant plagae, omnia genera poenarum, dum post plagas Xpistus adveniat.

Egressi sumus de psalmo, sed non inutiliter ; quia dixeramus *Et metuant eum omnes fines terrae,* et dixeramus quoniam metuere parvulorum est, ceterum diligere perfectorum est ; et dixeramus ad hoc conpro-

8 *Deum*] om. G. 9 *proveniunt*] *provenient* β C post. corr. 14 *nec dominus*] *nec domus* C. 15. 18 *possit*] codd. ; *posset* β. 18 *reservavit*] *servabat* G. 28 *post plagas*] *per plagas* C. 30 *metuant*] *timeant* G.

6. *timorem*] 1 Io. 4, 18.
9. 12. *in bonum*] Rom. 8, 28.
16. *A planta* etc.] Iob. 2, 7.
17. *hoc est elefantia*] Congruit cum recentiorum sententia. Cf. Michaelis ' Isagoge in V. T. ' § 10, p. 56 sq.
19. *suis*] Iob 1, 22.

bandum de apostolo, Diligentibus autem Dominum omnia cooperantur in bonum. *Et timeant eum omnes fines terrae.* Nequaquam sola Iudaea, sed omnes fines terrae. Secundum τροπολογίαν autem, omnes fines terrae, non omnes medietates terrae, non illi qui in terra sunt media, sed qui in fine terrae sunt, qui relinquunt terram, et ad caelum ire festinant. Hoc igitur, quod apostoli dixerunt in principio, nos dicamus in fine. *Deus misereatur nostri et benedicat nos: inluminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.*

DE PSALMO LXVII.

Exsurgat Deus, et dissipentur inimici eius. Et specialiter intellegitur iste psalmus, et generaliter. Specialiter in ipsum Dominum, ut resurgat a mortuis, et dispergat inimicos suos, hoc est diabolum et exercitum eius, aut Iudaeos. Generaliter autem, quando in tribulatione sumus et angustia, et dicimus 'Exsurge, ut quid dormitas Domine? et adiuva nos'; quomodo et apostoli in navicula excitant Dominum dormientem, dicentes: 'Magister, salva nos, perimus'. *Et fugiant qui oderunt eum a facie eius.* Non dixit, pereant, sed, fugiant: quia peccatores in conspectu Dei stare non possunt. *Sicut deficit fumus, deficiant:* non ut ad nihilum redigantur, sed ut quiescant a peccatis suis. *Sicut fluit cera a facie ignis.* Sicut cera solvitur, et non perdit naturam suam, sed mollescit: sic et isti non pereant, sed deponant duritiam suam, et sic convertantur ad paenitentiam, et salventur. *Sic pereant peccatores a facie Dei:* quia peccatores non sunt digni videre Deum. *Et iusti epulentur.* Qui permanent in sua iustitia, qui vitia non habent, delectentur in Domino. *Exultent in conspectu Dei, et delectentur in laetitia.* Grandis fiducia est, exultare in conspectu Domini. Sicut dispensator creditam sibi a domino substantiam male tractaverit et perdiderit, timet domini praesentiam; ita et qui bene dispensaverit,

2 *timeant*] *metuant* S. 3 τροπολογίαν] B; *tropologiam* βAS; *trophologiam* C. 4 *non omnes medietates*] *non omnes mediantes* B; *non medietas* β. *in fine*] *in fines* S; *in finis* G. 6 *misereatur nobis* hic retinent SG, sed lin. seq. cum reliquis *misereatur nostri.* 9 *DE PSALMO LXVII*] Insertus est Breviario col. 1073 sqq. sed multa ibi vel supersunt vel omnino desiderantur. Conf. S. Hilar. in ps. ed. Vindob. p. 878. 11 *in ipsum Dominum*] codd; *de ipso domino* β; *ipsum Dominum* cod. Hilarii Paris. 1692; editor Vindob. add. *hortatur.* 12 *dispergat*] *disperdat* β Hilar. 14 *Domine*] β repet. *exsurge.* *et*] ante *adiuva* om. Hilar. S. 17 *quia*] *qui* βG. 18 *ad nihilum redigantur*] *in nihilum reducantur* β Hilar. 21 *duritiam*] *malitiam* β. 24 *et delectentur in laetitia*] *om.* SG. 26 *dispensator*] A et C 2 m. inser. *qui*; S *si.* ante *male*, β inserit *si*; item B, sed sup. lin. Fortasse graece loquens Hieronymus coniunctione ὡσεί vel ὡσανεί usus est. *et perd.*] *aut perd.* S.

14. *adiuva nos*] Ps. 43, 23. 26. 16. *perimus*] Matth. 8, 25.

exultat in domini praesentia. *Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius.* Cantate, in theoria semper significat scriptura: hoc est, considerate mysteria et sensum divinae scripturae. Psallere autem in bono opere significat scriptura : verbi gratia, ut auditus suum opus praestet, similiter et os, et oculi, et manus, et omnia membra quasi consentiant, et ita percutiant psalterium in virtutibus. *Iter facite ei qui ascendit super occasum : Dominus nomen est illi.* Si non nobis occidat sol iniquitatis, non potest nobis oriri sol iustitiae, cuius sanitas in alis est.

Deus in loco sancto suo. Semper Deus in sanctis suis habitat: ubicumque sanctitas est, ibi habitaculum Dei est. *Deus inhabitare facit unius moris in domo :* qui unius moris sunt, et non mutantur. Siquidem iustus non mutatur, quia semel iudicavit in iustitia permanere. Peccator autem mutatur: 'insipiens enim sicut luna mutabitur'. In hebreaeo autem habet 'Dominus inhabitare facit monachos in domo': id est, in quibus non cohabitat peccatum. *Qui educit vinctos in fortitudine.* Ipse Deus sua virtute educit eos qui ligati sunt a diabolo in peccatis: sicut illa mulier in evangelio, quae ligata fuerat decem et octo annis a diabolo. *Similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulcris.* Deus natura dulcis est: qui autem ad amaritudinem eum adducunt, peccatores sunt, et faciunt sibi amarum Deum. Non naturam suam mutat, sed ipsi sibi peccatores faciunt Deum amarum. *Qui habitant in sepulcris.* 'Vae vobis, scribae et farisaei, quoniam similes estis sepulcris dealbatis'. Sicut sanctus templum Dei est, sic sepulcrum sibi efficitur peccator.

Deus cum egredereris in conspectu populi tui. Hoc secundum historiam, quando Deus antecedebat populum suum egredientem de Aegypto. *Cum pertransires in deserto.* Deus non inmoratur in deserto, sed pertransit. *Terra mota est, etenim caeli distillaverunt a facie Dei Sinai. Caeli distillaverunt :* hoc est, manna. Sinai interpretatur temptatio. Ergo Deus in

2 *Cantate*] *cantare* AS. *in theoria*] A ; *m* in fine erasa S ; *in theoriam* BGL ; *in theoricam* C ; *in theorica* β. *considerate*] CG ; *considerare* βABLS. 5 *quasi consentiant*] B ; *quasi consentiunt* C post. corr. AG ; *quae sibi conseuciunt* S ; *quia si consentiunt* L ; *si consentiunt* β. *percutiant*] *percutiunt* βAB, C post. emend. 7 *est*] om. S. 8 *in alis*] *in coelis* β ; *in celis* GL. 13 *mutabitur*] B 1 m. CS ; *mutatur* βG, B *bi* expuncto. 15 *cohabitat*] *habitat* S. 17 *decem*] *decim* BC. *annis*] ex *annos* C. 20 *mutat*] *mutant* β. 23 *peccator*] om. β. 24 *egredereris*] *egredieris* BSG. 26 *pertransires*] *pertransieris* B corr. C ; *pertransierit* G. 28 *hoc est*] om. G. *Sinai*] *Syna* C.

8. *in alis est*] Malach. 4, 2.
13. *mutabitur*] Eccli. 27, 12.
14. *monachos in domo*] Ita Symmachus et Theodotion ; Hieronymus vero in Psalt. iuxta hebr. 'solitarios in domo'.
16. *in evangelio*] Luc. 13, 11.
22. *dealbatis*] Matth. 23, 27.
28. *Sinai interpretatur temptatio*] Ori-

eis habitat, qui temptantur et superant; in eis autem, qui in deliciis sunt, non inhabitat. *Pluviam voluntariam segregabis Deus hereditati tuae.* De lege dicit, quae data est per Moysen. *Et infirmata est, tu vero perfecisti eam.* Infirmata est lex, quia nemo potuit adimplere eam, nisi Dominus, qui dixit: ‘ Non veni solvere legem, sed adimplere ’. Et secundum apostolum : ‘ Inpossibilitatem enim legis, in quo infirmabatur, Deus Filium suum misit ’ et cetera. *Animalia tua habitant in ea;* hoc est, in hereditate. Animalia autem dixit eos qui in Deum vivunt, hoc est sanctos, *Parasti in dulcedine tua pauperi Deus.* ‘ Beati pauperes spiritu ’. Parasti pluviam, hoc est legem. *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtutem multam.* In hebraeo habet ‘ quae evangelizantur ’; hoc est, mulieribus eis, quae evangelizatae sunt apostolis, ubi dicit ‘ Euntes dicite fratribus meis ’ et cetera. Aut animas significat, quae crediderunt in Xpisto. Secundum Septuaginta autem interpretes ad apostolos dicit, quia Dominus eis dedit virtutem praedicare evangelium.

Rex virtutum dilecti. Rex, Pater; virtutum, hoc est sanctorum; dilecti, Filii. ‘ Ecce Filius meus dilectus, ipsum audite ’. *Dilecti.* Si quis aliquem diligit, semper in ore eum habet: ergo Spiritus sanctus propter amorem quem habet in Filium, frequenter eius meminit. *Et speciei domus dividere spolia.* Ipsi apostoli dividunt in ecclesiis spolia, quae acceperunt ab idolis.

Si dormiatis inter medios cleros: hoc est, si quiescatis inter novum et vetus testamentum. Cleri dicuntur et singuli libri: hoc est, Genesis, Exodus, Iudicum, Evangelia, Apostolus. *Pennae columbae deargentatae.* Invenietis in duobus testamentis gratiam Spiritus sancti. *Deargentatae:* clarum verbum significat divinae scripturae. *Et posteriora dorsi eius in pallore auri:* hoc est, in interioribus spiritaliter mysteria intelleguntur.

Dum discernit caelestis reges super eam. Reges dixit sanctos, qui regnant suis passionibus. Isti ergo sancti dividuntur in ecclesiis: verbi gratia, Paulus in gentibus, Petrus in circumcisione. *Nive dealbabuntur in Selmon.*

7 *habitant*] B (LXX κατοικοῦσι); *habitabunt* βC post. corr.; *inhabitabunt* SG. *in*] ante *hereditate* om. SG. 12 *apostolis*] βCS; *apostolos* BG. 15 *praedicare*] codd.; *praedicandi* β. 19 *quem*] *quam* C post. corr. 20 *ab idolis*] BC; *de idolis* β; *ab aliis* SG. 23 *apostolus*] *apostulorum* G. 27 *regnant*] *repugnant* β. 28 *suis*] *super* G.

gen.-Ruffin. hom. 11 in Exod. ‘ Sin enim temptatio interpretatur ’. Ipse tamen Hieronymus ep. 78 ad Fabiolam, mans. 8 et 12, Sin *rubum* sive *odium*, Sinai vero *rubos* mavult intellegi.

5. *adimplere*] Matth. 5, 17.

6. *Inpossibilitatem* etc.] Rom. 8, 3.

9. *spiritu*] Matth. 5, 3.

11. *In hebraeo h. quae evangelizantur*] Hieron. psalt. iuxta hebr. (ed. Lagarde p. 70): ‘ dabis sermonem adnuntiatricibus ’.

13. *meis*] Matth. 28, 10.

17. *audite*] Ibid. 17, 5.

Hoc est quod dicit : licet sancti sint, sed tamen in isto saeçulo sic sunt quasi umbra ex parte cognoscentes. Selmon enim umbra interpretatur.

Mons Dei, mons pinguis. Iste mons est, qui in Iezechiel vulnerat principem Tyri. Montem autem dicunt ipsum Dominum. *Ut quid suspicamini montes coagulatos?* Hoc ad Iudaeos dicit, qui existimant Moysen et prophetas similes esse Salvatori. *Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo.* Carnalem praesentiam significat Salvatoris, quod inhabitavit deitas in corpore : in nullo enim alio inhabitavit jugiter Spiritus sanctus, nisi in Salvatore, Iohanne dicente ' In quem videris Spiritum descendentem et manentem in eo, ipse est '. *Etenim Dominus habitabit in finem:* in corpore quod accepit de sancta Maria.

Currus Dei decem milibus multiplex. Hyperbolice dicit administratorias potestates et spiritus, quod innumerabiles sunt, sicut dixit in Daniel : ' Mille milia ministrabant '. Et in Iezechiel describit cherubim quattuor pennarum in quattuor angulis habere quattuor personas, cuius auriga Deus est. Cherubim autem interpretatur scientiae multitudo. Significat autem personam leonis, regalem, hoc est, regnare passionibus ; personam hominis, rationabilem ; personam vituli, in opere ; personam aquilae in contemplatione, hoc est, in theoria, quae nos exaltat in virtutibus. Simul autem ut dicamus : thronus Dei in sanctis est. *Dominus in eis in Sina in sancto:* hoc est, in sanctis Deus quando temptantur, et post temptationem sequitur sanctitas. Inpossibile est enim aliquem, licet sanctus sit, sine temptatione transire in hoc saeculo, secundum Iob : ' Temptatio est vita hominis super terram '.

1 *tamen*] *nunc* C. 2 *umbra*] ACSG ; *umbrae* B; *membra* β. 4 *dicunt*] ABCG ; *dicit* βS. 5 *existimant*] *exaestimant* C; *exestimant* G. 7 *quod*] *per quod* C sup. lin. 11 *quod*] *in quo* G; *quem* S. 13 *et spiritus quod*] *et* (*sanctos qui* add. sup. lin.) C. *innumerabiles*] *innumerabilibus* C corr. B. 14 *ministrabant*] βSG add. *illi, et decies centena milia adsistebant ei.* *in*] ante *Iezechiel* om. G. *cherubim*] *cerubim* C (*h* post. add. sup. lin.). 15 *pennarum*] *personarum* AC; *personas* B. *angulis*] *angulos* C. 16 *multitudo*] *plenitudo* β. 17-18 *personam*] ABCG; *persona* βS constanter. Cf. supra p. 37, l. 2-4. 18 *rationabilem*] βABC ; *rationale* SG. Cf. Hieron. in Ezech. 1, 6 sq : ' rationale animae ' (λογικόν). *in contemplatione*] βBC ; *in contemplationem* S (*m* post. erasa) ; *in contemplacionem* G. 19 *in theoria*] β; *in theoriam* BSG; *in theorica* C. 20 *in Sina*] *in sinai* G; *in synay* C. 21 *in sanctis*] β inser. *est.*

3. *in Iezechiel*] 28, 16.
10. *ipse est*] Io. 1, 33.
14. *ministrabant*] Dan. 7, 10.
in Iezechiel] 1, 6 sqq.
15. *cuius auriga Deus est*] Hieron. in Ezech. 1, 6 : ' Hanc igitur quadrigam in aurigae modum Deus regit '.
16. *scientiae multitudo*] Hieron. ad Paulinum ep. 53, n. 8 : ' verum Cherubim, quod interpretatur scientiae multitudo '.
24. *super terram*] 7, 1.

Ascendisti in altum, cepisti captivitatem. Ascendisti in caelos : captivasti nos, qui captivi tenebamur a diabolo. *Accepisti dona in hominibus.* Bene dixit, accepisti. A Patre accepit : accepit ut homo, dat ut Deus ; et quod accepit, hominibus accepit, ut det. Ipse enim plenus est, et nihil indiget. *Etenim non credentes inhabitare Dominum.* Et hos salvasti, qui non credebant quod possibile est Deum habitare in homine, hoc est, Salvatorem accipere carnem. *Dominus Deus benedictus.* Isti qui antea non credebant quod possibile sit Deum habitare in homine, ipsi credentes aiunt : Dominus Deus benedictus.

Benedictus Dominus die cotidie. Qui proficit, cotidie potest benedicere Deum. Quid enim mihi prodest, si heri benedixi, et hodie non possum benedicere? *Prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.* Securus esto, peccator, noli dubitare quod cotidie possis benedicere Deum : ecce enim dicit, Prosperum iter faciet nobis Deus. Ergo Deus adiuvat nos, et cooperatur nobis. *Salutarium nostrorum.* Bene dixit pluraliter, salutarium : quod quanta peccata commisimus, tot et salutes habemus. *Diapsalma.* In hebraeo habet SELA, hoc est, semper et iugiter : ergo Deus semper nos adiuvat.

Deus noster, Deus salvos faciendi, et Domini exitus mortis: quoniam ipse resurrexit a mortuis, et nos simul fecit resurgere. Aliter, diabolus introitus est mortis: Dominus vero educit. *Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum:* diaboli, et omnes virtutes ejus. ' Tu confregisti capita draconis in aqua '. Quot peccata sunt, tot capita habet diabolus. *Verticem capilli perambulantium in delictis suis.* In tantum enim confringitur eius caput, ut non remaneat in eo aliqua virtus, qua stimulet peccantes. Summum capitis capillus est, et capilli vertex : ergo hoc dicit, quod nec minimum remaneat in diabolo, quod non confringatur.

Dixit Dominus, Ex Basan convertam: hoc est, de confusione huius saeculi convertam humanum genus ; hoc est, per passionem meam et crucem, quam isti putant stultitiam et confusionem, convertam populum meum. Siquidem Basan confusio interpretatur. *Convertam in profundis maris:* id est, de profundis vitiis et peccatis saeculi istius, de commotione et fluctibus convertam populum meum. *Ut intinguatur pes tuus in san-*

1 *in caelos*] *in celis* SG. 16 *quod*] *ut* G. 17 *habemus*] *habeamus* G. 19 *Domini*] βB repet. *domini.* 25 *qua stimulet*] β ; *quae stimulet* S ; *quae stimulat* G ; *qua et simul et* B ; *quia et simul et* AC. Legendumne *qua exstimulet?* 27 *confringatur*] *confringetur* B. 30 *quam*] *quem* B. 31 *in profundis*] (LXX ἐν βυθοῖς) ; *in profundum* β.

23. *in aqua*] Ps. 73, 13.
31. *confusio interpretatur*] Cf. commentariol. in Ps. p. 56, l. 8 : ' Basan confusio interpretatur '.

guine. Quoniam pes ipsius intinctus est in sanguine suo. ‘ Torcular calcavi solus, et de gentibus vir non fuit mecum ’. Et iterum : ‘ Quis est iste, qui ascendit ex Edom ? fulvida vestimenta ejus ex Bosor ’. Edom interpretatur sanguis, Bosor caro : ipsum significat Dominum nostrum crucifixum. *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.* Canes dicit ipsos Iudaeos, qui clamaverunt : ‘ Crucifige, crucifige talem : nos non habemus regem, nisi Caesarem ’. *Ex inimicis* autem : submissi a daemonibus negare Salvatorem, et blasphemare eum. Aliter : quoniam ipse tua voluntate venisti et passus es, et tua voluntate crucifixus es a Iudaeis.

Viderunt ingressus tui Deus : quoniam videntibus quingentis viris et omnibus apostolis et cherubim et omnium angelorum ascendisti in caelis. *Ingressus Dei mei, regis mei qui est in sancto.* Quoniam qui omnium es Deus et Dominus dominantium et Rex regum, specialiter meus es Deus, sicut et Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob et Deus Hebraeorum.

Praevenerunt principes coniuncti psallentibus. Ipsi apostoli praevenerunt, et secuti sunt qui per eos crediderunt : aut certe ecclesias. Ideo autem *tympanistriarum,* quoniam mortuum est corpus ipsorum peccato. Et Maria soror Moysi et Aaron tenens tympanum in Exodo antecedebat psallentes, et dicebat : ‘ Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est ’.

In ecclesiis benedicite Deum. O vos qui in abstinentia gloriamini, in ecclesiis hoc facite, et nolite vobismetipsis defendere haeresim. Haec possunt dici ad Tatianum, qui princeps est Encratitarum. *Dominum de fontibus Israhel.* Manichaeus non potest benedicere Dominum, quia non de fontibus Israhel benedicit : hoc est, quoniam non recipit vetus testa-

1 *est*] om. C. 11 *angelorum*] Cod. C unus add. sup. lin. *choris.* Genetivi absoluti imperfecta translatio. Exemplum habes duplicis huius constructionis in versione latina epistulae Clementis p. 40, l. 14 : ‘ zelo incidenti de sacerdotali, et contendentium tribuum... ’ In cod. A genetivus in ablativum 2 m. mutatus est. *in caelis*] BLSG ; *in caelos* C. 16 *ecclesias*] C unus iterum hic add. sup. lin. *dicit* ; potius vero subaudiendum verbum *praevenerunt.* 17-18 *tympanistriarum... tympanum*] *tymph.* G. 20 *Deum*] scripsi ; *Deo* C ; *dñm* ABSG. 22 *Encratitarum*] S ; *ingratitarum* C post corr. ; *ingracitarum* BG. *Dominum*] *Domino* C.

2. *mecum*] Is. 63, 3.
3. *ex Bosor*] ibid. 1.
7. *Caesarem*] Io. 19, 6. 15.
10. *ingressus tui*] Hieron. ep. 106, n. 41 : ‘ scriptoris vitium relinquendum, qui nominativum posuit pro accusativo : licet et in Septuaginta et in Ἑξαπλοῖς ita repererim ἐθεώρησαν αἱ πορεῖαί σου ὁ Θεός ’.
13. *specialiter meus es Deus*] Ibid. ‘ secundo enim ponitur et *Dei mei* et *regis mei* blandientis affectu : ut qui omnium Deus et rex est, suus specialiter Deus fiat ’.
18. *in Exodo*] 15, 21.
22. *princeps est Encratitarum*] Hieron. ep. 48, n. 2 : ‘ Tatiani principis Encratitarum errore decepti ’ ; ibid. n. 9 : ‘ Tatianum Encratitarum principem ’ ; in Amos 2, 12 : ‘ De hoc loco haeresim suam Tatianus Encratitarum princeps struere nititur ’ ; in Ioel. 1, 14 : ‘ Encratitae, quorum princeps Tatianus est ’ etc.

mentum. *De fontibus Israhel*, non Iacob: siquidem Iacob subplantator interpretatur, et adhuc in lucta est; Israhel autem perfectus est, sensu videns Deum.

Ibi Beniamin adulescentulus in mentis excessu. Sanctum Paulum dicit: ibi, in ecclesia: adulescentulum, novissimum omnium apostolorum, de tribu Beniamin.

Principes Iuda duces eorum. Apostoli sunt principes Iuda, hoc est Domini, quemadmodum dicit Iacob: ' Iuda, te laudent fratres tui '. *Principes Zabulon, principes Neptalim.* Zabulon interpretatur fluxus noctis, Neptalim latitudo: quando liberati fuerimus de passione libidinis, hoc est illius fluxus, tunc incipimus latitudines virtutum.

Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. Hoc salutare, quod donasti nobis per tuam passionem, confirma, et da auxilium; quoniam homines sumus, et non possumus incedere in virtutibus, si non adepti fuerimus auxilium tuum. *Tibi adferent reges munera.* Reges dicit, qui regnant sibimetipsis, secundum quod scriptum est: ' Cor regis in manu Dei '. Ipsi adferent Deo munera. Virtutes sanctorum, munera sunt Deo.

Increpa feras harundinis, hoc est haereticis, qui tractant et scribunt contra te, ut decipiant nos. ' Oportet enim et haereses esse in nobis '. Ferae enim dicuntur ab eo quod capiunt animas et interficiunt. Potest autem intellegi et in diabolum et in angelos eius. *Congregatio taurorum in vaccis populorum.* Ipsos haereticos significat, quia neminem possunt decipere, nisi simpliciores et parvos, hoc est vaccas minores: tauros enim non possunt decipere, hoc est magnos. *Ut excludant eos qui probati sunt argento.* Et propterea simpliciores decipiunt, hoc est multitudinem, ut veniant usque ad sanctos, et excludant eos de regno caelorum.

8 *laudent*] B *n* suppl. sup. lin.; *laudant* CSG; *laudabunt* β. 9-10 *Neptalim*] omnes mss; cod. Bibl. Sinaiticus Νεφθαλειμ. 11 *incipimus*] om. S. *latitudines*] A (*s* post. erasa est, et vox *potiri* 2 m. add. sup. lin.) βS; *latitudinis* BC; *latidunis* G. *virtutum*] βAS; *virtutem* BCG. S add. *consequimur*, G *consequi*. 12 *Hoc*] B (deleto verbo *est*) C; *hoc est* βG. 17 *sunt Deo*] ABC; *sunt Dei* βSG. 18 *hereticis*] B, AC post. mut. in *hereticos*. In graeco nempe Hieronymus usus erat dativo, ob verbum ἐπιτίμησον; de inconstantia vero interpretis in tali casu confer adnot. crit. ad pag. praeced. l. 11. 20 *enim*] post *ferae* om. G.

2. *sensu videns Deum*] De huius nominis etymologia audiendus est S. Hieronymus in Quaest. hebr. ad Genes. c. 32, ubi fatetur sententiam eorum, qui Israhel *virum* sive *mentem videntem Deum* transtulerunt, omnium paene sermone detritam esse.

4. *Paulum dicit*] Cf. Hieron. in Is. 9, 1.

8. *fratres tui*] Gen. 49, 8.

9. *fluxus noctis*] Hic quoque sequitur Hieronymus vulgarem sententiam, licet eam minus probet in libro Quaest. hebr. ad Genes. c. 30.

16. *Dei*] Prov. 21, 1.

19. *Oportet* etc] 1 Cor. 11, 19.

Dissipa gentes quae bella volunt: hoc est, haereticos dissipa, qui inpugnant ecclesiam. *Venient legati ex Aegypto.* Aegyptus interpretatur tenebrae: de tenebris istius mundi. *Aethiopia praeveniet manus eius Deo.* Quoniam nos nigri eramus peccatis et passionibus, praevenimus populum Israheliticum, et credimus in Salvatorem; quemadmodum illa quae fluebat sanguine, praevenit filiam archisynagogi, et sanatur.

Qui ascendit super caelum caeli ad orientem. Quoniam superius dixit, Qui ascendit super occasum; hic dicit, ad orientem. Quando enim occidunt nobis passiones et sol iniquitatis, oritur nobis sol iustitiae: hoc est, ascendit super nos Dominus, et habitat in nobis. *Ecce dabit voci suae vocem virtutis.* 'Lazare, veni foras.' *Ecce dabit voci suae vocem virtutis; super Israhel magnificentia eius.* Magnificentia Dei in Israhel, qui videt Deum. *Et virtus eius in nubibus,* hoc est, in prophetis et apostolis. 'Mandavi nubibus meis, ne pluant super Israhel imbrem'. *Mirabilis Deus in sanctis suis.* In hoc mirabilis est Deus, quoniam ita dilexit humanum genus, ut signa faciat per sanctos suos. In istis magis mirabilis est Deus, quam in ceteris creaturis.

DE PSALMO LXXIIII.

In finem ne corrumpas, psalmus Asaph cantici. In hebraeo non habet 'in finem', sed habet 'victori'. Et Septuaginta interpretes non valde erraverunt: siquidem victoria perfecta est. Bene dixit, In finem ne corrumpas. Hoc verbum multis modis interpretatur. Dicit et David ad aliquem de amicis suis: 'Ne corrumpas eum', hoc est Saul. Videte quid dicat. Et in alio loco legimus, quoniam benedixit David Dominum, quia custoditae sunt manus eius, id est, ne interficiat Saul. Et nos ergo quando non interficimus aliquem, custodiuntur manus nostrae. Alii dicunt, quoniam iste psalmus a David conpositus est, et ab Asaph cantatus est; alii autem, quoniam ipse Asaph et conposuit et cantavit. Ergo secundum Septuaginta hoc dicit: O Domine, qui me custodisti, ut non mittam manum meam super xpistum tuum Saul, usque ad finem custodi me.

3 *de tenebris*] C ex *de tenebrae.* 8 *occidunt*] *accedunt* BC. 9 *nobis*] *in nobis* S. 13 *Mandavi*] ABC; *mandabo* SG. 16 *per*] CS; *super* G; *in* B. 18 *DE PSALMO LXXIIII*] Exstat in Breviario ap. Migne, col. 1097. 19 *Asaph cantici*] Ita mss. et cod. bibl. Sinait. (τῷ 'Ασάφ ᾠδῆς); *cantici Asaph* β. 22 *multis modis*] *in multis modis* G.

6. *et sanatur*] Matth. 9, 20 etc.
11. *foras*] Io. 11, 43.
14. *imbrem*] Is. 5, 6.
23. *eum*] I Reg. 26,9.
24. *in alio loco*] Videtur confuse respicere simul ad I Reg. 25,32-34 et 24, 11.

Confitebimur tibi Deus. Hic 'confitebimur' non paenitentiam significat, sed gloriam. *Et invocabimus nomen tuum.* Nomen Dei Pater est: antea enim ignorabatur. Dicit enim Dominus: 'Pater, revelavi nomen tuum hominibus'. Omnis enim filius nomen est patris.

Narrabimus mirabilia tua. Hoc dicit ecclesia, hoc dicit multitudo credentium. *Narrabimus mirabilia tua.* Iste versus cum prioribus iungitur, iste autem qui sequitur ex persona Domini dicitur: sic enim interpretati sunt veteres.

Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Nunc enim non est iudex, sed erit: si enim esset nunc iudex, peccatores non erigebantur et in saeculo obtinebant divitias. Hoc vos scandalizat, quoniam iusti fugiunt, et peccatores persequuntur? Hoc vos scandalizat, quoniam iniquitas regnat in mundo? Audite Dominum dicentem: *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.* Tempus enim iudicii reservatum est. In praesenti non est iudicium, sed certamen. 'Nec enim iudicat Pater quemquam, sed omne iudicium dedit Filio.' Audiens autem hoc, ne scandalizeris et dicas, quia minor est iste qui accipit ab eo qui dat; sed vide quid dicat in evangelio: 'Neque enim iudicat Pater quemquam, sed omne iudicium dedit Filio: quoniam Filius hominis est'. Reddit causas quare accepit iudicium: quoniam Filius hominis est. Audis Filium hominis, et dubitas quare accepit?

DE PSALMO LXXV.

Antequam inluminaret crux mundum, antequam videretur Dominus in terra, *Notus* erat *in Iudaea Deus, in Israhel* autem *magnum nomen eius:*

10 *erigebantur*] Nota enuntiationem condicionalem cum indicativo Graecorum more constructam; *erigerentur* βAC. *et in saeculo obtinebant*] Sic nempe in graeco particula negativa in uno orationis membro posita ad alterum quoque membrum saepe referenda est; *nec in saeculo obtinerent* C; *et in saeculo non obtinerent* β. 13 *in*] B inser. *hoc.* 14 *reservatum est*] *reservatum* C 1 m. omissa *est*; *m* postea mutata est in *r.* 22 *DE PSALMO LXXV*] In Breviario col. 1097 sqq.

2. *Nomen Dei Pater est*] Hieron. in Hierem. 32, 16 sqq: 'Ceterum proprie nomen Dei Pater est, quod in evangelio per Dominum revelatur dicentem: *Pater manifestavi nomen tuum hominibus.*'

3. *ignorabatur*] Id. in Abacuc c. 3 (M. 25, 1373): 'Cum venerit tempus adventus domini Iesu Christi, tunc, o Deus Pater, cognoscetur nomen tuum, quod ante occultum fuit hominibus, de quo dicit Dominus in evangelio: *Pater, revelavi nomen tuum hominibus.*'

4. *hominibus*] Io. 17, 6.

nomen est patris] Hieron. in Matth. 24, 36: 'Omnis enim pater filii nomen est' Ibid. 26, 29: 'omnis pater nomen est filii'.

7. *interpretati sunt veteres*] Cf. Origen. in hunc ps. ap. Pitra, Analect. sacr. t. III, p. 103 sq.

19. *hominis est*] Io. 5, 22. 27.

Reddit causas quare accepit] Hier.

quando autem venit Salvator, in omnem terram exivit sonus eius, et in fines orbis terrae verba eius.

Et factus est in pace locus eius: quod dicitur hebraice 'in Salem'. Videtur ergo secundum litteram dicere Hierusalem, hoc est Salem, quae ante vocabatur Salem, et postea Iebus, et deinde dicta est Hierusalem. Ista est Salem, in qua fuit rex Melchisedech. Legimus 'Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech'. Non dixit, secundum ordinem Aaron, sed Melchisedech. Quid voluit dicere, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech? Manifestum est, quod in illo loco de Xpisto dicitur. Sed quid ait, secundum ordinem Melchisedech? Aaron victimas obtulit, Aaron hostiarum sanguinem fudit: Melchisedech nihil horum fecit, sed tantummodo panem et vinum obtulit. Hoc fecit ergo Melchisedech: et propterea dicitur, secundum ordinem Melchisedech. In hebraico habet 'Et factum est in Salem umbraculum eius'. Videte quid dicat: secundum trophologiam non est umbraculum Domini, nisi ubi pax est. Ubi lites atque discordia, ibi non est protector Deus. Dicamus et secundum Septuaginta. Locus Dei non est, nisi in anima quae pacem habet: quae ergo anima non habet pacem, sciat se non esse locum Dei. 'Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis'. Haec est Salvatoris hereditas. *Et habitatio eius in Sion.* Secundum litteram possumus dicere de Hierusalem et Sion, quoniam ibi fuit templum: secundum trophologiam vero et anagogen dicimus, quia in Sion habitatio Dei sit. Sion interpretatur specula: in quacumque ergo anima notitia scripturarum est atque doctrina, ibi habitat Deus.

Ibi confregit fortitudines arcuum. Ibi. Ubi? In Hierusalem et Sion.

3 *quod*] *quando* ABC. 4 *dicere*] om. C. *hoc est Salem*] CSG (*Salim* G); om. βAB. 10 *ait*] *agit* B. 15 *trophologiam*] Ita codd. 16 *lites*] *litis* BC. 20 *Secundum*] *Et secundum* C. 22 *anagogen*] *anagogin* L. 23 *specula*] *speculum* BCG. 25 *confregit*] *confringit* G; *confringet* S. *et Sion*] *et in Sion* C.

in Eccles. M. 23, 1111: 'Reddit causas quare Dei donum sit'; in Is. 1, 7. 'Redditque causas quare proiecerit Deus'; ibid. 21, 6 sqq. 'Causas reddit superioris formidinis, quare angustia possederit eum'; ibid. 26, 10 'Redditque causas, quare eum velit' etc.

2. *verba eius*] Ps. 18, 5.

4. *Hierusalem, hoc est Salem*] Hanc opinionem de Ierusalem nomine licet S. Pater in ep. 72 ad Evangelum n. 7 absurdam esse aperte pronuntiaverit, at decennio ante in librum Hebr. quaestionum in Genesim 14, 18 absque scrupulo ipse retulerat. 'Porro Salem, inquit, rex Ierusalem dicitur, quae prius Salem appellabatur'. Et ad c. 33, v. 18: 'cum Ierusalem, in qua regnavit Melchisedech, Salem ante sit dicta'.

7. *Melchisedech*] Ps. 109, 4.

14. *umbraculum eius*] Psalt. iuxta hebr. Hieronymi: 'Et erit in Salem tabernaculum eius'.

10. *vobis*] Io. 14, 27.

Hierusalem interpretatur pax, Sion specula : videamus ergo quae sit pax, et quae sit specula. Dupliciter interpretemur : aut anima humana, in qua sit pax Dei et contemplatio ; aut certe ecclesia, aut certe scriptura sancta. Ibi enim pax est, et ibi habitatio et specula Dei. *Ibi confregit fortitudines arcuum :* illas sagittas ardentes, quas mittebat diabolus. *Scutum et gladium et bellum.* Et bellum : illud de quo dicitur in alio loco ' Dissipa gentes quae bella volunt '. Et quid sequitur ? *Sela*, quod interpretantur Septuaginta ' diapsalma ', et hebraice dicitur ' semper '. Videte ergo quia semper confringit Dominus scutum et gladium et bellum.

Inluminas tu mirabiliter a montibus aeternis. Dupliciter interpretamur montes : in veteri testamento prophetas, in novo testamento apostolos. De istis montibus dicit : ' Levavi oculos meos ad montes, unde veniet auxilium meum '. In istis montibus et civitas Dei posita est. ' Non potest civitas abscondi supra montem posita '. Nos omnes sedebamus in tenebris et in umbra mortis ; et inluxit nobis Dominus de montibus aeternis, hoc est, de prophetis et apostolis. *Conturbati sunt omnes insipientes corde.* Hunc versum de infidelibus possumus dicere.

Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt. Vere haec vita somnus est, et divitiae : quando enim videmur eas tenere, statim amittimus. Sicut illud quod scriptum est in propheta : ' Sicut aliquis dormit sitiens si invenerit aquam bibit, postea cum evigilaverit ipsa sitis manet ', ita sunt et divitiae in hoc mundo : dum tenemus, amittimus.

Dormitaverunt qui ascenderunt equos. Secundum trophologiam dicamus. Denique Pharao ascendit equos, et dormitavit, et periit. Et Aegyptii habebant equos, sed perierunt. Inde et praeceptum est in lege, ut non Hebraeus habeat equum. Denique et Salomon non habebat equum de Hierusalem aut de Iudaea, sed emebat sibi de Aegypto. Semper equi in Aegypto venduntur. ' Hi in curribus, et hi in equis : nos autem in nomine

2 *interpretemur*] *interpraetemus* C 1 m. B ; *interpretatur* G. *anima humana*] *humanam animam* B. 3 *ecclesia*] *ecclesiam* B ; *aecclesiae* S. *scriptura sancta*] *scripturam sanctam* B ; *scripturas sanctas* C ; *scribturae sanctae* S. 4 *habitatio*] *habitaculum Dei* G. *specula*] *speculum* BCG. 4 *Dei*] *ipsius* G. *confregit*] *confringit* SG. 6 *illud*] ex *illum* C. 7 *quid*] β ; *quod* ABSG ; *quia* C. 9 *confringit*] *confringet* B corr ; *confregit* C. 10 *Inluminas*] BS (gr. φωτίζεις) ; *inluminans* βACG. *interpretamur*] *interpretemur* S. 12 *veniet*] *eveniat* G. 13 *meum*] gr. ἡ βοήθειά μου ; *mihi* SG. 15 *et in umbra*] C om. *in*. 20 ante *aliquis* β inserit *cum*. 21 *postea*] SG add. *vero*. 22 *dum*] C add. sup. lin. *enim eas*. 25 *et*] ante *praeceptum* βB ; om. CSG. 26 *Salomon*] *Salamon* G. 27 *Iudaea*] *Iuda* C.

7. *volunt*] Ps. 67, 31.
13. *meum*] Ps. 120, 1.
14. *posita*] Matth. 5, 14.
21. *manet*] Is. 29, 8.
25. *in lege*] Deut. 17, 16.
27. *de Aegypto*] 3 Reg. 10, 28.

Domini Dei nostri invocabimus '. Illi ergo qui ascenderunt equos, dormitaverunt et perierunt. Habet et Dominus noster equos, habet et montes lucidos: econtrario et diabolus habet montes tenebrosos. Sicut ergo sunt montes lucidi et montes tenebrosi, ita sunt et equi boni et iterum equi mali. Diximus de equis malis, et dicamus de equis bonis. Illo tempore quando ad Helisaeum venerunt, ut eum conprehenderent, exiit puer, et vidit exercitum in circuitu Assyriorum, et dixit Helisaeus: ' Noli timere, quoniam plures nobiscum sunt, quam cum illis '. Et ibi scriptum est: ' Domine, adaperi oculos pueri tui, et videat '. Et apertis oculis puer vidit currus et equos. Hii erant auxiliatores. Videte ergo quid dicat, currus et equos. Nemo hominum erat super ipsos, sed erant soli currus et equi. Hoc est quod vult dicere: multitudinem angelorum. Ipsi et currus erant, ipsi et equi: ascensor autem erat Dominus. Propterea dicit in cantico Abbacuc: ' Et equitatio tua salus '. Hoc ad Deum dicitur. O si et nos essemus equi Dei, et super nos dignabatur Deus ascendere. Illi ergo contrarii equi dormitaverunt, et ascensores eorum.

Ex tunc ira tua. Ex quo tempore ira Dei? Quando populus clamabat ad Aaron in heremo dicens: ' Fac nobis deos, quos sequamur: hic enim Moyses, qui eduxit nos de terra Aegypti, nescimus quid ei acciderit '. Eduxisti eos de terra Aegypti, et continuo te negaverunt. *De caelo auditum fecisti iudicium.* Locutus es de caelo, audivit omnis populus et contremuit: et tamen in te non crediderunt. *Terra timuit et quievit.* Israhel autem nec timuit nec quievit.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi. Hoc est quod dicitur in alio loco: ' Ab occultis meis munda me, et ab alienis parce servo tuo '. Alienis a te, quas submittit diabolus. Et quid sequitur? ' Si mei non fuerint dominati, tunc inmaculatus ero '. Si me non vicerint malae cogitationes, tunc ero mundus in conspectu tuo. Et quid statim sequitur? ' Et mundabor a delicto maximo '. Videte quid dicat. Si me cogitatio non vicerit et ad opus non perduxerit, a magno peccato liberatus sum.

5 *et dicamus*] *dicamus et* βA. 7 *in circuitu Assyriorum*] *asiriorum in circuitu* G; scribendum erat *Syrorum* 9 *et videat*] BC (gr. καὶ ἰδέτω); *ut videat* βSG. 13 *dicit*] *dicitur* G; *dicit et* S. 14 *Abbacuc*] BS; *Abacuc* CG. 15 *dignabatur*] G (cf. supra p. 44, l. 10); *dignaretur* βABCS. 18 *heremo*] ex *herimo* B. 29 *Et mundabor*] CSG; *et emundabor* βB.

1. *invocabimus*] Ps. 19, 8.
6. *ad Helisaeum*] 4 Reg. c. 6.
14. *Abbacuc*] 3, 8. Quae autem ad illa prophetae verba in suis commentariis scribit Hieronymus, tam similia sunt iis quae de psalmo heic dicuntur quam ovum ovo.
19. *acciderit*] Exod. 32, 1.
25. *tuo*] Ps. 18, 13. 14.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi. ‘ Nullus est enim mundus in conspectu Dei, nec si unius quidem diei fuerit vita eius ’. ‘ Astra non sunt munda in conspectu Dei ’, ‘ et adversum angelos suos perversum quid excogitavit ’. Hoc totum quare dico? Quoniam si astra non sunt munda, et si in angelis perversum invenitur, quanto magis in cogitatione hominum? Ubi sunt illi qui dicunt: ‘ Recede a me quia mundus sum ’? Cotidie quae patimur, quid sit in cogitationibus nostris, novimus, et erubescimus dicere. Multi sunt qui opera mala non fecerunt, alii sunt qui nec locuti sunt: ceterum qui in cogitatione non peccaverint, nullus hominum reperitur. Propterea nunc dicit: Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi.

Terribili. Cui? Deo. *Et ei qui aufert spiritum principum.* Quando viderimus aliquos potentes, verbi causa, imperatores, praefectos, et in saeculo isto nimium potentes, dicamus et nos ad Deum: *Qui aufert spiritum principum.* Spiritum possumus et de anima dicere, possumus et de superbia dicere. Intellegamus et aliter. *Qui aufert spiritum principum.* Principes hic intellegamus sanctos. Verbi causa, princeps fuit Salomon, principes fuerunt et ceteri sancti, princeps fuit etiam et apostolus Iudas: et quoniam peccaverunt, Deus tulit ab eis spiritum suum. Nemo ergo dicat: Ego episcopus sum, ego presbyter sum aut diaconus aut monachus, ego princeps sum in isto saeculo: potens est Deus tollere spiritum principum. Denique ut sciatis quia tollit Deus spiritum, recessit spiritus Dei a Saul bonus, et suffocabat eum spiritus malignus. Sequitur: ‘ Et suffocabat eum spiritus malus Dei ’ hoc est, a Deo. Ergo malum habet spiritum Deus? Nequaquam: sed ideo recesserat Deus, ut postea suffocaret spiritus malus. Propterea spiritus Dei dicitur malus. Denique sanctus David, sciens quia spiritum tolleret principum, rogat Deum et dicit: ‘ Et spiritum sanctum tuum ne auferas a me ’.

Terribili apud reges terrae. Et secundum litteram intellegitur. Ceterum praestet Deus et nobis, ut reges terrae simus: *reges terrae*, ut imperemus carni nostrae. Unde dicit et apostolus: ‘ Non regnet peccatum in mortali vestro corpore ’. Et in alio loco scriptum est: ‘ Cor regis in manu Dei ’.

2 *nec si*] *nisi* B corr.; C om. *nec*. 4 *dico*] LG; *dixi* S; om. βBC. 10 *reperitur*] *repperitur* BC. 17 *intellegamus*] *intellegimus* βL. 21 *potens est*] *potest* C. 30 *et nobis*] *in nobis* B.

2. *vita eius*] Iob 14, 4. 5.
3. *in conspectu Dei*] ibid. 15, 15.
4. *excogitavit*] ibid. 4, 18.
6. *mundus sum*] Is. 65, 5 sec. LXX.
24. *Dei*] 1 Reg. 16, 14. 15.
28. *a me*] Ps. 50, 13.
32. *corpore*] Rom. 6, 12.
Dei] Prov. 21, 1.

Iuliani persecutoris cor in manu Dei fuit? Saul cor in manu Dei fuit? Manasse cor in manu Dei fuit? Achab cor in manu Dei fuit? Et omnium impiorum regum Iuda corda in manu Dei fuerunt? Videtis quoniam secundum litteram stare non potest. Reges ergo sancti sunt, et istorum cor in manu Domini est. Et nos ergo petamus Deum, ut reges simus, et imperemus carni nostrae, ut subiecta sit nobis. Unde dicit et apostolus: ‘ Ideo castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte aliis praedicans ipse reprobus efficiar ’. Imperet anima nostra, serviat corpus: et statim veniet Xpistus, et habitabit in nobis. Denique quid dicit ipse in evangelio? ‘ Veniam, inquit, et stabo ante ostium, et pulsabo: et si quis mihi aperuerit, intrabo, inquit, et cenabo cum eo ’. Cotidie stat ante ostium pectoris nostri Xpistus, intrare desiderat. Aperiamus, ingreditur in nobis, et hospes noster est et conviva: hoc est, et in nobis habitat et nobiscum comedit.

DE PSALMO LXXVI.

Voce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Deum, et intendit mihi. In die tribulationis meae Deum exquisivi. Videte quomodo in tribulatione est, et Deum, Deum, Deum deprecatur, et tamen unus est Deus. *Voce mea ad Dominum clamavi.* Clamor eo tempore necessarius est, quando longe est ille qui clamat. Ergo iste quod dicit hoc est: quoniam propter peccata mea longe sum a te, propterea clamo, ut me exaudias. *Voce mea ad Deum, et intendit me.* Ipsum est quod dicit et in alio loco: ‘ Ad Dominum cum tribularer clamavi, et exaudivit me ’.

In die tribulationis meae Deum exquisivi. Difficilem rem dicit. Nos quando tribulamur, in terram deicimur, nihil aliud nisi de tribulatione cogitamus: iste vero in tribulatione commonetur, ut Deum deprecetur. Verbi causa, filium perdidi, incensa est domus mea, ad mendicitatem veni: non quaero illud quod perdidi, sed Dominum quaero. Si enim

1 *Saul*] *Sauli* (omisso *cor*) G. 3 *Iuda*] *Iudae* S. 4 *potest*] *potetest* B corr.; *poterat* C. *sancti*] *scripti* BC. 9 *quid*] *et* C. 10 *mihi aperuerit*] *aperiet mihi* G. 12 *ingreditur*] BC 1 m; *ingredietur* βC *e* add. sup. lin; *ingrediatur* LSG. 13 *nobiscum comedit*] *nobiscum aedet* S; *nobis* (*cum* add. sup. lin.) *commedit* G. 15 *DE PSALMO LXXVI*] In Breviario col. 1101 sqq. 18 *Deum, Deum, Deum*] BS, A 1 m; *deum ... et deum* G; *Dominum et Deum* βA 2 m; *Deum* semel C. 22 *intendit me*] codd.; *i. mihi* β, C mutat. in *me.* 26 *commonetur*] BCG; *commovetur* βS.

8. *efficiar*] 1 Cor. 9, 27.

9. *in evangelio*] Verbum hic latius patet et novum testamentum, quatenus legi veteri opponitur, significat: locus enim ex Apocal. 3, 20 sumptus est.

13. *et conviva*] Cf. Hieron. in Os. proph. cap. 11, v. 3 sq. ‘ dedi eis esum corporis mei, ipse et cibus et conviva ’.

23. *me*] Ps. 119, 1.

istum invenero, in isto invenio omnia. ‘ Quaerite primum regnum Dei, et haec omnia adponentur vobis ’.

Manibus meis nocte contra eum : et non sum deceptus. In hebraico aliter habet : ‘ Manus mea nocte extenditur, et non quiescit ’. *Manibus meis nocte contra eum.* Subauditur, clamavi. Videte ergo quod et opera nostra nobis tacentibus clamat ad Dominum. Propterea dicitur : ‘ Factum est verbum Domini in manu Aggaei prophetae ’. Non ei fit in ore, hoc est, in sermone ; sed in manu, hoc est, in opere. ‘ Regnum enim Dei non est in sermone ’ sed in manu, hoc est, in opere. *Manibus meis nocte :* hoc est, clamavi, manibus clamavi. Propterea dicitur et ad Moysen : ‘ Quid clamas ad me ? ’ Et certe non est scriptum ibi, quia clamaret Moyses ad Deum : sed quoniam cor ipsius clamabat ‘ Abba Pater ’ et cor eius clamavit, propterea dicit, Quid clamas ad me ? Inde est, quod dicitur in Hieremia : ‘ Non siluit pupilla oculi mei ’. Videte ergo quod et pupilla oculi nostri non tacet : sed quotienscumque lacrimas proferimus, totiens clamamus ad Deum manibus nostris. *Nocte contra eum.* Inde est quod dicitur : ‘ In noctibus extollite manus vestras in sancta, et benedicite Dominum ’. In nocte istius saeculi et in tenebris, cum alii ad vitia properarent, ego opera mea ad te solum levabam. *Et non sum deceptus.* Quoniam sic clamavi, et opere clamavi, non sum deceptus. Dupliciter intellegitur : aut consecutus sum quod volebam, aut certe non sum deceptus ab insidiis diaboli, quae me circuire cupiebant. In hebraico autem scriptum est : ‘ Manus mea nocte extenditur, et non quiescit ’. Semper extenditur manus virtutibus, non umquam peccatis contrahitur.

Renuit consolari anima mea. Quantum in peccatis meis est, spem me nullam habere non me poteram consolari. *Memor fui Dei, et delèctatus*

1 *Dei*] C inser. *et iustitiam eius.* 2 *adponentur*] *adponuntur* S ; *adiciantur* G. 3-5 *contra eum*] *coram eo* G Psalt. Rom. 6 *clamat*] SG ; *clamant* β. 15 *totiens c. a. Deum*] *tocius pupilla oculi nostri clamat ad dominum* G. 16 *nostris*] ABCS; *meis* βG. ante *nocte*] B inser. *et.* *contra eum*] *contra Deum* βB ex *contra edm* ; *coram eo* G. *Inde est*] *id est* AB. 18 *alii ad vitia properarent*] *alie divitiae properarent* C, mutat. in *alii divitias prepararent.* 20 *opere*] *opera* S. 22 *quae me*] S ; *quem me* G ; *qui me* βB. *circuire*] CSG ; *circumire* B ; *circumvenire* β. *cupiebant*] S, *n* post. addita CG, post. expuncta B ; *cupiebat* β. 23 *nocte*] B Psalt. hebr. Hieronymi (cf. supra l. 4) ; *in nocte* βSG ; *in noctes* B (*e* ex *i*). 24 *virtutibus*] *in virtutibus* G. *non umquam*] scripsi ; *nonnumquam* βB ; *numquam* ceteri. 25 *Renuit*] *rennuit* B, C 1 m. *spem me...consolari*] codd. ; *spe me nulla poteram consolari* β.

2. *vobis*] Matth. 6, 33.
4. *et non quiescit*] Psalt. iuxta hebr. Hieronymi : ‘ manus mea nocte extenditur et non quiescit ’.
7. *prophetae*] Agg. 1, 1.
9. *in sermone*] 1 Cor. 4, 20.
11. *ad me ?*] Exod. 14, 15.
14. *mei*] Thren. 2, 18.
17. *Dominum*] Ps. 133, 2.

sum. Quantum in peccatis meis fuit, nullam invenire potui consolationem: rursum cogitavi de Deo, et in misericordia ipsius delectatus sum. In hebraico aliter habet: ' Memor fui Dei, et conturbatus sum '. Consideravi mansuetudinem ipsius, consideravi pietatem, consideravi munditiam : et videns meipsum inmundum, vehementer conturbabar. *Et exercitatus sum, et defecit spiritus meus.* In hebraeo melius habet : ' Loquebar in memetipso, et defecit spiritus meus ' sive desperatione, sive desiderio Dei.

Anticipaverunt vigilias oculi mei. In hebraeo aliter habet : ' Prohibebam suspectum oculorum meorum, constupebam et non loquebar '. Quod dicit, hoc est : considerans peccata mea, oculos ad caelum erigere non audebam. ' Peccatori enim dixit Deus : Utquid tu enarras justitias meas ? ' Propterea stupebam, timebam, loqui non poteram. Hoc iuxta hebraicum. *Anticipaverunt vigilias oculi mei.* Antequam aliquis vigilaret, ego vigilabam. Legimus et in Daniele : ' Et ecce, inquit, ir ' id est, vigil. ' Non dormitabit neque obdormiet, qui custodit Israhel '. Ergo monachus qui non vigilat, hunc versum non potest dicere. *Turbatus sum, et non sum loquutus.* Hoc est, quod dicit apostolus ' Sol non occidat super iracundiam vestram '. Turbatus sum, quasi homo ; non sum loquutus, quasi christianus. Iracundia coepit in corde meo, sed iracundiam in verba non protuli.

Cogitavi dies antiquos, et annos aeternos in mente habui. Quantum pro peccatis meis est, desperabam, et renuerat consolari anima mea. Coepi cogitare ab initio mundi, quando hominem fecit Deus, usque ad annum meum, ab Adam usque ad tempus meum.

Meditatus sum nocte cum corde meo, et scobebam spiritum meum. Non cogitabam de iracundia, non cogitabam de inimico meo ; sed tota mea cogitatio de Deo erat. Nox, quae solet esse vel ad quietem vel ad libidinem, mihi erat cogitatio de virtutibus. *Meditatus sum cum corde meo, et*

9 *constupebam*] *stubebam* G. 14 *ir*] *vir* β, C add. *v* sup. lin. 21 *renuerat*] *rennuerat* B. 24 *scobebam*] ABCG ; *scopebam* β ; *scubebam* S ; *scrutabam* L. 26 *esse*] om. BC.

3. *conturbatus sum*] Psalt. hebr. Hieronymi : ' recordans Dei conturbabar '.

7. *spiritus meus*] Ibid. ' loquebar in memetipso, et deficiebat spiritus meus '.

9. *non loquebar*] Ibid. ' prohibebam suspectum oculorum meorum, stupebam et non loquebar '.

11. *meas ?*] Ps. 49, 16.

14. *in Daniele*] 4, 10 καὶ ἰδοὺ εἲρ LXX. Hieron. in hunc loc. ' Pro *vigili* Theodotio ipsum Chaldaicum verbum posuit HIR... et de Domino dicitur *Non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel* ; epist. 75, n. 5 : ' servator et custos, de quo in psalmo scribitur *Non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel* ; ut HIR, qui interpretatur vigil, qui descendit ad Daniel, ad te quoque veniat ; ep. 109, n. 3 : ' Nos dicamus cum David *Non dormitabit n. d. q. c. Israel* ; ut veniat ad nos sanctus et AIR, qui interpretatur vigil ' etc.

15. *Israhel*] Ps. 120, 4.

18. *vestram*] Ephes. 4, 26.

scobebam spiritum meum : hoc est, fodiebam quasi agrum, ut ibi mitterem semen doctrinarum Domini.

Numquid in aeternum proiciet Deus? Haec erat tota cogitatio mea. Deus hominem fecit de terra, et repromisit ei vitam aeternam : quomodo ergo de paradiso eiectus est, de regno Dei? *Et non adiciet ut ei placeat adhuc? Aut in finem misericordiam suam abscidet a generatione et generatione?* Hoc est, utramque generationem proiciet, et prioris populi, et sequentis? Esto proiecerat Iudaeorum populum : numquid et gentium proiciet? *Aut continebit in ira misercordias suas?* Non potuit pulchrius dicere. Quam diu se teneat ut non misereatur, tamen vincit illum misericordia sua.

Et dixi, nunc coepi. In hebraeo aliter habet : ' Et dixi, inbecillitas mea ' hoc est, quod patior, non est de crudelitate Dei, sed de peccatis meis. *Haec mutatio dexterae Excelsi.* Ut Dominus misereatur, ut det gratiam suam universo mundo, ut non retineat in ira sua misericordias suas, haec mutatio dexterae Excelsi. Nisi dextera eius, hoc est, Filius ejus mutatus fuerit, et hominis corpus acceperit, nos misericordiam accipere non possumus. *Et dixi, nunc coepi: haec mutatio dexterae Excelsi.* ' Qui cum in forma Dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed exinanivit semetipsum, formam servi accipiens '.

Memor fui operum Domini: quae fecerat Moysi, quae fecerat sanctis. *Quia memor ero ab initio mirabilium tuorum: et meditabor in omnibus operibus tuis, et in adinventionibus tuis exercebor.* Tota mea cogitatio de virtutibus tuis est. Considero quomodo illis misertus es, et de me non despero.

Deus in sancto via tua. Quicumque ergo sanctus non est, via Dei in eo non est. Via Dei quae est? ' Ego sum via, et vita, et veritas. ' Hoc Salvator dicit. Via ergo Dei filius est. Via autem Dei non est nisi in sancto. Si volumus ut Xpistus habitet in nobis, simus sancti : Dei enim via in sancto

5 *eiectus*] *deiectus* C. ante *de regno* S inser. *et*, item C sed sup. lin. 8 *proiecerat*] βAB ; *proieceraet* G ; *proicerat* S. Legendumne *proiecerit*? 9 *in ira*] ACS add. *sua*. *pulchrius*] *pulcherius* L. 28 *Si*] SG ; om. βA.

1. *hoc est, fodiebam quasi agrum*] Hieron. ep. 106, n. 49 : ' pro eo quod nos diximus *scopebam*, illi (Septuaginta) posuerunt ἔσκαλλον... Proprie autem σκαλισμός in agricultura dicitur in sarriendo, id est sarculando ; et quomodo ibi quaeruntur herbae sarculo, quae secentur, sic et iste retractatum cogitationum suarum μεταφορικῶς a sarculo demonstravit '.

12. *inbecillitas mea*] Psalt. iuxta hebr. Hieronymi : ' et dixi : inbecillitas mea est haec '.

20. *accipiens*] Philipp. 2, 6. 7.

27. *et veritas*] Io. 14, 6.

est. *Quis Deus magnus sicut Deus noster?* Sicut enim 'sunt dii multi, et domini multi' (hoc loquitur apostolus. 'Deus stetit in synagoga deorum'. 'Ego dixi: dii estis, et filii Excelsi omnes'. Et ad Moysen 'Dedi te deum Faraonis): sancti dii dicuntur. Illi secundum gratiam dii, tu enim natura Deus es. *Tu es Deus qui facis mirabilia.* Non dixit, qui fecisti; sed, qui facis. Cotidie Deus facit mirabilia, et operatur, et Filius, et Spiritus sanctus. *Tu es Deus qui facis mirabilia.* Heri latro, hodie Xpistianus: heri fornicator, hodie continens: heri rapiebas aliena, nunc tua porrigis.

Notam fecisti in populis virtutem tuam. 'Xpistus Dei virtus et Dei sapientia': 'mysterium quod a saeculis fuerat absconditum'; nunc notam fecisti in populis virtutem tuam. *Redemisti in brachio tuo populum tuum.* 'Domine quis credidit auditui nostro? et brachium Domini cui revelatum est?' *Redemisti in brachio tuo populum tuum:* id est, in Xpisto. *Filios Iacob et Ioseph.* Utrumque populum, et Iudaeorum, et Xpistianorum: Iacob, in populo Iudaeorum, et Ioseph, in populo gentium. Denique Ioseph interpretatur lingua hebraea augmentum. Illi ergo praecesserunt, et nos adiuncti sumus: propterea dicitur 'filios Iacob et Ioseph'.

Viderunt te aquae Deus, viderunt te aquae, et timuerunt. Interim dicamus secundum litteram; haereamus terrae propter simpliciores. Quando populus transivit per mare Rubrum et per Iordanem, creatorem suum intellexerunt aquae, et populus non intellexit. *Et turbatae sunt abyssi.* 'Mare vidit, et fugit: Iordanis conversus est retrorsum'. *Multitudo sonitus aquarum.* 'Discusserunt nubes aquas' habet in hebraeo. *Vocem dederunt nubes.* Et hoc interpretantur, quando Deus visus est in Sina monte. *Etenim sagittae tuae perambulant: vox tonitrui tui in rota.* Et hoc interpretantur de fulgoribus et dicunt: Quando tonitruat Deus, similem vocem facit rotae. Videtis quomodo adhuc in terra haeream et loquar secundum litteram occidentem.

4 *Faraonis*] *pharaoni* CS. 12 *notam*] *notum* β, B mox mutat. in *notam.* 16 *in populo*] *populum* B. 23-25 Haec sic depravata in Breviario leguntur, ut vix possint intellegi. 26 *perambulant*] *perambulabunt* G; *perambulabant* β; *transeunt* C corr. in marg. 28 *adhuc in terra haeream*] *adhuc sum in terra hebrea* S!

2. *multi*] 1 Cor. 8, 5.
deorum] Ps. 81, 1.
3. *omnes*] ibid. v. 6.
4. *Faraonis*] Exod. 7, 1.
11. *sapientia*] 1 Cor. 1, 24.
absconditum] Col. 1, 26.
14. *revelatum est?*] Is. 53, 1.
17. *augmentum*] Lib. de nomin. hebr. M. 23, 825: 'Ioseph, augmentum'.
23. *retrorsum*] Ps. 113, 3.
24. *in hebraeo*] Psalt. iuxta hebr. Hieronymi: 'Excusserunt aquas nubila, vocem dederunt nubes'.

Adluxerunt coruscationes tuae orbi terrae. Hic quid facis, Iudaee? *In mari via tua et semitae tuae in aquis multis.* Et hoc fac aut de mari dici aut de Iordane. *Et vestigia tua non cognoscentur.* Hoc secundum litteram quomodo intellegis? Propter simpliciores secundum litteram diximus: revertamur ergo ad intellegentiam spiritalem. *Viderunt te aquae Deus.* Loquamur de Revelatione Iohannis. ' Aquae, inquit, multae populi multi sunt '. *Viderunt te aquae Deus.* Quae aquae? ' Et aquae, quae super caelos sunt, laudent nomen Domini '. *Viderunt te aquae Deus.* Quae aquae? Mentes et animae purae. *Viderunt te aquae, et timuerunt.* Timor non fuit de odio, sed de fide. *Et turbatae sunt abyssi.* Dicamus aliquid secundum intellegentiam spiritalem. In principio Geneseos scriptum est ' Et super aquas, inquit, ferebatur Spiritus '. Et deinde scriptum est ' Super abyssos, inquit, ferebantur tenebrae '. Videte ergo quid dicitur in principio Geneseos. Hoc secundum intellegentiam spiritalem. Super aquas, inquit, ferebatur Spiritus. Iam eo tempore baptismum significabatur. Non enim poterat esse baptismum sine Spiritu. Super abyssos vero tenebrae. Ista est abyssus, in qua daemones postulant, ne mitterentur ab Iesu. Super abyssos ergo tenebrae. In aquis erat munditia, in abyssis tenebrae. Quae sunt abyssi, me tacente intellegitis: quoniam daemones formidant ire in abyssum. *Vocem dederunt nubes.* Nubes, prophetae: quae Iudaeis tacuerunt, nobis loquuti sunt. *Vocem dederunt nubes. Etenim sagittae tuae transierunt.* Praedicatio sermonis Xpisti in universum orbem cucurrit. *Vox tonitrui tui in rota.* Tonitrus proprie grandis vox est. Denique eo tempore, quando Deus loquutus est ' Hic est Filius meus dilectus, in hoc mihi conplacui ', facta est vox tonitrui rotae similis. Denique

10 *turbatae*] *turbati* SG. 15 *significabatur*] βSG; *scificabatur* ABC. 18 *munditia*] *a* in rasura A; *munditiae* G; fortasse legendum *mundities.* 19 *abyssi*] *tenebrae abyssi* G. 20 *quae*] *qui* C. Hic locus in A sic corruptus legitur: *quae Iudaei tacuerunt, nubes locute sunt.* 22 *transierunt*] ex *transeunt* C; *transeunt* 2 m. in ras. A; *pertransierunt* G. 23 *Tonitrus*] βBS; *tonitruus* AG; *tonitruum* C. 25 *conplacui*] *conplacuit* C.

6. *multi sunt*] Apoc. 17, 15.

8. *Domini*] Ps. 148, 4. 5.

11 sqq. *Geneseos*] 1, 2.

16. *esse baptismum sine Spiritu*] Cf. Hieron. ep. 69, n. 6; contra Lucifer. n. 6 sq.

24. *quando Deus loquutus est ' Hic est filius* etc.] Immo neque baptismi (Matth. 3, 17) neque transfigurationis tempore (ibid. 17, 5), sed postquam Hierusalem Christus triumphans ingressus est, venit ista vox de caelo, qua audita turba ' dicebat tonitruum esse factum ' (Io. 12, 28. 29). Idem peccat Hieronymus ad Fabiolam scribens ep. 78, ubi de prima Mansione: ' Quod autem verba divina et eloquia scripturarum in istius saeculi et mundi rota tonitruus appellentur, psalmista declarat dicens *Vox tonitrui tui in rota.* Et Dei patris vocem in baptismo Salvatoris audientes tonitruum putaverunt '.

propterea scribitur 'Abyssus abyssum invocat in voce caractarum tuarum': hoc est, duo testamenta, novum et vetus. *Vox tonitrui tui in rota:* vox praedicationis tuae in rota. Propterea grandis vox dicitur, quia grandis est praedicatio. *Vox tonitrui tui in rota:* in toto orbe per circuitum. Non solum auditur in Iudaea: sed tu loqueris, et auditur in saeculum.

Hoc diximus generaliter: dicamus autem et specialiter de interiore homine. Rota modico quodam vestigio stat in terra, et non solum stat, sed quasi percurrit: non stat, sed tangit et praeterit; denique cum volvitur, semper ad altiora conscendit. Ita et sanctus vir, quoniam in corpore est, necessitatem habet aliqua de terrenis cogitare; et quando venerit ad victum et vestitum et cetera huiusmodi, habens victum et vestitum, his contentus est tangens terram, et ad altiora festinat. Ille qui currit et ad altiora festinat, in illo est sermo tuus. Legimus et in propheta 'Sancti lapides volvuntur super terram'. Videte quid dixit: Sancti lapides volvuntur super terram. Quoniam enim rotae sunt, propterea volvuntur super terram et ad altiora festinant. Vultis scire rotas plures? Legimus 'Et rota in rota'; legimus in Iezechiel 'Invicem sibi haerent rotae'. Duae rotae sunt novum et vetus testamentum. Ista rota in illa haeret, et illa in ista. Tamen videte quid dicitur in Iezechiel: 'Et quocumque, inquit, ducebat spiritus, illuc sequebantur et rotae'. Hoc et in Ecclesiaste dicitur, in consummatione mundi: 'Et involvetur, inquit, rota super lacum'. Multa sunt quae dicantur de rotis: sed ad reliqua festinat oratio.

Inluxerunt coruscationes tuae orbi terrae: apostolica praedicatio. *Commota est et contremuit terra.* Nisi terra nostra commota esset et conturbata, nos Xpistiani non essemus. *Commota est et contremuit terra.* Super nullum enim requiescit Spiritus Domini, nisi super humilem et quietum et trementem verba eius.

1 *cataractarum*] *catarectarum* C. 3 *Propterea grandis*] βSG; om. ABC. *dicitur*] *oritur* C. 5 *in saeculum*] *in saeculo* β. 7 *homine*] *animae* C. 9 *semper*] SG; om. βA. *conscendit*] *transcendit* β; *festinat et conscendit* L. *quoniam*] *quando* AC. 10 *aliqua*] *aliquam* B, C mutat. in *aliquid*. 12 *contentus est tangens terram et ad a. f.*] CL, βS coniunctionem *et* post *contentus est* reiciunt, ABG post *tangens*.

1. *tuarum*] Ps. 41, 8.
11-12. Cf. 1 Tim. 6, 8.
14. *terram*] Zach. 9, 16.
17-20. Ezech. 1, 16 sqq.
21. *Et involvetur*] Eccles. 12, 6 ubi Vulgata nostra legit *confringatur*. Sed audiendus Hieron. in hunc locum (M. 23, 1168): 'Quomodo enim... rota, per quam de lacu et puteis levantur aquae, si confracta fuerit vel, ut Septuaginta interpretes voluerunt, in suo funiculo *convoluta*, aquae usus intercipitur' etc.
22. *quae dicantur de rotis*] Et multa quidem iam scripserat S. Pater in comment. Ezechielis, quae fere ad verbum cum hocce tractatu conveniunt (M. 25, 28).
27. *verba eius*] Is. 66, 2.

In mari via tua; ubi fluctus, ubi amara aqua, ubi draco habitat, ubi pisciculi minuti haerent. *In mari via tua.* Qui eras in caelo, descendisti in terram. Secundum litteram possumus dicere: Eo tempore, quo eduxit Moyses, tu eras qui educebas. *In mari via tua.* Deinde possumus et secundum historiam aliter dicere: Maria tibi fuerunt via. Sed illud semel fecit; ceterum cotidie loquitur ad mare: 'Tace, obmutesce' Dominus te mitigat, ut nos per istud saeculum transire possimus. *In mari via tua.* Ille venit fons vitae, ut indulcoraret mare, mare amarum, mare Mortuum. Propterea iuxta Iezechiel egreditur de templo Domini fons aquae vivae, et vadit ad mare Mortuum, quod nihil habebat vivens. Nulli enim pisciculi esse poterant in mari Mortuo, nihil vivebat in mari Mortuo. De templo Domini, hoc est, de sinu ejus egressus est Salvator, et indulcoravit mare Mortuum et amaras aquas. *In mari via tua. Et semitae tuae in aquis multis.* Propterea in mari via tua, ut tu faceres viam, et sequerentur te apostoli tui. *Et semitae tuae in aquis multis.*

Et vestigia tua non cognoscentur: deduxisti sicut oves populum tuum. Bonus pastor deduxit sicut oves populum suum. *In manu Moysi et Aaron.* Hoc fecit secundum litteram: ceterum cotidie facit in nobis. *In manu Moysi,* id est, in lege (scimus autem quoniam lex spiritalis est): in lege spirituali. *Et Aaron:* hoc est, in sacerdotio. In lege tua spiritali, et in sacerdotio tuo spiritali nos deduxisti populum tuum. Hoc secundum litteram intellegamus de Moyse et Aaron. Eductus quidem est et Moyses et Aaron, sed non introductus in terram repromissionis. Successit ei Iesus. Videte quod scriptum est. Moyses mortuus in deserto est, Aaron mortuus est, Maria mortua est; et hoc est quod scriptum est in propheta 'Et percutiam, inquit, tres pastores in mense uno'. Illi mortui sunt: neque enim potuerunt intrare in terram repromissionis. Viderunt tantummodo contra terram repromissionis, et intrare non potuerunt. Iudaei viderunt terram repromissionis, et intrare non potuerunt. Mortui enim in deserto sunt, et cadavera eorum sunt in solitudine, eorum qui mortui

4 *Moyses*] βC; *Moysen* ABSG Cf. infra l. 22. 7 *istud*] *istum* C. 8 *ut indulcoraret*] BC; *qui indulcorarit* G; *ut indulcaret* S; *ut dulcoraret* β. 10 *habebat*] *habet* C. 11 *Mortuo*] *mortuae* C 1 m. 23 *ei*] βA 1 m. CSG; *eis* B, A sup. lin. 27 *tantummodo*] *tamen* C.

6. *obmutesce*] Marc. 4, 39.
9. *iuxta Iezechiel*] 47, 8 sqq.
19. *spiritalis est*] Rom. 7, 14.
20. *in sacerdotio*] Hieron. ep. 78, n. 2: 'Quod autem in manu Moysi et Aaron egressus scribitur, intellege legem et sacerdotium'.
26. *in mense uno*] Zach. 11, 8. Hieron. in hunc locum (M. 25, 1576): 'Nobis tres pastores, qui in uno mense succisi sunt, Moyses videtur, et Aaron, et Maria' etc.

sunt in deserto. Nos filii sub Iesu duce venimus ad Iordanem, et intravimus in terram repromissionis, et venimus ad Galgala, et secundo circumcisi sumus spiritali circumcisione, et ablatum est a nobis obprobrium Aegypti. Tunc ipse Iesus dux noster gladium tenet, et semper nos praecedit, et pugnat pro nobis, et vincit adversarios, et septem diebus circumimus Hiericho, hoc est, istum mundum. Canimus sacerdotalibus tubis, et circumimus Hiericho, hoc est, istum mundum, et cadunt muri eius, et nos ingredimur, et victores existimus. Deinde vincimus civitatem Gai: venimus postea ad Iebus, venimus ad Azor, venimus ad alias civitates; vincimus adversarios, quos sub Moyse vincere non potuimus. Gratias ergo agamus duci nostro Iesu: illo enim duce, illo pugnante nos vincimus. Ille imperavit soli ut staret, et stetit, et istius typo ille magnus erat: ille imperabat, sed Dominus efficiebat. Ille victor extitit: ille, quod frequenter dixi, in spelunca quinque reges interfecit: ille nos induxit in terram repromissionis. Illi agamus gratias; ille est filius Nun, quod nos legimus Nave: ille est qui dicebatur Osee, quod nos Ause legimus. Non enim dicitur secundum hebraicam veritatem Ause, sed Osee, hoc est salvator. Vere salvator: salvavit enim nos, et eduxit de deserto, et induxit in terram repromissionis.

DE PSALMO LXXVII.

Praecipit scriptura divina, quando ad divitis prandium invitati fuerimus, cum intellegentia mittamus manum nostram ad epulas. Igitur et nobis divitis prandium praepositum scripturarum est. Venimus in pratum,

4 *semper nos*] *super nos* G. 5 *diebus*] *dies* G. 7 *cadunt*] βB sup. lin.; *cadent* CSG, B 1 m. 9 *Gai*] C 1 m. SG (LXX Γαί. Cf. Hieron. De nom. hebr. et De situ et nom. loc. hebr. ap. Migne 23, 843. 947); *Hai* βC sup. lin.; *hai* B. *Azor*] *Segor* S. 11 *illo*] non repet. C. 14 *spelunca*] *spellunca* G. 15 *Nun*] om. C; *Non* B 1 m. 16 *Ause*] *Ausee* B. 20 *DE PSALMO LXXVII*] In Breviario col. 1107 sqq. quod tamen initio tantum quadrat cum nostris codicibus. 21 *fuerimus*] A inser. *ut* sup. lin. 23 *divitis*] *dives* βB. *praepositum*] *propositum* S, C 2 m. sup. lin.

16. *quod nos Ause legimus*] Quam temere Breviarii in psalmos Itali editores 'verum Hieronymum' heic cum nostro pugnare contenderint, etiam me tacente, lector, intelleges. Quid enim aliud, amabo te, his verbis S. Pater significat, nisi quod adversus Iovinianum lib. I, n. 21 et initio commentariorum in Oseam edocuit: prius nomen Iosue male in graecis codicibus et latinis Ause legi, in hebraeo autem Osee, id est, salvatorem rectius haberi?

22. *ad epulas*] Prov. 23, 1.

23 sqq. Hieron. in Zach. 14, 20: 'Hortus et paradisus, in quem sponsus descendit ad sponsam, sanctarum lectio scripturarum est: de quibus lilia et violas et rosas et varia decerpit aromata'.

habet flores plurimos: hinc rosa rubet, inde candent lilia, diversi flores sunt. Anima nostra huc illucque trahitur, unde flores pulchriores capiat. Si rosam colligimus, lilium relinquimus; si lilium tulerimus, violae nobis supersunt. Ita et in septuagesimo septimo psalmo, qui mysticus est et sacramentis plurimis involutus, quamcumque aspexeris litteram, flores sunt, flores diversi, et non possumus totos eligere. Eligamus autem omne quod possumus: ex paucis potest et cetera florum dignitas contemplari.

Intellectus Asaph. Hoc titulo praenotatur. Ipse nos titulus ad intellegentiam provocat. Asaph unus fuit de chorodidascalis, sicut fuerunt et filii Chore, et Idithun, et ceteri. Ergo de ceteris chorodidascalis et iste unus est propheta. Quia ergo intellectus est simplex, et in psalmo narratur historia: necessitate conpellimur omne, quod scriptum est, secundum intellegentiam intellegere. Scriptum est *In terra Aegypti, in campo Taneos: interrupit mare, et eduxit eos: statuit aquas quasi in utrem: et eduxit eos in nube diei, et tota nocte in inluminatione ignis* et cetera. Videmus quia simplex narratur historia. Si ergo sic intellexerimus ut scriptum est, sine causa titulus praenotatus est 'Intellectus Asaph'. Sin autem intellexerimus ut titulus praenotatur, necessitate conpellimur aliud in littera habere, aliud in spiritu reperire.

Adtendite populus meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei. Aperiam in parabolis os meum, eloquar propositiones ab initio. Videtis quia bene supra scriptum est 'Intellectus Asaph'. Denique et ipsa prophetia sic incipit: Adtendite populus meus legem meam: non Moysi legem, sed legem meam. *Inclinate aurem vestram in verba oris mei.* Hoc est, quod dicit in evangelio 'Qui habet aures audiendi, audiat'. *Aperiam in parabolis os meum:* vobis aperiam quod Iudaeis clausum est, vobis aperiam in parabolis os meum. 'Et sine parabola, inquit, non loquebatur eis'; discipulis autem suis secreto solvebat parabolas. *Aperiam in parabolis os meum:* quod illis in parabolis loquor foris, vobis intrinsecus aperiam. *Eloquar propositiones ab initio.* Pro propositionibus in hebraico habet 'aenigmata'. Ergo omne, quod dicitur, aenigma est.

3 *colligimus*] *tollimus* SG. 6 *omne*] *totum* G. 8 *hoc*] *huic* A. 9 *chorodidascalis*] *choro magistrorum* S. 18 sq. *aliud in l. h. a. i. s. reperire*] *omne quod scriptum est secundum intellegentiam intellegere* ABC repet. ex lin. 12 supra. 20 *populus*] *populae* G. 21 *parabolis*] βAS; *parabulis* G; *parabola* C; *parabolam* B. Graeca psalterii exemplaria similiter variant: ἐν παραβολαῖς Vatic. ἐν παραβολῇ Sin*. *eloquar*] BCS; *et loquar* β; *loquar* G. 23 *ipsa*] βSG; *in ipsa* BC; *ipse* A. *prophetia*] *prophetiam* A. *Adtendite*] G add. *ad me*. *meus legem*] *meus in legem* G. 26 *clausum*] *clusum* G.

25. *audiat*] Luc. 8, 8.
28. *eis*] Marc. 4, 34.
31. *habet 'aenigmata'*] Psalt. iuxta hebr. Hieron. 'loquar aenigmata antiqua'.

Aenigma non est hoc quod dicitur, sed aliud quod significatur aenigmate.

Dicat mihi aliquis: Vim facis scripturae; cum enim titulus habet 'Intellectus Asaph' tu mihi ex persona Xpisti interpretaris hoc dictum. Si Xpistiani sumus (sumus autem Xpistiani, qui Xpisti baptismum accepimus, et non solum confitemur, sed et profitemur) quia sumus Xpistiani, debemus credere evangelistis. Scriptum est in evangelio secundum Matthaeum 'Cum, inquit, locutus fuisset Dominus noster atque Salvator in parabolis, et illi non intellegerent' et cetera quae scripta sunt in evangelio. Et postea evangelista quid intulit? 'Haec omnia, inquit, facta sunt, ut impleretur illud quod scriptum est: Aperiam in parabolis os meum, eloquar propositiones ab initio'. Vides ergo quod evangelista Matthaeus hoc ex persona Xpisti intellegit. Cum enim induxisset Dominum dicentem in parabolis, et illi non intellegerent: Hoc, inquit, factum est, ut impleretur quod scriptum est, Aperiam in parabolis os meum, eloquar propositiones ab initio.

Videtur nobis nihil remansisse quaestionis, sed diligenter adtendite: studii enim mei est, non declamare more rhetorico, sed scripturarum sensum capere. Denique et Dominus atque Salvator quid dixit? 'Scrutamini scripturas, et ibi invenietis quomodo de me scriptum est'. Et aliud dixit Iudaeis: 'Erratis nescientes scripturas neque virtutem Dei'. Videte quid dicat. Erratis. Quare? Nescientes scripturas. Quoniam autem nescitis scripturas, propterea nescitis Xpistum, qui est Dei virtus et Dei sapientia. Dicitur ergo in Matthaeo 'Haec, inquit, facta sunt, ut impleretur quod scriptum est in Asaph propheta'. Sic invenitur in omnibus

1 *aenigmate*] G; *in aenigmate* S; om. β. 3 *interpretaris*] *interpretantis* G. *dictum*] β repet. *ex persona Xpisti interpretemur hoc dictum.* 4 *qui*] βAB; *quia* CSG. 10 *facta sunt*] *facta est* G. 12 *intellegit*] BCG; *intellexit* βS. 18 *sensum capere*] CSG; *sensus aperire* βAB. 23 *ut impleretur quod scriptum est in Asaph propheta*] Verba haec accepi ex Breviario; in nostris codd. desunt, hinc quoque fortasse ab iis, quos 'ignorantes' noster appellat, hominibus expuncta.

1. *significatur aenigmate*] 'Nulli enim dubium, aenigma et parabolam aliud proferre in verbis, aliud tenere in sensibus'. (Hieron. in Ezech. 17, 1 sqq.)

6. *secundum Matthaeum*] 13, 34 sq.

17. *non declamare*] Cf. supra p. 18, l. 27.

19. *scripturas*] Io. 5, 39.

20. *Dei*] Matth. 22, 29.

22. *Dei sapientia*] 1 Cor. 1, 24. Hier. Prolog. comment. in Is. (M. 24, 17): 'oboediens Christi praeceptis, qui ait *Scrutamini scripturas* et *Quaerite et invenietis*, ne illud audiam cum Iudaeis *Erratis nescientes scripturas neque virtutem Dei*. Si enim iuxta apostolum Paulum Christus Dei virtus est Deique sapientia, et qui nescit scripturas nescit Dei virtutem eiusque sapientiam, ignoratio scripturarum ignoratio Christi est'.

24. *in Asaph propheta*] Hieron. in Matth. 13, 35: 'Legi in nonnullis codicibus, et studiosus lector forte reperiet idipsum, in eo loco ubi nos posuimus et

veteribus codicibus, sed homines ignorantes tulerunt illud. Denique multa evangelia usque hodie ita habent ' Ut impleretur quod scriptum est per Esaiam prophetam : Aperiam in parabola os meum, eloquar propositiones ab initio '. Hoc Esaias non loquitur, sed Asaph. Denique et inpius ille Porphyrius proponit adversum nos hoc ipsum, et dicit : ' Evangelista vester Matthaeus tam inperitus fuit, ut diceret, quod scriptum est in Esaia propheta, Aperiam in parabola os meum, eloquar propositiones ab initio '. Ergo simpliciter dicamus : quomodo illud in evangelio scriptum est, scriptum est in Matthaeo et Iohanne quod Dominus noster hora sexta crucifixus sit, rursum scriptum est in Marco quia hora tertia crucifixus sit. Hoc videtur esse diversum, sed non est diversum. Error scriptorum fuit : et in Marco hora sexta scriptum fuit, sed multi pro ἐπισήμῳ graeco putaverunt esse gamma. Sicut enim ibi error fuit scriptorum, sic et hic error fuit scriptorum, ut pro Asaph Esaiam scriberent. Nescientes enim (quia prima ecclesia de inperitis congregata fuit gentibus) ergo cum legerent in evangelio ' Ut impleretur quod scriptum est in Asaph propheta ' ille qui primus scribebat evangelium coepit dicere : Quis est iste Asaph propheta ? Non erat notus in populo. Et quid fecit ? ut dum errorem emendaret, fecit errorem. Dicamus aliquid simile, et in alio loco in evangelio secundum Matthaeum, quando Iudas retulit triginta argenteos, et noluerunt accipere sacerdotes nec mittere in corbanan, quoniam erat pretium sanguinis : et emerunt inde agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Pretium Xpisti sepultura nostra est : et vocatur ager ille Acheldemach, quod est ager sanguinis. Sanguinis ager Iudaeorum, sed

5 *ipsum*] *ipsud* C. 7 *ab initio*] SG add. *saeculi*. 8 *in evangelio scriptum est*] β inser. *sic*. 12 pro ἐπισήμῳ] *pro episemo* S ; pro *episomo* ABCG ; *episemum* β. 13 *sic et hic error fuit scriptorum*] Haec verba cod. S unus servavit. 14 *Nescientes*] SG ; *nescimus* A ; *scimus* βBC. 15 *prima*] *plurima* BC ; *plurimum* A. *gentibus*] *gentilibus* A. 17 *primus*] *primum* S. 24 *Iudaeorum*] *non Iudaeorum* βS.

vulgata habet editio *ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem*, ibi scriptum *per Isaiam prophetam dicentem*. Quod quia minime inveniebatur in Isaia, arbitror postea a prudentibus viris esse sublatum. Sed mihi videtur in principio ita editum : *Quod scriptum est per Asaph prophetam dicentem*... et primum scriptorem non intellexisse Asaph, et putasse scriptoris vitium, atque emendasse nomen Isaiae, cuius vocabulum manifestius erat '. Cf. Euseb. comment. in hunc psalm. Patr. Gr. 23, 901. Ceterum in multis hodie codicibus Isaiae nomen legitur, ne in uno quidem Asaph.

9. *in Matthaeo*] 27, 45.
et Iohanne] 19, 14.
10. *in Marco*] 15, 25.
13. *putaverunt esse gamma*] Inverso ordine ad Marcum transfert Hieronymus, quae de Io. 19, 14 Eusebius in ' Quaestionibus ad Marinum ' prius tradiderat. Cf. Patr. Gr. 22, 1009.
20. *secundum Matthaeum*] 27, 6 sqq.

nostra sepultura est. Nos enim peregrini fuimus et advenae, non habebamus ubi requiescere. Ille crucifixus est et mortuus, et nos cum illo consepulti sumus. Ut conpleretur, inquit, quod scriptum est in Hieremia propheta. Retulit, inquit, triginta argenteos, pretium quod scriptum est, et cetera. Sicut scriptum est, inquit, in Hieremia propheta. Hoc in Matthaeo scriptum est. Requisivimus in Hieremia, hoc penitus invenire non potuimus : sed invenimus illud in Zacharia. Videtis ergo, quia et hic error fuit, sicut ibi.

Quanta audivimus et cognovimus ea. Hos versiculos ' Adtendite populus meus legem meam ' usque in istum versiculum ' Eloquar propositiones ab initio ' ex persona Xpisti dicuntur, ipse Salvator loquitur. Iam ceteros versiculos usque ad finem psalmi ex persona apostolorum debemus accipere. Dicente ergo Domino ' Inclinate aurem vestram ad verba oris mei ': o apostoli, quod, inquit, audistis in secreto, praedicate super tecta : quid dicunt apostoli ? *Quanta audivimus et cognovimus ea, et patres nostri narraverunt nobis.* Haec domine, quae tu nobis loqueris, et patres nostri patriarchae et prophetae locuti sunt nobis. *Et patres nostri narraverunt nobis. Non sunt occultata a filiis eorum in generationem alteram.* Propterea illi locuti sunt, ut nos filii eorum sciremus. *Et legem posuit in Israhel. Quanta mandavit patribus nostris.* Ille carnaliter haec locutus est, sed nos ea spiritaliter intellegimus. *Ut nota facerent ea filiis suis :* hoc est nobis. Propterea illis locutus est, ut nobis proderent.

Filii qui nascentur et exsurgent, et narrabunt ea filiis suis. ' Pro patribus, inquit, tuis nati sunt tibi filii '. Nos filii sumus illorum. Illi nobis narraverunt, et nos narravimus filiis nostris : filii eorum nos sumus.

Ut ponant in Deum spem suam. Ut iam non credant in idola, sed in Deum credant. *Et non obliviscantur operum Dei.* Ut videant ordinem creaturae, et ex creatura intellegant Creatorem. *Et mandata eius exquirant.* Non contemnant sicut Iudaei, sed exquirant sicut Xpistiani.

9 *Hos versiculos*] *Hi versiculi* β. 12 *ad*] *in* SG. 14 *o apostoli, quod, inquit*] *apostoli quid inquid* G ; *o inquid apostoli quod* S. 16 *quae*] om. G. 18 *in generationem alteram*] C (gr. εἰς γενεὰν ἑτέραν) ; *in generatione altera* BSG. 19 *sciremus*] *esseremus* G. 20 *Ille*] codd ; *illis* β. *haec*] CGS ; om. βAB. *locutus est*] codd ; *locuti sunt* β. 22 *proderent*] *prodessent* SG. 23 *nascentur*] *nascuntur* SG. *ea*] S (gr. αὐτά) ; om. βAG. 25 *narravimus*] *narrabimus* (*b* ex *u* ?) A ; *narramus* S. *filii eorum*] *filii filiorum* S. 27 *operum*] *opera* βAS ; *operam* G.

1. *Nos enim peregrini*] Hieron. in Zach. 11, 12 sq : ' Nos enim omnes, qui peregrini et advenae legis fuimus, redempti pretiosissimo eius sanguine, in domo figuli creatorisque omnium sepelimur et requiescimus '.

7. *in Zacharia*] Hieron. in Matth. 27, 9 : ' Hoc testimonium in Ieremia non invenitur, in Zacharia vero... ' etc.

14. *tecta*] Matth. 10, 27.

24. *filii*] Ps. 44, 17.

Ne fiant sicut patres eorum. Ne murmurent, sicut murmuraverunt quidam in deserto, et perierunt; ne sic murmurent sicut Iudaei, et pereant in deserto. *Generatio prava et exasperans.* Non ego hoc loquor: propheta tuus hoc loquitur de te. *Generatio prava et exasperans.* 'Generatio adultera et pessima signum quaerit, et signum non dabitur ei, nisi signum Ionae'. Quare dixit, prava? Quia facti sunt in arcum perversum. Arcus enim numquam extenditur in eum qui se mittit, sed contra adversarios. Ista autem generatio cum esset recta a Deo condita, et haberetur in manu Dei quasi arcus, ut mitteret per eam sagittas, versa est quasi arcus perversus, blasphemantes in Creatorem suum.

Generatio quae non direxit cor suum. Usque hodie perversus est Israhel. *Et non est directus cum Deo spiritus eius.* Quoniam non recepit Filium, propterea non recepit Spiritum sanctum. Denique Spiritus sanctus, quando descendit in specie columbae, non descendit super turbas Iudaeorum, sed super unum Iesum. Si vis ergo, Iudaee, Spiritum accipere, crede in Iesu: quoniam Spiritus sanctus sedet in Iesu.

Filii Efraim intendentes et mittentes arcum. O quanta mysteria, o quanti flores. Non dico dies, sed totus mensis ad intellegentiam istius psalmi non potest sufficere. In singulis verbis sensus sunt. Habemus et thesaurum in vasis istis fictilibus. Multi hoc interpretantur de corpore et Spiritu sancto: hoc est, habemus thesaurum in vasis fictilibus. Est quidem et ista intellegentia. Sed ista multo melior est, quoniam habemus thesaurum pretiosissimum in vasis fictilibus, hoc est in verbis rusticis scripturarum. *Filii Efraim intendentes et mittentes arcum, conversi sunt in die belli. Non custodierunt testamentum Dei, et in lege eius noluerunt ambulare. Et obliti sunt benefactorum eius, et mirabilia eius quae ostendit eis.* Legimus in Regnorum libris, quoniam sub Roboam filio Salomonis Hieroboam filius Nabat scidit populum a reliquo populo, et decem tribus duxit in Samariam. Iudae vero tribus et Beniamin remanserunt sub imperio Roboam: et multi de tribu Levi, qui habitabant in Hierusalem sacerdotes et levitae, sicut scriptum est in Paralipomenon, reversi sunt ad templum Dei, hoc est in Hierusalem. Tres ergo tribus fuerunt, hoc est in Iudaea: Iuda ipsa

3 *loquor*] *locor* S; *loquar exasperans* G. 8 *facti sunt*] *factus sunt* G; *facta est* S. 12 *directus*] codd; *creditus* β. 15 *Iudaee*] *Iudaea* AC. *Spiritum*] C add. *sanctum*. 17 *Efraim*] scripsi; *Ephraim* β; *Effrem* ABCG; *Ephrem* S: nullus codex sibi constat. *quanti*] *quantae* B. 19 *et*] ante 'thesaurum' om. BC. 27 *filio*] *filium* BC. 32 *in Iudaea*] C; *in Iuda* SG; *Iuda* βB.

2. *et perierunt*] 1 Cor. 10, 10.
5. *Ionae*] Matth. 16, 4.
6. *perversum*] Ps. 77, 57.
20. *fictilibus*] 2 Cor. 4, 7.
26. *in Regnorum libris*] 3 Reg. c. 12.
31. *in Paralipomenon*] 2 Par. 11, 13.

regalis tribus, et Beniamin, et postea levitae, ubi venerant de diversis tribubus ad templum. Qui ergo erant in Samaria, de tribu Efraim habebant regem. Quomodo enim qui regnabant in Iudaea, habebant regem de tribu Iuda et de genere David: sic et qui regnabant in Samaria, habebant regem de tribu Efraim, et reges eorum vocabantur Efraim. Legamus Osee prophetam, et omnem prophetiam ejus contra Efraim reperimus; et dicitur ibi ' Efraim, inquit, factus est quasi columba insipiens '. Vide quid dicat, columba insipiens. Reliquit templum, et habitat in silvis. Columba enim semper in domibus habitat. Efraim vero columba mea reliquit templum, reliquit domum, et habitat in silvis, habitat in desertis.

Hoc interim secundum litteram; debemus enim et historiam ponere. Nunc vero post litteram quasi per quosdam gradus debemus ad maiora conscendere. Dicamus ergo filios Efraim omnes esse haereticos. Et isti enim recesserunt de domo Dei, et isti dimiserunt David et regnum David, et habitant in desertis. Et dicuntur quidem columbae, quia legunt et ipsi scripturas, sed insipienter intellegunt. Multa sunt quae dicantur. *Filii Efraim intendentes et mittentes arcum.* Vide omnes haereticos: qui dereliquerunt Hierusalem, qui dereliquerunt templum Dei, qui habitant in Samaria, ubi fecerunt vitulos aureos? In Bethel et in Dan. Et vide quid dicat: fecerunt vitulos aureos in Bethel, in domo Dei. In domo Dei idolatrae facti sunt. Et fecerunt illud in Dan, hoc est, in iudicium suum et in condemnationem. Dereliquerunt domum Domini, et nihil aliud nisi de auro cogitant. Dicat aliquis: Quare fecerunt vitulos aureos? Noster thesaurus repositus est in vasis fictilibus. Ecclesiastici enim rustici sunt et simplices: omnes vero haeretici Aristotelici et Platonici sunt. Denique ut sciatis quoniam omnis eloquentia saecularis aurum dicitur, hoc est, quoniam lingua eorum quasi propter splendorem aurum dicitur: ' Calix aureus Babylon in manu Domini. ' Videte quid dicat, Babylon confusionis. Ergo mundus iste calix aureus est. De hoc calice aureo omnes gentes propinantur.

Filii Efraim intendentes et mittentes arcum. Quemcumque videris hae-

3 *in Iudaea*] *in Iuda* G. 21 *idolatrae*] AS; *idololatrae* β; *idolatriae* CG; *idolatria* B. *facti*] βB; *factae* CGS. 28 *splendorem*] S add. *eloquii*. *aurum*] CSG; *auri* βAB. 29 *confusionis*] *confusio interpretatur* S.

7. *insipiens*] Os. 7, 11.
20. *et in Dan*] 3 Reg. 12, 29.
25. *fictilibus*] 2 Cor. 4, 7.
29. *Domini*] Ierem. 51, 7. Cf. Hieron. in Ion. 3, 6 sqq. (M. 25, 1198): 'deposito fulgore eloquentiae et ornamentis ac decore verborum, totos se simplicitati et rusticitati tradere... Unde et de Babylone in Ieremia dicitur *Calix aureus Babylon inebrians omnem terram.* Quem non inebriavit eloquentia saecularis? ' etc.

reticorum, omnes superstitiones habent. *Conversi sunt in die belli.* Nesciunt eum qui dixit ' Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis ', sed ad verba sunt praeparati. Habent verba ; sed audiant illud quod scriptum est : ' Dissipa gentes quae bella volunt '. Dicat aliquis, nostram esse sententiam. Videamus consequentia.

Non custodierunt testamentum Dei, et in lege eius noluerunt ambulare, et obliti sunt benefactorum eius. Consurrexerunt contra eum qui eos regeneravit in baptismate. *Et mirabilia eius quae ostendit eis : coram patribus eorum quae fecit mirabilia.* Videte sensum scripturarum, quomodo de filiis Efraim venit ad historias praeteritas ; ut illud quod scriptum est ' Aperiam in parabola os meum, eloquar propositiones ab initio ' parabolice dictum ostendit.

Coram patribus eorum quae fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo Taneos : interrupit mare, et perduxit eos : statuit aquas quasi in utrem, et deduxit eos in nube diei. Dicat aliquis : Vim facis scripturae : simpliciter enim dicitur de populo Israhel, quando eductus est de terra Aegypti, et propterea secundum historiam dicitur ; et legimus decem tribus quoniam reliquerunt Deum, et idolatrae effecti sunt, et quia secuti sunt vitulos aureos. Videamus Asaph propheta quo tempore fuerit. Utique illo tempore, quando fuit David. Sub David autem necdum decem tribus separatae erant. Regnavit David quadraginta annis : rursum Salomon aliis quadraginta annis : post octoginta annos sub Roboam postea scissae sunt decem tribus. Vides ergo, quod dicitur, non dicitur decem tribus, sed de haereticis prophetatur.

Coram patribus eorum quae fecit mirabilia. Obliti ergo haeretici patris sui, quae fecit mirabilia in terra Aegypti, in tenebris istius saeculi, quomodo illos liberavit, in ecclesia renati sunt, et postea ubi nati sunt, displicet eis ecclesia. *In terra Aegypti, in campo Taneos :* ubi idolatria, ubi rex Aegypti,ubi equites Aegypti, ubi Iannes et Mambres adversarii Moysi,ubi idolatria. Nos omnes eramus in Aegypto, et a Domino liberati sumus.

Interrupit mare, et perduxit eos. Ambulavit Dominus super mare, et

5 *consequentia*] βG ; *sequentia* S ; *consequentiam* BC. 7 *benefactorum* βS ; *benefi*(ex *a*)*ciorum* G ; *beneficiis* BC ; *beneficii* A. 8 *mirabilia* ABCS ; *mirabilium* βG. 12 *ostendit*] βBSG, AC 1 m ; *ostendat* AC 2 m. 14 *in utrem*] CSG ; B om *in* ; *in utre* βA. 18 *idolatrae*] *idolatri* B mutat. in *idolatres* ; *idolatriae* CSG. Cf. supra p. 63, l. 21. *quia*] S ; *quasi* βACG ; om. C. 22 *scissae*] *scise* C corr. G ; *abscisae* S. 23 *dicitur decem tribus*] SGB ; *de decem tribubus* βC. 25 *Obliti*] AS add. *sunt.* *ergo*] β add. *sunt.* 26 *quae*] C ; *qui* βABSG. 28 *Iannes*] S ; *Iamnes* βC ; *Iamnis* G. 31 *perduxit*] G (gr. διήγαγεν) ; *eduxit* βAS.

3. *vobis*] Io. 14, 27. 4. *volunt*] Ps. 67, 31.

fluctus maris mitigavit, et nos perduxit. *Interrupit mare, et perduxit eos.* Usque hodie, o monache fidelis, quando educeris de Aegypto, interrumpitur mare, et sic educeris. *Statuit aquas quasi in utrem.* In hebraico non habet utrem, sed acervum.

Et deduxit eos in nube diei. ' Ecce Dominus venit in Aegyptum in nube levi '. Nubem levem, aut proprie Salvatoris corpus debemus accipere, quia leve fuit et nullo peccato praegravatum est : aut certe nubem levem debemus sanctam Mariam accipere, nullo semine humano praegravatam. Ecce Dominus venit in Aegyptum saeculi istius super nubem levem, Virginem.

Et deduxit eos in nube diei. Pulchre dixit, diei : nubes enim illa non fuit in tenebris, sed semper in luce. *Et tota nocte in inluminatione ignis.* ' Et tenebrae non sunt absconsae a te : sicut lux tibi, ita et nox tibi '. *Et tota nocte in inluminatione ignis.* ' Dominus noster ignis consumens est '. Ignis consumens. Non dixit, quid consumens : nobis intellegentiam dereliquit. Qui super fundamentum Xpisti aedificaverunt lignum, faenum, stipulam, Dominus illis ignis consumens est. Ignis duplicem habet naturam : et lucet, et urit. Si peccatores sumus, incendit : si iusti, lucet nobis.

Interrupit petram in deserto. Interrupta nobis est petra in heremo. Percussa est petra, et fluxerunt aquae : illa petra, quae dicit ' Qui sitit, veniat et bibat ' ; de cuius ventre fluxerunt flumina. *Et adaquavit eos velut in abysso multa.* In deserto, ubi aqua non erat, abundantia nobis aquarum facta est.

Multa sunt quae dicantur, et infinitus est psalmus, et tempore exclu-

3 *in utrem*] CSG ; *in utre* βA ; *utrem* (om. *in*) B. 13 *absconsae*] *absconditae* SG. 15 *quid consumens*] *quid consumat* S. 22 *in abysso multa*] *abysus multa* SG Psalt. Rom. 25 *Multa sunt quae dicantur* etc] Haec conclusio tractatus nusquam, nisi fallor, edita est.

4. *sed acervum*] Psalt. hebr. Hieron. ' et stare fecit aquas quasi acervum. '

6. *levi*] Is. 19, 1.

8. *praegravatam*] Hieron. in Is. 19, 1 : ' Ascendit Dominus super nubem levem, corpus sanctae virginis Mariae, quod nullo humani seminis pondere praegravatum est : vel certe corpus suum, quod de Spiritu sancto conceptum est. '

13. *tibi*] Ps. 138, 12.

14. *consumens est*] Deut. 4, 24 ; Hebr. 12, 29.

15. *nobis intellegentiam dereliquit*] Hieron. ep. 48, n. 19 : ' nobis intellegentiam derelinqui ' ; Adversus Iovin. 1, 16 : ' nobis intellegentiam derelinquens ' etc.

17. *stipulam*] 1 Cor. 3, 12.

22. *bibat*] Io. 7, 37. 38.

25. *Multa sunt quae dicantur*] Longe aliter pergit Breviarium, in quo et de Pauli apostoli ' decem epistulis ' sermo est, et Chami nomen ' calliditas ' latine exponitur.

dimur. Oremus autem Dominum, ut et nobis interrumpat mare, ut et nobis petra fluat aquas, ne et nostra cadavera pereant, et iaceant cum populo in deserto. Scitis enim quoniam cadavera patrum nostrorum usque hodie iacent in deserto. Credite mihi: quotienscumque video synagogas, semper illud habeo in mente, quod dicitur ab apostolo, quoniam non debemus exultare super olivam cuius fracti sunt rami, sed timere; quoniam si rami naturales praecisi sunt, quanto magis nos, qui inserti sumus de oleastro, timeamus ne fiamus sicut patres nostri 'generatio prava et exasperans, generatio quae non direxit cor suum, et non est creditus cum Deo spiritus eius'. Quoniam non habent spiritum Dei, propterea mortui sunt, et iacent cadavera eorum in deserto. Ego synagogas eorum nihil aliud intellego, nisi sepulcra in deserto. Lege libros veteres. Oremus autem Dominum, ut et ista sepulcra resurgant. Si enim filii Abrahae facti sunt lapides, filii Adam, qui mortui sunt, possunt resurgere, si voluerit Iesus. Licet enim mortui sunt et iacent in sepulcra, etiamsi quatriduani sunt, etiam si foetent, potest eis dicere Iesus: 'Lazare, veni foras.'

DE PSALMO LXXVIII.

Quoniam pauperes facti sumus. Quoniam tu pauper pro nobis factus es, propterea et nos pauperes facti sumus. 'Oratio pauperis cum anxiatus fuerit, et effuderit orationem suam coram Domino'. Quoniam tu pauper factus es, cum esses dives, et nos pauperes facti sumus.

Adiuva nos, Deus salutaris noster. In hebraico habet 'Adiuva nos, Deus Iesus noster'. Ubicumque enim salvator est, ibi in hebraico Iesus habet. Denique Gabriel quando venit ad Mariam: 'Et vocabis eum, inquit, Iesum: iste enim salvum faciet populum suum'. *Adiuva nos, Deus Iesus noster.* Videte quid dicat 'adiuva'. Qui dicit 'adiuva', et ipse liberari conatur: neque enim dormientes nos Deus adiuvat, sed laborantes.

8 *oleastro*] *oleastro?* A. *fiamus*] *efficiamur* S. 12 *libros*] BS; *et libros* C; *et libris* G. 14 *facti sunt*] *facti sumus* G. 15 *sepulcra*] G; *sepulchra* BLS; *sepulchris* C. Verba quietis cum praepositione εἰς coniuncta interdum in novo testamento leguntur, ut Matth. 2, 23; Marc. 2, 1; Luc. 11, 7; Act. 8, 40 etc. 18 *DE PSALMO LXXVIII*] Edit. ad calcem Breviarii. Migne 26, 1365. 19 *sumus*] S add. *nimis*. 20 *anxiatus*] *anxius* G. 21 *pauper*] G add. *nobis*. 24 *Deus*] CS; om. µBG.

5. *ab apostolo*] Rom. 11, 17. 18.
17. *foras*] Io. 11, 43. Cf. supra p. 43, l. 11.
21. *Domino*] Ps. 101, 1.
22. *dives*] 2 Cor. 8, 9.
24. *Iesus noster*] Psalt. iuxta hebr. Hieron. 'Auxiliare nobis, Deus Iesus noster.'
25. *Gabriel q. v. a. Mariam*] Immo 'Angelus Domini' quando venit ad Ioseph, Matth. 1, 21. Cf. tamen Luc. 1, 31.

Propter gloriam nominis tui Domine libera nos: quoniam vocatum est nomen tuum novum super nos, quod benedicitur in gentibus. *Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.* Tu salvator, tu Xpistus, et nos Xpistiani: miserere nobis propter nomen tuum.

Introeat in conspectu tuo gemitus conpeditorum. Hoc solent dicere qui secuntur Origenis dogmata: Gemitus conpeditorum, hoc est angelorum, qui conpediti sunt, inquiunt, in corporibus. Quo modo enim si mittantur conpedes in pedibus, degravant corpus, et currere non sinunt; sic et corpora nostra includunt animas, hoc est angelos, et degravant in terra. Et hoc quibus verbis adprobant? 'Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?' Et illud quod dicit 'Cupio dissolvi et esse cum Xpisto', reverti et esse cum Xpisto. Videte, inquit, quid dicat apostolus. Quicumque dicit, Cupio reverti, utique illuc dicit, ubi ante fuerat. *Introeat in conspectu tuo gemitus conpeditorum.* Ego vero simpliciter rusticana simplicitate et ecclesiastica ita tibi respondeo: ita enim apostoli responderunt, sic sunt locuti, non verbis rhetoricis et diabolicis: 'Melius est enim reverti et esse cum Xpisto'. Quia sic habet in graeco; non habet 'dissolvi' sed 'reverti'. Reverti, et esse cum Xpisto. Ubi Adam fuit pater meus, ibi et ego esse desidero; unde ille eiectus est, ego reverti cupio. In Adam omnes nos de paradiso eiecti sumus. *Introeat in conspectu tuo gemitus conpeditorum.* Quare enim hoc non simpliter intellegam dictum esse de martyribus, qui inclusi sunt in carceribus? Quanti enim et in metallis missi sunt? Ego vero dico, quia illorum conpeditorum vere exaudiat vocem Deus.

Secundum magnitudinem brachii tui posside filios mortificatorum. Nos omnes, si tamen meremur, filii martyrum sumus. Apostolus quando in carcere erat, conpeditus erat: apostoli omnes quando in carceribus erant, conpediti erant: omnes martyres qui interfecti sunt in carceribus, conpediti erant. Propterea nunc dicitur, Posside filios mortificatorum.

Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum. Mihi videtur quod non

11 *dissolvi*] Haec vox in A erasa est, et pro ea verbum *reverti* sup. lin. scriptum. 12 *reverti*] *sive reverti* S.

6. *Origenis*] 'In libris enim περὶ Ἀρχῶν, teste Hieronymo (Contra Io. Hierosol. n. 17), et angelos... dicit animas esse eorum corporum, quae vel desiderio vel ministerio susceperint.'

11. *huius?*] Rom. 7, 24.

cum Xpisto] Philipp. 1, 23.

17. *non habet* dissolvi, *sed* reverti] Hieron. in Ephes. 1, 3: 'Et in alio loco *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et *Melius est reverti et esse cum Christo*'; Contra Ruf. 1, 25: 'dicimus propterea Paulum corporis nexibus coerceri, nec reverti et esse cum Christo, ut perfecta' etc.

contra illos rogat, sed pro illis : hoc est, da illis sabbatum tuum. Sabbatum autem interpretatur requies. Quod dicit, hoc est : fac eos requiescere in malitia sua. Aut certe aliter : hic eis redde, et non eis reddas in futuro.

Nos autem populus tuus et oves pascuae tuae. Ubi oves dicit, innocentiam significat. Oves non habent nisi pastorem. *Confitebimur tibi in saeculum.* Confitebimur : vel paenitentiam agimus, vel certe, quod melius est, glorificamus. *In generationem et generationem ;* in primo populo, et in secundo populo. Licet secundum historiam aliter dicatur in Iezechiel, tamen secundum intellegentiam spiritalem hoc dicimus, quoniam duae istae gentes, hoc est, duae virgae iunguntur in Iezechiel, et fit unum regnum. *In generationem et generationem adnuntiabimus laudem tuam.* Apostolorum vox est : Petrus in populo circumcisionis, et Paulus et Barnabas in gentibus.

DE PSALMO LXXX.

In finem, pro torcularibus, Asaph. In lege scriptum est tres esse sollemnitates : Pascha, Pentecosten, et Scenopegia. Ante Scenopegia ante dies decem ieiunium erat, et ieiunium erat usque ad vesperam. Eo tempore tubis canebant, hoc est, ieiunabant, et in ieiunio tubis canebant, et post dies decem Scenopegia erant. Diligenter adtendite. Tres sunt sollemnitates in lege descriptae : primum Pascha, deinde Pentecosten, deinde Scenopegia. Ante Scenopegia ieiunium : in ieiunio autem tubis canebant. Animadvertite scripturam, quid significat. Tollite velamen quod positum est ante oculos Moysi; et videte quoniam tabernacula non possumus fieri, nisi ante ieiunemus. Ipsum autem ieiunium nisi habuerit signum victoriae, quod nostros adversarios deterreat, non vincitur Amalec. Quoniam ergo tres sunt sollemnitates, Pascha, Pentecosten et Scenopegia, ideo et tres psalmi habent titulum ' pro torcularibus ' : octavus psalmus, et octogesimus, et octogesimus tertius. Videtis ergo quomodo tres psalmi scripti sunt in psalterio, qui pro torcularibus praenotantur. Videte quid dicat : octavus psalmus, et octogesimus, et octogesimus tertius.

Et antequam de numero disputemus, dicamus quid sibi significare velint torcularia. *Pro torcularibus.* Torcularia non sunt alibi, nisi ubi

1 *rogat*] μS *rogant* BCP. 3 *in malitia*] G om. *in.* 14 *DE PSALMO LXXX*] Brev. col. 1121. 21 *in ieiunio*] SG om. *in* ; *ieiunium* G. 27 *octogesimus*] *hoctuagesimus* G. 30 *octogesimus*] *octoagesimus* G.

10. *duae virgae iunguntur in Iezechiel*] Ezech. 37, 16 sqq. Hieron. ep. 74, n. 3 : ' Hae (synagoga et ecclesia) sunt duae virgae, quae iunguntur in Ezechiel '. Cf. comment. in Ezech. 37, 15 ; in Is. 54, 4 sq.

vinea et infinita vindemia est. *Pro torcularibus*. Propterea dicit Dominus atque Salvator : ‘ Torcular calcavi solus, et de gentibus vir non erat mecum ’. Propterea vineam de Aegypto transtulit et plantavit. Et dicit in Hieremia : ‘ Ego te plantavi vineam veram totam electam : quomodo conversa es mihi in amaritudinem, vitis aliena ? ’ Et Noe vinum bibit, et inebriatus est. Dicitur et a Salomone, dicitur in mysterio : ‘ Bibite amici, et inebriamini ’. Legimus et in alio loco, quoniam Ioseph ille vir sanctus, qui in typo praecessit Salvatoris, qui venditus est a fratribus suis, quem vendiderunt fratres sui, et regnavit in Aegypto, sicut et Dominus atque Salvator noster venditus est a Iudaeis, et regnavit in Aegypto istius saeculi. Ille ergo Ioseph vir sanctus, ille praecipuus, qui crudelitatem pietate superavit ; qui ideo venditus est in Aegypto, ut Aegyptum pasceret et fratres suos qui eum vendiderant ; ille igitur Ioseph invitavit fratres suos. Sed videte : ‘ Et inebriatus est in meridie ’. Et hoc verum est, et secundum litteram stare potest, ut vir sanctus inebriatus fuerit ? Inebriatus est et Noe, sed vere fuerat inebriatus. Erat inebriatus Ioseph, inebriatus est et Noe, et inebriatus est in domo sua. Videte mysterium. Videamus ante quid significet in mysterio, et postea disputemus quid significet in sensu. Post diluvium mundi istius bibit Noe, et inebriatus est in domo sua, et denudata sunt femora eius, et eius apparuit turpitudo. Et venit frater maior, et inrisit : frater autem minor texit. Hoc totum dicitur de Salvatore, quoniam biberat in cruce passionem. ‘ Pater, si possibile est, transeat calix iste a me ’. Bibit, et inebriatus est, et denudata sunt femora eius : hoc est, ignominia crucis. Venit frater maior, populus Iudaeorum, et inrisit : et minor, populus de gentibus, texit ignominiam. Propterea ‘ maledictus Chanaan, servus erit fratris sui ’. Ecce maledictio illa usque hodie perseverat. Nos, minor populus, inperamus maiori populo Iudaeorum. Sicut ergo Dominus in passione inebriatus est, sic et sancti in ardore fidei cotidie inebriantur, et inebriantur Spiritu sancto. Tu qui die hesterna aurum colligebas, hodie proicis : nonne apud ignotos videris insanus ?

1 *vinea*] CPSG ; *vineae* βAB. 5 *aliena*] CG ; *alienae* βBS. 6 *a*] βABPS ; *in* CG. 12 *venditus*] *vinditus* G. 14 *in meridie*] βA ita prosequuntur : *dicitur. Hoc vero et secundum litteram stare non potest.* 21 *minor*] P add. *gafet.* 22 *biberat*] *biberaet* B ; *dicebat* β. 23 *eius*] βSG inser. *et apparuit.* Cf. supra lin. 20. 24 *hoc est*] codd ; om. β. 26 *Chanaan*] G mutat in *Cham.* *fratris sui*] *fratribus suis* G. 30 *colligebas*] *collegebas* P corr. G. *ignotos*] *ignaros* S.

3. *mecum*] Is. 63, 3.
plantavit] Ps. 79, 9.
5. *aliena?*] Ierem. 2, 21.
7. *inebriamini*] Cant. 5, 1.
8. *in typo praecessit Salvatoris*] Hier. ep. 109, n. 2 : ‘ Ioseph quoque, qui in typo praecessit domini Salvatoris. ’
14. *meridie*] Gen. 43, 25. 34.
23. *a me*] Matth. 26, 39.
26. *sui*] Gen. 9, 25.

Denique et apostoli, quoniam Spiritus sanctus descenderat super eos et inpleverat eos, et loquebantur linguis variis, propterea dicebantur musto pleni.

Multa sunt quae dicantur de vini mysterio et de ebrietate. *In finem pro torcularibus, Asaph.* Octavus psalmus, et octogesimus, et octogesimus tertius. Nullus alius poterat habere torcularia numerus, nisi octavus, et octogesimus, et octogesimus tertius. Octavus dies resurrectionis est in singulari numero. Rursum in octo decadibus octogesimus alius maior numerus. Videtis ergo quoniam haec torcularia non praescribuntur, nisi in die resurrectionis, octava, et octogesima. Dicat aliquis : Quare postea dicitur in octogesimo tertio torcularia ? Haec torcularia ad Trinitatis mysterium pertinent. Propterea et tres sunt chorodidascali. In octavo dicitur, Psalmus David : in octogesimo, Asaph : in octogesimo tertio, filiorum Chore. Octavus est David, qui interpretatur fortis manu. Prima enim nostra victoria pugnam habet atque luctam : propterea dicitur fortis manu David. Secunda vera, hoc est in octogesimo, Asaph. Asaph autem interpretatur synagoga. In octavo ergo vincimus, et in octogesimo cum Domino congregamur. In octogesimo vero tertio, filiorum Chore. Chore interpretatur Calvaria. ' Ascende calve, ascende calve '. Hoc dicebant etiam pueri Helisaeo, quoniam passus fuerat in loco calvariae. Multa sunt quae dicantur, quomodo Helisaeus in Bethel inrisus sit a quadraginta duobus pueris. Ista sunt torcularia, de quibus dicit et Salvator : ' Facite vobis amicos de iniquo mamona, ut vos recipiant in aeterna tabernacula. '

Quia praeceptum Israhel est, et iudicium Deo Iacob. Quod praeceptum Dei ? In victoria Deo canere : non suam putare, sed Domini.

Cum exiret de terra Aegypti, linguam quam non noverat audivit. Et nos quando egressi sumus de Aegypto, audivimus linguam quam nesciebamus. Quis nostrum sciebat evangelium ? quis apostolum ? quis prophetas ? Egressi sumus de Aegyto, et audivimus linguam quam nesciebamus, didicimus linguam quam nesciebamus.

Et statim sequitur, *Devertit ab oneribus dorsum eius.* Quando in Aegypto eramus, extruebamus civitates Faraonis, lutum et laterem portabamus,

4 *de ebrietate*] G add. *sed hoc dixisse sufficiat* ; S *sed iam redeamus ad psalmum.* 23 *iniquo*] βS (ita Hieron. ep. 108, n. 16 ; ep. 121, c. 6) ; *inimico* BC ; *inimicus* G. *mamona*] *mammona* βC. 25 *Israhel*] ABCS (gr. τῷ Ἰσραήλ) ; *in Israhel* βG. Exinde β multum differt a codd. mss. 26 *suam*] B ; *suum* ACSG.

3. *pleni*] Act. 2, 13. 23. *tabernacula*] Luc. 16, 9.
19. *calve*] 4 Reg. 2, 23.

et tota anima nostra quaerebat paleas. Non habebamus frumentum, non habebamus caelestem panem, qui de caelo venit : necdum accipiebamus manna de caelo, necdum nobis serpens fuerat in heremo suspensus : necdum petra aquam nobis miserat : necdum extendebamus manus, et cadebat Amalec. Sedebamus in luto, et faciebamus opera Aegyptia, civitates Faraonis extruebamus. *Devertit ab oneribus dorsum eius.* Quam grandia ante habebamus onera. Propterea Moyses noster dicit : ' Venite ad me omnes, qui onerati estis peccatis, et ego reficiam vos'. *Manus eius in cophino servierunt.* Cuius? Israhelis. Alii sunt cophini Aegypti, et alii cophini Iesu. Habet et Iesus cophinos suos, et duodecim cophinos de fragmentis inplevit Salvator noster. O rem miram, et ingentia mysteria significantem. Quinque milia populi versabantur in heremo, sine parvulis et mulieribus: in loco deserto non inveniuntur nisi tantum quinque panes : locus enim desertus erat. Requiro a te, qui tantum litteram sequeris : in deserto loco non inveniuntur nisi quinque panes, et duodecim cophini quomodo inveniuntur? Si desertus erat locus, utique duodecim cophinos habere non poterat. Sed hoc totum significatur, quod populum suum Dominus in deserto istius saeculi eduxit de Aegypto : pavit panibus suis, et quodcumque supererat, in duodecim cophinis condidit, hoc est in duodecim apostolis ; ut quod perierat in duodecim tribubus, salvaretur in duodecim apostolis.

In tribulatione invocasti me, et liberavi te. Prophetae et psalmi ideo obscuri sunt, quoniam subito, cum nescis, persona mutatur. Denique usque huc locutus est propheta : nunc subito inducitur persona Dei loquens ad populum. *In tribulatione invocasti me, et liberavi te.* Quicumque in tribulatione es, securus esto : invoca, et exaudieris. *Exaudivi te in abscondito tempestatis.* Tempestas illa quae te premebat, et quasi fluctibus huc illucque trahebat : ego eram in media tempestate. *Probavi te in aqua contradictionis.* Secundum litteram de Moyse dicitur et Aaron, quod in aqua contradictionis offenderint Deum. Denique ideo non sunt ingressi terram repromissionis. Nobis autem dicit Deus : Probavi te apud aquam contradictionis. Simon probatus est ad aquam contradictionis, quia in hypo-

5 *sedebamus*] *sed eramus* C. *Aegyptia*] *Aegypti et* S. 11 *fragmentis*] *fracmentis* CP. 12 *versabantur*] S ; *versabàtur* G 1 m ; *vescebantur* β G 2 m. 18 *panibus*] *de panibus* G. 24 *loquens*] *loquentis* β P (*ti* add. sup. lin.) 28 *in aqua*] scripsi cum Augustino et psalt. Veron. ap. Migne 29, 286 not. 6 (gr. ἐπὶ ὕδατος) ; *in aquam* BCP 1 m SG ; *apud aquam* β P sup. lin.

8. *vos*] Matth. 11, 28.
20. *in duodecim tribubus*] Cf. Origen. in ps. 80 ap. Pitra ' Anal. sacr. ' III, 137-8, et Hieron. ep. 108, n. 13.
23. *persona mutatur*] Cf. supra p. 22, l. 11.

crisi accepit baptisma. Quicumque ergo in hypocrisi accipit baptisma, iste probatur ad aquam contradictionis.

Audi populus meus, et testificabor te. Nobis loquitur Deus. Quodcumque populo dixit, etiam nobis loquitur. *Israhel, si audias me.* Quid quaeris ut audiam? Videamus quid praecipiat. *Non erit in te deus recens.* Cui deus venter est, deus ei recens est. Quotcumque vitia habemus, quotcumque peccata, tot recentes habemus deos. Iratus sum: ira mihi deus est. Vidi mulierem, et concupivi: libido mihi deus est. Unusquisque enim quod cupit et veneratur, hoc illi et deus est. Avarus aurum deum habet. *Nec adorabis Deum alienum.* Noster Deus virtus est: aliorum, vitia atque peccata.

Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Nos sumus qui educti sumus de terra Aegypti: si tamen exivimus, si in heremo sumus, si terram repromissionis cupimus videre. Si reliquimus Sodomam, non respiciamus ad Sodomam: salvati sumus in monte. Non desideremus Aegyptias carnes, non dicamus: Quam bene nobis erat in Aegypto, quando manducabamus carnes in ollis, et alia, et cucumeres. Vis accipere Domini cibos? vis comedere ipsum Dominum tuum et Salvatorem? Audi quid dicat. *Dilata os tuum, et inplebo illud.* Dilatate ora vestra: ipse est et Dominus et panis. Ipse hortatur nos ut comedamus, et ipse noster cibus est. Quantumcumque dilataveris, tantum accipies: non est igitur in mea potestate, sed in tua est. Si volueris, totum me accipies: si nolueris, accipies saltim partem.

Et non audivit populus meus vocem meam. Ego sto ante ostium, ego pulso. Volo ut aperias, et ingrediar: et non vis aperire. *Et Israhel non intendit me. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinventionibus suis.* Infelix est qui a Deo non corripitur. Si quis peccans non percutitur, iste miser est. Ideo dicit: Dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Ideo eos dimisi, quoniam saepe percussi, et disciplinam non receperunt. Rogavi, non audierunt: percussi, non senserunt dolorem. Dimitto eos in voluntatibus suis, ut saturati vitiis suis, vel sic agant paenitentiam suam.

Si populus meus audisset me. O clementissimus pater, o misericors

3 *te*] CS; *de te* G; *tibi* βB. 4 *audias me*] BS; *audies me* C; *me audieris* GL; *audieris me* β. 12 *exivimus*] G add. *de terra Aegypti.* 14 *in monte*] *ad montem* G. 16 *in ollis*] *molles* L; S inser. *et caepas.* 23 *ante ostium*] βS P sup. lin; *ante eum* BCL P 1 m. 25 *me*] BCGLP; *mihi* βS. *ibunt*] *et ibunt* SG. 29 *senserunt*] *sentierunt* G. *Dimitto*] *dimittam* S. 32 *populus meus*] βBCS; *plebs mea* GLP. *clementissimus*] *clementissime* βB L sup. lin.

16. *cucumeres*] Num. 11, 5.
24. *pulso*] Apoc. 3, 20.
32. *clementissimus pater*] Hieron. in Is. 1, 24: 'Plangit autem clementissimus pater principes delinquentes' etc.

Deus. Rogavit, et non est auditus : quasi iratus dimittit filium lascivientem. Iterum videt perire, et dolet quia pereat. Et quid dicit? *Si populus meus audisset me, Israhel si in viis meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem.* Numquid grande mihi erat liberare te de tribulatione? numquid non poteram maiestatem meam mittere, et eruere te de periculo? Sed quoniam dimisi te libero arbitrio, et stadium tibi proposui, et non corono nisi qui pugnaverit, propterea victoriam tuo arbitrio derelinquo.

Inimici Domini mentiti sunt ei. In hebraico melius habet ' inimici Domini negabunt eum ' hoc est, Iudaei inimici ipsius negabunt eum. Sed isti inimici qui negaturi sunt eum, ergo perient? ergo reliquiae non erunt? Et quomodo iurasti Abrahae, Isaac, et Iacob, quoniam semen ipsorum sit quasi stellae caeli et sicut arena maris? Quare promisisti patribus, et non reddis filiis? *Inimici Domini negabunt eum.* Sed quid dicit? *Et erit tempus eorum in saeculum.* ' Cum introierit plenitudo gentium, tunc omnis Israhel salvus fiet '. In futuro credent, modo non crediderunt. Nunc dicam ad Iudaeos. Solent enim sibi adplaudere et dicere : Et erit tempus eorum in aeternum. Nos dicamus : Verum est, credituri enim sunt de Iudaeis. Denique legimus et in Apocalypsi Iohannis, duodecim milia de singulis tribubus, hoc est, centum quadraginta quattuor milia creditura : et hoc dicitur virginum esse. Ubi autem virginum tantus numerus erit, non virginum quantus erit? Ergo et nos dicamus Iudaeis : Erit tempus vestrum in aeternum, hoc est, in futuro saeculo. Sed ad te, qui hodie non credis, quid pertinet? *Et erit tempus eorum in saeculum.* Inimicorum Dei quale est, tempus erit.

Et cibavit eos de adipe frumenti. Induxit eos in terram repromissionis : cibavit non manna, ut in deserto, sed frumento quod cecidit, quod resurrexit. *Et cibavit illos ex adipe frumenti.* Videte mysterium scripturarum. *Ex adipe frumenti.* Frumentum adipes habet? numquid et intestina habet? Sed voluit largitatem et pinguedinem gratiae spiritalis ostendere, et ideo adipes nominavit. *Et de petra melle saturavit eos.* Ipse frumentum est : ipse et petra est, qui populum Israhel satiavit aqua in deserto. Spiritaliter, melle et non aqua saturavit eum : ut quicumque crediderint et acceperint cibum, mel sentiant in ore suo. ' Quam dulcia

2 *pereat*] *perierat* L ; *perit* βA. 10 *inimici*] βG add. *enim.* *negabunt*] *negaverunt* βG. 16 *credent*] *credit* BSG. *non crediderunt*] *non credunt* C ; *non credit* B. 25 *est*] B ; om. β et ceteri. 29 *habet*] *non habet* SG.

10. *negabunt eum*] Psalt. iuxta hebr. Hieron. ' qui oderunt Dominum negabunt eum '.

16. *fiet*] Rom. 11, 25-26.

19. *in Apocalypsi*] 7, 4-8.

21. *virginum esse*] Apoc. 14, 4.

faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo '. Denique et Dominus noster post resurrectionem propterea favum comedit, et de petra melle saturatus est. Ego rem dico novam. Ipse petra ipse mel comedit, ut nobis mel tribueret et dulcedinem : ut qui in lege biberant myrrham, hoc est amaritudinem, postea in evangelio comedant mel evangelii.

DE PSALMO LXXXI.

Deus stetit in synagoga deorum. Multa sunt schemata. Frequenter enim sedemus, interdum stamus, interdum iacemus, interdum currimus, interdum ambulamus. Ita et Deus describitur pro varietate hominum, et status ipsius diversus inducitur. Si sancti sumus, et sumus similes Moysi, dicitur ad nos : ' Tu vero hic sta mecum '. Hoc enim dicit Deus ad Moysen. Stabat enim Moyses super petram : propterea et Deus stabat illi. Si vero sancti prius fuerimus, et postea peccatores, iam non nobis stat Deus, sed ambulat : hoc est, movetur de loco suo, qui nobis ante steterat. Postquam nos moti fuerimus, et ipse nobiscum pariter commovetur. Denique et Adam quamdiu in paradiso fuit, et legem servabat, stabat ei Deus. Postquam vero trangressus est, audivit vocem Dei ambulantis in paradiso. Vis scire quia ambulabat ei Deus? Quid ei dixit? ' Adam, ubi es?' Qui ante stantem Deum non fugerat, postea ambulantem fugit.

Diximus de stante, diximus de ambulante: dicamus de sedente. Quandocumque sedens inducitur Deus, dupliciter inducitur: aut quasi rex, aut quasi iudex. Si quasi rex, videt eum sicut Esaias : ' Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum et elevatum '. Ibi quasi rex regnans inducitur. Quando vero quasi iudex inducitur : ' Throni positi sunt, et libri aperti sunt '. In Danihele scriptum est. Quid dicitur? Throni positi sunt, et libri aperti sunt : hoc est, Dominus quasi iudex sediturus, et omnium opera relecturus. Libri qui modo conplicati sunt, tunc ape-

3 *Ipse*] *ipsa* βS. *ipse mel*] ABGP; βCS non repet. *ipse*. 6 *DE PSALMO LXXXI*] Brev. col. 1125. 7 *schemata*] *scemata* LP. 19 *fugerat*] *fugierat* L. 22 *videt eum*] S; *vidit eum* BCGL; *videtur* β. *sicut*] om. G. *Vidi*] *vidit* S. 25 *Quid*] S. add. *ibi*. 26 *sediturus*] BSG; *sedeturus* L, C mutat. in *sediturus*, *sessurus*; *sessurus* βA. 27 *relecturus* βS; *lecturus* BCGLP. *aperientur*] *aperiuntur* SG.

1. *meo*] Ps. 118, 103.
11. *mecum*] Deut. 5, 31.
18. *ubi es?*] Gen. 3, 9.
23. *elevatum*] Is. 6, 1. Quem ad locum Hieronymus noster in comment. 'Vidit, inquit, Isaias sedentem Dominum super solium excelsum et elevatum, ut habitum regnantis ostenderet. '
25. *in Danihele*] 7, 9. 10. Cf. Hieron. in Is. 3, 13 : ' Nec sedet Dominus in habitu iudicantis, ut in Daniele legimus : *Throni positi sunt, et libri aperti sunt.* '

rientur. Omne quod facimus, quod loquimur, quod cogitamus, etiam de otioso verbo reddituri sumus rationem : scriptum est in libris Dei. Putat aliquis libros esse in caelo, ubi scribuntur peccata nostra. Ego puto libros esse conscientias nostras, quae tunc aperientur, et videbit unusquisque quod fecit. ' Nihil occultum, quod non revelabitur '. Propterea throni positi sunt, et libri aperti sunt. Quanta scripta sunt in libro meo, et ne fratri quidem meo neque amico meo audeo confiteri. Sciunt angeli quid fecerim, sciunt throni, sciunt seraphim : scit Pater et Filius et Spiritus sanctus.

Diximus de Deo quod aliis stet, aliis ambulet, aliis vero sedeat aut quasi rex aut quasi iudex : aliis vero dormit. Si quando nos derelinquit temptationibus : licet simus sancti, tamen relinquimur temptationibus, ut probemur : eo tempore nobis dormit Dominus. Denique quid dicit et psalmista ? ' Exsurge, utquid dormitas Domine ? ' Et apostoli quando erant in navi, et navis fluctibus tundebatur, dormiebat eis Dominus : propterea enim navis fluctibus tundebatur. Denique excitant eum, et evigilat, et statim tempestas quiescit.

Diximus de quattor schematibus Dei, quia aliis stat, aliis ambulat, aliis sedet, aliis quasi dormit, aliis vero evigilat et consurgit. *Deus stetit in synagoga deorum.* Quia dii erant, propterea stabat eis Deus. In qua ipsa synagoga nostra diversa Deus habet schemata : aliis stat, aliis sedet, aliis ambulat, aliis dormit. Cum ipse sit inmutabilis, pro nostra varietate mutatur. Vide hominis dignitatem. *Deus stetit in synagoga deorum.* Largitur nobis nomen, ut largiatur et meritum. *In medio autem deos diiudicat.* Quasi imperator in medio exercitus diiudicat deos. *Deos diiudicat.* Res formidabilis, res terroris plena. Si deos diiudicat, de peccatore quid facit?

Duos istos versiculos quasi propheta dixit. Hoc vero quod sequitur, *Usquequo iudicatis iniquitatem ?* ipse Deus loquitur ad iudices, hoc est, ad principes populi. Specialiter isti versiculi, qui secuntur, ad iudices dicuntur. Si saeculi iudices, manifestum est : si vero ecclesiae iudices, de episcopis intellegamus atque presbyteris. *Usquequo iudicatis iniquitatem?*

3 *scribuntur*] *scribantur* CL. 5 *revelabitur*] *reveletur* CGLP. 6 *ne*] βSG ; *nec* C, B *c* add. sup. lin., L *c* post eras. 8 *fecerim*] *fecerimus* C. *throni*] G inser. *sciunt dominationis.* *seraphim*] *cherubin et seraphin* S. 15 *tundebatur*] βASG ; *flectebatur* CP, B ex *flectabatur.* 16 *enim*] om S. *tundebatur*] *flectebatur* A ; *iactabatur* G. 30 *saeculi iudices*] S inser. *intellegimus.*

2. *rationem*] Matth. 12, 36.

3. *libros esse conscientias*] Hieron. in Dan. 7, 10 : ' *Iudicium sedit, et libri aperti sunt.* Conscientiae et opera singulorum... revelantur. '

5. *revelabitur*] Matth. 10, 26 ; Luc. 12, 2 etc.

14. *Domine ?*] Ps. 43, 23.

Qui iudicat iniquitatem, iudex iniquitatis est. Ille est iudex iniquitatis, de quo dicitur in evangelio, quia Deum non timebat, et hominem non verebatur. *Usquequo iudicatis iniquitatem?* Dedi vobis potestatem in gregem meum et in populum Dei : debetis iudices esse, non lupi.

Et faciem peccatorum sumitis : iudicate egeno et pupillo, humilem et pauperem iustificate : eripite pauperem et egenum, et cetera. Quando venerit ad vos iudicium, non consideratis causam, non consideratis iudicium, sed personas eorum qui habent causas. Verbi causa, si venerit pauper habens iustum negotium, et venerit dives habens malum negotium : vos personas aspicitis, non negotium. Hoc interim secundum unam interpretationem. Ceterum est et alia interpretatio sacratior. Solet in theatris unus homo frequenter diversas habere personas. Nunc ingreditur in mulierem, nunc in virum, nunc in regem ; et qui in regem processerat, rursum in servum procedit. Dixi exemplum, ut de carnali venire possimus ad spiritale. Et nos diversas personas accipimus. Quando enim irascor, personam leonis adsumo : quando res alienas rapio, lupi personam adsumo : quando vero crudelis sum et interficio, adsumo personam crudelis. Sed quomodo qui sunt peccatores, in peccatis habent diversas personas : sic econtrario qui sancti sunt, habent et ipsi diversas personas, sed in bono. Quando elemosynam facio, habeo personam quasi clementis : quando vero bene iudico, habeo personam boni iudicis : quando vero iniuriam patior et humilis sum, habeo personam humilis. Infelix est, qui plures in malo habet personas : felix, qui diversas personas habet in bono.

Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Qui? mali iudices. Quos ego deos vocabam, vitio suo mali iudices appellati sunt. *Nescierunt* me, *neque intellexerunt* iudicium meum : *in tenebris ambulant.* Quia dereliquerunt lucem, propterea in tenebris ambulant. Ego dixi, vos estis lux huius mundi : et vos declinastis a luce, et facti estis tenebrae. Quia ergo hoc fecerunt, videamus quid sequitur.

Movebuntur omnia fundamenta terrae. Videte principes mali qualem habent retributionem : propter malos iudices terrae fundamenta quatiuntur. Hoc interim diximus primum secundum litteram, quoniam totius orbis concussio propter malos iudices venit. Dicamus autem et aliter.

4 *populum Dei*] *populo meo* S. 14 *de carnali*] *de carnalibus* G ; *a carnale* S. *spiritale*] AS ; *spiritalem* BCGP. 20 *quasi*] βS ; om. ceteri. 28 *huius*] BCS ; om. βGP.

2. *in evangelio*] Luc. 18, 2.

11. *Solet in theatris* etc.] Hieron. epist. 43, n. 2 : 'Et quomodo in theatralibus scenis unus atque idem histrio nunc Herculem robustus ostendit, nunc mollis in Venerem frangitur, nunc tremulus in Cybelem : ita et nos... tot habemus personarum similitudines quot peccata.'

28. *mundi*] Matth. 5, 14.

Movebuntur omnia fundamenta terrae. Ego malos iudices, qui fundamenta posuerunt in terra, et non in caelo, subvertam : qui debuerunt fundamentum habere Xpistum, quem posuit architectus Paulus, noluerunt, sed in terra posuerunt fundamenta sua.

Ego dixi : dii estis, et filii Excelsi omnes. Audiat Eunomius, audiat Arrius, qui dicunt Filium Dei similiter esse filium, ut nos sumus. Quod dii sumus, non sumus natura, sed gratia. 'Quotquot enim eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri'. Propterea feci hominem, ut de hominibus dii fiant. *Ego dixi : dii estis, et filii Excelsi omnes.* Videte quanta sit dignitas : et dii vocamur, et filii. Ego feci vos deos, sicut feci Moysen Pharaonis deum : ut postquam dii fueritis, digni efficiamini esse filii Dei. Considerate scripturam divinam. 'Non est personarum acceptio apud Deum'. Non dixit : *Ego dixi : dii estis*, reges et principes, sed *omnes* : quibus aequaliter corpus dedi et animam et spiritum, aequaliter donavi et deitatem et adoptionem. Aequaliter omnes nascimur, et imperatores, et pauperes : aequaliter et morimur. Aequalis enim conditio est.

Vos autem sicut homines moriemini. Videtis ergo quoniam qui homo est moritur. Deus enim non moritur. Et Adam quamdiu servavit praeceptum et deus fuit, non mortuus est. Postquam vero gustavit de arbore inlicita, statim mortuus est. Denique dicit ei Deus : 'In quacumque die gustaveris, morte morieris'. Melius habet in hebraico : 'Vos autem sicut Adam moriemini'. Sicut ille eiectus est de paradiso, sic et nos eiecti sumus. *Et sicut unus de principibus cadetis.* Quoniam dixerat 'filii Excelsi omnes' ; non potest filius esse Excelsi, nisi et ipse Excelsus fuerit. Ego dixi, ut omnes vos excelsi sitis, ut ego excelsus sum. Vos vero *sicut unus de principibus cadetis.* Quoniam excelsi eramus, propterea cecidisse dicimur. Ubi sunt qui dicunt diabolum diabolum esse factum ? Ubi sunt qui dicunt malam naturam a Deo creatam? Secundum hebraicum hic duo dicuntur. Vos autem sicut Adam moriemini : sicut pater vester noluit audire praeceptum Domini, et cecidit, ita et vos moriemini. Ergo illud de Adam dictum est. Hoc vero quod sequitur, Et sicut unus de principibus cadetis : quis est iste unus de principibus, qui cecidit ? Si volueris dicere

2 *in terra et non in caelo*] C ; *in terram e. n. i. caelum* βBSG. 7 *enim*] BS ; om. G ; *autem* AC. 8 *feci*] *fecit* C. 10 *vocamur*] *vocantur* G. 11 *esse*] om. β. *Dei*] codd ; *mei* β. 13 *omnes*] *omnibus* G. 18 *servavit*] CG ; *servabit* S ; *servabat* βBP. 27 *diabolum*] non repet. ACP.

3. *Paulus*] 1 Cor. 3, 10.
8. *fieri*] Io. 1, 12.
11. *deum*] Exod. 7, 1.
12. *apud Deum*] Rom. 2, 11.
21. *morieris*] Gen. 2, 17.
in hebraico] Psalt. Hebr. Hieron. 'Ergo quasi Adam moriemini.'

Adam, iam in superioribus versiculis dictum est, Vos autem sicut Adam moriemini. Simulque videte significantiam verbi. Vos autem sicut Adam moriemini. Quoniam Adam mortuus est, et nos morimur. Diabolus vero, qui princeps fuit, et cecidit, non mortuus est. Neque enim potest angelica dignitas mortem recipere, sed tantum ruinam. Idcirco dixit, sicut unus de principibus cadetis. ‘ Quomodo cecidit Lucifer, qui mane oriebatur ? ’ Ecce et hic cecidit, et ibi cecidit. Propterea cecidit, quia semper in caelestibus versabatur. Iste est, cui dicitur in Iezechiel : ‘ Tu es resignaculum similitudinis ’. Videte quid dicat, resignaculum similitudinis. Non dixit, Tu es signaculum similitudinis : sed, resignaculum similitudinis. Signaverat te Deus, et similem sibi fecerat : tu vero postea resignasti. Ad similitudinem et imaginem Dei et tu conditus es. Denique dicitur in ipsa prophetia : ‘ In medio cherubim nutritus es, inter lapides iaspidis et carbunculi fuisti in paradiso Dei. Et cecidisti, inquit, et a monte Domini vulneratus es ’. Iste princeps Tyri : nunc princeps Tyri ex eo tempore quo cecidit : siquidem Tyrus lingua hebraica dicitur SOR, hoc est tribulatio. Ergo et iste princeps, qui primo erat in caelo, nunc factus est princeps Tyri, hoc est tribulationis istius saeculi. ***Sicut unus de principibus cadetis.*** Quando dicit ‘ sicut unus ’, ostendit esse et alios. Legite Apocalypsin Iohannis : draco quando de caelo cecidit, tertiam partem stellarum secum duxit.

Hucusque Deus locutus est ad homines, et rursum propheta loquitur. *Surge Deus, iudica terram.* Surge, quia navis nostra fluctibus tunditur. *Surge Deus, iudica terram :* quoniam mali iudices non iudicant, sed evertunt legem tuam, et pecora tua lacerant. Tu surge, qui verus iudex es. Quia ergo mali iudices mortui sunt sicut Adam, et ceciderunt sicut unus

1 *Adam*] *de Adam* C (*de* add. sup. lin.). 11 *te*] om. C. *resignasti*] β add. *te*. 14 *inquit*] C om. *et*. 15 *Iste*] β inser. *est*. *nunc princeps Tyri*] ACSG ; om. β ; *nuncupatus* C, expunctis litteris *nunc vero p.*

6. *oriebatur ?*] Is. 14, 12.

9. *similitudinis*] Ezech. 28, 12.

10. *sed resignaculum*] Hieron. in Ezech. 28, 11 sqq : ‘ Et quia in latinis codicibus pro signaculo *resignaculum* legitur, dum κακοζήλως verbum e verbo exprimens, qui interpretatus est iuxta Septuaginta translationem ἀποσφράγισμα i. e. resignaculum posuit ; unde quidam sic intellegunt, quod signaculum Dei et figuram, quae velut in cera mollissima expressa sit, rex Tyri resignaverit atque perdiderit, ut pro signaculo fecerit resignaculum, nequaquam habens imaginem et similitudinem Dei, iuxta quam et primus homo conditus est ’ etc.

12. *in ipsa prophetia*] Ibid. v. 13 et 14.

16. *SOR hoc est tribulatio*] Hieron. in Ezech. 26, 1 sqq : ‘ Tyrus, quae appellatur hebraeo syroque sermone SOR... SOR nomen hebraicum vertitur in ***angustiam*** ’.

19. *Apocalypsin*] 8, 12.

de principibus: propterea tu surge, tu iudica, tu salva creaturam tuam. Mercenarius autem cum lupum viderit, fugit, et relinquit oves: non potest ita dolere alieno, quomodo dolet patri et matri. Dicamus et aliter. Surge, qui pro nobis passus es, pro nobis mortuus es: surge, et salva nos. Dicamus et aliter. Qui venisti humilis et contemptus, veni quasi iudex, et vindica nos. *Surge Deus, iudica terram.* Videte significantiam proprietatesque sermonum. Non dixit, Iudica caelum, sed terram. Ergo terra iudicatur, non caelum. Si ergo terra iudicatur, et non caelum, ergo in caelo peccata non fiunt. Si autem fierent in caelo peccata, diceret: Surge Deus, iudica terram et caelum. Videte clementiam prophetae. Non dixit, Interfice terram: sed iudica, iudica et salva. Non dixit, Iudica per angelos, iudica per ministros tuos. Illi enim si iudicaverint, non possunt misereri, quia exsecutores sunt sententiae tuae. Tu vero si iudicaveris, potes ipse misereri. *Surge Deus, iudica terram.* Imperator potest suam mutare sententiam, praefectus non potest. Propterea te iudicem deprecamur, non contemnentes, sed precantes. Homines enim et angeli ad conparationem tui crudeles sunt: tu solus mitissimus iudex es. Vultis scire quoniam Deus clemens est, et omnis homo crudelis est? Dormiente patrefamilias inimicus homo zizania superseminavit. Servi volunt evelli, et dicit paterfamilias: 'Dimittite, sinite crescant, ne cum zizania evellitis, eradicetis simul et triticum.'

Quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus. Propterea te iudicem deprecamur, quia omnibus gentibus misertus es. Quare non dixit, Tu possidebis omnes gentes, sed, Tu hereditabis? Ubicumque hereditas ponitur, ibi mors ante praecessit. Propterea heredes et coheredes dicimur. Heredes dixit Xpisti, quia pro nobis mortuus est; coheredes, quia nobiscum regnaturus est. *Tu hereditabis.* Misisti enim servos tuos (revertamur ad apostolos) alium in circumcisionem, alium in gentes. Quamdiu Moysen miseras, quamdiu Esaiam, quamdiu Hieremiam, quamdiu alios prophetas, notus erat in Iudaea Deus, in Israhel magnum nomen eius. In modica terra nominis Dei notitia ferebatur. Misisti Petrum, Petrum piscatorem, qui dimiserat et retem, qui ab opere callosam habebat manum. Non

3 *et matri*] om. S; *aut matri* G. 19 *evelli*] *evellere* βC 2 m. sup. lin. 20 *zizania*] βP sup. lin. add. *de frumento.* 27 *revertamur ad*] expunct. in C. 28 *Moysen miseras*] *Mosen miserat* S. 31 *Petrum*] semel βAG.

2. *oves*] Io. 10, 12.
21. *triticum*] Matth. 13, 29.
27. *revertamur ad apostolos*] Videtur Hieronymus ante, quam ad psalmum LXXXI explanandum accederet, de apostolis in priori parte tractatus disseruisse: et sane de illis infra persaepe meminit cum alibi, tum maxime in homiliis de Marci evangelio.
30. *eius*] Ps. 75, 2.

misisti oratorem, non misisti philosophum : misisti hominem rusticanum, hominem piscatorem. Iste piscator, iste rusticanus de Hierosolyma perrexit Romam : et rusticanus cepit Romam, quam eloquentes capere non potuerunt. Rursum ivit Paulus apostolus, de Hierosolymis praedicavit usque Illyricum, et praedicavit ubi non erat praedicatum evangelium, ne super alienum fundamentum poneret aedificium. Deinde dicit quod de urbe Roma ierit ad Hispaniam. Videte Paulum persecutorem, qui in Iudaea fuerat persecutor, praedicat in gentibus. Ubi sunt qui praedicant Alexandrum magnum Macedonem imperatorem, quod in brevi spatio vicerit tantas gentes ? Habuit exercitum, habuit et ingentes turbas : et non tale aliquid potuit, sed modicum quiddam. Iste vero Paulus, quondam persecutor, qui dicebat ' Etsi inperitus sermone, non tamen scientia ', qui soloecismos facit in loquendo, crucem Xpisti portat, et quasi triumphans omnes capit. Totum orbem subegit ab oceano usque mare Rubrum.

Dicat aliquis : Hoc totum lucri causa fecerunt. Hoc enim dicit Porphyrius : Homines rusticani et pauperes, quoniam nihil habebant, magicis artibus operati sunt quaedam signa. Non est autem autem grande facere signa. Nam fecerunt signa et in Aegypto magi contra Moysen. Fecit et Apollonius, fecit et Apuleius : et infinita signa fecerunt. Concedo tibi, Porphyri, magicis artibus signa fecerunt, ut divitias acciperent a divitibus mulierculis, quas induxerant : hoc enim tu dicis. Quare mortui sunt ? quare crucifixi sunt ? Fecerunt et alii signa magicis artibus : sed pro homine mortuo non sunt mortui, pro homine crucifixo. Sciunt isti hominem esse mortuum, et moriuntur sine causa. Felix ergo nostra victoria, quae in sanguine apostolorum dedicata est. Fides nostra non probatur, nisi per illorum sanguinem. Benedicamus ergo Deum, cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

7 *ierit*] AS ; *iret* β ; *iturus sit* GP ; *miserit* C. *Hispaniam*] *Spaniam* G, qui insuper cum S addit : *et si non corpore, doctrina pervenit.* 9 *Macedonem*] CPS ; *Machedonem* AG ; *Macedonum* β. 11 *quondam*] *quoniam* CG. 12 *persecutor*] βCG add. *fuit.* *inperitus*] βP sup. lin. add. *sum.* 14 *subegit*] *subicit* AC. *usque*] *usque in* βP ; *usque ad* S. 20 *Apuleius*] *Apulleius* S ; *Apolle eius* G. *et infinita*] βS om. *et* ; *infiniti* β. 25 *crucifixo*] βP 2 m. add. *non sunt crucifixi.* 28 *cui est gloria*] om. GP.

6. *aedificium*] Rom. 15, 20.
7. *Hispaniam*] Ibid. 24. 28.
12. *scientia*] 2 Cor. 11, 6.
14. *ab oceano usque mare Rubrum*] Hieron. in Amos 5, 8 sq. ' Paulus apostolus... effusus est super faciem universae terrae, ut praedicaret evangelium de Hierosolymis usque ad Illyricum, et aedificaret non super alterius fundamentum, ubi iam fuerat praedicatum, sed usque ad Hispanias tenderet, et a mari Rubro, immo ab oceano usque ad oceanum curreret ' etc.

DE PSALMO LXXXII.

Deus quis similis erit tibi? Quia nullus est similis tibi, nullum alium auctorem nisi te quaerimus. *Ne taceas neque conpescaris Deus.* Nos tacemus, tu pro nobis loquere. Iusti vox est: qui dicit, Neque conpescaris Deus, de iustitia sua securus est.

Quoniam ecce inimici tui sonaverunt. Possumus secundum tropologiam de ecclesia interpretari et haeresibus. Possumus autem secundum litteram interpretari de populo Iudaeorum et de ceteris gentibus, quae in circuitu expugnabant Iudaeam. *Quoniam ecce inimici tui sonaverunt.* Vocem et detractionem adversariorum, sonitum voluit appellare. *Quoniam ecce inimici tui sonaverunt.* Videte quid dicat: sonaverunt, hoc est quasi cymbalum tinniens, sic sonaverunt auribus meis. Sonus proprie dicitur: auditur tantuummodo sonus, et vox non intellegitur. Ergo quod dicit, hoc est. Illi quidem loquebantur, quasi volebant me arguere: ceterum ego non quasi vocem, sed quasi sonum audiebam. *Et qui oderunt te extulerunt caput.* Videte quid dicat. Ergo qui elevat caput odit Deum. 'Superbis enim Deus resistit, humilibus autem dat gratiam'. *Et qui oderunt te extulerunt caput.* Si quando habes contra aliquem, si tibi detrahit frater tuus, et tu es humilis pro Xpisto, et ille superbus propter diabolum, tu imitaris eum qui dicit: 'Discite a me quia mitis sum et humilis corde'. Ille autem qui erigitur, illum imitatur qui dicit: 'In caelum conscendam, super sidera caeli ponam thronum meum, ero similis Altissimo'. *Et qui oderunt te extulerunt caput.*

Super populum tuum malignaverunt consilium. Sufficit alicui, si populus Dei sit. *Et cogitaverunt adversus sanctos tuos.* Hoc interpretatione non indiget: legisse, intellexisse est. *Dixerunt: Venite et disperdamus eos de gente.* Non sit gens, quia populus Dei est. *Et non memoretur nomen Israhel ultra.* Non memoretur is, qui sensu videat Deum.

Quoniam cogitaverunt unanimiter simul. Infelices nos, infelix populus Dei: non potest in bono tantam habere concordiam, quantam mali habent in malo. *Adversum te testamentum disposuerunt tabernacula Idumaeorum et Ismahelitae.* Videte nominum sacramenta. *Tabernacula Idumaeorum*

1 *DE PSALMO LXXXII*] Exstat in Brev. col. 1131. 2 *erit*] om. C. 3 *tacemus*] *taceamus* P. 4 *qui*] *quae* β; *quid* S. 12 *auditur*] *cum auditur* β. 15. 17 *extulerunt*] *extullerunt* C. 16 *elevat*] *levat* C. 29 *unanimiter*] *unianimiter* C. 31 *disposuerunt*] *statuerunt* P.

17. *gratiam*] Iac. 4, 6; 1 Petr. 5. 5. 22. *Altissimo*] Is. 14, 13 sq.
20. *corde*] Matth. 11, 29.

et Ismahelitae, Moab et Aggareni, Gebal, et Amon, et Amalech, et alienigenae cum habitantibus Tyrum: etenim Assur venit cum illis, facti sunt in adiutorium filiis Loth. Undecim sunt qui pugnant adversus sanctos. Quoniam ergo pugnaverunt adversus sanctos, ad perfectum numerum, id est duodecimum, venire non potuerunt. *Tabernacula Idumaeorum.* Non habent domi fundamentum, sed tabernacula quae cito pertranseunt. Idumaea dupliciter interpretatur: aut sanguinea, aut terrena. Videte ergo qui pugnant adversus sanctos: tabernacula Idumaeorum, terreni. *Et Ismahelitae.* Ismahelitae interpretantur oboedientes sibi: hoc est, quodcumque cor habuerit et mala cogitatio, statim faciunt. Propterea dicitur in Iezechiel: 'Fili hominis, loquere adversum prophetas qui secuntur cor suum, et quodcumque inpellit cogitatio faciunt'. Nos autem non debemus sequi cogitationem nostram, nec dici Ismahelitae, hoc est oboedientes sibi, sed Ismahel, hoc est oboedientes Deo. *Moab*, ex patre, hoc est recedentes a Deo Patre. *Aggareni*, proselyti. Qui deberent esse habitatores Dei, proselyti facti sunt. *Gebal* interpretatur vallis vana: GE dicitur vallis, BAL vero interpretatur vana. Isti ergo qui contra populum Dei sunt, non sunt de monte, sed de valle vana. *Et Amon* interpretatur populus turbidus: hoc est, qui confidunt in multitudine, et non in simplicitate. *Amalech* interpretatur lingens terram. Quicumque enim pugnat adversus populum Dei, non comedit caelestem panem, sed lingit terram sicut serpens. *Alienigenae.* Ubi dicitur, alienigenae, in hebraico habet Philistiim. Philistiim vero interpretantur cadentes potione: hoc est, qui inebriati sunt de calice diaboli, et inebriati ceciderunt. *Cum habitantibus Tyrum.* Tyrus in lingua hebraica dicitur SOR, quod interpretatur angustia et tribulatio. Qui debuerant esse peregrini in isto saeculo, facti sunt

1 *Aggareni*] *Agarreni* A. *Gebal*] *Zebal* G. 2 *Assur*] G inser. *simul* (Gr. συμπαρεγένετο). 3 *adversus sanctos*] *adv. sanctum* GPS. 10 *cor*] *in cor* S. *cogitatio*] SG add. *venerit.* 15 *deberent*] *deberint* G; *debuerunt* S. 20 *enim*] *ergo* G.

7. *aut terrena*] Hieron. Comm. in ps. 107: 'Idumaea autem aut terrena interpretatur aut sanguinaria'.

12. *faciunt*] Conf. Ezech. 13, 2 sq.

14. *oboedientes Deo*] Hieron. Hebr. quaest. in Genes. 16, 11: 'Ismael interpretatur exauditio Dei.'

Moab, ex patre] Id. in Is. 15, 1 'Moab... interpretatur de patre sive aqua paterna'; Quaest. hebr. in Genes. 19, 36 'Moab interpretatur ex patre.'

15. *Aggareni, proselyti*] Hieron. De nom. hebr. M. 23, 819 'Agar, advena vel conversa.'

20. *lingens terram*] Ibid. 'Amalec, populus lambens vel lingens.'

22. *habet Philistiim*] Hieron. in Is. 2, 7 'Pro Philistiim semper LXX alienigenas interpretati sunt.'

23. *cadentes potione*] Lib. de nom. hebr. Genes. 'Felestim, cadentes, sive ruina poculi, aut cadentes potione'; epist. 65, n. 4 'Philistiim, qui interpretantur poculo corruentes.'

habitatores. Isti ergo qui expugnant populum Dei, habitant in Sor, hoc est, in angustia et tribulatione animae suae. Istae ergo tantae gentes quae pugnant adversum sanctos, videamus quem habent principem, Salvatorem an diabolum. Quid sequitur? *Etenim Assur venit cum illis.* Assur, Nabochodonosor adversarius Dei, qui populum Dei duxit in captivitatem. Licet videantur gentes habere plurimas pro se dimicantes, tamen principem habent Assur, hoc est diabolum, qui *facti sunt in adiutorium filiis Loth.* Loth interpretatur declinans. Daemones ante fuerunt angeli, et postea cum diabolo ceciderunt, et facti sunt satellites eius, sicut scriptum est in Apocalypsi Iohannis, quia draco cecidit, et traxit secum tertiam partem stellarum. Ergo quid dicit? Isti qui venerunt cum tantis gentibus, et expugnaverunt populum tuum, et venit cum eis Assur, et principem habent diabolum, facti sunt in adiutorium filiis Loth, hoc est daemonibus, qui a te declinaverunt: hoc operantur quod et daemones.

Videtis quia difficillima loca sunt, videtis quia obscura sunt, et in singulis sermonibus magna sunt sacramenta, et necessitate conpellimur in verbis hebraicis et plenis mysteriis diutius inmorari. Neque enim nunc rhetoricum locum eventilamus: sed id quod ab Spiritu sancto dictum est, interpretari nitimur. Nisi enim sic interpretemur ut diximus, quid prodest ecclesiis Xpisti legere tabernacula Idumaeorum, et Ismahelitae, et cetera nomina?

Quoniam ergo venerunt contra populum tuum, videamus quid eis imprecetur psalmista. *Fac eis sicut Madian et Sisara.* Legistis Iudicum librum: iste est Madian, quem expugnavit Gedeon. *Et Sisara, et Iabin.* Iabin et Sisara isti sunt, quos expugnavit Deborra et Barach. *In torrente Cison, disperierunt in Endor.* Deborra et Barach interfecerunt Sisara principem militiae. Ergo quod dicit, videte quid sit. Domine, quia tantam habent superbiam, quoniam cum tanto veniunt exercitu, quoniam Nabo-

3 *sanctos*] *sanctum* βSG. 7 *qui*] CGP; om. βS. 8 *ante fuerunt*] *qui antea fuerant* G. 11 *dicit*] *dicunt* SG. 13 *diabolum*] S repet. *et expugnaverunt populum tuum*; A *et expugnabant p. t.*; C *et expugnant p. t.* 15 *difficillima*] *dificilima* C. *quia obscura*] *quam obscura* S. 23 *Sisara*] *Sisarae* β; *Sysarae* C. 25. 26 *Deborra*] *Debora* G; *Debbora* β. *Barach*] *Barac* P. 26 *Endor*] *Hendor* P (gr. 'Αενδώρ). 27 *quia tantam*] S; *qui tantam* G; *quantam* β.

2. *et tribulatione*] Epist. 65, n. 18 'Verbum hebraicum SOR... interpretari potest et Tyrus et tribulatio'; in Is. 23, 1 'Tyrus lingua hebraea SOR dicitur, et in nostrum sermonem transfertur angustia.'

8. *interpretatur declinans*] Ep. 66, n. 11 'Lot, qui interpretatur declinans...'; in Ezech. 25, 1 'Isti (filii Ammon) de inclinatione orti sunt: hoc enim Lot in linguam nostram vertitur.'

11. *stellarum*] Apoc. 8, 12.

24. *Gedeon*] Iudic. c. 7 et 8.

25. *et Barach*] Ibid. c. 4.

chodonosor habent principem Assyriorum, quoniam facti sunt in adiutorium filiis Loth, quoniam hoc agunt quod agunt daemones, quoniam superbia ipsorum usque ad te elevata est : propterea te precor, ut ad ignominiam suam non a viro vincantur, sed a muliere. *Facti sunt sicut stercus terrae.* Qui? Madian, et Sisara, et Iabin : isti tres facti sunt sicut stercus terrae. Madian interpretatur relinquens iudicium. Quicumque pugnat contra populum tuum, non cogitat futurum esse iudicium. Sisara interpretatur equi visio. Isti qui pugnant contra populum tuum, non sunt de grege tuo et de pecoribus tuis, sed de equis qui insaniunt in feminas. Isti ergo equi semper parati in proelium. *Sicut Iabin.* Iabin interpretatur intellectus. Qui sibi in sua sapientia confidunt, et non in gloria Dei, facti sunt ut stercus terrae. Illi qui gloriabantur in exercitu, qui habebant principem Assur, et dicebant ' In caelum ascendam ', non solum in terram ceciderunt, sed in terra stercus facti sunt.

Pone principes eorum. Quorum? qui pugnant contra populum tuum. *Sicut Oreb et Zeb, et Zebee et Salmana, omnes principes eorum.* Legisse vos puto historiam in Iudicum libro, quoniam Gedeon, qui vocatur alio nomine Hierobaal, pro populo Dei pugnans hos quattuor reges vicerit, et interfecerit eos. Et videte quales sunt principes Madianitarum, qui reliquerunt iudicium Dei. *Oreb et Zeb et Zebee et Salmana.* Quis putat in istis verbis esse mysteria Salvatoris? Legunt hoc philosophi, et inridunt : legunt rhetores, et nunc putant esse deleramenta. Non solum autem rhetores, sed et Iudaei : non habent clavem scientiae, quoniam velamen positum est ante oculos eorum. Oreb interpretatur foramen, in quo coluber ingreditur ; Zeb interpretatur lupus. Videte nomina principum adversariorum Xpisti. Zebee, hostia, hoc est, quos lupus suffocaverit ; et Salmana, perfecti in malitia. Videte ergo nominum sacramenta. *Qui dixerunt : Hereditate possideamus sanctuarium Dei.* Dixerunt, sed non perfecerunt : quia Dominus pugnabat pro populo suo.

Deus meus, pone illos ut rotam. Videte clementiam prophetae : non pre-

1 *habent principem Assyriorum*] βCS ; *rex ipse est Assyriorum princeps* G ; *rex i. e. princeps Assyriorum* P. 3 *te precor*] C om. *te.* 5 *tres*] om. S. 7 *pugnat*] om. SG. *tuum*] C ; *meum* βPSG. 12 *Illi*] C add. *ergo.* 13 *et dicebant*] βS ; *et dicebat* G ; *qui dicebat* C. 16 *Salmana*] *Psalmana* C. 18 *Hierobaal*] *Geroboal* G. 20 *Salmana*] *Psalmana* P. *Quis*] *Qui* A. 21 *inridunt*] codd ; *irrident* β. 22 *nunc*] om. β ; *non* AS. *esse*] A inser. *nisi.* 26 *quos*] *quod* G ; *quae* S. 27 *Salmana*] *Psalmana* C. 30 *prophetae*] *prophetiae* (*i* add. sup. lin.) C.

9. *in feminas*] Sic nempe legebat Hieronymus Ierem. 5, 8 'equi amatores in feminas' M. 24, 742.

13. *ascendam*] Is. 14, 13.

24. *eorum*] Cf. 2 Cor. 3, 15.

catur contra eos, sed pro eis. Videte quid dicat. Deus meus, qui Deus es omnium, meus proprie Deus : Deus meus, pone illos ut rotam. Qui quasi fundamentum habent in malitia,non habeant fundamentum, sed vacillent, et non stent in malitia. *Sicut stipulam ante faciem venti, sicut ignis qui conburit silvam. Sicut stipulam :* non sicut frumentum, sed stipulam.Quod dicit, hoc est : si quis est in eis stipula et palea, pereat. *Sicut ignis qui conburit silvam.* Non dixit arbores frugiferas, sed silvam, quae non habet fruges. Si quis ergo stipula est, et non habet frumentum : si quis silva est, et non habet fruges, hoc pereat. *Sicut flamma conburens montes* : superbia in eis pereat.

Ita persequeris eos in tempestate tua, et in ira tua... Quid ? occides eos? Non : *turbabis illos*, ut salventur. *Imple facies eorum ignominia*, ut confundantur. Quare hoc? *Et quaerent nomen tuum Domine.* Videtis ergo quoniam non contra eos, sed pro salute ipsorum deprecatur. Denique et in sequentibus videte quid dicat. *Erubescant et conturbentur in saeculum saeculi, et confundantur et pereant.* Pereant secundum hoc quod mali sunt, et salvetur quod bonum est. Denique videte quoniam perditio hic non abolitionem sonat, sed salutem. Quid sequitur? *Et cognoscant quia nomen tibi Dominus : tu solus altissimus in omnem terram.* Erigat se qui vult, et erigatur : nos dicamus, Tu solus altissimus in omnem terram. Quantumvis aliquis exaltetur, nos habemus Deum, cui excelsior nemo est.

DE PSALMO LXXXIII.

In finem pro torcularibus filiis Chore psalmus. Tres sunt psalmi qui pro torcularibus praescribuntur : octavus, octogesimus, et octogesimus tertius. Octavus praescribitur David, octogesimus vero praescribitur Asaph, octogesimus tertius praescribitur filiorum Chore. Do vobis aliquam regulam, ut sciatis in scripturis quid observare debeatis. Quicumque psalmus praescribitur filiorum Chore, nihil triste habet, sed semper laeta significat.

3 *vacillent*] *vacillint* P ; *convacillent* C. 4 *et non stent*] *et istint* G ; *et non teneant* S. 6. 8 *quis*] Ita codd. et β. 8 *frumentum*] *fructum* G. 9 *hoc*] codd ; *hic* β. *montes*] G inser. *sic.* 11 *in ira tua*] G add. *deducis eos* ; S *conturbabis eos.* 12 *Non*] β et P 2 m. add. *sed.* *ut*] *et* P. 19. 20 *in omnem terram*] SG (gr. ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν) ; *in omni terra* βA. *Quantumvis*] C add. *enim.* 21 *aliquis*] *aliqui* CG. *exaltetur*] *exaltentur* C. *excelsior nemo*] codd ; *excelsius nomen* β. 22 *DE PSALMO LXXXIII*] Brev. col. 1134. 24 *octogesimus*] *octuagisimus* G.

2. *meus proprie Deus*] Cf. supra p. 41, l. 13.

23. *Tres sunt psalmi*] Cf. Commentariol. p. 20, l. 8.

Quoniam enim Chore et Dathan et Abiron fecerunt contra Moysen, et a Domino puniti sunt, filii Chore, qui non sunt secuti patrem suum, aeterno gaudio benedicti sunt. Quoniam autem Chore interpretatur calvaria, et manifestum est quod calvaria significatur locus resurrectionis, quicumque filius Chore est, filius est resurrectionis. Quicumque autem est filius resurrectionis, nihil potest habere quod triste est.

Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit et deficit anima mea in atria Domini. Deinde dicitur 'Beati qui habitant in domo tua'. Videte tria esse: tabernacula, et atria, et ad extremum domum. *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum.* Quae sunt ista tabernacula? Videamus evangelium, an nobis aliquam significantiam praebeat. Loquitur Dominus, et dicit: 'Facite vobis amicos de iniquo mamona, ut cum defecerit, recipiant vos in aeterna tabernacula'. Quid defecerit? hoc est, iniquus mamona. Recipiant vos illi in aeterna tabernacula. Videtis ergo quod iniquus mamona in isto saeculo deficit Tamen considerate quod iste iniquus iustitiam praeparat. Mamona in lingua hebraea divitiae nuncupantur: non aurum, ut quidam putant. De iniquo mammona. Vera est et philosophi quaedam sententia: 'Omnis dives aut iniquus, aut iniqui heres est'. Propterea dicit Dominus atque Salvator quod divites difficile ingrediantur in regno caelorum. Dicat aliquis: Quomodo Zachaeus ingressus est in regno caelorum, qui dives fuit? Sed dedit divitias, et statim conmutavit divitias regni caelorum. Non dixit, Quicumque divites fuerint, non intrabunt in regno caelorum: sed dixit, quod difficile divites intrabunt in regno caelorum.

1 *fecerunt contra*] cf. gr. ἐναντιοπραγέω; *steterunt contra* C. 4 *manifestum est*] *manifestatum est cranion* S. *quod*] *quid* G. *significatur*] *significetur* C; *interpretatur* G. 12. 14 *mamona*] *mammona* βACP. 12 *iniquo*] *inico* C 1 m. 14 *iniquus*] *inicus* C; *inicos* P. 16 *hebraea*] *hebraica* G; *syriaca* S. cf. adnot. infra. 20. 21 *regno*] G; *regnum* β; *regna* CPS. 22 *regni*] codd. (cf. gr. τί τινος ἀλλάσσειν); *regno* β. 23 *regno*] *regna* βGS; *regnum* C. *quod*] *quam* S.

3. *interpretatur calvaria*] Hieron. ep. 65, n. 4 'Qui sint autem filii Core, id est calvariae...'

13. *tabernacula*] Luc. 16, 9.

16. *lingua hebraea*] Cubare in mendo locum ceteris doctior suspicatus est scriptor codicis S, ideoque scribere maluit *lingua syriaca*, ut cum Hieronymo congrueret, qui mamona non Hebraeorum sed Syrorum lingua divitias nuncupari identidem monet, v. gr. ep. 121, c. 6; ep. 22, n. 31; Comm. in Matth. 6, 24. At vero latiori interpretatione lingua hebraea nonnunquam pro syrochaldaica accipitur, ut in Vulgata nostra Act. 21, 40 et alibi.

18. *aut iniqui heres est*] Hieron. ep. 120, c. 1 'Pulchre dixit *de iniquo*... Unde et illa vulgata sententia mihi videtur esse verissima: Dives autem iniquus, aut iniqui heres'.

20. *caelorum*] Matth. 19, 23.

23. *sed dixit quod difficile* etc] Hieron. in Matth. 19, 23 '... non dixit, Impossibile est divites intrare in regnum caelorum, sed difficile'.

Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum. Alii desiderant possessiones, alii saeculi istius divitias, alii parere in istius saeculi ecclesiis, et gloriam aliquam habere apud homines: mihi hoc solum desiderium est, videre aeterna tabernacula tua. Illa mihi dilecta sunt tabernacula, ubi congregratio virtutum est, non vitiorum. *Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini.* Hoc est solum desiderium, hic solus amor meus, ut videam atria tua. Videte ordinem. Primum desiderat tabernacula, tabernacula quae non habent fundamentum, tabernacula quae cito mutantur. Tabernaculum enim semper mutatur, et huc illucque transfertur. Ceterum atria non sunt quidem domus, sed tamen habent aliqua fundamenta, et de atrio intramus in domum. Iste ergo primum tabernacula desiderat, et postea deficit et amore tabescit ut videat atria: et cum fuerit in atrio, tunc dicit: 'Beati qui habitant in domo tua'.

Cor meum et caro mea exultavit in Deum vivum. Difficile est, ut et cor et caro alicuius in commune consentiant. Si enim secundum apostolum spiritus pugnat contra carnem et caro contra spiritum, quomodo hic dicit: Cor meum et caro mea exultavit? Hoc non potest dicere, nisi ille qui in amore Dei tota mente fixus est. *Cor meum et caro mea.* Illud est quod dicit et in alio loco: 'Sitivit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea'. *Et caro mea.* Ista est caro quae desiderat Dominum, de qua in alio loco dicitur: 'Et videbit omnis caro salutare Dei'. Illa autem caro, de qua dicitur 'Omnis caro faenum', non desiderat Dominum. *Cor meum et caro mea.* Vide mihi aliquem abstinentem, qui mortem carnis suae lucrum putat animae suae. Hoc autem carnis sunt ieiunia et iniuriae. Denique et apostolus quid dicit? 'Quem tradidi satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat'. Nisi caro mortua fuerit, spiritus vivificari non potest. Propterea dicit et apostolus: 'Quando infirmor, tunc fortior sum'. Consideret se unusquisque, quando ieiunio lassus est et defectus, quomodo anima vigeat, quomodo nihil aliud mens nisi de Deo consideret, quomodo semper dicat: Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum.

6 *desiderium*] SG add. *meum*. *hic*] *hoc* C. 11 *de atrio*] β; *de atria* H; *de atriis* C. 14 *exultavit*] SG; *exultaverunt* ACPβ. 17 *exultavit*] ASGPβ; *exultaverunt* C. 18 *fixus*] *defixus* S. 20 *caro mea*] post *tibi* om. SG. *et caro mea*] SG: om. βP; C repet. *cor meum et caro mea*. 24 *Hoc*] *haec* β. 27 *fortior*] *fortis* AC. 29 *mens*] G add. *eius*. *de Deo*] βP sup. lin. S; *Deum* CG, P 1 m; *dominum* A.

14. *Difficile est*] Commentariol. p. 64, l. 11 'Difficile est, ut caro Deum pariter cum corde desideret'.
16. *contra spiritum*] Gal. 5, 17.
20. *mea*] Ps. 62, 2.
21. *Dei*] Luc. 3, 6.
faenum] Is. 40, 6.
26. *fiat*] 1 Cor. 5, 5.
28. *sum*] 2 Cor. 12, 10.

Etenim passer invenit sibi domum, et turtur nidum sibi ubi ponat pullos suos. Interim simpliciter interpretemur. Videte quid dicat. Desidero, Domine, aeterna tabernacula tua: concupiscit et deficit anima mea in atria Domini: sedem aliquam et nidulum animae meae et corpori meo habere desidero. Aves quae libere huc atque illuc vagantur, tamen postquam volaverint, habent locum et nidulos ubi requiescant: quanto magis anima et caro mea debet sibi locum praeparare, ubi possit requiescere? Nunc aliquid altius ascendamus. 'In Domino confido: quomodo dicitis animae meae, Transmigra in montes sicut passer?' Videte ergo, quia nemo transmigrat in montes, nisi qui passer est. *Et turtur nidum sibi.* Ista est turtur, de qua dicit in Cantico canticorum: 'Vox turturis audita est in terra nostra'. *Turtur nidum sibi.* Turtur animal castitatis, turtur non habitat in humilibus,sed semper facit nidos sibi in excelsis arboribus. Sicut ergo passer et turtur aves castissimae nidos sibi in sublimioribus faciunt, sic ergo tabernacula et atria et domus non sunt in humili ista terra, sed in excelso, hoc est in regnis caelorum. Denique videte quid dicat. *Beati qui habitant in domo tua.* In tabernaculo non habitamus, sed peregrinamur. Et in atrio quamdiu sumus, non habitamus, sed peregrinamur: de atriis enim transimus in domum. Cum autem venerimus in domum, quid dicitur? *Beati qui habitant in domo tua.* Domus, quae habet fundamentum: quoniam de domo nobis exire non licet, de atriis licet.

Beatus vir cuius est auxilium abs te. Nos quidem desideramus tabernacula et atria et domum tuam: sed hoc ipsum ut capere possimus, non est virtutis nostrae, sed auxilii tui. *Ascensiones in corde suo disposuit.* Qui disposuit ascensiones in corde suo? Beatus vir cuius est auxilium a Domino: ille disposuit ascensiones in corde suo. Quicumque sanctus est, cotidie in priora extenditur,et praeteritorum obliviscitur. Propterea dicuntur et in Psalterio psalmi graduum quindecim, et primus dicitur 'Ad Dominum cum tribularer clamavi'. Et in secundo 'Levavi oculos meos ad montes, unde veniet auxilium mihi'. Et in tertio 'Laetatus sum in his

1 *sibi*] om. G. *ponat*] *reponat* βP 2 m. G. 4 *nidulum*] *nidulos* S; *nidulus* G. 9 *in montes*] *in monte* SG. 10 *sibi*] om. G; S add. *conlocat.* 11 *cantico*] βP; *cantica* H; *canticis* C (cf. supra p. 87, l. 11). 16 *excelso*] *excelsa* S. 22-pag. seq. l. 7 In omnibus codd. haec verba post expositam alteram versiculi partem (*in valle ... posuit*) reiciuntur, perturbato videlicet ordine scidarum in archetypo. 23 *ut*] *quod* G. *possimus*] *possumus* G. 24 *auxilii*] *ausilii* C. *Qui*] *quis* β. 25 *cuius*] *cui* AC. 28 *et primus*] *et in primo* 2 m. corr. ex *et primis* C. 30 *ad*] *in* βS. *veniet*] *veniat* G.

9. *passer*] Ps. 10, 2.
12. *nostra*] Cant. 2, 12.
Turtur animal castitatis etc.] Advers. Iovin. l. 1, n. 30 'Turtur avis pudicissima, semper habitans in sublimibus'.
29. *clamavi*] Ps. 119, 1.
30. *mihi*] Ps. 120, 1.

quae dicta sunt mihi'. Et semper procedit, et proficit, et ascendit in sublimiora. Quod dicit, hoc est. *Ascensiones in corde suo disposuit.* Felix est qui cotidie proficit, qui non considerat quid heri fecerit, sed quid hodie faciat et proficiat. Sanctus ascensiones in corde suo ponit, peccator descensiones. Quomodo qui sanctus est cotidie proficit, sic qui peccator est cotidie decrescit. Beatus vir qui disponit ascensiones in corde. Vide consequentiam scripturarum.

In valle lacrimarum, in loco quem posuit. Ubi dicitur 'in valle', necesse est ut econtrario intellegamus et montem. Ergo quicumque disponit ascensiones in corde suo, ubi positus est? In valle lacrimarum. Consideremus quod in valle sumus: non sumus in monte, non sumus in paradiso, in paradisi altitudine; sed in humilitate terrae, terrae maledictae, quae nobis tribulos et spinas generat, quae cibus serpentis est, de qua dicitur ad Adam 'Terra es, et in terram ibis'. Quamdiu ergo sumus in valle lacrimarum, non debemus ridere, sed flere. Propterea dicit et Dominus: 'Beati flentes, quia ipsi ridebunt'. Interdum ergo sumus in valle lacrimarum, et saeculum hoc lacrimarum est, non gaudii. Non debemus ridere, quoniam hoc saeculum et hoc tempus lacrimarum est, illud gaudii. *In valle lacrimarum, in loco quem posuit.* Quid est quod dicit, In loco quem posuit? In loco, hoc est, in valle lacrimarum. *In loco quem posuit*: Deus nobis posuit ad certamen, ut semper in hoc pugnemus. Locus ergo iste, hoc est vallis lacrimarum, non est pacis, non est securitatis, sed certaminis atque bellorum.

Etenim benedictiones dabit qui legem dedit. Dicat aliquis: In valle lacrimarum, in loco quem posuit ad agonem, hoc est ad certamen. Quare posuit ad agonem? Quare pugnare nos voluit? Respondit sibi ipse psalmista, et dicit: Propterea in loco isto pugnare nos voluit, ut possit tribuere coronas. *Etenim benedictiones dabit legislator.* Iste legislator, hoc est agonotheta noster, propterea nos pugnare voluit, ut nos possit benedicere. Videte consequentiam. Quae sunt autem benedictiones istius agonothetis? *Ibunt de virtute in virtutem.* Hic vincunt, ut ibi coronentur. Si hic vir

3 *fecerit*] *fecerat* G; *fecit* S. 4 *et proficiat*] *ut proficiat* β; om. S. 11 *in paradiso*] om. PSG. 12 *terrae*] non repet. PSG. 24 *benedictiones*] (gr. εὐλογίας); *benedictionem* GP. *qui legem dedit*] ACGP; *legislator* βS. 26 *ad agonem?*] ACGP om. *ad.* 28 *agonotheta*] βS; *agoniteta* AC. 30 *agonothetis*] S; *agonotetis* C 1 m; *agonctetis* GP; *agonitetis* A, C sup. lin; *agonothetae* β. 32 sqq. *de virtute*] *de virtutibus* C.

1. *mihi*] Ps. 121, 1.
14. *ibis*] Gen. 3, 19.
16. *ridebunt*] Luc. 6, 21.
28. *agonotheta noster*] Ep. 71, n. 2: 'Non est invidus agonotheta noster'; advers. Iovin. 1, 12 'Proponit ἀγωνοθέτης praemium'.

fortis apparuerit, ibi robustior fit. *Ibunt de virtute in virtutem.* Ergo nisi hic habuerimus virtutem, ibi virtutem maiorem habere non possumus. Neque enim dixit, ibunt de inbecillitate in virtutem : sed, ibunt de virtute in virtutem. Vis ibi esse fortis ? ante hic esto fortis. Vis ibi coronari ? hic pugna. *Ibunt de virtute in virtutem.* Possumus et aliter dicere. 'Xpistus Dei virtus et Dei sapientia'. Qui hic habuerit virtutem, et ibi habebit ipsam virtutem. *Ibunt de virtute in virtutem.* Quid habebunt lucri, cum ierint de virtute in virtutem ? quid habebunt praemii ? *Videbitur Deus deorum in Sion.* 'Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt'. Sufficit victoribus, sufficit eis qui pugnaverint facies Xpisti : Deum videre, infinita corona est. *Videbitur Deus deorum in Sion.* Quanta laetitia est, quanta felicitas, ire de virtute in virtutem, et hoc ipsum habere praemium, ut Xpistum videre mereamur !

Protector noster aspice Deus, et respice in faciem Xpisti tui. Videte quid dicat, Et respice in faciem Xpisti tui. Et deprecatur homo, ut Pater aspiciat in faciem Filii. Sed vide quid dicat. Quoniam dixit apostolus 'An experimentum quaeritis eius qui in me loquitur Xpistus ?' et rursum ipse Salvator dixit 'Qui vos recipit, me recipit', ergo hoc est quod dicit : Respice in nos : in nobis enim respicis Filium tuum, qui habitat in nobis.

Quia melior est dies una in atriis tuis super milia. Videte quid dicat, 'dies una'. Putat aliquis sic intellegendum : Melius mihi est in regno caelorum parvum habere, quam hic totum, hoc est in isto saeculo. Est quidem et ista intellegentia non mala. Sed nos dicamus : Si possit fieri ut aliquis una die esset in regno caelorum, et postea praecipitetur, recte diceret : Melius est dies una in atriis tuis. Nunc vero quod dicit 'una dies', hoc est quod dicit : Regna caelorum, una dies ; non habet noctem et tenebras, sed semper lux est. Qui ergo una die in regno caelorum fuerit, semper ibi est.

Elegi abiectus esse in domo Dei mei, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Hoc est quod dicit etiam Salvator de Iohanne : 'Amen dico vobis, quoniam in natis mulierum non est maior Iohanne Baptista'. Deinde dicit quia ipse est angelus. Et deinde dicit : 'Qui autem minor est

1 *fit*] *fiet* S. 10 *pugnaverint*] *pugnaverunt* β. 16 *An*] *A. non* C mutat. in *annon.* 18 *dixit*] *dicit* SG. 23 *possit*] codd ; *posset* β. 24 *praecipitetur*] *praecipitaretur* β et codd. CP 2 m. ex *praecipitetur.* 25 *melius*] *melior* (*or* in rasura) P. *est*] C add. *enim* 26 *Regna*] APSG ; *regnum* C ; *in regno* βP 2 m. *dies*] S add. *est.* 27 *et*] *nec* G. 29 *quam*] codd ; *magis quam* β. 31 *quoniam*] om. G.

6. *sapientia*] 1 Cor. 1, 24.
9. *videbunt*] Matth. 5, 8.
17. *Xpistus ?*] 2 Cor. 13, 3.
18. *recipit*] Matth. 10, 40.
30. *Amen dico* etc.] Matth. 11, 11.

in regno caelorum, maior est illo'. Sensus ibi iste est: Iohannes inter omnes homines maior est, et, si vultis scire, ipse est angelus; iste autem qui in terra angelus est, in regno caelorum novissimus est, hoc est, ab angelis minor est; qui autem minor est in regno caelorum,hoc est angelus, maior est ab isto qui in terra omnibus maior est. Hoc est ergo nunc quod dicit propheta: *Elegi abiectus esse in domo Dei mei*, hoc est, minimus esse volui in regno caelorum, quam in isto saeculo primus. *Elegi abiectus esse in domo Dei mei, quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Considerate quid dicat, Quam habitare in tabernaculis peccatorum. Tabernacula non habent fundamentum, sed pertranseunt: tamen qui peccator est, numquam accolit terram, sed inhabitat et possidet.

Quia misericordiam et veritatem diligit Deus. Duo diligit Deus, misericordiam et veritatem. Si tantum misericors esset, omnes nos ad peccata provocaret: si tantum veritatem diligeret, nemo spem haberet paenitentiae. Propterea duo quaerit, et ex altero alterum temperat. Si peccator es, audi misericordem Deum, et noli desperare, et age paenitentiam. Si vero iustus es, noli neglegens esse, quia Deus clemens est: quoniam Deus et iustus est, et veritatem diligit.

Gratiam et gloriam dabit Dominus. Non dixit, Gloriam et gratiam dabit: sed quid dixit? *Gratiam et gloriam dabit Dominus.* Primum donat peccata, et postea coronat.

Non privabit bonis eos qui ambulant in innocentia. Melius habet in hebraico: 'in perfectione'. Innocentia enim non est perfecta virtus: quoniam qui innocens est, nisi habuerit et prudentiam, non est perfectae consummataeque virtutis. Propterea dicit etiam in evangelio: 'Estote prudentes ut serpentes, et simplices ut columbae'. *Domine virtutum.* Videte quid dicat, Domine virtutum. Ergo quando peccata aliqua habemus in nobis, Deus, qui Dominus virtutum est, non est Dominus noster: quia Dominus non est peccatorum, sed iustorum. *Beatus vir qui sperat in te.* Ille sperat in Domino, qui conscientiam non habet peccatorum, qui oculos liberos ad caelum levat. Iste sperat, qui se scit non offendisse Dominum suum.

2 *scire*] *recipere* GP. 17 *clemens est*] Codex S ita prosequitur: *quia Deus misericors est: et iustus est e. v. d.* 30 *peccatorum*] *peccatricem* SG.

4. *hoc est, angelus*] Hieron. in hunc Matthaei locum: 'Quidam novissimum angelum in caelis Domino ministrantem meliorem volunt accipere quolibet primo homine qui versetur in terris'.

23. *in perfectione*] Psalt. hebr. Hieron. 'nec prohibebit bonum ab his qui ambulant in perfectione'.

26. *columbae*] Matth. 10, 16.

DE PSALMO LXXXIIII.

In finem filiorum Chore psalmus. Octogesimus quartus psalmus hoc titulo praenotatur. Frequenter dixi : ubicumque titulus est ' Filiorum Chore ', nihil triste est, sed semper laetum. Tristitia enim patris filiorum gaudio consolatur. Denique psalmos diligenter relegite, et ubicumque invenietis titulum ' Filiorum Chore ', nihil triste reperietis. Frequenter dixi : Chore, qui interpretatur Calvariae locus, necesse est ut laetum aliquid significet. Denique quis est iste Chore ? qui de Hiericho ascendebat in Bethel. Bethel, domus Dei. Diligenter animadvertite. Quicumque in Hiericho est, et vult ire ad domum Dei, necesse est ut ascendat. Ergo de Hiericho Chore noster, hoc est Helisaeus, ascendit in domum Dei Bethel ; et egrediuntur de Bethel, hoc est de domo Dei, hoc est de synagoga, ubi prius fuerat domus Dei, egrediuntur pueri XLII, et inludunt Helisaeo Chore nostro, et dicunt ' Ascende calve, ascende calve '. Ille venit ad domum suam, et inridetur a parvulis Bethel. Verum Helisaeus ille patientissimus, qui propterea venerat in Bethel ut salvaret, respexit se aliquando : respexit, et iussit de saltu exire duos ursos, et interfecerunt quadraginta duos pueros. Sic et Dominus noster, hoc est noster Chore, cum venisset in Bethel, et vellet ascendere, inrisus a parvulis, iubet exire duos ursos, hoc est Vespasianum et Titum, et interfecerunt quadraginta duos pueros. Qui sunt isti quadraginta duo pueri ? Ab ascensu Xpisti usque ad subversionem Hierusalem quadraginta duo anni sunt. Diligenter aspicite, et sic invenietis. Dedit itaque illis locum paenitentiae quadraginta et duobus annis et post resurrectionem suam, cum ad Bethel ascenderet. Sed quoniam illi inridebant ' Ascende calve, ascende calve ', egressi sunt duo ursi, et interfecerunt illos.

Benedixisti Domine terram tuam. De adventu dicitur Salvatoris. Hoc proprie secundum historiam : ceterum secundum trophologiam, cum dixe-

1 *DE PSALMO LXXXIIII*] in Brev. col. 1139. 2 *octogesimus*] *octuagisimus*] G. 6 *invenietis*] *inveneritis* βS, codd. CP 2 m. ex *invenietis*. *reperietis*] *repperietis* PS ; *reperitis* G. 7 *qui*] GP ; *quid* C ; *quod* βS. 11 *domum*] *montem* G. *Bethel*] *in Bethel* βS. 15 *inridetur*] *inridebatur* S ; *inridunt* G. 16 *qui*] *quia* C. 17 *iussit*] *iubet* G. 19 *iubet*] *iussit* S. 24 *duobus annis*] *duos annos* βP. *ad Bethel*] *a bethel* P ; *ha bethel* C.

14. *ascende calve*] 4 Reg. 2, 23.
26. *interfecerunt illos*] Hieron. epist. 120, c. 8, n. 2 : ' usque ad quadragesimum secundum annum datum est tempus penitentiae. Post quos, perseverantibus illis in malitia, egressi sunt duo ursi de silvis gentium Romanarum, Vespasianus et Titus : et blasphemantes pueros ascendente vero Elisaeo in domum Dei (hoc enim interpretatur Bethel) voce consona illudentes interfecerunt atque laceraverunt '.

rimus de historia, postea disseremus. *Benedixisti Domine terram tuam.* Hoc diximus de adventu Salvatoris. Terra quae te offenderat, quae idolatriis fuerat inquinata,te veniente salvata est. *Benedixisti Domine terram tuam.* Loquatur peccator, et postea veniam consecutus : Benedixisti Domine terram tuam. Licet tribulos adtulerit et spinas, tamen creatura tua est, et ideo salvata est. *Avertisti captivitatem Iacob :* eorum qui in Xpisto crediderunt. *Avertisti captivitatem Iacob.* Quicumque in peccatis est, captus tenetur. *Remisisti iniquitatem plebis tuae.* Non propter opera eorum, sed propter misericordiam tuam salvasti populum tuum. *Operuisti omnia peccata eorum*, et usque ad finem de adventu Salvatoris psalmus est, sicut dixi. *Misericordia et veritas. Verumtamen prope timentibus eum salutare ipsius, ut inhabitet gloria in terra nostra.* Vere enim gloria Dei habitavit in terra nostra, et deinde *iustitia de caelo prospexit. Etenim Dominus dabit benignitatem.* Quam benignitatem ? *Terra nostra dabit fructum suum.* Maria, terra nostra, caro nostra, dedit fructum suum. *Iustitia ante eum ambulabit.* Iustum fructum dedit terra virgo.

Hoc interim diximus secundum hostoriam : nunc dicamus secundum trophologiam. *Remisisti iniquitatem plebis tuae.* Nemo dimittit, nisi quod debetur. *Operuisti omnia peccata eorum.* Virtutibus operuisti, et propterea peccata non parent. Verbi causa, iniquitatem operuisti iustitia, inpudicitiam operuisti castitate, nigredinem operuisti candore. *Mitigasti omnem iram tuam, avertisti ab ira indignationis tuae. Converte nos, Deus salutum nostrarum.* Videte quid dicat. Tu, quod in te fuit,aversus es ab ira propter clementiam tuam. *Converte nos, Deus.* Tu aversus es ab ira, nos avertisti a peccatis. *Converte nos, Deus salutum nostrarum.* Quare non dixit,salutis nostrae, sed, salutum nostrarum ? Si semel peccaremus, una indigeremus salute. Multa peccavimus, propterea multis indigemus salutibus. *Deus, tu conversus vivificabis nos.* Quamdiu ergo ad nos Dominus convertatur, mortui sumus. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis.* Quod Salvator descendit, misericordiae Dei est : non venisset medicus, nisi aegrotarent plurimi. Quoniam aegrotabant plurimi, propterea venit medicus : quoniam indigebamus misericordia, propterea venit Salvator.

1 *disseremus*] *dicemus* β. 4 *consecutus*] P add. *dicat.* 10 *et*] om. β ; expunct. in P. *de adventu*] *u* ex *o* C. 11 *dixi*] P 1 m ; *dixit* βCS, P sup. lin ; *diximus* G. 13 *et deinde*] *et inde* S. 14 *Quam*] S inser. *dabit.* 16 *iustum*] mutat. in *istum* 2 m. C ; *istum* Breviarii cod. Namurc. 17 *diximus*] om. C. 18 *quod*] *cui* G. 21 *nigredinem*] *nigridinem* C 1 m ; *negridinem* P. 24 *avertisti*] *avertesti* C 1 m ; *averte* P sup. lin. 27 *Multa*] βII ; *multum* PSG ; *multis* AG. 28 *convertatur*] codd ; *non convertitur* β.

5. *et spinas*] Gen. 3, 18.

Audiam quid loquetur in me Dominus Deus. Multi putant,quando loquitur Moyses et dicit, Haec dicit Dominus, et Esaias, et ceteri, et dicitur, Factum est verbum Domini ad Esaiam sive ad Iezechiel prophetam, quoniam forinsecus sermo fiat, et per istas aures audiat propheta quod loquitur a Domino. Non est ita. Denique et Dominus noster quid loquitur ad Pharisaeos et Iudaeos? 'Qui habet aures audiendi, audiat'. Et Esaias ait: 'Dominus addidit mihi auriculam'. Videte quid dicat, Dominus addidit mihi auriculam. Quoniam non habebam illam auriculam quae in corde est, addidit mihi, ut Dei possim audire sermones. Et nunc ergo propheta quodcumque audit, audit in corde. Quo modo enim clamamus in cordibus nostris 'Abba pater', et clamor ille silentii est, et silentium auditur a Domino: sic et Dominus loquitur ad cor nostrum,quod clamat, Abba pater. Ideo ergo nunc dicit propheta: Audiam quid loquetur in me Dominus Deus. Tale quid et Abbacuc propheta dicit: 'Stabo in contemplationem, et videam quid respondeat mihi Dominus, et quid respondeam ad eum' et audiam quid loquatur in me Dominus Deus.Ergo et hoc quod ait, Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, loquitur in corde, loquitur in sensu. Vultis scire qualis sit clamor cordis? vultis scire quoniam clamor apud Deum non est vocis, sed lacrimarum? Dicitur in Lamentationibus Hieremiae: 'Non tacuit pupilla oculi mei'. *Quoniam loquetur pacem in plebem suam.* Proprie dicitur hoc de populo Iudaeorum, qui in Xpistum credituri sunt: hoc est, de adventu Xpisti dicitur et de fide populi Iudaici, hoc est de apostolis, et quicumque apostolis crediderunt. *Quoniam loquetur pacem in plebem suam.* Pax non dicitur, nisi quando bellum est.

Et in sanctos suos,et in eos qui convertuntur ad cor: hoc est, qui primum sequebantur carnem, et postea convertuntur ad cor. Ut sciatis quia porro

1 *loquetur*] S (gr. λαλήσει); *loquatur* reliqui. 3 *prophetam*] S inser. *dicit aliquis.* 4 *fiat*] *fiebat* S; *fuit* G. *audiat*] *audiebat* S. 10 *Quo modo*] SG; *quando* βA. 14 *contemplationem*] *contemplatione* βC. 15 *et videam*] codd. pro *ut videam*? gr. τοῦ ἰδεῖν. 22 *adventu*] *aventu* S. *Xpisti*] om. SG. 25 *est*] omnes codd; *non est* β. 26 *in sanctos*] *super sanctos* βAS. 27 *porro de Iudaeis*] G om. *porro*, P add. sup. lin; *pro Iudaeis* βH.

6. *audiat*] Matth. 11, 15; Luc. 8, 8.
7. *auriculam*] Is. 50, 5 quem in locum Hieron. 'Cui addita est auris per gratiam, quam per naturam non habebat: ut intellegamus nequaquam aures corporis accipi debere, sed mentis; de quibus et in evangelio Dominus loquebatur: *Qui habet aures audiendi, audiat.*'
16. *ad eum*] Habacuc 2, 1. Ad haec verba item Hieron. in Comment. 'Sed et hoc notandum ex eo quod dixerat *ut videam quid loquatur in me*, propheticam visionem et eloquium Dei non extrinsecus ad prophetas fieri, sed intrinsecus, et interiori homini respondere. Unde.... et in psalmis: *Audiam quid loquatur in me Dominus*'.
20. *mei*] Thren. 2, 18.

de Iudaeis dicitur iste versiculus, hoc est, de his qui crediderunt in Salvatorem, videte exempla quae diximus. Fac mihi Iudaeum legere Leviticum, et omnia illa sacramenta quae scripta sunt, et quomodo leprosus ingreditur in synagogam, quomodo gallina tollitur, et obtorquetur illi collum ; deinde dicitur de sanguine quomodo aspargatur, dicitur de aqua, dicitur et de hysopo, dicitur etiam quomodo scindantur illi vestimenta, et sic ingreditur in synagogam ille qui leprosus fuerat. Si secundum litteram legamus, quid nobis prodest quod legimus ? Si vero conversi fuerimus ad cor, si spiritaliter intellexerimus, videbimus quoniam leprosus non potest intrare ad populum Dei, nisi scindantur vestimenta eius, nisi quodcumque clausum fuerat reveletur. Deinde videte quoniam iste leprosus nisi per sanguinem et aquam et hysopum non ingreditur in synagogam. Ergo et tu, qui usque hodie leprosus fuisti, non apparebat lepra tua antequam venisses ad sacerdotem. Sed quoniam venisti ad sacerdotem, dissuit sacerdos vestimenta tua, et id quod tectum videbatur et sanum esse, ostendit in leprosum. Omnia peccata tua et lepram tuam posuit ante oculos tuos, et ideo te reducit in synagogam Dei per sanguinem et per aquam. Per sanguinem, per passionem Xpisti ; et per aquam, per baptismum. Ergo post lepram sanari non poteris, nisi per sanguinem Xpisti et per baptismum. Et cum hoc feceris, dicitur et illud : 'Asparges me hysopo, et mundabor : lavabis me, et super nivem dealbabor'. Usque hodie in Aegypto es : quamdiu non veneris ad sanguinem et ad aquam, salvari non poteris. Vis ut exterminator, qui interfecit Aegyptum, non te interficiat ? Tolle hysopum, intingue in sanguine, asparge postes tuos : et exterminator cum viderit sanguinem in fronte tua, accedere non poterit. Hoc totum quare dixi ? Quia scriptum est, *In eos qui convertuntur ad cor.* Ergo non poterit loqui Deus pacem plebi suae, nisi eis qui convertuntur ad cor.

Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius. Ostendi viam salutis, do misericordiam. Licet necdum conversus es ad cor, tamen expecto, do

2 *diximus*] *dicimus* G. 6 *hysopo*] *hysopho* G ; *isopho* C. 11 *fuerat*] *fuerit* βSG, P postea emend. 14 *venisses*] *venires* β. 16 *in leprosum*] ita codd ; β om. *in*, quae tamen particula legitur in H. Fortasse usus est Hieronymus praepositione cum accusativo, ut indicaret institutae a sacerdote disquisitionis exitum. Cf. supra p. 76, l. 12-13. 20 *illud*] S add. *psalmistae*. 25 *poterit*] *potest* G. 27 *eis*] *in eis* G ; *his* C. 29 *Ostendi*] PS ; *ostende* G ; *ostendit* C 1 m ; *ostendo* βA, C sup. lin.

2. *exempla quae diximus*] Inter opuscula Hieronymo falso inscripta (Migne 30, 253) quaedam exstat 'De diversis generibus leprarum' oratio, quam tanti Doctoris non esse palam est.

Leviticum] cap. 14.

21. *dealbabor*] Ps. 50, 9.

locum paenitentiae. Et hoc totum quidem, *ut inhabitet gloria in terra nostra.* Propterea te ad paenitentiam vocat, ut ille qui leprosus eras, habeas hospitem Xpistum.

Misericordia et veritas obviaverunt sibi: iustitia et pax osculatae sunt. O quam praeclara amicitia! *Misericordia et veritas obviaverunt sibi.* Peccator es? audi quid dicat, Misericordia. Sanctus es? audi quid dicat, Et veritas. Nec si peccator es, desperes; nec si iustus es, superbias. Dicamus aliter. Duo sunt credentes populi: unus de gentium populo, et alius de Iudaeorum. Iudaeis repromissum est quod veniret Salvator: nobis autem, qui extranei eramus a lege Dei, non est repromissum. Misericordia igitur est in populo gentilium, veritas in populo Iudaeorum: quia quod repromissum est venit, hoc est, quod repromissum est patribus, hoc conpletur in filiis. *Iustitia et pax osculatae sunt.* Videte quid dicat, Iustitia et pax osculatae sunt. Ipsum est quod supra dixit, Misericordia et veritas. Misericordia ipsum est quod et pax, veritas autem ipsum est quod et iustitia. Si quid enim ad pacem pertinet, hoc et ad misericordiam: et si quid ad veritatem, hoc et ad iustitiam. Videte ergo quid dicat. *Iustitia et pax deosculatae sunt:* hoc est, misericordia et veritas amicitiam fecerunt, hoc est, gentium populus et Iudaeorum sub uno pastore Xpisto est.

Veritas de terra orta est. ' Ego sum via et veritas et vita '. Ille qui dixit, Ego sum veritas, de terra ortus est. Quae est ista veritas, quae de terra orta est? ' Exiet virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet '. Et in alio loco: ' Quoniam Deus operatus est salutem in medio terrae ' Quid dicis, Manichaee, qui negas carnem habuisse Salvatorem? Ecce veritas Salvator de terra, hoc est, de Maria ortus est. *Et iustitia de caelo prospexit.* Iustum enim erat, ut Salvator misereretur populo suo. Videte quid dicat. O iusta iudicia Dei, et investigabiles viae eius! *Veritas de terra orta est,* hoc est Salvator. Et rursum *Et iustitia de caelo prospexit.* Iustitia ipse Salvator est. Quomodo de terra orta est? quomodo de caelo prospexit? De terra orta est, quoniam homo natus est: de caelo prospexit, quoniam Deus semper in caelis est. Hoc est, natus quidem est de terra: sed ille qui de terra natus est, semper in caelo est. Hoc est, sic apparuit in terris, ut caelos non relinqueret. Deus enim ubique est. Pro-

1 *quidem*] *quid est* βS; *quod est* G. 2 *ille*] om. β. *eras habeas*] *erat habiat* G. 5 *praeclara*] *pulcra* C. 9 *veniret*] *veniet* G. 12 *conpletur*] *inpletur* S; *conpletum est* GP. 16 *si quid enim*] S inser. *quod*; *si quidem autem* G. 18 *deosculatae*] *se osculatae* S. 22 *ascendet*] *exiet* β. 27 *et*] *o* GP. 30 *homo natus est*] *humanatus est* P. 33 *relinqueret*] *reliquerit* G.

20. *et vita*] Io. 14, 6. 24. *terrae*] Ps. 73, 12.
22. *ascendet*] Is. 11, 1.

spexit : quoniam donec peccabamus, avertebat oculos suos a nobis. Quod dicit, hoc est. Iustum est, ut figulus misereatur operibus suis, ut pastor misereatur gregi suo. Nos populus eius sumus, nos creatura eius sumus. Propterea ergo de terra ortus est, et de caelo prospexit, ut impleat iustitiam suam, et misereatur operi suo. Denique ut sciatis quoniam iustitia non crudelitatem sonat, sed misericordiam, videte quid dicat. *Etenim Dominus dabit benignitatem*. Propterea prospexit de caelo, ut misereatur operibus suis. *Et terra nostra dabit fructum suum*. Veritas quidem de terra orta est : hoc de praeterito. Nunc de futuro dicitur, Et terra nostra dabit fructum suum. Nolite desperare, quod semel natus est ex Maria : cotidie et in nobis nascitur. *Et terra nostra dabit fructum suum*. Et nos possumus parere Xpistum, si volumus. *Et terra nostra dabit fructum suum* : de quo fiat caelestis panis, de quo dicit ' Ego sum caelestis panis '.

Haec quidem omnia diximus de misericordia Domini, quoniam propterea venit, ut salvaret humanum genus. Verumtamen scire debemus quoniam ipse est iudicaturus vivos et mortuos, ipse veniet ad iudicandum. *Iustitia ante eum ambulabit*. Nolite neglegentes esse : Iustitia ante eum ambulabit. *Et ponet in via gressus suos*. Videte quid dicat, Gressus suos : ubi non sunt lapides, ubi non sunt spinae et tribuli, ubi aequalis via est, ubi ambulare potest, ubi non potest inpingere. Et nos ergo faciamus in corde nostro viam Domino : de qua via laborabat Iohannes, et clamabat in heremo, ut faceremus viam Domino. Ergo et nunc haec dicitur. *Et ponet in via gressus suos*. Ubi invenit viam, ambulabit. Licet ante habebamus spinas et tribulos, licet lapides, dicitur nobis in Esaia : ' Et lapides de via proicite '. Hoc autem propterea dicit, ne cum voluerit deambulare in via nostra, inpingat pedem suum. Lapides qui in via sunt, et proici iubentur, peccata nostra sunt. Non ambulat in corde nostro Xpistus, si peccatum aliquod fuerit : statim inpingit in lapides. *Et ponet in via gressus suos*. Faciamus viam, et ponet in via gressus suos Iesus.

4 *iustitiam*] *misericordiam* G. 10 *natus*] *natum* β. 18 *Videte*] *audite* P. 21 *laborabat*] *laborat* G. *clamabat*] *clamat* G. 22 *haec*] om. βA ; *hoc* PSG. 23 *invenit*] *inveniet* C. *ambulabit*] C ; *ambulavit* GP ; *ambulat* βS. *habebamus*] *habeamus* G ; *habemus* S. 24 *lapides, dicitur*] *labidis, tamen dicitur* G. 25 *de via*] G add. *mea*. 29 *viam*] *via* S ; *in via* G, et add. *corda munda*.

13. *panis*] Cf. Io. 6, 41.
22. *Domino*] Matth. 3, 3.
25. *proicite*] Is. 62, 10. Ita LXX, ipso monente Hieronymo (Migne 24, 631 sq.), ubi in hebr. legitur ' eligite lapides '.

DE PSALMO LXXXVI.

Filiis Chore psalmus cantici. Inter psalmum et canticum quid interest, frequenter dixi. Psalmus ex psalterio dicitur, canticum vero ex voce profertur. Psalmus refertur ad manus, hoc est ad opera : canticum ad theoriam.

Fundamenta eius in montibus sanctis. Non praedixit cuius, et dixit, Fundamenta eius in montibus sanctis. Qui loquitur, propheta est : filii sunt Chore. Chore quid interpretatur, frequenter dixi : calvaria, hoc est filii resurrectionis. *Fundamenta eius* : sive Dei, sive certe ecclesiae. Quae sunt autem fundamenta, nisi Pater et Filius et Spiritus sanctus ? Haec ergo fundamenta non sunt in vallibus, sed sunt in montibus : et non in montibus quibuscumque,sed in montibus sanctis. Loquitur Paulus : ' Quasi sapiens architectus fundamentum posui ' hoc est, fidem Trinitatis. Denique dicit et in alio loco : ' Expectabat enim civitatem habentem fundamenta, cuius artifex et conditor Deus '. *Fundamenta eius in montibus sanctis.* Ideo dixit, In montibus sanctis, quia sunt et alii montes non sancti. Denique dicitur et in Esaia : ' Super montem tenebrosum levate signum '. Et in alio loco dicitur : ' Quis es tu, mons corrupte ? ' Dicitur et in Hieremia : ' Date Domino Deo vestro gloriam, antequam offendant pedes vestri ad montes tenebrosos '. Videtis ergo quoniam sunt et montes tenebrosi : et dicitur nobis ab Hieremia, ut demus gloriam Deo,antequam offendant pedes nostri ad montes tenebrosos. Si enim pedes nostri inpegerint ad illos montes, gloriam Domino dare non possumus. *Fundamenta eius in montibus sanctis.* Quos nos possumus dicere fundamenta ? Apostolos. In illis erant fundamenta : ubi primum posita est fides ecclesiae, et ibi fundamenta sunt posita.

Et quia unusquisque superaedificat fundamento, alius aurum, alius argentum, alius lapides pretiosos,*Diligit Dominus portas Sion super omnia*

1 *DE PSALMO LXXXVI*] In Breviario col. 1144. 4 *theoriam*] *theoricam*] CG. 12 *fundamentum*] *fundamenta* CH. 13 *Expectabat*] *expectabunt* S. 16 *levate*] *elevate* G. 23 *fundamenta*] post *dicere* expunct. in C. 24 *ubi*] C, P *u* ex *i*; *ibi* βS; *in* G. 26 *fundamento*] β; *fundamentum* CSH; *fundamenta* GP.

4. *canticum ad theoriam*] Hieron. in Ephes. 5, 19 : ' Quid autem intersit inter psalmum et hymnum et canticum, in Psalterio plenissime discimus... Psalmus ad corpus, canticum refertur ad mentem. '

12. *posui*] 1 Cor. 3, 10.

14. *Deus*] Hebr. 11, 10.

17. *signum*] Is. 13, 2.

corrupte?] Ex Zach. 4. 7 et Ierem. graec. 28, 25. — Hieron. in Matth. 21, 22 : ' diabolum ... qui a propheta mons corruptus appellatur '.

19. *tenebrosos*] Ierem. 13, 16.

27. *pretiosos*] 1 Cor. 3, 12.

tabernacula Iacob. Istas portas diligit, quas videmus corruisse ? istas portas diligit, et istam Sion diligit, quae arata est sicut ager ? Et videte quid dicat, Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Videte quid dicat : super omnes civitates Iacob, hoc est Iudaeae, istam tantum diligit civitatem. Et quomodo videmus alias ex parte stare, et istam penitus corruisse ? Legamus Apocalypsin Iohannis, legamus et Esaiam, ubi aedificatur civitas Hierusalem, et duodecim portae ipsius dicuntur esse de lapidibus pretiosis constructae, et ipsa civitas de caelo descendit, et dicuntur muri eius esse aurei, et dicuntur plateae eius stratae esse zmaragdo, et dicuntur singulae portae singulis lapidibus pretiosis esse constructae. Haec sunt totae Domini divitiae, et has diligit Dominus quomodo et homines ? Prohibet nos ab avaritia, et ipse de avaritia extruit civitatem ? Ergo diligit Dominus portas Sion, illas portas Sion duodecim : manifestum est quod de apostolis scripsit. *Super omnia tabernacula Iacob* : super omnes veteres sanctos.

Hoc interim diximus secundum unum tropum. Dicamus autem et aliter. *Diligit Dominus portas Sion*. Mihi videntur portae Sion esse virtutes. Sicut enim portae mortis sunt vitia atque peccata, ita portae Sion videntur mihi esse virtutes. Denique dicit in alio loco : ' Qui exaltas me de portis mortis '. Si autem portae mortis peccata sunt, ergo portae Hierusalem virtutes sunt. *Super omnia tabernacula Iacob*. Videte quoniam Iacob, hoc est vetus populus, non habet fundamentum, nec domum fundamentis positam, sed tabernacula quae cito pertranseunt.

Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei. Ergo hoc quod dictum est, Fun-

4 *tantum*] *tantomodo* G. 7 *esse*] om. ACH. 8 *constructae*] om. GH. 11 *Haec*] *hae* βP. *has*] *hoc* β. 12 *quomodo et homines*] scripsi ex coniectura ; *cum hodie homines* A ; *cum hodiae homines* P ; *cum hodie omnes* C ; *quod et homines* β. 16 *unum tropum*] *trophologiam* C, P 2 m. 22 *fundamentis*] *fundamenti* CP, A *s* erasa.

1. *quas videmus corruisse ?*] Hieron. ep. 108, n. 9 ' *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob*. Non eas portas, quas hodie cernimus in favillam et cinerem dissolutas : sed portas quibus non praevalet infernus, et per quas credentium ad Christum ingreditur multitudo ' ; ep. 129, n. 2 ' *Diligit D. p. S. s. o. t. Iacob*. Numquid istas portas diligit Deus, quas videmus in cineres et favillas esse conversas ? '

2. *sicut ager ?*] Ierem. 26, 18.

6. *Apocalypsin Iohannis*] c. 21.

Esaiam] c. 62 sqq ; at simul videtur in ultimam partem Ezechielis considerationem intendisse.

18. *Sicut enim portae mortis* etc.] Hieron. in Is. 26, 2 sqq. ' Et quomodo portas mortis reor esse peccata... sic portas iustitiae omnia opera virtutum ' ; in Amos 5, 10 ' Duplices portas, mortis et vitae, vitiorum atque virtutum, saepe in scripturis legimus, ut illud in psalmis *Qui exaltas me de portis mortis*... Ego portas civitatis, hoc est animae credentis in Christum, puto esse virtutes ' etc.

20. *mortis*] Ps. 9, 15.

damenta eius in montibus sanctis, possumus et de Deo dicere. Possumus autem et hoc dicere. *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.* Quae est ista civitas? ubi dicta sunt gloriosa? In omnibus prophetis dictum est de hac civitate. Esaias dicit: 'Exsurge, exsurge, Hierusalem, induere fortitudinem brachii tui'. Iterum ipse Esaias: 'Ego civitas firma, civitas quae obpugnatur'. Dicit et David: 'Fluminis impetus laetificat civitatem Dei'. Et in alio loco: 'Domine, in civitate tua imagines eorum dissipabis'. Et Salvator gloriosa locutus est de hac civitate: 'Non potest abscondi civitas super montem posita'.

Memor ero Raab et Babylonis scientibus me. Quoniam dixit, Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei, et tamen ipsam civitatem ecclesiam intellegimus de gentibus congregatam: propterea nunc de vocatione gentium dicitur, Memor ero Raab et Babylonis scientibus me. Quicumque peccator est, securus sit: Dominus memor fuit Raab. Securum dixi, si revertatur ad Dominum: ceterum securitas sine lacrimis non habet remedium. *Memor ero Raab*: Raab illius meretricis, quae suscepit exploratores Iesu, quae erat in Hiericho, quo venerat Iesus, et misit duos exploratores. Hiericho, mundus iste, qui in septem diebus subvertitur, vult interficere exploratores. Et cum ille cupiat interficere exploratores, sola meretrix Raab suscepit. Et suscepit eos, non in inferiori loco, sed in caenaculo, in domate, hoc est in sublimitate fidei suae, et abscondit eos in lino, hoc est in stuppa lini.

Hoc interim diximus secundum historiam, et videtis quomodo de ipsa historia paulatim ad mystica ascendimus sacramenta. Iesus dux, qui populum eductus fuerat de Aegypto: Iesus, qui interpretatur Salvator,

3 *ubi*] *de qua* C. 4 *fortitudinem*] *fortitudine* S. 6 *obpugnatur*] P; *oppugnatur* CH; *pugnatur* S; *obfirmatur* G; *non oppugnatur* β. 7 *imagines*] *imaginem* PS. 14 *Securum*] *securus* C. 22 *stuppa*] *stupa* β C corr; *stopa* G. 24 *ascendimus*] *ascendamus* G, P corr. *qui populum eductus fuerat*] (ὁ τὸν λαὸν ἐξηγησάμενος?); *qui populum educturus fuerat* S, CP mutat. in *qui cum populo eductus fuerat*; *qui populum eduxerat* β. Forma deponens pro activa. Cf. Roensch 'Itala u. Vulgata' 2 ed. p. 302 sq.

3. *de hac civitate*] Commentariol. p. 65, l. 21 'Omnis prophetarum chorus de hac adnuntiat civitate'.

5. *tui*] Is. 52, 1.

quae obpugnatur] Id. 29, 1? Cf. Hieron. in Ezech. 40, 1 sqq. M. 25, 389: 'civitatis similitudo monstratur, de qua scriptum est *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei*... quae loquitur in Isaia *Ego civitas firma, civitas quae oppugnatur*. Non dixit, quae expugnatur, sed, oppugnatur' etc.

6. *Dei*] Ps. 45, 5.

7. *dissipabis*] Ps. 72, 20.

9. *posita*] Matth. 5, 14.

10. *scientibus me*] gr. τοῖς γινώσκουσί με.

16. *Raab illius meretricis*] Ios. c. 2. Cf. Hieron. Commentariol. in hunc ps.

18. *subvertitur*] Hieron. Advers. Iovin. 1, 21 'Sub typo Iericho mundus subvertitur'.

Moyse mortuo et sepulto in terra Moab, in terra Arabiae, hoc est lege mortua, in evangelium cupit inducere populum suum, et mittit duos exploratores Hiericho: duos exploratores, unum in circumcisionem, alium in gentibus, Petrum et Paulum. Hiericho eos quaerit occidere; illa eos suscipit meretrix, ecclesia de gentibus congregata. Credit in Iesu, et quos volebat Hiericho interficere, ipsa salvat in domate suo. Et ponit eos in domate, in excelsa fide sua, et abscondit eos in linocalami. Licet meretrix sit, tamen ponit eos in lino. Linum multo labore et diligentia in candorem venit. Scitis ipsi quoniam linum de terra nascitur, et cum in terra natum fuerit, nigrum est, nullam speciem habet, nullum usum. Primum ergo tollitur de terra, frangitur, deinde torquetur, postea lavatur, deinde tunditur, deinde pectitur, et multa cura et labore vix venit ad candorem. Ergo hoc dicitur, quod ista quidem meretrix suscepit exploratores in lino suo, ut illi exploratores linum ipsius verterent in candorem. Quid igitur? Dat illis consilium, et dicit: 'Expectate hic tribus diebus'. Non erat una dies, non duo, nisi tres dies. Videte quid dicat, Expectate tribus diebus. Non nominat tres noctes, sed tres dies, quia inluminatum habebat cor. Et deinde dicit, et post tres dies: et quid dicit? 'Nolite, inquit, ire per campestria, sed in montana conscendite'. Ecclesiae enim fides non est in vallibus, sed in montibus constituta. Hiericho ergo postea subvertitur ab Iesu, et ista sola meretrix reservatur incolomis. Ergo hoc dicitur. *Memor ero Raab:* hoc est, quae suscepit exploratores meos, et ego in die iudicii memor ero eius.

Memor ero Raab. Raab quid interpretatur? Diximus secundum historiam: dicamus et secundum nominis interpretationem et iuxta anagogen. Raab dupliciter interpretatur: aut interpretatur latitudo, aut certe interpretatur superbia. Ergo videte quid dicat. Illa quae condam ambulabat in lata et spatiosa via quae ducit ad mortem, illa quae superba erat et habebat impetum ad ruinam, postea conversa est in humilitatem. *Memor ero Raab et Babylonis.* Babylon interpretatur confusio. Videte quid dicat.

2 *et mittit*] *et emittit* P. 3 *duos exploratores*] non repet. C. *in circumcisionem*] *in circumcissionem* C; *in circumcisione* AS. 4 *in gentibus*] *in gentes* C. 5 *in Iesu*] *in Iesum* βAG; *Ihesu* (om. in) CP. 6 *interficere*] *occidere* C. 7 *in linocalami*] CPSG (ἐν τῇ λινοκαλάμῃ LXX: invenitur etiam forma λινοκαλαμίς, ίδος); *in lini calamo* βA, P 2 m. sup. lin. *meretrix*] *merectrix* C. 12 *pectitur*] *plectitur* βG. 14 *ut ... verterent*] *et ... verterint* G. 16 *duo*] *duae* S. 17 *habebat*] *habet* G. 21 *reservatur*] *salvator* G. *incolomis*] *incolumis* β, CP (*u* ex *o* 2 m.) 27 *condam*] *quondam* βCS, C sup. lin.

15. *diebus*] Ios. 2, 16.
19. *conscendite*] Ibid.
26. *Raab dupliciter* etc.] Cf. Commentariol. p. 65 sq.
28. *ad mortem*] Matth. 7, 13.

Non solum Raab memor ero, sed etiam et Babylonis, quaecumque anima vitiis peccatisque confusa est. *Et Babylonis scientibus me.* Videte quid dicat. Licet aliquis Raab fuerit, licet Babylon fuerit : tamen memor ero, quicumque me scierit. Ergo si fuerimus Raab et Babylon, etiam debemus esse securi, et dicere : Deus dixit, Memor ero Raab et Babylonis. Sed videte quid sequitur. *Scientibus me.* Fuerunt Raab et Babylon, sed postea conversi sunt ad me. *Memor ero Raab et Babylonis scientibus me.* Illa quae condam erat in latitudine peccatorum, ascendit postea in memoriam Dei.

Hucusque quasi per aenigmata locutus est : nunc vero apertius loquitur advocationem gentium. Videte enim quid dicat. *Ecce alienigenae et Tyrus et populus Aethiopum, hii fuerunt illic.* Alienigenas vocat ad distinctionem Israhel : nos enim sumus alienigenae. *Et Tyrus.* Tyrus interpretatur tribulatio, hoc est SOR. *Et populus Aethiopum :* niger, et in peccatorum sordibus involutus. *Et populus Aethiopum.* Hoc est quod dicitur : ‘ Aethiopia praeveniet manus eius Deo ’. *Ecce alienigenae et Tyrus et populus Aethiopum.* Quod dicitur, hoc est : Illi qui ante alieni erant, illi qui ante erant in tribulatione, qui erant positi in corde maris (dicitur enim de Tyro ‘ Tyrus posita in corde maris ’) : illi igitur qui prius erant in mari, et fluctibus tundebantur, postea inventi sunt in ecclesia. *Et populus Aethiopum.* Nos quondam Aethiopes fuimus, Aethiopes vitiis atque peccatis. Qui ? quoniam peccata nos nigros fecerant. Sed postea audivimus ‘ Lavamini, mundi estote ’, et diximus ‘ Lavabis me, et super nivem dealbabor ’. Nos ergo Aethiopes versi sumus in candorem. *Ecce alienigenae et Tyrus et populus Aethiopum, hii fuerunt illic.* Ubi fuerunt ? Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei. *Hii fuerunt illic* : id est, in civitate Dei.

Numquid Sion dicet homo, et homo natus est in ea ? Septuaginta interpretes ita transtulerunt : *Numquid Sion dicet homo ?* Speraverunt ergo multi, nec intellexerunt μήτι Σιών quid est : et addiderunt ρ, et legunt

2 *vitiis*] *a vitiis* β. 3 *fuerit*] post *Babylon* non repet. S. 8 *condam*] *quondam* βS, C (*qu* in *c*). 10 *per aenigmata*] *per enigmate* C ; *per aenigma* β. 11 *advocationem*] litterae *ad* expunctae sunt in C ; *ad vocationem* β ; *de vocatione* P. 20 *fluctibus*] *in fluctibus* C (*in* add. sup. lin.) 22 *Qui*] SG ; om. β. *quoniam*] *quam* G. 23 *estote*] *stote* SG. 28 *Numquid Sion*] βC ; *mater Sion* SG. *Speraverunt*] *sperant* P corr. G ; *spreverunt* β. Cf. pag. sq. lin. 2. 29 *legunt* ... ἄνθρωπος] *legerunt me te sion legi antropus* S.

14. *hoc est SOR*] V. supra p. 82, l. 25.
16. *Deo*] Ps. 67, 32.
19. *posita in corde maris*] Ita sane Hieronymus Ezech. 27, 3 ‘ in corde maris sita ’, ubi Vulg. Lat. et Gr. habent ‘ quae habitat in introitu maris ’.
23. *estote*] Is. 1, 16.
24. *dealbabor*] Ps. 50, 9.
29. *addiderunt* ρ] Cf. Commentariol. p. 66.

μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ ἄνθρωπος. Et hoc propterea dicunt, quoniam sequitur, Et homo natus est in ea: sperant etiam ita debere dici, Mater Sion dicet homo. Quoniam filius natus dicitur, propterea errant in matris vocabulo. Dicamus ergo primum secundum quod vulgo dicitur (neque enim debemus et illam interpretationem dimittere) dicamus ergo et nos: Mater Sion dicet homo, et homo natus est in ea. Isti sunt qui nati fuerant in ecclesia, alienigenae, Tyrus, et populus Aethiopum: isti sunt qui nascuntur in ecclesia. Credunt in ecclesia, et nascuntur in ecclesia. Nisi enim baptizati fuerint, filii ecclesiae non erunt. Isti vero qui baptizati sunt in ecclesia, matrem appellant ecclesiam.

Dicamus et secundum hebraicam veritatem. *Numquid Sion dicet homo, et homo natus est in ea?* Quod dicit, hoc est. Quis poterit nuntiare Sion, quis ei poterit nuntiare hominum, quoniam homo nascetur in ea, et ipse salvet eam? Hoc est, nullus hominum potest ei nuntiare quia Sion salvetur in homine qui in ea nascetur. *Et homo natus est in ea.* Quis est iste homo? *Qui ipse fundavit eam Altissimus.* Respondeant Arriani: quoniam dicunt Altissimum solum Patrem esse. Ecce hic de Filio dicitur, *Et ipse fundavit eam Altissimus.* Non dixit, Filius Dei qui erat in principio apud Patrem. Sed quid dixit? Homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus. Si autem Altissimus dicitur, quanto magis Verbum Dei?

Dominus narrabit in scriptura populorum et principum horum qui fuerunt in ea. Non dixit, qui sunt in ea; sed, qui fuerunt in éa. *Dominus narrabit.* Et quomodo narrabit? non verbo, sed scriptura. In cuius scriptura? in populorum. Non sufficit, sed etiam principum dicit. Et quorum principum? qui sunt in ea? Non dixit hoc; sed, qui fuerunt in ea. Videte ergo quomodo scriptura sancta sacramentis plena est. Legimus apostolum Paulum, legimus Petrum, et legimus illum dicentem 'An experimentum quaeritis eius qui in me loquitur Xpistus?' Et quod Paulus loquitur, Xpistus loquitur. 'Qui enim vos recipit, me recipit'. Dominus ergo noster atque Salvator narrat nobis et loquitur in scripturis principum suorum. *Dominus narrabit in scriptura populorum,* in scripturis sanctis: quae scriptura populis omnibus legitur, hoc est, ut omnes intellegant. Quod dicit, hoc est. Sic scripserunt apostoli, sic et ipse Dominus in evangelia sua

2 *sperant*] *speraverunt* β. 6 *sunt*] om. βASG. 7 *sunt*] om. SG. 13 *et ipse*] *ut ipse* AC, P 2 m. 14 *salvet*] *salvabit* βG. 16 *Qui ipse*] *et ipse* βS; *quia ipse* C (*a* add. 2 m. sup. lin.) *Arriani*] *Ariani* βG. 21 *in scriptura*] (gr. ἐν γραφῇ); *in scripturis* P. 31 *quae est scriptura populis omnibus* AC (omisso *legitur*). 33 *in evangelia sua*] *in evangelio suo* C, P sup. lin; *per evangelia sua* βII.

20. *Altissimus dicitur*] Ibid. lin. 14. 29. *recipit*] Matth. 10, 40.
28. *Xpistus?*] 2 Cor. 13, 3.

locutus est, non ut pauci intellegerent, sed ut omnes. Plato scripsit in scriptura: sed non scripsit in populis, sed paucis. Vix enim intellegunt tres homines. Isti vero, hoc est principes ecclesiae et principes Xpisti, non scripserunt paucis, sed universo populo. *Et principum*, hoc est, apostolorum et evangeliorum. *Horum qui fuerunt in ea.* Videte quid dicat, Qui fuerunt, non qui sunt: ut exceptis apostolis quodcumque aliud postea dicitur, abscidatur, non habeat postea auctoritatem. Quamvis ergo sanctus sit aliquis post apostolos, quamvis disertus sit, non habet auctoritatem: quoniam Dominus narrat in scriptura populorum et principum, horum qui fuerunt in ea.

Sicut laetantium omnium habitatio in te. Propheta loquitur ad ecclesiam, et dicit ei: Sicut laetantium omnium habitatio in te. Quare non dixit, Laetantium omnium habitatio in te, sed dixit, Sicut laetantium? Dicitur in alio psalmo: 'In convertendo Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati'; et non dixit, consolati. Sic et in isto loco dicit, Sicut laetantium omnium habitatio in te. Hoc totum quare dixit? Quoniam in praesenti saeculo quamvis aliquis sanctus sit, quamvis renuntiet saeculo, non habet perfectam victoriam. Denique dicitur in evangelio: 'Beati qui lugiunt, quoniam ipsi consolabuntur'. Si autem dictum est 'Beati qui flent, quoniam ipsi ridebunt': manifestum est, quoniam in praesenti saeculo non est certa laetitia. Ergo laetitia nostra quasi laetitia est. *Habitatio in te.* Vide quid dicat: ut aliquis numquam recedat de ecclesia.

Scire debemus quoniam quae interpretati sumus de ecclesia, potest intellegi et in anima nostra. Si enim Sion interpretatur specula, anima autem nostra non aliter nisi semper sublimiora considerat: vera ecclesia,

2 *in populis*] SG (ἐπί?); reliqui om. *in*. 5 *evangeliorum*] codd. (pro *evangelorum*?); *evangelistarum* β. 8 *disertus*] *dissertus* S; *desertus* G. *habet*] *habeat* SG. 9 *narrat*] *narrabit* G. *in scriptura*] SG om. *in*. 11 *in te*] om. AC. 16 *dixit*] *dixi* CS. 19 *lugiunt*] G (cf. Roensch, Ital. u. Vulg. p. 284); *lugunt* S; *lugent* β. *Si autem*] *sic autem* CH. 23 *quae*] ACS; *qui* G, P corr; *quod* β. In graeco neutrum pluralis numeri cum verbo singularis numeri constructum agnosce. 24 *intellegi*] *intellegere* A. *in anima*] *de anima* β.

4. *universo populo*] Hieron. in Galat. lib. 3 initio: 'Quotus quisque nunc Aristotelem legit? quanti Platonis vel libros novere vel nomen? Vix in angulo otiosi eos senes recolunt. Rusticanos vero et piscatores nostros totus orbis loquitur, universus mundus sonat'.

15. *sicut consolati*] Ps. 125, 1.

18. *non habet perfectam victoriam*] Hieron. ep. 22, n. 4 'Quamdiu hoc fragili corpore detinemur... nulla est certa victoria'; Contra Pelag. 2, 5 'Quamdiu enim vivimus, in certamine sumus; et quamdiu in certamine, nulla est certa victoria'; in Ierem. 31, 38 'ne ulla vera iustitia, ne certa victoria in hoc saeculo demonstretur'. Cf. infra p. seq., l. 29.

19. *consolabuntur*] Matth. 5, 5.

20. *ridebunt*] Luc. 6. 21.

verum templum Xpisti non est nisi anima humana. Ecclesia Xpisti non est alia, nisi animae credentium in Xpisto. ‘Vos inquit, estis templum Dei, et spiritus Dei habitat in vobis’. *Fundamenta eius in montibus sanctis*: hoc est, Dei fundamenta non sunt nisi in montibus sanctis, in dogmatibus animae credentis. *Diligit Dominus portas Sion*. Habet Sion nostra plurimas portas: quas si aperuerimus, ingreditur ad nos sponsus, et dormit nobiscum. Denique ipse dicit: ‘Ecce ego ante ostium pulso: si quis mihi aperuerit, intrabo et cenabo cum ipso’. *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei*. Civitas non est unum aedificium, sed in multis aedificiis consistit: ecclesia sic et Sion nostra, nisi plures virtutes habuerit, civitas Dei non erit. *Memor ero Raab et Babylonis scientibus me*. Illa quae quondam erat in latitudine peccatorum, ascendit postea in memoriam Dei. *Numquid Sion dicet homo, et homo natus est in ea?* Rem vobis miram loquor, sed veram. Sion nostra, in qua aliquotiens alienigenae sunt, et Tyrus, et Aethiopus: illa specula, illa meretrix, illa Raab, illa Babylon, illa quae devaricavit pedes suos omni transeunti, secundum Iezechiel: illa meretrix si voluerit, virgo repente efficitur. Virgo fit, et concipit Filium Dei, et generat. ‘A timore tuo, Domine, concepimus et parturivimus; spiritum salutis tuae fecimus super terram.’ Videte ergo quoniam illa meretrix a Deo concipit et parit, et parturit Salvatorem. Spiritum salutis tuae fecimus super terram. Ergo anima nostra, illa Raab, illa meretrix, potest concipere et parere Salvatorem. *Et homo natus est in ea*. Si volumus, cotidie nascitur Xpistus: per singulas virtutes nascitur Xpistus. Si enim ‘Xpistus Dei virtus et Dei sapientia’, quicumque virtutem facit, virtutem generat. *Et ipse fundavit eam Altissimus*. Ipse qui nascitur in te, ipse fundamentum dat Sion tuae. *Dominus narrabit in scriptura populorum*. Manifestum est, quoniam quod Dominus loquitur in scriptura, nulli ita loquitur quomodo Sion. Et tamen cum ista omnia fuerint, cum natus fuerit in ea Xpistus, non est certa et secura victoria, sed semper in periculo sumus. *Sicut laetantium omnium habitatio in te*. Qui laetus est, ex ipsa hilaritate securus est: qui autem securus est, cito decipitur. Qui

1 *nisi anima humana*] *nisi in anima xpistiana* G, et om. *Ecclesia Xpisti*. 2 *animae*] *anima* βH. 5 *dogmatibus*] *domatibus* A, ut supra 101, 7. Sed conf. Hieron. ep. 75, n. 1: ‘in Sion, id est in specula, in sublimitate dogmatum atque virtutum, in anima credentis.’ 10 *ecclesia*] *aecclesie* S; om. β, eras. in H; *sic aecclesia et Sion nostra* C. 11 *Illa*] G add. *Raab*. 15 *Aethiopus*] *Aethiopes* β, H et C 2 m. sup. lin; *aethyo*(*ps* in rasura) S; *aethiop**** P. 16 *devaricavit*] SG; *divaricavit* β. 27 *scriptura*] G add. *populorum*.

3. *in vobis*] 1 Cor. 3, 16.
8. *cum ipso*] Apoc. 3, 20.
16. *transeunti*] Ezech. 16, 25.
19. *terram*] Is. 26, 18.
24. *sapientia*] 1 Cor. 1, 24.
31. *qui autem securus est* etc.] Hieron.

autem insidias reformidat, cito potest evadere : Domino praestante, cui gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO LXXXVIIII.

Oratio Moysi hominis Dei. Quattuor sunt psalmi qui oratione praenotantur : sextus decimus, et qui post eum sequitur, et octogesimus nonus, et centesimus primus. In centesimo primo dicitur : ‘ Oratio pauperis cum acediatus fuerit, et in conspectu Dei fuderit orationem suam ’. Iste, *Oratio Moysi hominis Dei.* Legimus canticum Moysi in Exodo, eo tempore quando populus mare transivit Rubrum, et dimerso Pharaone et omni eius exercitu Maria cecinit et Moyses. Deinde legimus et in Deuteronomio, quoniam canticum illud scripserat in Deuteronomio. Si igitur psalmi isti et cantica ista Moysi sunt, quare in propriis voluminibus non habentur? Diximus ergo quomodo centesimus primus psalmus inscribitur, Oratio pauperis : et alius est qui scripsit de ipso, et ille pauper qui pro nobis deprecatur, Dominus est ‘ qui cum dives esset, pauper factus est propter nos ’ et cetera. Sic et hic Moyses, quoniam a principio generis humani historiam ipse scripsit : ipse enim scripsit quomodo caelum et terra facta sint, quomodo et homo factus sit, de conditione hominis ; et

1 *insidias reformidat*] *insidiari formidat* C. *evadere*] A add. *pericula.* 3 *DE PSALMO LXXXVIIII*] In Breviario col. 1157. 4 *oratione*] *oratio* S. *praenotantur*] *praenotentur* BSG. 5 *sextus decimus*] *sexto decimus* G. *et qui post eum sequitur*] ita omnes codd ; *et octogesimus quintus* β. Vide adnot. infra. *octogesimus*] *octuagisimus* G. 7 *acediatus*] S (gr. ὅταν ἀκηδιάσῃ) ; *accediatus* G ; *anxiatus* βA, P ex *ansiatus* ; *ancxiatus* B ; *anxius* C ex *ansius.* *Iste*] *in isto* A, C ex *in iste* ; *ista* B ; *ista est* P ex *iste.* 8 *Moysi*] β inser. *quod.* 9 *dimerso*] P 1 m ; CH *i* in *e* ; *demerso* βS ; *inmerso* G.

in Is. 26, 15 ‘ Securitas enim neglegentiam, neglegentia contemptum parit ’.

3. *DE PSALMO LXXXVIIII*] Hunc tractatum conferre proderit cum epistula 140 ad Cyprianum circ. an. 418 scripta, in qua S. Pater eumdem psalmum octogesimum nonum fuse est interpretatus.

4. *Quattuor sunt psalmi* etc] Hieron. ep. 140, n. 3 ‘ Quattuor autem psalmi sunt qui habent orationis titulum ’. Quos quidem ibi accommodate ad veritatem enumerat : quod vero heic septimum decimum octogesimo quinto praetermisso in numerum refert, id equidem memoriae labentis vitium est.

7. *suam*] Ps. 101, 1.

12. *non habentur?*] Etsi revera Moysis esse psalmum post Origenem sensit Hieronymus ep. 140, n. 2-4, tamen hoc loco ad sententiam Augustini propius accedere videtur, qui Mosaicum esse prorsus negat his verbis, Enarr. in ps. 89, n. 2 : ‘ Non credendum est, ab ipso omnino Moyse istum psalmum fuisse conscriptum, qui ullis eius litteris inditus non est, in quibus eius cantica scripta sunt ; sed alicuius significationis gratia ac magni meriti servi Dei nomen adhibitum est, ex quo dirigeretur legentis vel audientis intentio ’.

16. *propter nos*] 2 Cor. 8, 9.

iste psalmus de conditione hominis loquitur, quid sit homo, et quare natus sit. Qui ergo in Genesi scripsit de hominum conditione, ipse et nunc inducitur ab Spiritu sancto disputare quid sit homo.

Domine, refugium factus es nobis in generatione et generatione Qui refugium quaerit, aut ab aestu nimio quaerit et calore, aut bestia illum persequitur, aut hostes illum persequuntur, ut interficiant. Et nos igitur in aestu sumus istius saeculi; et nos bestia persequitur, de qua dicimus 'Ne tradas bestiis animam confitentem tibi'; et nos hostes persequuntur; propterea subter alas tuas refugimus. *In generatione et generatione*: et in praeterito, et in praesenti, et in futuro. Aliter *In generatione et generatione*: et in vetere populo Iudaeorum, et in nostro Xpistianorum.

Priusquam montes fierent, et formaretur terra et orbis. Subrepit in hoc loco haeresis: Si refugium factus est nobis antequam montes fierent et formaretur terra et orbis, ergo erant animae antequam fieret orbis. Quid enim dicit scriptura? Domine, refugium factus es nobis: in generatione, inquit, et generatione: a principio mundi, ante principium mundi. Hoc illi dicunt. Et ne putes me, inquit, dicere. Priusquam montes fierent, et formaretur terra et orbis, tu, inquit, refugium factus es nobis. Si autem refugium nostrum fuit antequam orbis fieret, ergo ante animae fuerunt, quam mundus fieret. Male distinguis, haeresis. Quare calumniam facis Spiritui sancto? Sic loquere, quomodo Spiritus sanctus locutus est. Sic ergo legendum est: *Domine, refugium factus es nobis in generatione et generatione*: et hucusque distinctio. Rursum aliud principium: *Priusquam montes fierent, et formaretur terra et orbis, a saeculo et usque in saeculum tu es Deus.* Tu es Deus antequam montes fierent, tu es Deus antequam formaretur terra et orbis, a saeculo et usque in saeculum tu es Deus, tu es semper, tu es aeternus.

Ne avertas hominem in humilitatem. Et dixisti: Convertimini, filii hominum. O Domine, ut hoc audeamus petere, ut dicamus, Ne avertas hominem in humilitatem, tu nobis dedisti fiduciam dicens: 'Revertimini ad me, filii, revertentes, et ego sanabo contritiones vestras'. *Et dixisti: Convertimini, filii hominum. Quoniam mille anni ante oculos tuos tamquam*

1 *quid*] *qui* S; *qua* G. 4 *et generatione*] CHS (gr. καὶ γενεᾷ); *et generationem* βBGP. 6 *hostes*] *hostis* G, P corr. 8 *animam confitentem*] *animas confitentes* G. *hostes persequuntur*] singul. num. G. 11 *vetere*] *veteri* βS. *nostro*] ABCPSH; *novo* βG. 12 *formaretur*] *firmaretur* PSG non constanter. *Subrepit*] *subripit* CS, P 2 m. 13 *factus est*] *factus es* BCS, P corr. 31 *dixisti*] *dixi* SG. *Convertimini*] G add. *ad me.*

8. *tibi*] Ps. 73, 19.

12. *Subrepit in hoc loco* etc.] Omnino paria habet Hieronymus in modo laudata ep. 140, n. 6.

31. *vestras*] Ierem. 3, 22.

dies una quae praeteriit : ne avertas hominem in humilitatem. ***Et custodia in nocte.*** Hoc quid voluit dicere, Et custodia in nocte? Debemus et secundum historiam scire, Nox in quattuor vigilias dividitur. Denique et in evangelio dicitur : ' In quarta autem vigilia '. Una ergo vigilia tres horae sunt : nox ergo dividitur in quattuor vigilias. Denique milites quattuor has stationes habent, quando vigilant et se viciant. Videte ergo quid dicat. Omnis nostra aeternitas : Adam ille propater noster, qui vixit nongentis triginta annis : etiam ille Matusalam, qui vixit nongentis sexaginta quinque annis : fac quia vixerit mille : ad conparationem aeternitatis tuae, quod grande fuerit, breve est. Quid enim potest grande esse, quod finem habet? Mille nostri anni, ante quam offerenderemus, una dies apud te erat. Quid dico, una dies? una vigilia noctis. ***Ne avertas hominem in humilitatem.*** Videte quid dicat : Dignatus es pro nostra salute descendere, fudisti pro nobis sanguinem : ne patiaris perire nos, et mori in humilitate. Ipse dixisti : ' Cum exaltatus fuero, omnes traham ad me '. Exaltatus es, et exaltasti nos : noli derelinquere, ut contrahamur.

Mane sicut herba transeat, mane floreat et transeat : vespere decidat, induret et arescat. O mysteria scripturarum ! ***Mane sicut herba transeat.*** Loquitur et Dominus noster atque Salvator in evangelio de feno, quod in una die oritur et in una die arescit. Quomodo herba quae viret et floret, mane quasi videtur flos esse et virens : ceterum sol cum venerit et texerit illud, ad vesperam quasi demarcescit et decidit ; sic et omnis nostra vita quasi flos videtur esse cum viret, et arescit. Vidistis ante decim annos

1 *una*] *aesterna* P. *praeteriit*] B add. *noctis* ; *noctes* H ; *et noctis* G ; membrana in P erasa est. Fortasse prima tantummodo et ultima vocula indicatam voluit antiquarius posteriorem partem versiculi ' *et* custodia in *nocte* '. 2 *Hoc*] C 1 m. GP ; *huc* S ; *hic* C sup. lin ; βB deficiunt. 3 *scire*] P sup. lin. add. *quia*. 6 *vigilant*] *vigilent* CPS ; β inserit *excubant*. *se viciant*] scripsi ; *se veciant* S ; *se vitiant* ABG ; *serviant* βCP. 7 *Omnis*] *o brevis* β. *propater*] C, BH 1 m. (gr. προπάτωρ? cf. Tertull. Praescr. 49 ' Christum autem, inquit, missum ab illo *propatore*, qui est Bythos ') ; *pro patre* A ; *protopater* H (*to* add. sup. lin.) ; *propagator* βPSG, B sup. lin. Cf. Hieron. Contra Pelag. 3, 18 ' antiqui propagatoris Adam '. 7 *nongentis tr. annis*] *nongentos tr. annos* BG. 8 *Matusalam*] BS ; *Matusala* C (*a* in *em*) ; *Matusalem* C 1 m. P ; *Mathusalem* βG. *nongentis*] *nungentis* S. *sexaginta quinque*] βHBS, P *IIII* eraso ; *LXVIIII* CG. 9 *annis*] *annos* BG. *mille*] *ille* BCP, H corr. 10 *quod grande*] βC ; *quid* HBSG, P ex *qui*. *fuerit*] *fuit* C. 15 *omnes*] codd ; *omnia* β. 16 *et*] om. CSG. 17 *transeat*] *pertranseat* βHC. 22 *illud*] *illum* SG. *demarcescit*] *demercescit* C corr.

1. *una*] Conf. 2 Petr. 3, 8.
4. *vigilia*] Matth. 14, 25.
10. *breve est*] Hieron. in ep. ad Philem. n. 16 ' Ad comparationem enim aeternitatis, omne tempus breve est' ; in Ezech. 30, 1 sqq. (Migne 25, 304) : ' aeternitati comparatum, omne tempus breve est ' etc.
15. *ad me*] Io. 12, 32.
19. *in evangelio*] Matth. 6, 30.

adulescentulum : nihil illo pulchrius, huc illucque currebat. Si eum nunc aspexeris, videtur in senectute quasi mortuus. Licet vivat senectute, tamen adulescentia perit. *Mane sicut herba transeat*, hoc est, iuventus nostra : ipsum est enim mane. *Sicut herba transeat, mane floreat et transeat.* Floremus in adulescentia, arescimus in senectute. *Vespere decidat, induret et arescat. Quia defecimus in ira tua, et in furore tuo turbati sumus.* Nongentis triginta annis ante vivebamus, usque ad mille veneramus : ecce in breve vita nostra contracta est. *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo.* Nihil te celat : hoc est, peccata nostra nec nox celat, nec involvunt tenebrae : omnia apud te lucent. *Saeculum nostrum in inluminatione vultus tui.* Melius habet in hebraico : ' Vitia nostra in inluminatione vultus tui '. Quicquid agimus, quicquid in secreto nos facere putamus, patet in oculis tuis. *Quoniam omnes dies nostri defecerunt.* Cucurrit aetas : et dum ignoramus, elabitur, perimus ; et hoc ipsum, quod loquimur, de morte est, et non intellegimus. *Anni nostri sicut aranea meditabuntur.* Videte quid dicat. Quomodo aranea quasi mittit fila, et huc illucque discurrit, et texit tota die, et labor quidem grandis est, sed effectus nullus est : sic et vita hominum huc illucque discurrit. Possessiones quaerimus, divitias apparamus, procreamus filios, laboramus, in regna sustollimur, et omnia facimus : et non intellegimus, quia araneae telam teximus. *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.* Ubi sunt mille anni ? In septuaginta annis contracti sumus : si autem multum, octoginta. Si autem plus vixerimus, iam non est vita, sed mors. *Si autem in potentatibus, octoginta anni.* Quem enim invenies octogenarium esse et sanum esse ? Dicit et graeca senten-

2 *vivat senectute*] C interser. *in* sup. lin. 3 *perit*] *periit* C. 7 *mille*] β add. *fere.* *in breve*] H ; *in brevem* S ; *in brevi* G ; *in brevem vitam* βA. 9 *te celat*] *te celant* HP. 11 *Vitia nostra*] scripsi ; *vita nostra* βABPSG ; *vitam nostram* C. Cf. adnot. infra. 12 *patet*] *patent* SG. *in oculis*] G om. *in.* 13 *Cucurrit*] βHBG, P prima syllaba postea deleta est ; *currit* CS. 14 *elabitur*] CPS ; *el**abitur* B ; *elabimur* G ; *graviter* βH. *loquimur*] *loquitur* G. 18 *apparamus*] codd ; *appetimus* β. 19 *sustollimur*] *subtollimur* P corr ; *subtullimur* G. 22 *octoginta*] *octuaginta* G. 23 *octoaginta* S. 24 *octogenarium*] *octuaginarium* G. *graeca*] *grega* SG.

11. *habet in hebraico : Vitia nostra* etc] Psalt. iuxta hebr. Hieronymi ' neglegentias nostras in luce vultus tui '. Ex quo mihi sumpsi, ut lectionem codicum *vita mea* in *vitia mea* emendarem. Ceterum passim confundi duo ista vocabula iam olim notarunt lexicographi, et ipse Hieronymus in epist. 140, n. 11, ubi hunc versum edisserit, semel et iterum verbum *vitia* interponit : ' Ubi nos iuxta hebraicum et Symmachum posuimus *neglegentias nostras*, pro quo Septuaginta *saeculum nostrum* transtulerunt... Aliena enim nobis sunt *vitia*... Miror autem cur Septuaginta voluerint pro adolescentia, neglegentiis, et erroribus, sive ignorationibus, saeculum dicere : nisi forte quod in saeculo et in vitae huius tempore *vitia* committantur. '

tia : ‘ Senectus ipsa morbus est ’. *Et amplius eorum labor et dolor.* Quicquid plus fuerit, non est vita, sed dolor.

Hoc interim diximus secundum historiam: ceterum dicamus secundum anagogen. Et omnis quidem psalmus recipit tropologiam ; et poteram nunc per singulos versiculos currere, et spiritalem intellegentiam in singulis dicere : sed hora excludimur. Licet uno versiculo quasi gustum vobis do spiritalis intellegentiae, ut quicquid hic tacuero, putetis hic dictum esse. *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.* Septuaginta anni septem decades sunt, et octoginta anni octo decades sunt. Vide ergo quomodo septimus et octavus numerus praedicatur. Et quomodo diximus, Tu refugium factus es nobis in generatione et generatione, et in vetere et in novo testamento : propterea nunc et septimum et octavum numerum ponit. Hoc dicit et in Ecclesiaste : ‘ Da partem septem, et da partem octo ’. Propterea et quindecim sunt graduum psalmi, hoc est septem et octo : qui quindecim pariter nos ducunt ad regna caelorum. Denique postquam septimus graduum psalmus expletus est, quid dicitur in scriptura ipse psalmus ? ‘ Psalmus, inquit, Salomonis ’ qui extruxerat veterem domum. Et quid dicit ? ‘ Nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt qui aedificaverunt eam ’. Quid ergo dicit ipse Salomon, qui praescribitur in ipso titulo ? Ego aedificavi templum : sed nisi octavus numerus aedificaverit, in vanum est domus aedificata. Legimus et in evangelio secundum Matthaeum : Beati pauperes, beati mites, beati esurientes et sitientes, et cetera, et sunt octo beatitudines. Ergo Dominus noster octonario numero conclusit evangelium. Denique nusquam invenimus octo pariter beatitudines nisi in evangelio. Octonario numero, hoc est, in die resurrectionis. *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.* Vultis ostendam vobis interim, septimus et octavus numerus continent plurima sacramen-

4 *poteram*] *poteramus* G. 6 *Licet uno versiculo*] CPS ; *licet unum versiculum* BG ; *Uno tamen versiculo* β. 7 *hic tacuero*] S om. *hic.* 13 *in Ecclesiaste*] *in ecclesiasten* BG. 14 *quindecim*] *quindicem* G. 15 *qui*] S ; om. βAG. 16 *in scriptura*] *inscribitur* S. *ipse psalmus*] *ipsius psalmi* βC sup. lin. 17. *inquit*] C add. *XXXmus.* *Salomonis*] *sal* (*a* ex *o*)*monis* C. 18 *laboraverunt*] *laborant* G. 19 *aedificaverunt*] *aedificant* βH ; *edifica****nt* BP. 23 *octonario numero*] βS ; *octogenario numero* ABC, P mutat. in *octogenarium numerum* ; *octuaginarium numerum* G. *conclusit*] βPSG ; *exclusit* ABC. *evangelium*] βC ; *evangelia* A ; *evangelii* BH ; *in evangelium* S ; *in evangelio* GP. 25 *Octonario*] *atonario* P ; *in octonario* S ; *octogenario* B, C *ge* add. sup. lin ; *octuaginarium* G. 27 *interim*] *quia interim* S ; *interim quod* β, C add. *quod* sup. lin.

8. *Septuaginta anni septem decades sunt* etc] Cf. ep. 140, n. 13 ‘ Sunt qui istum locum allegorice interpretantes ’ etc.

13. *octo*] Eccl. 11, 2.

17. *Salomonis*] Ps. 126, 1.

22. *secundum Matthaeum*] 5, 3 sqq.

ta ? Legamus Iezechiel, et in una porta dicitur : ' Et ingrediatur, inquit, per portam orientis in templum quod aedificatur '. In Iezechiel, in extrema parte. ' Et ascendet, inquit, sacerdos primus per septem et octo gradus '. Et fieri poterat, ut in ea porta et septem essent gradus, et octo ? Sed vide quid dicat. Orientalis porta, unde lumen venit. Dominus noster atque Salvator. Una quidem porta est, et nemo ingreditur in ea, nisi sacerdos magnus. Et quid dicitur ibi ? ' Porta haec semper clausa erit '. Non autem aperitur nisi sacerdoti. Sic igitur et novum et vetus testamentum semper clausum fuit : non est apertum nisi Salvatori. Iste est enim ' qui habet clavem, qui aperit et nemo claudit, qui claudit et nemo aperit '. Una ergo porta habet et septem et octo gradus. Et in veteri quidem testamento sacramenta sunt evangelica, et in novo testamento sacramenta sunt legis. Audite maiora mysteria. Eo tempore quando Salomon, hoc est pacificus noster qui dicit ' Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis ' : ' ipse est enim pax nostra ', et ' pax quae superat omnem sensum ', ipse aedificavit templum Deo. Et vide ibi scriptura quid dicat. ' Et erant, inquit, latomorum septuaginta milia, et eorum qui portabant octoginta milia '. Videte numerum. Latomi qui lapides caedunt, qui quasi fundamenta aedificiorum praeparant, qui lapides ad aedificandum in templum Dei de terra tollunt, in septimo numero ponuntur, in prophetis, in patriarchis. Illi enim humanum genus quasi de terra eicientes, in templum Domini praeparaverunt. Isti vero, hoc est octoginta milia, apostolica praedicatio et evangelica, isti qui cum Domino Salvatore et ipso Salomone gravia gentium peccata portabant. Hucusque videtur finitum esse mysterium : audite maiora mysteria. ' Et qui praeerant, inquit, istis operibus et templo, tria milia erant '. Non possunt esse maiores, et qui praesunt operibus, nisi illi qui praedicant Trinitatem. *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.* Multa sunt quae dicantur, sed hora excludimur.

Dexteram tuam notam fac, et conpeditos corde in sapientia. In quibus-

1 *Legamus*] *legimus* G. *Iezechiel*] *in ezichihel* G ; *et in hiezechiele* S. *et in*] *quod de* S. *inquit*] P add. *sacerdus.* 4 *in ea*] *in una* S. 8 *aperitur*] *aperietur* C, G *e* add. sup. lin. 13 *hoc est*] om. G. *pacificus noster*] S add. *ascendit ad caelos.* 14 *qui dicit*] om. G. 15 *superat*] *exsuperat* βH, C *ex* sup. lin. 19 *in templum*] HBP ; *in templo* β, CSG om. *in.* 24 *gentium*] C 2 m. mutat in *et ingentia* ; *ingentium* H.

2. *quod aedificatur*] Ezech. 44, 3 ; 46, 8.
3. *septem et octo gradus*] Ezech. c. 40 ? — Hieron. in Mich. 5, 6 ' Et in templo Ezechiel, quod interpretatur ecclesia et caelestis Ierusalem, septem et octo gradibus ascenditur. '
7. *clausa erit*] Ibid. 44, 2.
10. *aperit*] Apoc. 3, 7.
14. *vobis*] Io. 14, 27.
15. *nostra*] Ephes. 2, 14.
sensum] Philipp. 4, 7.
18. *milia*] Cf. 3 Reg. 5, 15.
26. *erant*] Ibid. 16.

dam codicibus dicitur 'eruditos', in aliis dicitur conpeditos'. Aliud eruditos, aliud conpeditos significat. Quid ergo dicit Dexteram tuam notam fac? Quid tamdiu dexteram tuam contrahis, Deus? 'Quare avertis manum tuam in sinu tuo?' in alio psalmo dicitur. Quod dicitur, hoc est: In aegritudine positi sumus, in peccatis iacemus: mitte dexteram tuam, et eleva nos. Quare tamdiu dexteram tuam habes in sinu tuo? Eructuet cor tuum verbum tuum bonum: mitte dexteram tuam, et libera nos. Notum nobis fac mysterium, quod absconditum fuit a generationibus. *Dexteram tuam notam fac.* Quid subripis, Arri? Non dixit, dexteram tuam fac: Deus enim sine dextera sua numquam fuit. Sed quid dixit? Dexteram tuam, quae semper fuit, et in sinu tuo fuit, notam fac. Quoniam illum permanentem in deitate sua nosse non possumus, adsumat hominem, et sic intellegamus eum. *Dexteram tuam sic notam fac, et conpeditos corde in sapientia:* eos qui sapientiae habent conpedes, hoc est, qui conpediti sunt in corde per sapientiam tuam. Non vobis sit molestum, quia obscurus est locus. Prophetae habebant sapientiam: sed ipsa sapientia quasi conpediebat eos; non poterant volare sine Xpisto. Videte ergo quid dicat: Mitte dexteram tuam, hoc est Filium tuum, et notum illum nobis fac; et prophetae, qui quasi prophetaverunt umbram, incipiant Dominum manifestius praedicare.

Convertere Domine, usquequo. Multum peccavimus, avertis faciem tuam, non sunt digna peccata nostra tuis videri oculis, propterea deprecamur: Convertere Domine, usquequo. Ecce iam tanta fluxerunt saecula: semper te prophetae venturum praedicaverunt gentibus, et adhuc non venisti. *Et dirige filios hominum.* Qui pravi sumus, a te dirigamur. *Et dirige filios hominum.* Bene dixit, dirige filios hominum. Propterea eos dirige, quia filii hominum sunt. Si enim essent filii tui, directi essent. Tu enim dixisti: 'Ego dixi: dii estis, et filii Excelsi omnes. Vos autem ut homines moriemini, et quasi unus de principibus cadetis'. Et in alio loco: 'Filii hominum, usquequo graves corde?' Et in alio loco: 'Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt'. Quoniam homines sunt, pro-

1 *Aliud*] G add. *est.* 2 *eruditos*] *eruditus* βAG. Cf. supra p. 39, l. 16-18. *conpeditos*] *compeditus* βA, G corr. 4 *in sinu tuo*] *in sinum tuum* β. 7 *verbum tuum*] βS; ABCGH om. *tuum.* *bonum*] om. β. 9 *subripis*] *subrepis* βG. *Arri*] *arianae* G. 14 *sapientiae*] *sapientiam* C. 17 *conpediebat*] *conpedibat* G corr. 19 *et prophetae*] *ut prophetae* G; *ut et proph.* S. 22 *videri*] *videre* SG, C sup. lin. 25 *sumus*] *fuimus* S. *a te*] *ad te* CGH. 30 *graves corde*] scripsi (gr. βαρυκάρδιοι); *gravis corde* G; *gravi c.* reliqui.

4. *tuo?*] Ps. 73, 11.
7. *bonum*] Ps. 44, 2.
29. *cadetis*] Ps. 81, 6. 7.
30. *corde?*] Ps. 4, 3.
31. *caro sunt*] Gen. 6, 3.

pterea caro sunt. Ergo quia filii hominum sumus, et perdidimus esse filii Dei, et pravi facti sumus : propterea dirige nos, ut rursum tui efficiamur filii.

Et sit splendor Domini Dei nostri super nos. Dicit et apostolus ad Hebraeos, quoniam Dominus atque Salvator splendor sit gloriae Patris. *Et sit splendor Domini Dei nostri super nos.* Hoc est quod dicitur et in alio loco : ' Signatum est super nos lumen vultus tui Domine '. Signum crucis vexillum nostrum est.

Haec interim de psalterio diximus, et aestimo diutius quam debueramus inmorati sumus. Intellegimus nos multo plura dixisse quam debuimus dicere ; sed non possumus Domini nostri verba reticere, non possumus inchoatum psalmum relinquere. Non est multum, quodcumque prodest animae ; nihil satis est, quod bonum est, si tamen bonum est. Rogemus igitur Dominum nostrum Salvatorem, ut splendor eius eluceat in cordibus nostris, ut eiciat omnes tenebras nostras, ut cogitationes tenebrosas et omnium peccatorum propellat de cordibus nostris, ut inluminet nostras tenebras, ut fugiant tenebrae, et habitet splendor in cordibus nostris. Templum Domini et tabernaculum et sancta sanctorum semper lucernam habebant ardentem, semper lucebat lucerna in templo Domini. Si enim extincta fuerit lucerna, Dominus in tenebris non habitat. Dicamus igitur et nos : ' Lucerna pedibus nostris verbum tuum Domine '.

DE PSALMO XC.

Qui habitat in adiutorio Altissimi. Adiutorium interpretatur Ezras. Denique βοηθός Ezras propheta dicitur. Iste est qui reduxit populum de captivitate Babyloniae, et induxit in terram repromissionis. Qui ergo habitat in Ezra, qui habitat in Iesu (interim secundum tropologiam) qui

1 *quia*] *quasi* C. *sumus*] om. βAB, H add. sup. lin. 9 *et aestimo*] *et existimo* G ; *et ut aestimo* β. 10 *debuimus*] *debueramus* G. 15 sq. *ut cogitationes ... peccatorum*] *et sordidas cogitationes et omnia peccata* βB. 16 *peccatorum*] G add. *sorde pollutas.* *propellat*] *repellat* BG. 17 *fugiant*] *fulgeant* H. *splendor*] βB add. *lucis.* 18 ante *Templum* G inserit *efficiemur.* 19 *semper*] *ubi semper* G. *habebant*] *habeant* β, S corr ; *habebat* G. *lucebat*] *luceat* β, B corr. 21 *nostris*] *meis* βC. 22 *DE PSALMO XC*] In Breviar. col. 1162 sqq. 23 *Ezras*] *Ezdras* C 2 m. 24 βοηθός] *bonum tocius* C. 25 *Babyloniae*] *babillonia* G ; *babylonia* H corr. 26 *qui*] ante *habitat* om. βAB ; *ipse* G.

4. *ad Hebraeos*] 1, 3.
7. *tui Domine*] Ps. 4, 7.
21. *tuum Domine*] Ps. 118, 105.
23. *Ezras p. dicitur*] Hieron. ep. 45, n. 6 ' veniat Ezras, qui interpretatur *adiutor*' ; ep. 53, n. 7 ' Ezras et Nehemias, *adiutor* videlicet et *consolator a Domino* '.

sibi aedificavit domum sine manibus iuxta apostolum, illam domum quam aedificaverat Dominus etiam obtetricibus in Aegypto: *in protectione Dei caeli commorabitur.*

Dicet Domino: Susceptor meus es et refugium meum, Deus meus. Multi enim me consequuntur hostes: propterea tu es refugium meum. *Sperabo in eum, quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium.* Non dixit, spero; sed, sperabo. Quamdiu enim peccamus, non speramus: si peccare desierimus, speramus. *Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium.* Multi sunt venatores in isto mundo, qui animam nostram venari conantur. Denique et Nembroth ille gigas magnus in conspectu Domini venator fuit: et Esau venator erat, quoniam peccator erat; et penitus non invenimus in scripturis sanctis sanctum aliquem venatorem. Piscatores invenimus sanctos.

Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium. 'Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, et nos liberati sumus'. Quis est iste laqueus qui contritus est? 'Dominus, inquit, conteret Satanan sub pedibus nostris velociter'. Et apostolus dicit: 'Ut liberemini a laqueo diaboli'. Vides ergo quoniam iste venator est, qui animas nostras venare cupit ad perditionem. Multos habet diabolus laqueos, et diversos habet laqueos. Avaritia diaboli laqueus est, detractio diaboli laqueus est, fornicatio diaboli laqueus est. *Et a verbo aspero.* Quamdiu in sanctitate sumus, anima nostra tranquilla est; quando vero de peccatis cogitare coeperimus, anima nostra turbatur, et quasi quibusdam fluctibus concutitur.

In scapulis suis obumbrabit tibi. Sed haec secundum illud Deuteronomii: Dominus quasi pullos suos alis suis protegit nos quasi aquila. Dicitur enim ibi quasi aquila protegere pullos suos. Licet ergo possumus hoc dicere, quod Deus quasi pater nos protegit, et quasi gallina protegit pullos suos, ne rapiantur ab accipitre: tamen et aliud possumus dicere. *In scapulis suis obumbrabit tibi*: exaltabitur in cruce, extendet manus, et

5 *consequuntur*] G; *consecuntur* C; *persequuntur* β; *persecuntur* BH; *secuntur* S. *meum*] βHAB inser. *Deus meus.* 6 *in eum*] *in Domino* βHAB. 10 *Nembroth*] BC (LXX Νεβρώδ); *Nemrod* βH. *gigas*] *gigans* AC corr. 14 *liberabit*] ita plerumque codd. iuxta gr. ῥύσεται. 17 *Satanan*] *Satanam* β; *satan* S. 23 *coeperimus*] CS; *coeperit* βBG. 25. 30 *scapulis*] *scabulis* CG. 29 *rapiantur*] *rapiamur* SG. 30 *tibi*] *te* SG.

1. *iuxta apostolum*] 2 Cor. 5, 1?
2. *in Aegypto*] Exod. 1, 21.
12. *sanctum a. venatorem*] Hieron. in Mich. 5, 6 'Quantum ergo possum mea recolere memoria, numquam venatorem in bonam partem legi.'
16. *sumus*] Ps. 123, 7.
17. *velociter*] Rom. 16, 20.
18. *diaboli*] Cf. 2 Tim. 2, 26.
25. *Deuteronomii*] 32, 11.

proteget nos. *Et sub pennis eius sperabis.* Aspicies, inquit, manus eius crucifixas, et si te serpens momorderit, sanaberis. Licet ambules in deserto istius saeculi : si te percusserit scorpio, si regulus, si aspis, si cetera venenata animalia, securus esto de sanitate : serpens in eremo suspensus est.

Scuto circumdabit te veritas eius. Scutum nostrum rotundum est, hoc est, ex omni parte nos saepit. Non solum scutum est, sed et murus est. ‘ Domine ut scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos. ’ Aliquis de scuto coronat ? Videte quid dicat : Domine ut scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos. Quid dicit ? Proteges nos, et facies vincere, et post victoriam coronabis. *Scuto circumdabit te veritas eius.* Quoniam dixerat ‘ a verbo aspero ’, et verbum asperum possumus intellegere et haereticorum, et philosophorum, et Iudaeorum, et hoc quasi verbum asperum, non est verum, sed mendax est. Propterea enim et turbidum est, quia mendax est ; propterea turbidum est, quia conturbat animas nostras per mendacium suum. Dominus ergo, qui veritas est, et dicit ‘ Ego sum veritas ’, scuto circumdat nos veritas eius, ne ardentibus sagittis diaboli percutiamur. Propterea Xpistus, qui est veritas, obponit scutum suum, ut scuto veritatis superet mendacium. *Non timebis a timore nocturno.* Diabolus semper in tenebris est : ‘ ut percutiat, inquit, in occultis innocentem ’. Vides ergo quod qui simplex est et innocens est, semper in occultis percutitur. *Non timebis a timore nocturno.* Quod dicit, hoc est : Licet in terrore fueris, quae nox est, tamen non timebis, quia habes scutum veritatis.

A sagitta volante in die. Huic sensui quasi videtur esse contrarium, A sagitta volante in die. Sagitta volans diaboli videtur mihi sermo esse haereticorum et philosophorum. Et isti enim lucem scientiae promittunt, et dicunt se habere diem ; et non possunt decipere, nisi lucem promiserint. Verum lux ista, quam promittunt, de ardentibus sagittis est. Et propterea dicitur, A sagitta volante in die. *A negotio perambulante in tenebris.* Sagitta quidem volat quasi in die, sed negotium est perambulans in

1 *Aspicies*] *aspiciens* βHB. 3 *scorpio*] *scurpio* SG. 10 *dicit*] *dicis* HBSG. 13 *quasi*] *quare si* G. 17 *circumdat*] *circumdabit* SG. 18 *obponit*] *opponit* CS ; *subponit* HB ; *supponit* β. *ut scuto*] *ut scutum* CG, B corr. 19 *Diabolus*] βHB add. *enim*. 23 *terrore*] SG ; *errore* β et ceteri. *quae*] mutat. in *quo* C sup. lin. 31 *volat*] *volabat* S.

8. *nos*] Ps. 5, 13.
16. *veritas*] Io. 14, 6.
21. *innocentem*] Ps. 63, 5.
27. *haereticorum et philosophorum*] Hieron. contra Pelag. l. 2, n. 20 ‘ Sagitta per diem volitat, per haereticos in sanctarum intellegentia scripturarum; negotium in tenebris et nocte perambulat, per philosophos ’ etc.

tenebris. *Ab incursu et daemonio meridiano.* Melius dicitur graece ἀπὸ συμπτώματος. Symptosis dicitur aut eventus, hoc est, quando non speramus, et aliquid novi evenit. Aut symptoma dicitur, quando simul multi cadunt. Videte ergo quid dicat.Licet plures inducti fuerint, tamen tu, qui sanctus es, non inducaris. Do exemplum, ut simpliciores possint intellegere quod dicitur. Si ieris in civitatem monachus solus, et coeperis deambulare,et audieris clamorem in circo,et aliquis tibi dixerit : Veni et specta, circus est ; et coeperis ei tu dicere, Non licet, non possum ire : si ille tibi ostenderit infinita hominum milia, et dixerit tibi, Ducenta hominum milia ibi sunt : ergo illi omnes perituri sunt, et tu solus salvus eris ? tu debes intellegere,quia symptoma diaboli est ; hoc est,scire debes quia plures cadunt.

Et daemonio meridiano. Dicunt quidem multi, quia sunt daemones et meridiani, et hoc vulgo dicitur. Ceterum ego dico simpliciter, quoniam daemon eo tempore potestatem habet in nos, quando peccamus. Sive mane peccaverimus, daemon ingreditur in nobis : sive vespere, sive nocte, quacumque peccaverimus hora, daemon ingreditur in nobis. Si autem non peccaverimus meridie, non ingreditur in nobis. Videtis ergo, quod frivolum est quod vulgo dicitur. Quid ergo dicit, A daemonio meridiano ? Quoniam Abrabam angelos susceperat in meridie, et Ioseph fratres suos ad prandium invitaverat in meridie. Sancti enim erant et Abraham et Ioseph, et propterea convivium eorum in clara luce erat et sole perfecto, propterea pascunt in meridie. Et ego si plenam habuero scientiam scripturarum, licet hora tertia sit, tamen pasco vos in meridie. Denique et sponsa in Cantico canticorum dicit : 'Ubi pascis, inquit, ubi cubas in meridie ?' Videtis quoniam sponsus non pascit, non recumbit in hora tertia, sed in meridie. Ubi pascis, ubi cubas, ubi te invenio, ubi deliciis frueris, ubi te possum invenire, o sponse meus ? Vis me invenire ? In meridie, in scientia perfecta, in bonis operibus, in claro lumine. Quoniam ergo habemus nos meridiem, propterea etiam diabolus transformatur in angelum lucis, et ipse simulat habere se lucem,habere se meridiem.

1 *dicitur*] *est dicere* βB. 2 *Symptosis*] *symtosis* C, B corr ; *sumptuosis* H ; σύμπτωμα *autem* β. 3 *novi evenit*] *novi evenerit* β ; *non venerit* B : *novi et vetus* G. 5 *inducaris*] *ducaris* G ; *indiceris* S. 6 *ieris*] *fueris* G. 7 *specta*] *expecta* BCG. 12 *Dicunt*] *dicuntur* C. 17 *non peccaverimus*] *non peccaremus* G. 18 *frivolum*] *fribolum* BC ; *fribulum* G. 19 *Ioseph*] *Iosep* BC. 21 *perfecto*] *aperto* H. 25 *pascit*] *pascitur* SG. 27 *o sponse*] *o sponsus* S. 29 *etiam*] om. SG.

20. *et Abraham et Ioseph*] Hieron. translat. homil. Origen. in Cant. 1, 7 'Apud Ioseph meridie fratres prandium celebrant. Angeli meridie Abrahae suscipiuntur hospitio, et cetera istiusmodi.'
25. *in meridie*] Cant. 1, 6.
30. *lucis*] Cf. 2 Cor. 11, 14.

Quando haeretici quasi mysteria aliqua promittunt, quando regna caelorum, quando continentiam, quando ieiunia, quando sanctitatem, quando renuntiationem saeculi, promittunt meridiem. Sed quoniam non est Xpisti lumen, non est meridies, sed daemonium meridianum.

Cadent a latere tuo mille, et decem milia a dextris tuis. Singula verba scripturarum singula sacramenta sunt. Ista rustica verba quae putantur saeculi hominibus, plena sunt sacramentis. ' Habemus enim thesaurum istum in vasis fictilibus ' : thesaurum sensum divinum habemus in verbis vilissimis. *Cadent a latere tuo mille, et decem milia a dextris tuis.* Ex latere cuius ? Ab eius, cui dictum fuerat, Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis a timore nocturno. Qui est iste ? De quo supra dictum est, Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei caeli commorabitur. Ab eo ergo qui habitat in adiutorio Domini, cadent a latere eius mille, et decem milia a dextris eius. Dextera sancti dicitur : sinistra non dicitur, sed latus. Videte enim quid dicitur : Et decem milia a dextris tuis. Et quomodo dixeras ? Cadent a latere tuo mille. Quando enim dextera dicitur et sinistra non nominatur, pro sinistra latus nominatur. Non enim poterat iustum esse, ut iustus haberet sinistram. ' Qui te, inquit, percusserit in dexteram maxillam, praebe ei et alteram '. Non dixit, et sinistram : non enim est sinistra quae praebetur, sed dextera altera. Ergo simpliciter dico, quoniam iustus duas dexteras habet. Denique et ille Aod, qui scribitur in Iudicum libro, propterea duas dexteras habere dicitur, quia iustus erat, et interfecit illum pinguissimum regem. *Cadent a latere tuo mille, et decem milia a dextris tuis.* Plures sunt qui insidiantur dexterae nostrae, non sunt plures qui insidiantur sinistrae : propterea a latere mille cadent, et a dextris decem milia. Ubi enim maior pugna,

6 *putantur*] βBCG inser. praepositionem *a*, quae in HS omittitur. 8 *sensum divinum*] βS ; *sensum divini* B 1 m ; *sensum divina eloquia* G ; *sensus divini* C, B sup. lin. 9 *vilissimis*] *visibilibus* C. *Ex latere*] βHB (gr. ἐκ τοῦ κλίτους) ; *ex altare* SG ; *a latere* C. 10 *Ab eius*] *ab eo* SG. 16 *dixeras*] *dixerat* C. 20 *Ergo*] *ego* S. 22 *Aod*] *ahod* S ; *ad* G ; *aoth* HC ; *Aioth* β.

8. *fictilibus*] Ibid. 4, 7.
19. *et alteram*] Matth. 5, 39.
20. *dextera altera*] Hieron. in hunc Matthaei locum ' Percussa dextera nostra non iubemur sinistram praebere, sed alteram, hoc est, alteram dextram : iustus enim sinistram ~~non habet~~ ' ; in Ezech. 41, 23 sqq. ' non posuit dexteram et sinistram... iuxta illud quod in evangelio scriptum est *Qui te percusserit in dexteram maxillam, praebe ei et alteram.* Numquid dicere non potuit, et sinistram? Sed quando percutitur dextra, praebetur altera dextra : quia in sancto viro utrumque dextrum, utrumque perfectum est ' ; in Eccles. c. 10 (M. 23, 1146 B) ' Et quando percutimur in maxillam dexteram, non iubemur sinistram genam percutienti praebere, sed alteram dexteram. Iustus enim sinistram in se non habet, sed totum in eo dextrum est. '

maior victoria. Pauci insidiantur lateri, plures insidiantur dexterae.

Quoniam angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. Istum locum diabulus super Domino interpretatus est. Eo enim tempore quo temptavit Dominum ' Si, inquit, Filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim de te, quod angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. ' Diabulus nihil amplius dixit, nisi hoc : Quoniam angelis suis mandavit de te, ut in manibus portent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Mediam partem dimisit. Hic enim dicitur, Quoniam angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. Hoc non dixit, Ut custodiant te in omnibus viis tuis : sciebat enim contra se esse. Poterat enim ei Dominus respondere : Si custodit me Dominus in omnibus viis, ergo et a te custodior. Tacuit ergo quod sciebat contra se esse, et posuit quod pro se erat. Vere diabulus, quasi diabulus, interpretatur de Salvatore quod non est de Salvatore. Si enim de Salvatore est totus psalmus, sicut interpretaris, o diabule, et de ipso est quod dicitur : *Protegam eum, quia cognovit nomen meum.* Hoc est, ego Pater protegam Filium meum. Sic interpretor, diabule, quomodo tu intellegis. Videamus si stet sensus. *Protegam eum, quia cognovit nomen meum* : hoc est, ego Pater Filium meum. *Clamabit ad me, et exaudiam eum* : hoc est, in die crucis. *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum et glorificabo eum* : hoc est, eum faciam resurgere. *Longitudinem dierum inplebo eum.* Hoc est, in aeternum vivet. Et hoc intellegamus de Filio Dei, Longitudinem dierum inplebo eum. Hoc quod sequitur, quomodo stat in Salvatore, *Et ostendam illi salutare meum*? Salutare Dei, Filius Dei est. Si ergo de Filio dicitur, quomodo potest stare? quia salutare Dei, Filius Dei est. Vides ergo quoniam male interpretatus es, o diabule. Sed fac ut sic interpretetur, ut tu dicis. Dixisti, Quoniam angelis suis mandavit de te, ut in manibus portent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Dic et quod sequitur. Quid taces? *Super aspidem et basi-*

5 *quod*] *quoniam* βSG. 16 *est*] ante *totus*; *essit* G; *esset* S. 18 *Sic interpretor*] C, B 2 m; *sic interpraetatur* SG, B corr; *si sic interpretatur* β. 19 *si stet sensus*] *si iste est sensus* S; *si isti sensus* G. 20 *Pater*] βA inser. *protegam*. 25 *Filius Dei*] SG om. *Dei*. 30 *Dic et*] S; β om. *et*; *dicat* G; *dicito* C.

7. *tuum*] Matth. 4, 6 ubi iterum noster ' Hoc in nonagesimo, inquit, psalmo legimus; verum ibi non de Christo, sed de viro sancto prophetia est. Male ergo interpretatur scripturas diabolus. Certe si vere de Salvatore scriptum noverat, debuerat et illud dicere, quod in eodem psalmo contra se sequitur, *Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem* ' etc.

liscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem: Xpistus Dominus noster, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO XCI.

Nonagesimus primus psalmus hoc titulo praenotatur: *Psalmus cantici in die sabbati.* Non potest diem sabbati agere, nisi qui sex dies transierit. Sex diebus laboramus,in die septima requiescimus. Ergo Domino cantare non possumus, nisi in die sabbati. Quamdiu opera mundi istius facimus, hoc est, sex diebus, Domino cantare non possumus. Denique dicitur in Levitico: ' Non facietis in die sabbati omne opus servile. ' Quicumque ergo in sabbato est et in requie Domini, opus servile facere non debet, hoc est, quod ad mundum istum pertinet: sed illud debet opus facere, quod ad sabbatum pertinet. Vultis scire quoniam in sabbato operantur sacerdotes in templo Domini? Non licet in sabbato cuicumque ligna caedere. Denique unus qui inventus est in heremo, lapidatus est et occisus est. Denique non licet ignem succendere, non licet etiam aliquid operis facere. Videtis autem, quoniam omnia haec, quae in mundo alicui facere non licet in sabbato, sacerdotibus solis licet: nam et ligna caedunt, et ignem subponunt, et alia faciunt ministeria, et hostias inmolant. Hoc totum quare dixi? Ut ostendam scriptum esse in lege, debere nos cessare etiam in die sabbati ab operibus mundi, et ea facere quae ad Deum pertinent. Psalmus igitur cantici est in die sabbati, quando non operamur mundo, et operamur Deo. Videamus ergo quid nobis sit cantandum in sabbato, quando a mundi cessamus operibus.

Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo Altissime. Non dixit, bonum est psallere, et postea confiteri; sed vide ordinem: Bonum est confiteri, et bonum est psallere. Primum age paenitentiam et lacrimis dele peccata, et postea canta Domino. *Bonum est confiteri Domino*: non hominibus, sed Deo: illi confitere peccata, qui sanare potest. *Et psallere nomini tuo Altissime.*

Ad adnuntiandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem. Diligenter intellegite quod dicitur, Ad adnuntiandum mane mi-

1 *ambulabis et conculcabis*] codd; *ambulabit et conculcabit* β. 3 *DE PSALMO XCI*] In Breviar. col. 1166. 8 *diebus*] *dies* G. 15 *succendere*] S inser. *deinde*. 16 *quoniam*] G inser. *sacerdotis*, S *sacerdotes*. 17 *sacerdotibus solis*] *sacerdotis soli* G. 18 *ministeria*] *mysteria* CSG; *misteria* B corr. 19 *ostendam*] *ostenderem* β. 20 *etiam*] om. G. 27 *canta*] *cantare* SG. 28 *confitere*] *confiteri* BC. 29 *Ad adnuntiandum*] S. 30 *Diligenter*] *dilegenter* G.

9. *servile*] Lev. 23, 3. 14. *occisus est*] Num. 15, 32 sqq.

sericordiam tuam et veritatem tuam per noctem. Singuli versiculi ad singulos referuntur. *Bonum est confiteri Domino, ad adnuntiandum mane misericordiam tuam.* Si confiteris Domino, adnuntias mane misericordias Domini. *Et psallere nomini tuo Altissime.* Istum versiculum refer ad hunc qui sequitur, *Et veritatem tuam per noctem.* Quando enim confitemur Domino, speramus misericordiam : quando vero psallimus, operamur virtutes. *Ad adnuntiandum mane misericordiam.* Ubi sunt, qui secundum litteram scripturas intellegunt ? Media die misericordiam Dei adnuntiare non possumus ? Et certe Xpistianorum et monachorum est maxime in noctibus peccata sua confiteri. Et quomodo nunc dicit, Ad adnuntiandum mane misericordiam tuam ? Quod dicit, hoc est. Non possumus confiteri Domino et misericordiam eius consequi, nisi coeperit in corde nostro clarum lumen lucere. Nisi praecesserint tenebrae, et mane factum fuerit, misericordiam Domini consequi non possumus. Tunc autem adnuntias mane misericordiam Domini, cum sol iustitiae ortus in corde tuo fuerit. *Et veritatem tuam per noctem.* Veritas Domini non adnuntiatur, nisi ad noctem : in die non potest adnuntiari. Non enim possunt inbecilli ferre quae magna sunt, neque possunt ea sustinere quae pretiosa sunt. Unde dicitur et in alio loco de Deo : ' Posuit tenebras latibulum suum ' hoc est, Dominus posuit tenebras latibulum suum. Et veritas ergo Domini adnuntiatur in nocte : quasi quibusdam verborum tenebris obvolvitur. In aenigmate dicitur et in parabolis : ut videntes non videant, et audientes non audiant. Legimus in Osee, et dicitur ad prophetam : ' Tu vade, et accipe tibi uxorem, uxorem fornicariam '. Iudaei audiunt et gentiles, et rident. Quare rident ? Quoniam veritas in nocte posita est, non in die. Vultis scire, quoniam veritas Dei in nocte est, et quasi in tenebris, et in parabulis posita est ? Moyses ascendit in montem Sina : et ingressus est, inquit, in turbine et in caligine et in tenebris, et ibi locutus est cum Domino. Neque enim poterat Israhel populus videre mysteria Dei, quia in caligine Dei non intraverat.

In decachordo psalterio, cum cantico in cithara. Simpliciter dico : quo-

4 *refer*] G ; *refert* βAS. Cf. Commentariol. ps. p. 13, l. 24 et Hieron. in Ose. 2, 12 ' Quae de Iudaea diximus, refer ad haereticos, qui ' etc. 9 *Et certe*] *certe et* G. 13 *praecesserint*] β et codd. pro *recesserint* ? 14 *adnuntias*] *adnoncias* B. 16 *ad noctem*] *in nocte* C ex *inocte*, H 2 m. 17 *inbecilli*] S ; *inbecili* G ; *inbecillis* B ; *inbicilles* C ; *imbecilles* β. 23 *audiant*] *intellegant* S. 24 *audiunt*] om. βB ; *non audient* G. 25 *et rident*] β om. *et* ; B mutat in *haec rident* ; *aerident* G. 29 *Israhel*] *israheliticus* G.

19. *suum*] Ps. 17, 12.
23. *non audiant*] Marc. 4, 12 etc.
24. *fornicariam*] Ose. 1, 2.
27. *et ingressus est* etc]. Exod. 24, 15 sq.

tienscumque levamus manus sine cogitationibus et disceptationibus, in decachordo psallimus Domino. *In decachordo psalterio, cum cantico in cithara.* Cithara nostra, et corpus et anima et spiritus : omnibus chordis conposita sunt.

Quia delectasti me Domine in factura tua, et in operibus manuum tuarum exultabo. Xpistianus quodcumque viderit, semper aedificatur. Monachum nihil destruit, nisi peccatum. Quodcumque aspexeris, aedificium tuum est. Vides caelum, vides solem, vides stellas, vides lunam : hoc aedificat te. Debes enim cogitare, et dicere : Si sol et luna et caelum et stellae Deo serviunt, quare ego non serviam ? Vides terram, vides animalia et omnia quae in terris sunt : et hoc confer ad animum tuum, et aedifica te, et dic animo tuo : Omnia in suo tempore currunt ; siquidem ver et aestas, autumnus et hiemps, numquid mutant haec tempora ? sed secundum dispositionem Dei omnia serviunt. Caelum servit, et terra servit : et infelix ego homo non servio. Veniamus ad minuta animalia : dimitto nunc de elefantis, dimitto de leonibus, dimitto de diversis animalibus, venio ad minuta animalia. Respice apem, respice formicam : vide corpus, et inquire sapientiam. Maior sapientia, quam corporis magnitudo. Apes et formicae cogitant hiemem esse venturam : et monachus et Xpistianus non cogitant iudicium esse venturum. Illae cogitant quoniam fame periclitari possunt, si non laboraverint in aestate, unde vivant in hieme : nos non cogitamus quia sine opere torquebimur in gehenna. Hoc totum quare dixi ? Quoniam nunc scriptum est, Quia delectasti me Domine in factura tua. Quodcumque aspexero, delectat me : intellego enim factorem, et benedico Deum. *Et in operibus manuum tuarum exultabo.* Video arborem, et considero quomodo cortix est arboris, quasi tunica vestiatur, quasi germen vireat. Deinde video quomodo quasi flos sit, quo-

3 *Cithara nostra*] S ; *in c. n.* β et ceteri codd. Codex G ita prosequitur : *et in corpus et in anima et spiritu. Omnibus virtutibus cordis conposita sunt.* 10 *ego*] *ergo ego* S. 11 *hoc*] om. S. *ad animum tuum*] BC ; *ad animam tuam* S ; *et animum tuum* G ; *cum animo tuo* β ; *in animo tuo* H. 12 *aedifica te*] H, C 1 m ; *aedificat te* βBSG, C sup. lin. *animo tuo*] *ad animo tuo* G ; *in animo tuo* S. 13 *hiemps*] *hyems* C ; *hyemps* G. *numquid*] *nunquam* β. 16 *elefantis*] *elifantis* B ; *aelephantes* C 1 m, *aelephantibus* sup. lin. 21 *periclitari*] *pereclitari* C corr, B ex *pereclitare.* *in aestate unde vivant in hieme*] βB ; om. CSG. 23 *Quoniam*] *quomodo* C. 26 *cortix*] *cortex* β quod ita prosequitur : *arboris est quasi tunica, qua vestitur : et quasi germen viret.* *est*] om. S. *tunica*] *tonica* BCG. 27 *quasi*] ante *flos* om. βG.

1. *et disceptationibus*] Cf. 1 Tim. 2, 8.

7. *aedificium*] = aedificatio. Verbum gr. οἰκοδομή utrumque significat.

15. *ad minuta animalia*] Hieron. ep. 60, n. 12 ' Ut enim creatorem non in caelo tantum miramur et terra, sole, oceano, elephantis, camelis, equis, bobus, pardis, ursis, leonibus ; sed in minutis quoque animalibus, formica, culice' etc.

modo flos cadat, et ipse flos vertatur in pomum. Video paulatim per singulos dies in singula tempora mihi naturam operari et in meos cibos crescere. Video quomodo Deus in omnibus mihi laborat, ut mihi nihil desit: et propterea exulto in te Domine.

Quam magnificata sunt opera tua Domine. In hoc loco Marcion et Manichaeus erumpunt. Quid enim dicunt? Si omnia Deus fecit, et in utilitatem hominum fecit, quid necesse fuit cimicem facere et pulicem? Ego tibi breviter respondeo: ut ostenderetur, o homo, fragilitas tua. Qui enim cogitationem tuam in caelum ponis, respice, morderis a cimice et contremescis. Quid erigeris in caelum, et cogitatio tua transcendit in caelum? Ecce a cimice vulneraris. *Quam magnificata sunt opera tua Domine.* Parva quidem côrpora, sed magna ratio. Singula habent utilitates suas. Ego sic miror Dominum in elefanto, quomodo et in formica; sic illum praedico in camelo, quomodo et in culice. Vide culicem, quomodo quasi punctum cuiusdam corpusculi est, et tamen vide in ipso puncto corpusculi omnia esse membra divisa. Habet sex pedes, habet duos oculos, habet os et ventrem, habet et tubam vocis, habet et alas. Si consideraveris membra, corpus non invenis; et tamen magnificatur Deus, quia sine corpore membra sunt omnia.

Nimis profundae factae sunt cogitationes tuae. Quodcumque cogitavero, invenire non possum. ' Abyssus iudicia tua '. ' O profundum divitiarum sapientiae et scientiae Dei '. Dicam et ego cum Ecclesiaste: ' Dixi, sapiens efficiar: et ipsa longe facta est a me, longius multo quam erat: et profunda, quis invenire potest? ' Ecclesiastes quod dicit, hoc est:

1 *ipse flos*] *ipsa flos* G. 2 *in singula*] *per singula* S. 5 *Marcion*] *martion* BG. 7 *cimicem*] *formicam* C; *scinifem* B 2 m. 9 *a cimice*] *a formice* C; *amice* B. 10 *contremescis*] *contremiscis* G, C sup. lin. *in caelum*] *ad caelum* C; *caelo* G. 11 *a cimice*] *a formice* C; *a cinite* B mutat. in *a scinife.* 13 *elefanto*] *elifanto* G, B corr.; *elepanto* C 1 m. 14 *in culice*] *in pulicem* C; *in pullicem* G. *culicem*] *pulicem* CG. 21 *Abyssus*] *adversus* B in marg. corr. ex *abysus.* 23 *longe*] CS; *longius* βBG. 24 *profunda*] repet. S.

5. *In hoc loco Marcion*] Hieron. contra Pelag. 1. 20 ' Dicat haec Marcion et omnes haeretici qui creatoris operibus illudunt. '

11. *vulneraris*] Hieron. in Ioel. 2, 22 sqq. ' Unde et illud solemus Marcioni et ceteris respondere haereticis qui vetus laniant testamentum, quod et pulices et culices et cimices et huiusmodi animantia idcirco fecerit Deus, ut fragilitatem et imbecillitatem nostrae carnis ostenderet, quae in tantum nihil est, ut ab his quae parva sunt vulneretur. '

15 sqq. *punctum c. corpusculi... Habet sex pedes*] Hieron. contra Ruffin. 3, 28 ' quare formica, parvum animal, et punctum ut ita dicam corporis, sex pedes habeat '.

19. *membra sunt omnia*] Hieron. in Ose. 13, 3 ' verbi gratia, pulici, qui omnia membra habet, caput, oculos, pedes, ventrem, et cetera '.

21. *tua*] Ps. 35, 7.

22. *Dei*] Rom. 11, 33.

24. *potest?*] Eccle. 7, 24 sq.

Antequam cogitationem meam in opere ponerem, non videbam magnificentiam Dei. Dixi, sapiens efficiar, hoc est, dixi, debeo quaerere rationes singularum causarum ; et ipsa longe facta est a me, longius multo quam erat, hoc est, sapientiam quam ante non inquirens ignorabam, postea quaerere coepi, invenire non poteram.

Vir insipiens non cognoscit, et stultus non intellegit haec. Quicumque non est Xpistianus, et in operibus non intellegit creatorem, iste insipiens est.

Cum exorti fuerint peccatores sicut faenum. Vidisti imperatores, vidisti praefectos, vidisti exercitus, vidisti victorias et triumphos. Heri fuit, et hodie non est. *Et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem, ut intereant in saeculum saeculi.* Heri apparuit quasi flos, hodie flos ipse non conparet. Heri virebat herba, hodie siccata est. Ubi est illa pulchritudo? Nihil bonum est, nisi quod aeternum est : nihil bonum est, nisi quod perpetuum est. Quodcumque finem habet, nec inter bona numerandum est. Quid enim mihi prodest, si heri refectus fui, et hodie fame morior? Quid enim mihi prodest, si ante dies rex fui, et hodie in carcere morior? Omne quod praeteritum et finem habet, nihil est. Unusquisque nostrum de saeculo venit ad hanc vitam. Alius matrem reliquit, alius filios, alius uxorem, alius parentes. Recordemur infantiae nostrae, recordemur adulescentiae ; recordemur quod aliquando habuerimus divitias, et unusquisque pro viribus suis habuit quod potuit. Ecce transivimus ad hanc vitam. Ubi sunt illa omnia? Cogitata magis dolorem faciunt quam voluptatem. Nihil est itaque bonum, nisi quod perpetuum est.

Tu autem Altissimus in aeternum Domine. Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt, et dispargentur omnes qui operantur iniquitatem. Si peribunt, quomodo dispargentur? Qui enim semel perierit, dispargi non potest. Debuit dicere : Ecce dispargentur, et peribunt. Quod ergo dicit, hoc est : Inimici tui Domine peribunt ; cum omnia tibi subiecta fuerint, omnis qui inimicus tuus fuerit, postea efficitur amicus, hoc est, non peribit homo, sed peribit inimicus. Qui inimicus fuit, amicus erit, et sic peribit inimicus. *Quoniam ecce inimici tui peribunt, et dispargentur omnes qui operantur iniquitatem.* Quomodo si sancti simul sunt, gratiosum est ; sic si peccatores simul fuerint, quasi pessima congregatio est. Quanto enim plures simul fuerint, tanto peiores sunt. Denique eo tempore quo turris aedificabatur contra Deum, dispargebantur in utilita-

5 *coepi*] β inser. *quam*, A *et* sup. lin. 15 *refectus*] ABCSG ; *praefectus* βH. 16 *ante dies*] *anteriori die* β. 17 *praeteritum*] *praeteritom* C corr ; βG add. *est* ; *praeterit* S. 22 *Cogitata*] βHCS ; *cogita* B ; *cogitare* G. 29 *efficitur*] codd ; *efficietur* β. 33 *quasi*] G inser. *odiosum et*.

35. *contra Deum*] Gen. 11, 1 sqq.

tem suam. Consensus eorum malus fuit : disparsio vero profuit etiam illis ipsis qui disparsi sunt.

Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum. Semper cornu in regno ponitur. ' In te inimicos nostros ventilabimus cornu '. Denique nullum animal in templo inmolatur Domino, nisi quod cornu habet. Tria inmolantur Domino in templo : inmolatur taurus, inmolatur aries, inmolatur hircus. Tria inmolantur, et universa cornuta sunt. Nisi enim aliquis habuerit cornu in quo inimicos ventilaret, non est dignus inmolari Deo. Propterea et Dominus cornu dicitur his qui credunt in eum ; et in cornibus crucis suae ventilavit inimicos. Ibi confudit diabulum, et omnem eius exercitum. Xpistus quidem crucifixus erat in corpore, sed vere crucifigebat ibi daemones. Non fuit crux : sed triumphus fuit, sed vexillum fuit. Propterea conscendit in crucem, ut nos de terra in altum tolleret. Ego puto crucem Salvatoris istam esse scalam, quam vidit Iacob. In ista scala descendebant angeli, et conscendebant ; in ista scala, hoc est cruce, descendunt Iudaei, et conscendunt gentiles. *Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum.* Alii habeant plura cornua : ego unum solum cornu habeo. ' Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini : per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo '.

Et senectus mea in misericordia uberi. Senectus nostra oleo Dei indiget. Quomodo enim corpora nostra quando laborant (loquor simplicius propter simpliciores fratres, qui non possunt intellegere sublimius) quomodo corpora nostra quando laborant, non reficiuntur nisi unctione olei ; quo-

5. 7 *Tria*] *trea* G. 5. 6 *inmolatur*] *immolabatur* βB. 6 *hircus*] *hyrcus* CSG. 8 *ventilaret*] CH 1 m ; *ventilarit* G, C sup. lin ; *ventelarit* B 1 m ; *ventilaverit* S, B sup. lin ; *ventilet* β, HA litteris *ar* erasis. 10 *inimicos*] G add. *suos.* 12 *vexillum*] *vixillum* B, C corr ; *fixillum* G. 13 *Ego*] *Et* β. 17 *habeant*] *habebant* BC. *plura cornua*] *pluricornua* C corr. 20 *senectus*] *senectas* C corr. 21 *laborant*] C ; *laboramus* βHBSG ; G add. *fatigate sunt.* *loquor*] *locor* C corr. 23 *laborant*] *laboramus* S. *unctione*] *uncione* mutat. in *unccione* C.

4. *cornu*] Ps. 43, 6.

5. *cornu habet*] Hieron. in Is. 5, 1 ' Cornu autem regnum significare et potentiam, saepe legimus, ut est illud... *In te inimicos nostros cornu ventilabimus* ' ; in Zach. 1, 17 ' Et rectissime pro regnis cornua posuit, hanc habente scriptura sancta consuetudinem, ut regnum semper interpretetur in cornibus ' ; in Habacuc 3, 4 ' moris est scripturarum, ut semper cornua pro regnis ponant... Ob hanc puto causam nullum cornutum animal inter immunda poni in Levitico,... et illud *In te inimicos nostros ventilabimus cornu* '.

9. *cornu dicitur*] Ps. 17, 3.

12. *vexillum fuit*] Hieron. iterum in Habacuc 3, 4 ' cornua in manibus eius, vexilla et tropaea crucis '.

14. *esse scalam*] Id. ep. 58, n. 2 ' nudam crucem nudus sequens, expeditior et levior scandis scalam Iacob '.

19. *mundo*] Gal. 6, 14.

modo lumen quod in lucerna est, nisi oleum miseris, extinguitur: sic et lumen senectutis meae oleo et misericordia Dei indiget ut crescat. Denique et apostoli ascendunt in montem Oliveti, ut quoniam lassi erant, et indigebant lucernae ipsorum oleo Domini, de oleo Domini inluminentur. Unde dicit et iustus: 'Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei.' Et in alio loco dicitur: 'Filii tui sicut novella olivarum in circuitu mensae tuae.' Nullus alius mons erat, de quo ascenderet Dominus regna caelorum, nisi mons Oliveti? Numquid non erat mons sublimior in Galilaea, Thabor? Quid necesse fuit ut Dominus de monte Oliveti conscenderet in regna caelorum? Sed vide quid te scriptura doceat. Nisi tibi et lampadibus tuis oleum miseris, non poteris ascendere in regna caelorum. Debes esse in monte Oliveti: non in valle Olivarum, sed in monte Oliveti. Dicat aliquis: Quae est ista vallis Olivarum? Habet et diabolus olivas suas: habet philosophos, habet haereticos; habent et ipsi oleum, et ipsi lumen scientiae promittunt. Sed illa oliveta in vallem deducunt: 'Oleum autem peccatoris non inpinguet caput meum.' Nos ergo rogemus Dominum, ut senectus nostra et omnis labor et omnes tenebrae nostrae oleo Domini inluminentur. Diligenter adtendo in scripturis, ubi primum legerim senectutem. Adam nongentis XXX annis vixit, et tamen senex non dicitur. Mathusalam nongentis LXVIIII annis vixit, et senex non dicitur. Venio usque ad diluvium, et post diluvium per annos ferme tria milia: et nullum invenio qui dictus est senex. Primus Abraham senex dicitur, et certe multo minoris aetatis fuit quam Mathusalam; sed propterea dicitur senex, quoniam senectus ipsius inuncta fuerat oleo uberi. Denique scriptum est ibi: 'Et mortuus est, inquit, Abraham, nutritus in senectute bona; plenus, inquit, dierum'. Propterea in senectute bona,

4 *oleo*] (post *ipsorum*) *oleum* SG; *olei* C. *inluminentur*] *illuminentur* β; *inluminantur* codd. 5 *Dei*] *Domini* βG. 7 *ascenderet*] *ascendit* βBG. *regna*] *in regna* C; *ad r.* H sup. lin. 10 *in*] om. G. *te*] om. SG. *doceat*] *dicat* G. 11 *in regna*] G om. *in*. 18 *adtendo*] *adtende* B corr. 19 *legerim*] *legere* C mutat. in *legeris*. 20. 22 *senex*] *senectus* G. 21 *ferme*] *fere* C. 22 *dictus est*] *dictus sit* C. 24 *fuerat*] *fuerit* G; *fuit* β. *oleo*] *in oleo* S. 25 *nutritus*] *et nutritus* C.

2. *oleo et misericordia*] Alludit Hieronymus ad lectionem genuinam ἐν ἐλαίῳ pro qua iam ab antiquis temporibus ἐν ἐλέῳ legebatur.

5. *Dei*] Ps. 51, 10.

7. *tuae*] Ps. 127, 3.

16. *meum*] Ps. 140, 5.

22. *Primus Abraham* etc.] Hier. in Is. 3, 2 'nullus alius prius appellatus est presbyter, id est senex, nisi Abraham, qui multo paucioribus annis vixisse convincitur'.

25. *ibi*] Gen. 25, 8.

26. *nutritus*] Ita legit Hieron. Comment in Zach. 8, 4 sq. 'ante Abraham nullus appellatus est senex, de quo scriptum legimus: *Deficiens Abraham mortuus est, nutritus in senectute bona, senex et plenus dierum*'.

quoniam plenus dierum : omne enim tempus vitae ipsius dies fuerunt, et non nox. Hoc ipsum quod dictum est de Abraham, dictum est et de Isaac, dictum est et de Iacob. Qui enim simul servierant Domino, recte simul senes Domini nuncupantur.

Ut cedrus Libani multiplicabitur : lignum bene olens, lignum unde templi tecta contecta sunt. *Ut cedrus Libani multiplicabitur* : lignum inputribile.

Plantati in domo Domini, in atriis Dei nostri florebunt. Alibi plantamur, alibi floremus : hic plantamur, in regno caelorum florebimus. 'Ego, inquit, plantavi, Apollo rigavit, sed Dominus incrementum dedit.' Plantatus in domo Domini, hoc est in ecclesia, non in muris, sed in dogmatibus : 'Regnum enim Dei, inquit, intra vos est' : quicumque plantatus fuerit in domo Domini, qui hic radices miserit, ibi flores adfert. *Plantati in domo Domini, in atriis Dei nostri florebunt.* Ista sunt aeterna tabernacula. Quae sunt ista atria? Diversae in caelo mansiones. Simulque videte quid dicat : *Plantati in domo Domini, in atriis Dei nostri florebunt.* Hic domus est, ibi atrium est. Debuit utique primum dicere secundum ordinem atrium, et sic domum. Sed vide quid dicat. Hic licet videamur in domo esse : cum migraverimus ad regna caelorum, ad conparationem angelorum et virtutum ceterarum, non sumus in domo, sed in atrio sumus : in initio sumus, non in perfectione. Non enim erimus angeli, sed quasi angeli. Non tibi quasi parum videatur, homo, si sicut angelus fueris.

Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi. Felix ille qui crescit cotidie, qui senescit aetate, senescit et virtutibus.

Haec interim de psalterio diximus : locuti sumus et de evangelio pauca, diximus quoque et de apostolo. Oremus Dominum, ut omne quod diximus, et quod nos diximus et quod vos audistis, opere conpleamus, et verba vertamus in opera : ut qui hic plantati sumus in domo Domini, in atrio Xpisti floreamus. Cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

1 *omne enim*] *omnia enim* G (om. *tempus*). 3 *servierant*] *servierunt* B ; *serviant* C. 4 *nuncupantur*] *noncupantur* B ; *nunccupantur* C. 9 *plantatus*] *plantatur* B ; *plantamur* C. 10 *dogmatibus*] βHBS ; *domatibus* ACG. Cf. adnot. crit. supra p. 105, l. 5. 12 *adfert*] *afferet* C. 21 *fueris*] *fuerit* SG. 26 *et quod nos diximus*] om. βS ; H sup. lin. mutat *nos* in *non*. *quod vos*] C om. *quod* ; *quae* βAB ; βH om. *vos*. *et verba*] *ut v.* S. 27 *in opera*] *in operea* B ; *in opere* SG. 28 G om. doxologiam.

9. *dedit*] 1 Cor. 3, 6.
11. *est*] Luc. 17, 21.
20. *sed quasi angeli*] Hier. ep. 75, n. 2 'Neque enim scriptum est *erunt angeli* sed *sicut angeli* : ubi similitudo promittitur, veritas denegatur' ; epist. 108, n. 22 'Quando enim dicitur *eritis similes angelorum*, similitudo promittitur, non natura mutatur'. Hoc videlicet argumentum etiam atque etiam premit S. Pater adversus commenticias sententias Origenistarum et Pelagianorum.
27. *verba vertamus in opera*] Hieron. ep. 58, n. 2 'verba vertis in opera'.

DE PSALMO XCIII.

Semper de titulo disputamus, ut ex titulo intellegatur et psalmus. *Psalmus David quarta sabbati.* Quarta sabbati in medio sabbati est: quasi in corde sabbati, hoc est, in medio hebdomadis. Dies enim quarta est, et quarta dies ex utroque latere aequales dies habet. Habet enim ex uno latere diem primum, secundum, tertium: et ex alio latere habet diem quintum, sextum, septimum. Videtis igitur quoniam dies quarta, hoc est quarta sabbati, ex utroque latere duplici trinitate firmatur. Simulque considerandum, quia quartus numerus virtute decimus est. Quomodo? si enim conputes et ordinem facias, unum, duo, tres, quattuor, decimus numerus efficitur. Videtis igitur, quoniam quartus numerus efficit decimum. Et considerate ex hoc, quia quattuor evangelia in decalogo conputantur: ut quodcumque dicebatur in decalogo, hoc conpleatur in quattuor evangelia, ut non dissentiat lex vetus ab evangelica dignitate. Hoc interim diximus de titulo, nunc veniamus ad psalmum.

Deus ultionum Dominus, Deus ultionum libere egit. Qui a tanto tempore latuit, et non parebat in populo, postea libere egit. Qui ante ignorabatur, postea triumphavit in cruce. *Deus ultionum Dominus.* Si Deus ultionum Dominus est (' Mihi vindictam, et ego retribuam, dicit Dominus '), quid te cupis vindicare, homo? Habes ultorem Dominum. Dicit hoc et apostolus: ' Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, da illi potum: haec enim faciens carbones ignis congregabis super caput eius. ' Hoc non videtur pietatis esse, sed crudelitatis. Si enim bene illi facio, ut illi malefaciat Deus: non venit hoc de pietate, sed de crudelitate mentis. Quid enim dicit apostolus? Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Pia vox. Si sitit, da illi potum. Hucusque videtur misericordia. Hoc vero quod infert, haec enim faciens carbones ignis congregabis super caput eius, non videtur misericordiae esse, sed crudelitatis. Videris enim propterea panem dare, et aquam dare bibere, ut ille in saeculis torqueatur. Et hoc dicit apostolus, et misericordiae praedicator crudelitatem docet? Non igitur sic est accipiendum, sed alio sensu. Si te percutit inimicus tuus, tu ei praebe et

1 *DE PSALMO XCIII*] In Brev. col. 1172 sqq. 3 *in medio sabbati*] *i. m. sabbato* S. 9 *quomodo enim conputis sic et ord. f.* G; *quomodo enim si conputes* S. 14 *evangelia*] omnes codd; *evangeliis* β. *evangelica*] *evangelii* C. 15 *veniamus ad psalmum*] *dicamus de psalmo* G. 17 *latuit*] *patuit* H. 19 *vindictam*] β et codd. 20 *Dominum*] *Deum* βB corr. 25 *Pia vox*] SG; om. β et ceteri codd. 29 *torqueatur*] G add. *aeternis*.

19. *dicit Dominus*] Rom. 12, 19. Cf. Deut. 32, 35; Hebr. 10, 30. 22. *eius*] Rom. 12, 20. 31. *sed alio sensu*] Hieron. ep. 120,

alteram maxillam : si tibi ille malefacit, tu illi fac bene : si enim hoc feceris, carbones ignis congregabis super caput eius. Quod dicit, hoc est : mundabis eum a peccato ; vincetur enim crudelitas illius patientia tua. Si sagittam dirigas in lapidem, et lapis durus fuerit, non solum non infigitur, sed resilit : sic inimicus tuus si te percusserit, et repercussus non fuerit, patientia tua superatus ad meliora revertetur.

Usquequo peccatores Domine, usquequo peccatores gloriabuntur? Inpatientia humana non vult Deum habere patientiam. Miseri, qui nobis volumus Deum esse patientem, et inimicis inpatientem. Si quando peccamus, patientem cupimus : si quando aliquis in nos deliquerit, in ipsum non volumus esse patientem Deum. *Usquequo peccatores gloriabuntur?* Non eis sufficit peccare, sed etiam in peccatis gloriantur. Prima infelicitas est peccare : secunda infelicitas, immo novissima, non agere paenitentiam. Isti ergo peccatores non solum non flectunt cervicem, sed libere post peccatum suum gloriantur.

Effabuntur et loquentur iniquitatem. Proprie hoc de haereticis loquitur. *Loquentur omnes qni operantur iniquitatem.* Videte signum : qui male loquitur, necesse est ut male faciat. ' Ex abundantia enim cordis os loquitur. ' Ubicumque conscientia vulnerata est, ibi in ore facile peccatur.

Populum tuum Domine humiliaverunt. Semper Dei populus humiliatur, Dei populus obprimitur. *Populum tuum Domine humiliaverunt.* Populus Dei humiliatur, et imitatur Deum qui humiliatus fuit et mitis corde.

Viduam et advenam interfecerunt, et pupillos occiderunt : et dixerunt, Non videbit Dominus. Licet hoc manifestum sit secundum historiam : semper enim quicumque praesidio indiget, facile obprimitur, et quanto aliquis humilior fuerit, tanto ille magis, qui obprimit, offendit Deum ; tamen et secundum trophologiam interpretemur. Dixeram enim de haereticis hoc dici, Viduam et advenam et advenam interfecerunt : vi-

3 *vincetur*] S ; *vincitur* βHAG ; *vintitur* B ; *vindicatur* (*u* in *o*) C. 8 *Deum*] *Dei* β H corr. S ; *Deus* AG. *Miseri*] βS add. *nos.* 10 *cupimus*] βG add. *Deum.* *in ipsum*] *in ipso* C. 22 *imitatur*] *immitatur* C ; *inmitatur* S. *Deum*] β et codd. pro *eum?* Cf. infra l. 26. *humiliatus*] *humilis* β, H litteris *atu* expunctis. *mitis*] *miti* G. 26 *obprimit*] *opprenrit* G. *Deum*] *eum* G. 28 sq. *viduam illam*] *vidua illa* β.

cap. 1 ' Neque vero hoc quod dicitur *Hoc enim faciens carbones ignis congregabis super caput eius* in malam partem accipiendum est, sed in bonam. Quando enim inimicis nostris praebemus beneficia, malitiam eorum nostra bonitate superamus, et mollimus duritiam, iratumque animum ad mollitiem et benevolentiam flectimus ' ; Contra Pelag. 1, 30 ' *Hoc enim faciens c. i. c. s. c. eius* : non in maledictum et condemnationem, ut plerique existimant, sed in correctionem et paenitudinem, ut superatus beneficiis, excoctus fervore caritatis, inimicus esse desistat '.

18. *loquitur*] Luc. 6, 45.

duam illam, hoc est, quae Deum virum habere desivit anima peccatoris. Advena est, qui non est habitator, hoc est, qui non habitat. Ille qui nuper crediderat, repente scandalizatus perit. *Et pupillos occiderunt ; et dixerunt, Non videbit Dominus.* Miramur, si pupilli dicuntur, ubi vidua est ? Sicut enim vidua anima peccatoris est, sic pupillos illos dicit, qui patrem amiserunt habere Deum. *Et dixerunt.* Quid dixerunt? *Non videbit Dominus, nec intelleget Deus Iacob.* Hoc dicit omnis qui obprimit sanctos. Illis dicentibus videte Spiritus sanctus quid respondeat.

Intellegite qui insipientes estis in populo, et stulti aliquando sapite. Qui plantavit aurem, non audiet ? Qui figulus est, ignorat vas suum ? Qui alium facit audire, ergo ipse non audiet ? Qui mihi dedit oculos, ergo ipse non videt ? Qui auctor est intellegentiae meae, ipse non intelleget ? Iste locus adversus eos maxime facit, qui Anthropomorphitae sunt, qui dicunt Deum habere membra quae etiam nos habemus. Verbi causa, dicitur Deus habere oculos : oculi Domini respiciunt omnia : manus Dei facit omnia. ' Et audivit, inquit, Adam sonum pedum Domini deambulantis in paradiso '. Haec simpliciter audiunt, et humanas inbecillitates ad Dei magnificentiam referunt. Ego autem dico quod Deus totus oculus est, totus manus est, totus pes est. Totus oculus est, quia omnia videt ; totus manus est, quia omnia operatur ; totus pes est, quia ubique est. Ergo videte quid dicat : Qui plantavit aurem, non audiet ? Non dixit, Qui plantavit aurem, ergo ipse aurem non habet ? Non dixit, Ergo ipse oculos non habet? Sed quid dixit ? Qui plantavit aurem, non audiet ? qui finxit oculos, non considerat ? Membra tulit, efficientias dedit.

Qui corripit gentes, non arguet ? Qui alios docet, ergo ipse non novit ? *Qui docet hominem scientiam.* Subauditur, ergo ipse non habet scientiam ?

1 *hoc est*] SG ; om. βHB. *anima*] β add. *est.* 4 *dicuntur*] *dicantur* S. 8 *Illis*] β inser. *hoc.* 13 *Iste locus* usque ad verba *efficientias dedit* infra l. 25 recitat Augustinus ep. 148, n. 14. *Anthropomorphitae* Aug. β ; *antropo* (*formite* in litura) C ; *antrophomorphi* S ; *antrophomorfi* B ; *antropomorfi* G. 14 *membra*] *menbra* C. 15 *dicitur*] *dicatur* β ; *ac si dicatur* H. *oculi*] *quia oculi* Aug. *omnia*] *ad omnia* S. 16 *Dei*] *Domini* Aug. *facit*] *faciunt* G. 21 *non audiet ?*] Aug. add. *aut qui finxit oculos non considerat ?* 22 *Non dixit*] *Et non d.* Aug. 24 *finxit*] *fingit* HBC.

5. *pupillos illos dicit* etc.] Hieron. in Ose. 14, 2 sqq. ' Pupillus autem vocatur, qui Deum perdidit patrem '.

17. *in paradiso*] Cf. Gen. 3, 8.

24. *efficientias dedit*] Hieron. in Amos 6, 7 sqq. ' In Deo autem Patre, caput et pedes et cetera quae dicuntur, non sunt membra, sed per eorum vocabula efficientiarum diversitas indicatur '.

Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanae sunt. Legimus in poeta saeculari :

O curas hominum, o quantum est in rebus inane.

Et gentiles et philosophi istum versiculum ad caelum levant. Et quid dicunt? Nihil potuit prudentius dici. Ecce rusticanus noster Hebraeus ante tanta saecula hoc locutus est. Et quid dixit? *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanae sunt.* Vultis scire quoniam cogitationes hominum vanae sunt? Pater et mater nutriunt filium : promittunt sibi de illo felicitatem, mittunt ad studia, erudiunt, venit usque ad adulescentiam, disponunt ut etiam militet. Cum omnia cogitaverint per annos triginta, una febricula venit, et tollit omnes cogitationes. Inimicum habeo, et dies iudicii est ad triginta dies ; diebus et noctibus nihil aliud cogito, nisi quid illi respondeam. In lectulo meo sum, et cogitatio mea absenti respondet inimico. Non est ibi inimicus, et verba respondent inimico : diebus et noctibus in cogitatione sum. Cum autem dies iudicii venerit, omnia illa quae cogitaveram pereunt, et quodcumque Deus dixerit hoc loquor. Propterea et Dominus in evangelio ait : ' Quando statis ante iudices, non cogitetis quid respondeatis : quia Dominus dabit vobis in illa hora quid respondeatis. ' *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanae sunt.* Una cogitatio felix est, cogitare de Domino.

Beatus homo quem tu erudieris Domine. Felix est qui Deo magistro utitur. *Et de lege tua docueris eum : ut mitiges ei a diebus malis.* Videte quid dicat. Beatus homo quem tu erudieris Domine, et de lege tua docueris eum : hoc est, scripturis tuis. Hoc autem quid prodest, ut doceatur ille de lege tua? Ut mitiges ei a diebus malis. Videtis igitur quoniam scientia et exercitatio et opera de scripturis mitigat nobis dies malos. *Donec fodiatur peccatori fovea.* Quando tu erudieris de lege Domini, unum tibi in duplex dividitur : tibi enim dies mitigat malos, et peccatori fodit foveam.

Quis resurget mihi adversus malignantes? Obscuri sunt psalmi, et semper personas mutant ; et propterea obscuri sunt, et nimiae difficultatis est scire in singulis versiculis quis loquatur. *Quis resurget mihi adver-*

3 *O curas*] β ; *curasse* H (om. *o*) ; *o curae* B ; *o cure* CSG. 6 *hoc*] om. SG. 15 *cogitatione*] *contentione* G. 16 *dixerit*] *dixit* G ; *inspiraverit* S. 17 *statis*] *steteritis* B. 24 *scripturis*] *in scripturis* S. 26 *mitigat*] *mitigant* C. 28 *in duplex*] *in dupplo* S.

3. *inane*] Pers. sat. 1, 1.
18. *respondeatis*] Luc. 12, 11 sq.
31. *personas mutant*] Conf. p. 22, l. 11; p. 71, l. 23 etc.

sus malignantes? aut quis stabit mihi adversus eos qui operantur iniquitatem? Hos versiculos Salvator loquitur. Ego sanctus sum, in cruce sublevatus sum, mortuus sum, resurrexi, et ad caelos victor ascendi. Quis est, putas, de sanctis, qui mecum resurget? Ergo quod dicit, hoc est: Propterea resurrexi, ut et alii mecum resurgerent. *Quis resurget mihi?* Quando dicit, Quis, ceteros provocat ad surgendum. Quomodo enim legimus in Esaia 'Quem mittam ad populum istum, et quis ibit nobis?' sicut Esaias ipse se offert, sic et Dominus provocat nos dicens, Quis resurget mihi adversus malignantes? Quicumque resurrexerit, mihi resurget, de meo exercitu est. *Adversus malignantes*: adversus diabolum et exercitum eius. *Aut quis stabit mecum?* Videte ordinem: non dixit primum, quis stabit, et quis resurget; sed, quis resurget, et quis stabit. Primum enim surgimus, deinde stamus. *Aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem*: quasi imperator stet et dicat, Quis venit in exercitu meo?

Nisi quia Dominus adiuvavit me, paulo minus habitavit in inferno anima mea. Propterea Domine resurgo, quia tu fuisti ad inferos et resurrexisti. Detenta fuisset anima mea apud inferos, si non tua anima de inferis resurrexisset.

Si dicebam, motus est pes meus. Considerans fragilitatem meam, et inbecillitatem humanam, non putabam pedem meum firmo stare gradu: ubicumque ponebam pedem, lapsum timebam. Rursum cogitabam nomen tuum, et firmo stabam pede.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuae laetificaverunt animam meam. Hoc ipsum et apostolus loquitur, quoniam secundum labores et miserias quas in isto saeculo patimur, habemus mercedem apud Deum in caelis. Magnitudo tribulationum, magnitudo praemiorum est. Quot patimur vulnera, tot meremur et coronas. Hoc est quod dicit: Quanto magis egi paenitentiam, totiens me consolatus es. Unam fudi lacrimam, unam merui consolationem: decem fudi lacrimas, decem merui consolationes. Quantumcumque fuit pondus paenitentiae, tantus fuit et consolationum numerus.

Qui fingit laborem in praecepto. Nemo dormiens coronatur, nemo securus possidet regna caelorum, nemo referto ventre potest digne de

1 *mihi*] BC (μοι LXX); *mecum* βSG. 15 *adiuvavit*] SG; *adiuvabit* H (litterae *ab* postea expunctae sunt); *adiuvit* βB, C ex *adiuvet*. *me*] *mihi* G (ἐβοήθησέ μοι LXX). 20 *non putabam ... gradu*] *non potebam pedes meus firmus habere gradu* G. 23 *in corde meo*] om. SG. 26 *tribulationum*] *retributionum* BC, H corr. 28 *Quanto magis*] *Quotiens* βS. 32 *in praeceptum* H. 33 *referto*] β; *refecto* codd.

7. *nobis?*] Is. 6, 8.
26. *in caelis*] 1 Cor. 3, 8 etc.
33 sq. *de ieiuniis disputare*] Hieron. ep. 52, n. 7 'Delicatus magister est, qui

ieiuniis disputare. Vides ergo quid dicat, Qui fingit laborem in praecepto. Omnia praecepta Domini laborem habent: sine labore non possumus possidere regna caelorum. Vultis scire quia ita est? 'Si vis, inquit, perfectus esse, vade, vende omnia quae possides, et da pauperibus, et veni, sequere me.' Qui vult, inquit, consequi regna caelorum, diebus et noctibus oret, vigilet, ieiunet, iaceat in psiathio, non in plumacio, non in serico. Paenitentia non amat delicias. 'Quia cinerem, inquit, tamquam panem manducavi, et potum meum cum fletu miscebam.' *Qui fingit laborem in praecepto: captabunt animam iusti.* Videte quomodo videtur esse non consonans. Quae enim est consequentia, Qui fingit laborem in praecepto: captabunt animam iusti? Sed quod auris carnea non intellegit, auris spiritalis intellegit. Quid ergo dicit? *Qui fingit laborem in praecepto*: propterea, inquit, laboramus in praeceptis Domini diebus ac noctibus, vigilamus, oramus, ieiunamus, quoniam multos habemus adversarios, qui captant animam iusti. Videte quid dicat: iusti captant animam, non iniusti. Non enim volunt eos decipere qui decepti sunt, sed iustos. Unde dicitur in Abbacuc: 'Escae eius electae'. *Et sanguinem innocentem condemnabunt.* Solent aliqui dicere: Ille qui occisus est, non occideretur, nisi fornicator esset, aut aliquod peccatum habuisset; ruina illum non occupasset, nisi fuisset peccator; naufragium illum non obpressiset, nisi peccator fuisset. Videte ergo quid dicat sancta scriptura: Et sanguinem innocentem condemnabunt. Quamdiu in isto saeculo sumus, omnia in commune patimur. Iustus et peccator aequaliter naufragant, aequalem habent carnem, et aequales conditiones carnis. Iustus et peccator aequaliter pereunt: similis exitus, sed diversa praemia iustus et peccator habent. Alius ducitur ad gehennam, alius ducitur ad regna caelorum. *Et sanguinem innocentem condemnabunt.* Sufficit tibi, o iuste, conscientia tua: et si condemnatus fueris, sit sanguis tuus innocens, et clamabit ad Dominum.

4 *vende*] *vinde* SG. 6 *psiathio*] BC; *psyathyo* G; *psiacyo* A; *siathio* H; *sacco* βS. *plumacio*] scripsi; *plummacio* S; *pluma* β et ceteri codd. *serico*] *sirico* H; *siricho* G; *syrico* S. 7 *tamquam*] *sicut* G; *quasi* S. 8 *manducavi*] *manducabam* S. *fingit*] *fingis* C. 9 *animam*] *in animam* βB. 10. 12 *fingit*] *fingis* C. 11 *animam*] *in animam* β. 17 *Abbacuc*] HS; *Ambacuc* B; *Abacuc* βCG. 19 *fornicator*] *fornicat*(*ur* add. sup. lin.) B; *fornicatus* C. 23 *naufragant*] *naufragantur* β; *naufragium* H. 24 *aequaliter*] *naufragio* S. 25 *pereunt*] *periunt* G. *similis*] *similes* A. 26 *gehennam*] *iehennam* B, C corr.

pleno ventre de ieiuniis disputat'; ep. 58. n. 2 'Plenus venter facile de ieiuniis disputat'.

5. *sequere me*] Matth. 19, 21.

8. *miscebam*] Ps. 101, 10.

17. *electae*] Habacuc 1, 16. — Hieron. ep. 22, n. 4 'Non quaerit diabolus homines infideles, non eos qui foris sunt... *Escae eius* secundum Abacuc *electae sunt*'.

Et factus est mihi Dominus in refugium. Locus iste contra Arrianos facit. Quoniam enim contradicunt Dominum Salvatorem, quod factus dicitur, ecce nos dicimus, Factus est mihi Dominus in refugium. Nulli dubium, quin de Patre hoc interpretetur. Si autem de Patre dicitur, Dominus factus est mihi in refugium, hoc sensu intellegendum est : Dominus qui semper erat, mihi factus est in refugium. Sic et Salvator qui semper erat, mihi Salvator factus est.

DE PSALMO XCV.

Nonagesimus quintus psalmus hoc titulo praenotatur : *Quando domus aedificabatur post captivitatem, canticum David.* Totum mysterium in titulo est : tota vitae nostrae sacramenta et salus in titulo est. *Quando domus aedificabatur post captivitatem, canticum David.* Iudaei locum istum sic intellegunt : Quando post Babyloniam captivitatem sub Ezra et Zorobabel et Iesu filio Iosedech rursum aedificatum est templum, canticum David. David, inquit, in spiritu ante quingentos annos sciebat rursum aedificandum esse templum. Hoc illi dicunt. Si hoc ita est, o Iudaee, ut interpretaris, quid sibi vult quod sequitur, Cantate Domino canticum novum : et deinde, Adnuntiate inter gentes gloriam eius ? Quod est istud canticum novum ? quae sunt istae gentes ? Videtis ergo quoniam secundum litteram interficientem penitus stare non potest. Ergo mystice interpretandum est, Quando domus aedificabatur post captivitatem. Utinam et mea domus aedificetur post captivitatem ! Multi de nobis capti sunt, multi ducti sunt in Babyloniam, multi iugum Nabucho-

2 *contradicunt Dominum Salvatorem*] HBCG ; *dicunt contra Dominum Salvatorem* S ; *contradicunt Domino Salvatori* β. 4 *interpretetur*] (sensu passivo) G ; *interpretemur* βBCS ; *interpretamur* H. 8 *DE PSALMO XCV*] Pars prior et longior legitur in Breviario col. 1178 sqq. ; clausula vero nusquam edita est. 11 *tota*] CSG ; *tote* B, H 1 m ; *totius* β, H 2 m. *sacramenta*] codd ; *sacramentum* β. *salus*] *solus* BC, H corr. 13 *Babyloniam*] codd ; *Babyloniae* β. *Ezra*] *Esdra* H ; *Hesdra* B ; *Hestra* G. 14 *Zorobabel*] *Zorobabil* G ; *Zorobabal* S. 15 *canticum David*] om. β. *inquit*] om. β. 19 *istud*] *istot* B. 22 *Utinam e. m. d. ae. p. captivitatem*] om. βG propter homoeoteleuton. 23 *Nabuchodonosor*] *Nabochodonosor* S, C corr.

7. *mihi Salvator factus est*] Cf. Hieron. in Is. 12, 2 *factus est mihi in salutem* : ' Audiat sceleratissima haeresis, factum Dominum his qui salvantur, et quorum prius Dominus non erat ; ut creationem in scripturis sanctis atque facturam, non semper conditionem eorum quae non erant, sed interdum gratiam in eos qui meruerint sibi Deum fieri, intellegamus '.

8. *DE PSALMO XCV*] Tractatus habitus in festo Encaeniorum ecclesiae Hierosolymitanae, de quibus infra in clausula hactenus inedita.

donosor suis portavere cervicibus ; multi missi sunt in caminum eius, et arserunt, multi templum Domini perdiderunt, et in illis domus Dei subversa est. Infelix Iudas quando apostolus erat, domus Dei erat. Venit diabolus, et accepit buccellam, et statim intravit satanas in illum, et domus eius subversa est,et non est instaurata,quia non egit paenitentiam. Si quis vero post peccatum agit paenitentiam, istius domus post captivitatem reaedificatur. Oremus ergo et nos Dominum, primum quidem ut non subvertatur domus nostra ; ne veniat Chaldaeus et Assyrius, et templum Xpisti in nobis subvertat. Si autem subversum fuerit, quasi in naufragio secundum solacium, per tabulam possumus salvari. *Quando domus aedificabatur post captivitatem.* Cotidie domus ista Xpisti in paenitentibus instruitur. Denique non dixit, Quando domus aedificata est, ne tantum videretur fuisse, esse praeteritum ; sed aedificabatur, ut cotidie hoc fieri demonstret. Hoc interim diximus de anima nostra. Ceterum possumus et aliter dicere : quando ecclesia Xpisti instruebatur post ruinam. Videamus ergo post istum titulum quid sequatur.

Cantate Domino canticum novum. Felix paenitentia : licet rueris, tamen si egeris paenitentiam, nova domus Xpisti dicitur. *Cantate Domino canticum novum.* Nova domus, novum meretur canticum. *Cantate Domino canticum novum.* Qui cantate ? *Cantate Domino omnis terra.* Si de templo Hierusolymae dicitur, o Iudaee, quomodo omnis terra provocatur ad laudem ? *Cantate Domino omnis terra.* Iste locus et Iudaeum vincit, et Novatianum. *Cantate Domino omnis terra* : non Hierusolyma, sed omnis mundus. Hic Iudaeus occiditur. *Cantate Domino omnis terra.* Novatianus occiditur. Quomodo ? Dicit enim Novatianus : Sunt aliqua peccata, pro quibus debemus agere paenitentiam, verbi causa, de mendacio, de periurio, de furto ; ceterum qui fornicatus fuerit, qui homicidium fecerit, iste agere non potest paenitentiam. Audi quid dicat : Cantate Domino omnis terra. Omnis autem terra, et adulter est, et homicida, et omnia peccata terrena sunt. Si autem universa peccata terrena sunt, qua-

1 *eius*] codd ; *ignis* β. 2 *Domini*] CSG ; om. βAB. 9 *in naufragio*] β om. *in* ; *in naufragium* HSG. 10 *secundum solacium*] *secundo solatio* β. 12 *instuitur*] *instauratur* S. 13 *esse*] ex cod. C accepi ; om. β et ceteri. 14 *demonstret*] *demonstraret* S. 16 *sequatur*] *sequitur* G. 18 *Xpisti*] *Dei* β. *dicitur*] HAC ; *dititur* B : *diceris* βSG. 20 *Qui*] *cui* β ; *quid* S. 23 *omnis*] *universus* CS. 29 *Omnis autem terra*] *in omni autem terra* S. *adulter*] CS ; *adultera* βA, H corr. B corr ; *adultra* G. *homicida*] *humicida est* S.

10. *per tabulam*] Hieron. ep. 122, n. 4 'inter captivitatis mala, et feroces hostium vultus, et provinciae tuae infinita naufragia, teneto tabulam paenitentiae'; ep. 130, n. 9 'Illa (paenitentia) quasi secunda post naufragium miseris tabula sit'.

lecumque peccatum habueris, age paenitentiam, et in omnia salvus eris.

Cantate Domino, benedicite nomen eius. Nomen Domini Salvator est, ex eo quod in nobis factus est. *Cantate Domino. Adnuntiate diem de die salutare eius.* Quid vult dicere : Adnuntiate diem de die salutare eius ? Qui simplex est, sic intellegit : Diebus omnibus laudate Dominum : hoc est, dies succedat diei : hoc est, laudasti hodie, lauda et crastinum. Videtur quidem sensus esse simplex : sed mihi videtur aliud sacramenti latere. *Adnuntiate diem de die salutare eius.* Non potest laudari Salvator nisi in die. Debuerat enim dicere : Laudate Dominum die et nocte, si de ista die diceretur. Debemus enim dicere hoc, si secundum litteram intellegimus. Si ergo in die laudamus Dominum, iterum in nocte laudare non possumus ? Videte ergo quid dicat : Quandocumque laudatis Dominum, semper illum in luce laudate : non in tenebris peccatorum, sed in luce virtutum. Semper in anima tua sol Xpisti oriatur, ut semper in te nascatur lumen novum. *Adnuntiate diem de die salutare eius.* Dicamus et aliter. Duo sunt dies, non tres, non quattuor, non quinque : duo sunt dies, vetus testamentum et novum. Et in illo Xpistus lucet, et in isto Xpistus lucet. Nolite eum tantum laudare in veteri testamento, ne sitis Iudaei : nolite eum tantum laudare in novo testamento, ne sitis Manichaei. Laudate illum diem de die, hoc est, in veteri et in novo testamento : quae duo dies unam lucem faciunt. Propterea scribitur et in Levitico : ' Omne autem animal quod findit ungulam et ruminat, mundum est '. Hoc est, si duas ungulas habet et ruminat, mundum est. Si ergo unam habet ungulam, non est mundum. Iudaeus habet unam ungulam, et propterea inmundus est. Manichaeus unam habet ungulam, et propterea inmundus est. Et quia unam habet ungulam, non ruminat cibos suos, et id quod semel in ventrem miserit, rursum reducit ad guttur, et ruminat illud, et tenue facit, ut quod grossum fuerat, rursum tenue mittatur in ventrem: hoc quidem pertinet ad sacramenta divina dicere. Omne animal quod findit ungulam et ruminat, mundum est. Iudaeus unam ungulam habet : in unum enim tantum credit testamentum, et non ruminat. Legit enim tantummodo

1 *in omnia*] ex cod. G (gr. εἰς πάντα). 2 *Domino*] βS inser. *et*. *nomen*] *nomini* β. 3 *factus*] *factum* S. *Cantate*] βG ; *cantamus* CS ; *cantemus* HB. 4 *diem de die*] (gr. ἡμέραν ἐξ ἡμέρας) ; *de die in diem* β. 6 *crastinum*] SG (Gr. αὔριον) ; *crastino* β. 7 *sacramenti*] *sacramentum* C, H *um* in *i* sup. lin. 14 *sol*] *lux* G. 20 *diem de die*] *de die in diem* G. 21 *quae duo*] *quae duae* S ; *que duus* G. *unam diem*] *unam lucem* S ; *una* G (om. *diem*). 26 *Et quia*] *Ethon* C. *et id*] scripsi ; *nec id* βB ; *sed id* ceteri codd. (H 2 m. mutat. in *si*). *Sed* pro *et* facile scribitur, ubi verbum antecedens in littera *s* desinit. Porro unius particulae negativae ad singula orationis membra referendae exemplum habes supra p. 44, l. 10 : quo loco pariter vocula *et* in *nec* a scriptore codicis C et a Breviarii compositore perperam mutata est. 27 *reducit*] *educit* β ; *inducit* G.

litteram, et nihil considerat, nihil quaerit intrinsecus. Ecclesiasticus vero ungulas findit et ruminat, hoc est, in utroque credit testamento, et in utroque testamento saepe requirit; et quodcumque latet in littera, in spiritu profert. Hoc totum quare dixi? Quia scriptum est: *Adnuntiate diem de die salutare eius.* Propterea et apostoli bini mittuntur, propterea non habemus unum oculum sed duos, propterea duas habemus aures, propterea duas nares, propterea duo labia, propterea duas manus, duos pedes. Nihil in nobis habemus unum nisi quod turpe est: et corporis nostri membra duorum testamentorum sacramenta testantur.

Adferte Domino patriae gentium, adferte Domino gloriam et honorem. Si de templo Hierosolymae dicitur, quid sibi nunc vult, Adferte Domino patriae gentium, adferte Domino gloriam et honorem? Gentium multitudo, vocatio gentium, ecclesiae congregatio est. *Adferte Domino gloriam et honorem.* Quando honoramus Dominum in corpore nostro, gloriatur Dominus in nobis. *Adferte Domino gloriam nomini eius.* Gloria servi, gloria domini est. 'Qui vos recipit, me recipit.' Felix servus, propter quem dominus gloriatur.

Tollite hostias, et introite in atria eius. 'Hostiam sanctam, vivam, placentem Deo.' *Tollite hostias.* Vos ipsi adferte hostias. Quas hostias? Vos ipsi estote hostiae. Virginitas holocaustum Xpisti est: universa castitas, sive in virginitate sive in viduitate sive in continentia, hostia Xpisti est. Rem novam loquor: hostia castitatis ipsa se portat. *Tollite hostias, et introite in atria eius: adorate Dominum in atrio sancto eius.* Video plura atria, video unum atrium. Tollite hostias, et introite in atria eius: ecce plura atria. Rursum, Adorate Dominum in atrio sancto eius: ecce unum atrium. Videte ergo quoniam non potest de uno atrio veniri ad plura atria: sed de plurimis atriis venitur ad unum atrium. Vultis scire hoc ipsum mysterium et in alio? Negotiator ille, qui habebat plures margaritas, vendidit plures, ut emeret unam. Et in Michaea

2 *in utroque c. testamento*] *in utrumque c. testamentum* βB. 6 *sed duos*] *sed duo* SG. 9 *testantur*] *demonstrant* S. 13 *ecclesiae*] *et ecclesiae* β, C (coniunctio postea deleta est). 14 *honoramus*] *oramus* C. 20 *estote hostiae*] *hostiae stote* S; G om. *hostiae.* 27 *veniri*] β; *venire* codd. *de plurimis*] G om. *de*; *de pluribus* S. *venitur*] βP; *venit* HBCSG. 28 *et in alio*] BC, P 1 m; H add. *loco*, item P sup. lin; *Ecce in alio loco* β. *habebat*] *habet* HG. 29 *plures*] *pluras* B; *plurimas* β; *duas* S.

16. *recipit*] Matth. 10, 40.
19. *Deo*] Rom. 12, 1.
21. *hostia Xpisti est*] Hieron. advers. Iovin. 1, 13 'Sed illa virginitas hostia Christi est, cuius' etc.
29. *unam*] Matth. 13, 46.

in Michaea] Immo in Ierem. 6, 16 de quo versiculo Hieron. in Comment. 'Evangelica parabola, inquit, si fuerit intellecta, huius loci praebebit intellegentiam, in qua negotiator bonus omnes vendere dicitur margaritas, ut

dicitur : ' State, inquit, in viis Domini, et inquirite, inquit, viam Domini.' Nisi steterimus in viis plurimis, unam viam invenire non possumus. Quae sunt istae margaritae plures, quae sunt viae plures, quae sunt ista atria plura : ut inveniamus unam margaritam et unam viam et unum atrium? Abraham, Isaac, et Iacob, Moyses, Iesus Nave, Esaias, Hieremias, Iezechiel, duodecim prophetae, David, Salomon fuerunt atria. Haec atria nostra sunt : primum in illos intramus ; et de illis atriis postea venimus ad atrium evangelii, ubi invenitur Xpistus.

Commoveatur a facie eius universa terra. Videte quid dicat. Caelum non movetur a facie Dei : sed quicumque terrenus est, ille respicit Dominum, et commovetur, et tremescit. *Dicite in gentibus quoniam Dominus regnavit.* Nisi terra commota fuerit et a sua terrena opera recesserit, Dominus non regnabit in gentibus.

Etenim correxit orbem terrae, qui non commovebitur. Numquam corrigitur, nisi quod ante rectum fuit, et postea depravatum est. Sic igitur et nos, et omne humanum genus naturaliter intellegit Deum. Nullae enim gentes sunt, quae naturaliter non intellegant Creatorem suum. Licet enim lapides et ligna venerentur : tamen intellegunt aliquid maius esse quam ipsi sunt, et in errore suo indicant se habere sapientiam, hoc est, nulla gens est quae naturaliter non intellegat Deum. Denique gentiles idola colunt, hoc est, lapides et ligna venerantur ; et si forte rixam fecerint, et

7 *Haec*] GP ; *hoc est* βHBS. *in illos*] HPSG ; *in ilas* C ; *in illa* βB. *intramus*] *intravimus* GP. 8 *venimus*] *veniemus* C. 11 *tremescit*] HBPS ; *tremiscit* βG ; *contremescit* C. 12 *sua terrena opera*] codd ; *suo terreno opere* β. *recesserit*] *re* sup. lin. supplet G ; *cessaverit* B. 13 *regnabit*] *b* in *v* HP ; *regnat* C. 16 *intellegit*] *intellegunt* C. 17 *intellegant*] *a* in *u* CP. 18 *venerentur*] *venerantur* HC.

de pretio earum unam emat pretiosissimam margaritam '.

4. *unam margaritam et unam viam*] Hieron. in Is. 26, 2-4 ' Et quomodo per plures margaritas ad unum pergitur margaritum, sic per multas vias et portas pervenimus ad eum qui dicit esse se viam et portam ' ; epist. 54, n. 11 ' Multis margaritis unam redime margaritam : sta, iuxta Ieremiam, in viis pluribus, ut ad illam viam, quae ad Patrem ducit, pervenias ' ; ep. 107, n. 5 ' Habeat alias margaritas, quibus postea venditis emptura est pretiosissimum margaritum ' ; in ep. ad Tit. 1, 2 sqq. ' Mercator ille de evangelio qui plures habuit margaritas, ad extremum unam pretiosam reperit, quam de multis margaritis solam emit. Perfectorum quippe est, unam margaritam et unum thesaurum omnibus margaritis et totius substantiae suae emere commercio ' etc.

15. *depravatum est*] Hieron. in Eccles. 1 (Migne 23, 1074 C) ' Qui perversus est, nisi ante corrigatur, non poterit adornari. Recta ornatum recipiunt, curva correctionem. Perversus non dicitur nisi qui depravatus a recto est '. Quibus ex verbis praeferenda videtur lectio codicis C in Commentariolo ps. 17 (p. 28, l. 14 sq.) ' *Corrigimur* ergo qui prius *curvi eramus* '.

16. *intellegit Deum*] Cf. Commentariol. psalm. p. 29, l. 7.

si iuramentum aliquod inter illos venerit, non dicunt, Lapides isti vident, ligna vident: sed, Deus videt, et Deus audit. Videte ergo quid dicat. *Etenim correxit orbem terrae qui non commovebitur.* Ideo venit Xpistus, et correxit genus humanum, quod ante fuerat depravatum, ut in aeternum non moveatur. Crux enim ipsius columna est generis humani: in ipsa columna aedificata est domus eius. Ego crucem dico, non lignum, sed passionem. Ceterum crux ista et in Britannia est, et in India est, et in universo orbe terrarum. Denique quid dicit et in evangelio? 'Nisi tuleritis crucem meam, et cotidie secuti fueritis me'. Videte quid dicat: Nisi anima vestra ita ad crucem fuerit praeparata, sicut mea fuit pro vobis, mei discipuli esse non potestis. Felix qui crucem, et resurrectionem, et locum nativitatis Xpisti, et locum ascensionis portat in pectore suo. Felix est qui Bethleem habet in corde suo, in cuius corde Xpistus cotidie nascitur. Denique quid dicitur Bethleem? Domus panis. Simus et nos domus panis, eius qui de caelo descendit. Cotidie nobis Xpistus crucifigitur: nos mundo crucifigimur, et Xpistus in nobis crucifigitur. Felix est, in cuius corde cotidie Xpistus resurgit: si cotidie pro peccatis suis etiam levibus agit paenitentiam. Felix est, qui cotidie de monte Oliveti ascendit ad regna caelorum, ubi sunt olivae Domini uberes, ubi lumen Xpisti nascitur, ubi sunt oliveta Domini. 'Ego enim quasi oliva uberis in domo Domini.' Accendamus ergo et nos lucernam nostram de ista oliva, et statim cum Xpisto iemus ad regna caelorum. *Etenim correxit orbem qui non commovebitur.* Οἰκουμένην, in qua ipse habitat; oecumene enim melius graece dicitur quam latine. Oremus ut et nostra corrigatur oecumene, in qua habitet Pater et Filius et Spiritus san-

7 *passionem*] SG add. *eius.* *in Britannia*] *in Britania* C 1 m; *in Brittania* HP, C sup. lin; *in Brintania* B; *in occidente parte* A. 8 *et in ev.*] SG om. *et*; *et Dominus in* β. *evangelio*] S add. *Dominus.* 13 *Bethleem*] *Bethlem* BGP, H corr; *Bellem* C. *corde*] *pectore* S. 14 *Denique quid dicitur*] om. S; G om. *quid.* *Bethleem*] G repet. *dicitur.* *panis*] S add. *interpretatur.* 17 *resurgit*] *resurrexerit* C. *si*] *qui* S. 18 *cotidie*] om. β. 21 *uberis*] *ubera* G. 22 *iemus*] H 1 m; *gemus* C mutat. in *pergemus*; *eamus* AB; *ibimus* βPSG, H sup. lin. 23 *orbem*] β add. *terrae.* Οἰκουμένην] *oecuminen* G; *oecumene* C; *oecumine* AB; β deficit usque ad finem tractatus. 24 *oecumene*] *oecumenen* S constanter; *oecumine* B. *enim*] *etenim* B. 25 *corrigatur*] *corregatur* BG. *oecumene*] *oecumine* ABP; *oecumini* G. *habitet*] *habitat* ABG.

9. *me*] Cf. Luc. 9, 23.

17. *cotidie Xpistus resurgit*] Hieron. in Ephes. 1, 18-20 'Cotidie Christus resurgit ex mortuis: cotidie in paenitentibus suscitatur'.

21. *Domini*] Ps. 51, 10.

23 sqq. Quod superest usque ad finem tractatus veluti a suo proposito locisque communibus longius aberrans Breviarii consarcinator resecandum curavit.

24. *oecumene e. melius graece* etc.] Hieron. ep. 140, n. 6 'et orbis terrarum, qui hebraice dicitur *thebel*, graece

ctus. Nisi enim habitata fuerit nostra oecumene, corrigi non potest.

Multa sunt quae dicantur. Ceterum quia nunc encaeniorum dies est, et semper encaenia in tempestate sunt, in pluviis sunt, in hieme sunt. Denique scriptum est in evangelio: 'Et ambulabat, inquit, Dominus in encaeniis Hierusolymae sub portico Salomonis, quia hiemps erat et pluviae. Videte quid dicat. In encaeniis ambulabat sub portico, quia tempestas erat et pluviae. Quando aliquis vult innovare se Xpisto, quando domus aedificatur post captivitatem, si quis innovare voluerit domum suam, et innovare eam Xpisto; si quis voluerit deserere mundum, et se Xpisto iungere: statim tempestas, statim hiemps, statim pluvia consurgit. Ceterum Xpistus, immo in Xpisto pauperculi videntes encaenia, videntes tempestatem, videntes flumina, videntes hiemem, dimittunt flumina, et fugiunt sub portico Salomonis, hoc est, Xpisti pace proteguntur. Salomon enim pacificus interpretatur, qui dixit 'Pacem meam de vobis, pacem meam relinquo vobis.' Et nos ergo ambulemus in portico Salomonis, protegamur a maiestate eius, ipsius habeamus auxilium, et dicamus illud de Cantico canticorum, quoniam 'hiems pertransiit, et pluvia abiit, abiit sibi' in Xpisto Iesu.

DE PSALMO XCVI.

David quando terra eius constituta est. Legimus in Regnorum et in Paralipomenon libris, quoniam David bellicosus vir fuit, et universas

1 *habitata*] *inhabitata* C. *corrigi*] ex *corregi* P; *corrigere* B. 5 *Hierusolymae*] *in Hierusolymis* S. 6 *ambulabat*] *ambulat* GP. *portico*] BS add. *Salomonis.* 8 *innovare*] *invocare* C. 9 *iungere*] *coniungere* P. 16 *maiestate*] *magestate* P. 17 *abiit*] non repet. PSG. *sibi*] om. GP. 18 *Iesu*] G add. *domino nostro*; BCS doxologiam. 19 *DE PSALMO XCVI*] Exstat in Breviario col. 1182 sqq. sed in fine interpolatus. 20 *David*] *Psalmus ipsi David* β. *constituta est*] *restituta est ei* β.

significantius dicitur οἰκουμένη, quam nos habitatam transferre possumus... Habitata est autem anima, non deserta, quae hospitem meretur habere Deum'; in Is. 13, 11 'Οἰκουμένη enim lingua nostra *habitatam* sonat'; ibid. 26, 18 'licet inter *orbem*, qui hebraice *thebel* et graece dicitur οἰκουμένη, ac *terram*, multa diversitas sit.. et non cadent qui sedent in orbe terrarum et requiescunt in ecclesia, quae habitaculum Patris et Filii et Spiritus sancti est' etc.

2. *encaeniorum dies est*] Festum Encaeniorum in ecclesia Hierosolymitana die tertia decima septembris amplissimo apparatu quotannis agebatur, et per septem continuos dies Crux Domini peregrinis ostendebatur ex omni fere terrarum orbe illuc occurrentibus. Quam equidem causam Hieronymo fuisse crediderim tantis praeconiis ipsam Crucem et loca sancta extollendi p. 138, l. 5 sqq.

4. *Et ambulabat* etc.] Io. 10, 22 sq.

15. *vobis*] Io. 14, 27.

17. *abiit sibi*] Cant. 2, 11. Gr. ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν, ἐπορεύθη ἑαυτῷ. Cf. Hieron. ep. 78, mans. 1; ep. 121, c. 4; Advers. Iovin. 1, 30 etc.

gentes in circuitu subiecerit, et in suam redegerit potestatem. Hoc interim secundum litteram, ut intellegamus hoc modo: Psalmus David quem cecinit Domino, quando victis adversariis reddidit terrae suae, hoc est Iudaeae pacem. Hoc secundum historiam. Ceterum si David interpretatur fortis manu, fortis autem manu nemo est, nisi ille qui vicit omnes gentes, noster David, ad quem clamabant daemones: 'Quid venisti torquere nos ante tempus, fili David?' iste psalmus ab eo conpositus est, quando constituta est eius terra. Et egregie dixit sanctus presbyter, quoniam terra ista quae constituitur, corpora nostra sunt. Vere enim eo tempore debemus cantare Deo, quando terra nostra conposita est. Dicamus autem nos et aliter; non enim nocet, si eandem rem duobus et tribus modis intellegamus. Scriptum est enim in Salomone: 'Adsumes, inquit, ea in tabula cordis tui tripliciter.' Non nocet diversum aliquid dicere, cum uno spiritu dicitur. *Quando terra eius constituta est.* Terra ista antequam David noster omnes vinceret, non habebat pacem, sed ubique erat discordia. Alia gens colebat Iovem, alia Mercurium, alia Iunonem, et omnes gentes diversa idola habebant. Vexillum crucis elevatum est, et omnis terra constituta est.

Dominus regnavit, exultet terra. Universa terra, et omnis orbis, qui daemonibus et idolis fuerat ante subiectus, Domino regnante laetetur. *Dominus regnavit.* Dominus Creator qui vos fecit, ipse regnavit. O vos qui ante subiecti eratis sub domino diabulo, nunc subiecti estis sub Domino Creatore. *Laetentur insulae multae* bene dixit de animabus nostris sanctus presbyter, quae variis cogitationibus quasi variis hinc inde tunduntur fluctibus. Nos autem dicamus et insulas ecclesias. Denique dicitur et in alio loco: 'Convertentur ad me insulae multae.' Vultis scire quoniam insulae dicantur ecclesiae? Dictum est in propheta ex persona Domini: 'Loquere, inquit, habitatoribus insulae huius.' *Laetentur insulae multae.*

8 *sanctus presbyter*] ABG; *sanctus propheta* C; *quidam* β, P in rasura; *quenda* H mutat. in *quando*; om. S. 9 *quae constituitur*] *quae restituitur* β; *constituta* G. 13 *ea*] *eam* G. 15 *omnes*] BC add. *gentes.* 21 *qui vos*] *qui nos* β; *quinus* B. 22 *sub domino diabulo*] *sub dominio diaboli* βH. 24 *sanctus presbyter*] *quidam scs pbr* S; om. βH. *tunduntur*] *tonduntur* C corr.

5. *interpretatur fortis manu*] Hieron. in Is. lib. 17 init. 'Iste puer qui interpretatur *fortis manu*, in die qua liberavit eum Dominus de manu Saul...'; in Ose. 3, 4 sq. 'et David regem suum, qui... interpretatur *fortis manu*' etc.

7. *David?*] Matth. 8, 29.

13. *tripliciter*] Prov. 22, 20. — Hieron. ep. 120, c. 12 'Praecipitur nobis Salomone dicente: *Tu autem describe ea tripliciter*... Triplex in corde nostro descriptio et regula scripturarum est'.

26. *multae*] ?

28. *huius*] Cf. Is. 20, 6 'Et dicet habitator (gr. ἐροῦσιν οἱ κατοικοῦντες) insulae huius'.

Quomodo enim insulae in medio mari positae sunt, sic et ecclesiae quasi in medio mari saeculi istius positae sunt, et ita persecutionibus quasi diversis tunduntur fluctibus. Verum istae insulae tunduntur cotidie, sed non subruuntur. In mari quidem sunt, sed habent fundamentum Xpistum, qui moveri non potest.

Nubes et caligo in circuitu eius. Duo sunt in circuitu Domini, nubes et caligo. Ego puto nubem istam esse, de qua dicitur in evangelio: 'Et operuit, inquit, eos nubs lucida': eo tempore quando transformatus est Dominus, et apostoli ceciderunt, et operuit eos nubs lucida. Ego puto istas esse nubes, quibus mandavit Dominus ne pluant super Israhel imbrem. Ego puto istas esse nubes, de quibus in alio loco dicitur: 'Veritas tua usque ad nubes': veritas Domini illa, quae dicit in evangelio: 'Ego sum via et veritas et vita.' Veritas Dei Xpistus est. Veritas Domini usque ad nubes. Nubes apostoli sunt et prophetae; istis mandatum est ne pluant super Israhel imbrem. Ex quo enim secundum historiam, quod scriptum est in libro Iudicum, vellus illud siccatum est, pluvia in universo orbe discurrit. Quod dicitur, hoc est: Israhel siccatus est, et pluvia super omnem orbem discurrit. *Nubes et caligo in circuitu eius.* 'Dominus venit in Aegyptum super nubem levem.' Videte quid dicat. Dominus venit, Dominus atque Salvator, in Aegyptum istam, in qua nos sumus: in locum tenebrarum, ubi Farao est, Dominus venit. Non venit nisi in nube levi. Nubs ista levis quae est? Videtur mihi sancta Maria nullo humano semine praegravata. Ista nubs levis venit in mundum, et secum

6-7 *Duo sunt ... et caligo*] om. βHB. 8 *nubs*] C constanter; *nubes* β et ceteri. 11 *loco*] om. C. 13 *et veritas et vita*] *et vita et veritas* S. 14 *Nubes*] ante *apostoli* βS; non repet. ceteri. 16 *vellus illud siccatum*] *vellus ille siccatus* CG; *velles ille siccatus* P corr. 19 *in Aegyptum*] *in Aegypto* SG. 20 *istam*] *istum* BC. *in qua*] *in quo* B. 21 *in nube levi*] *in nube leve* S; *in nubem levem* G. 22 *Maria*] S inser. *esse*.

3. *tunduntur fluctibus*] Hieron. in Is. 41, 1 sqq. 'Gentes, id est, insulae quae salsis amarisque huius saeculi tunduntur fluctibus... sive ecclesiae de gentibus congregatae, quae mundi huius sustinent tempestates'; in Is. 42, 1 sqq. 'in scripturis appellantur insulae, quia ex omni parte persecutorum incursionibus patent': ibid. 51, 5 'Quod autem insulae, vel animae sanctorum quae in persecutionibus mundi istius firma in Deum solidatae sunt fide, vel ecclesiarum ex gentibus multitudo dicatur, crebro exposuimus' etc.

8. *lucida*] Matth. 17, 5.

11. *imbrem*] Is. 5, 6.

12. *nubes*] Ps. 35, 6.

13. *vita*] Io. 14, 6.

16. *Iudicum*] 6, 37-40.

in universo orbe] Hieron. ep. 58, n. 3 'Postquam siccato Iudaeae vellere universus orbis caelesti rore perfusus est...'

19. *levem*] Is. 19, 1.

23. *praegravata*] Cf. supra p. 65, l. 8, et Hieron. in Ezech. 32, 1 sqq. 'nube autem, vel ipso Domino Salvatore, qui descendit in Aegyptum super nubem levem, nullo peccatorum pondere praegravatam; vel prophetis et apostolis, de

portat mundi Creatorem. Et quid dicitur ibi in Esaia? ' Dominus venit in Aegyptum super nubem levem : et confringentur idola Aegypti. ' Venit Dominus, et idola Aegypti commota sunt et concussa atque destructa. Nubs ista destruxit Sarapium in Alexandria ; non imperator homo mortalis, sed nubs ista quae venit in Aegyptum. *Nubes et caligo in circuitu eius.* Diximus de nube : dicamus de caligine. Dominus in caligine est. Dominus aut in lumine est, aut in caligine est. In lumine incipientibus est : incipientibus enim simplicius loquitur ; qui vero perfecti sunt, illis mystice loquitur. Denique apostolis non loquebatur quasi turbis, sed intrinsecus loquebatur. Et quid dicit? ' Qui habet aures audiendi audiat. ' Ergo hoc est quod dicit, *et caligo in circuitu eius* : hoc est, et mysteria in circuitu eius. Propterea dicitur et in Exodo : ' Et omnis, inquit, populus stabat deorsum ; Moyses autem solus ingressus est in montem Sina in caliginem. ' Non enim poterat omnis populus Dei scire mysteria quae solus poterat nosse Moyses. Dicitur de Deo : ' Posuit tenebras latibulum suum. '

Iustitia et iudicium correctio sedis eius. Quid vult dicere, correctio sedis eius? debuit dicere, stabilitas sedis eius. Quando ergo dicitur, correctio sedis eius, ostenditur quodcumque corrigitur, pravum fuisse antequam corrigeretur. Iudicium ergo Dei, antequam veniat ad iudicandum, quasi pravum videtur : nunc videtur iniustum et pravum esse iudicium. Quando enim iniqui homines ditantur et sancti pauperes sunt, nonne videtur iudicium Dei esse pravum? Quando autem venerit ad iudicandum, ut reddat unicuique secundum opera sua, eo tempore quasi corrigetur sedes eius. Denique vultis scire quia de iudice dicitur?

Ignis ante ipsum praecedet. Ignem istum qui sanctus est non timeat, qui peccator est timeat. Ignis iste sanctos purgat, peccatores consumit. *Ignis ante ipsum praecedet.* ' Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem ardentem. ' Ego puto istos esse ignes, hoc est, angelos eius. Isti ergo angeli, hoc est ignis eius, praecedent ante eum. Isti angeli quos

4 *Sarapium*] H 1 m. BCG ; *Saraphion* S ; *Serapium* H sup. lin. A ; *Serapim* β. *Alexandria*] *Alaxandria* C. 7 *aut in lumine*] *autem in lumine* BCP. 8 *simplicius*] *simpliciter* βH. 13 *in montem*] *in monte* SG. *in caliginem*] *in caligine* βHP. 18 *corrigitur*] *corregitur* G S corr. 24 *de iudice*] *de die iudicii* β. 28 *ardentem*] *urentem* S. 29 *Isti*] S repet. *ergo*.

quibus legimus *Mandabo nubibus ne pluant super eam imbrem*, et in psalmis *Veritas tua usque ad nubes* '.

4. *destruxit Sarapium*] De quo Hieronymus in ep. 107, n. 2 ' Iam Aegyptius Serapis factus est christianus '. Anno circ. 389 templum illud toto orbe celeberrimum iussu Theodosii imperatoris a Theophilo episcopo subversum, aliudque ibi vero Deo dicatum est.

10. *audiat*] Luc. 8, 8.

12. *in Exodo*] c. 19.

15. *suum*] Ps. 17, 12.

28. *ardentem*] Ps. 103, 4.

consumunt? quicumque est lignum, fenum, stipula. Qui autem aurum, argentum est, et lapides pretiosi, mittetur quidem in ignem, sed mundior invenietur.

Adluxerunt fulgora eius orbi terrae. Dicunt philosophi, quod fulgora ex nubium conlisione generentur. Nisi enim prius sonitus auditus fuerit, fulgora non prospiciuntur. Hoc dicitur et de lapide ignario: quia nisi conlisi fuerint, medius ignis non egreditur. Hoc diximus secundum historiam, et parvulis adhuc loquimur. Diximus ergo naturam rerum, ut ex natura rerum spiritale aliquid proferamus. Lapis qui vulgo vocatur ignarius, si solus est, ignem non potest mittere: sin autem cum alio lapide conlisus fuerit, medius ignis excutitur. Fac mihi esse nubem Hieremiam, Esaiam, Heliam: nubem autem et Paulum, et Petrum, et ceteros apostolos. Istae ergo nubes quando conlisae fuerint inter se, emittunt medium ignem, et lucet orbi terrae. *Adluxerunt fulgora eius orbi terrae; vidit et commota est terra.* Apostolorum fulgora luxerunt in toto orbe, et terra commota est. Illi loquebantur, et tonitruum vocis eorum universus mundus audiebat. Duo habebant pariter: et grandem vocem, et splendorem fulgorum. Hæc fulgora credentes inluminabant, non credentes conburebant.

Montes sicut cera fluxerunt. Mihi videntur isti montes esse daemonum potestates. Sive certe montes, superbi quique homines. Ignis iste non consumit humiles, sed quicumque montuosi sunt. Denique quandocumque fulgur emittitur, difficile illos percutit qui in valle sunt, sed semper illos qui in monte sunt.

1 *quicumque*] *quiscumque* B. 6 *prospiciuntur*] βHP; *prospiciunt* CS; *perospiciunt* B; *prosciunt* G. *quia*] HC *a* add. sup. lin; *qui* β et ceteri. 7 *conlisi*] HBPSG; *conlisus* C sup. lin; *collisus* β; *conlisor* C 1 m. *fuerint*] *fuerit* βC. *egreditur*] *egredietur* β; *ingreditur* G. 8 *parvulis*] β, P add. *s* sup. lin; *parvolis* S; *parvuli* HC; *parvoli* BG. 11 *nubem*] *nubes* C. 13 *conlisae*] *conlisi* B. *medium*] *in medium* G. 15 *orbe*] P add. *terrarum*. *et terra*] CS; *terrarum* βG; *terrae* HB; *terra* P. 16 *tonitruum*] *tonitrum* S, C altera *u* expuncta. 17 *splendorem*] codd; *splendida* β. 18 *fulgorum*] BCS; *fulgora* βGP, H mutat. in *fulguris*. *fulgora*] *fulgorem* G. 23 *fulgur*] β H sup. lin; *fulgora* H 1 m; *fulgor* ceteri. *emittitur*] βS, H *e* add. sup. lin; *mittitur* BCGP, H 1 m.

1. *stipula*] Hieron. in Is. 66, 24 ' Et omnium sanctorum oculis eorum supplicia monstrabuntur, qui pro auro et argento et lapide pretioso aedificaverunt super fundamentum Domini fenum, ligna, stipulam, ignis pabulum sempiterni '.

4. *Dicunt philosophi* etc.] Hieron. Translat. Origenis in Ierem. homil. 5 (M. 25, 658 C): ' Aiunt naturalium causarum scrutatores, quia fulgura ex nubium collisione generentur in morem silicum duriorum, quos cum comploseris sibi, medius ex his elabitur ignis '. Et paulo post: ' Moyses nubes erat, Iesus Nave nubes erat: isti si secum loquantur, ex sermonibus eorum fulgura micant. Ieremias et Baruch nubes

Adnuntiaverunt caeli iustitiam eius. Isti sunt caeli, de quibus et in octavo decimo psalmo dicitur 'Caeli enarrant gloriam Dei'. Caeli adnuntiant iustitiam eius: terra non adnuntiat. Quicumque caelum est, non timet iustum Deum: quicumque de caelis est, non timet eius adnuntiare iustitiam: quicumque sanctus est et caelum est, iste iustum Deum non timet. Peccator autem misericordem quaerit Deum.

DE PSALMO XCVII.

Cantate Domino canticum novum. Canticum novum est Dei Filius crucifixus, quod numquam auditum fuerat. Nova res novum habeat canticum. *Cantate Domino canticum novum.* Homo quidem est, qui passus est: sed vos cantate Domino. Passus est quidem quasi homo, sed salvavit quasi Deus. *Cantate Domino canticum novum.* Canticum novum meretur nomen novum. Propterea dicitur et alibi: 'Et vocabitur, inquit, tibi nomen novum'. Novum nomen novum meretur canticum. Et in Apocalypsi dicitur: 'Qui vicerit, inquit, dabo ei calculum, et nomen novum scribam super eum'. Nomen novum Xpistianorum est. *Cantate Domino.* Quare? quid enim fecit? quare enim novum meretur canticum? *Quoniam mirabilia fecit.* Signa fecit in Iudaeis: paralyticos sanavit, leprosos purgavit, mortuos suscitavit. Hoc et alii fecerunt prophetae. Vertit panes paucos in plures, et pavit infinitum populum. Hoc fecit et Helisaeus. Quid ergo fecit novum, ut mereatur novum canticum? Vultis scire quid novum fecerit? Deus quasi homo mortuus est, ut homines viverent: Filius Dei crucifixus est, ut nos levaret ad caelum. *Quoniam mirabilia fecit.* Vultis scire quoniam fecit mirabilia? Filius viduae iacebat in cenaculo: venit Helisaeus et contraxit se, et os ad os posuit, et manus ad manus, et pedes ad pedes. Si enim expandisset se, non reversus esset

3 *iustitiam*] *iustitias* S. 6 *Deum*] PS add. *in saecula. Amen*; S *qui omnibus miseretur Xps dns nr. qui vivit et regnat in saecula seculorum Amen*; Breviarium vero reliquos psalmi versus adnotatiunculis aliunde petitis absolvit. 7 *DE PSALMO XCVII*] In Breviario integer legitur col. 1186 sqq. 8 *canticum novum*] semel G; ter S. 9 *habeat*] *habet* βHS. 12 *meretur*] *mereatur* βG. 13 *tibi*] CS; om. βHBGP. 16 *scribam*] *scribit* SG. 17 *meretur*] CG, S in rasura; *mereatur* βHBP. 21 *fecit novum*] *f. novi* β. 26 *Si enim*] *si non enim* GP; *si enim se non* S.

erant... Ut autem ad novum testamentum veniamus, Paulus et Silvanus duae nubes in unum convenerunt, et ecce totum mundum epistulae eorum fulgore illuminant'.

2. *Dei*] Ps. 18, 2.

14. *novum*] Is. 62, 2.

in Apocalypsi] 2, 17 et 3, 12.

16. *Xpistianorum est*] Hieron. in Is. 62, 1 sqq. 'Et populus illius nequaquam veteri nomine appelletur, sed novo, id est, Christianus'.

filius viduae : ideo se contraxit, ut vivificaret. Cum esset in forma Dei, ideo accepit formam hominis, ideo se contraxit, ut nos faceret altiores.

Salvavit sibi dextera eius. Quod dicit hoc est : Salvavit homines, non alienum, sed suum opus ; hoc est, quod fecerat sibi, sibi ipse salvavit. Fecerat hominem in salutem, qui vitio suo perierat : iste mortuus est, ut salvaret sibi hominem dextera sua. Dextera hic pro virtute ponitur, et brachium pro robore. *Et brachium sanctum eius.* Licet et brachium et dextera Xpistus dicatur — ' Dextera Domini fecit virtutem '. ' Et brachium Domini cui revelatum est ? ' — tamen quoniam hic de Xpisto dicitur, dextera et brachium Domini virtus eius est.

Notum fecit Dominus salutare suum. Non dixit, ostendit, sed, notum fecit. Quod dicit hoc est : quod ante noverant Deum, et suo vitio obliti sunt. Ergo Deus veniens sua gratia hoc quod perdiderant manifestavit eis. Ergo hoc dicit : Illum quem noverat Adam, quem noverat Seth, quem noverat Enoch qui invocavit Dominum et speravit in eum, et noverat Noe, et postea oblitum fuerat humanum genus, venit iterum in mundum, ut homines qui postea obliti fuerant iterum cognoscerent. *Notum fecit Dominus salutare suum.* In hebraico legitur : Notum fecit Dominus Iesum suum. Ubicumque enim salutare dicitur, in hebraico Iesus ponitur. *In conspectu gentium revelavit iustitiam suam.* Nequaquam in sola Iudaea, sed in conspectu gentium. Iustum enim erat, ut Salvator salvaret creaturam suam. *Revelavit iustitiam suam* : quae incredulitate hominum fuerat obscurata.

Recordatus est misericordiae suae. ' Conclusit omnia sub peccato, ut omnibus misereatur '. *Et veritatem suam domui Israhel.* Misericordiae recordatur : veritatem implet. *Recordatus est misericordiae suae* : hoc est, in gentium populum. *Et veritatem suam domui Israhel* : hoc opere conplens, quod patriarchis promiserat.

Viderunt omnes fines terrae salutare Dei nostri. Non solus Israhel vidit et Iuda, sed omnes fines ; simulque, secundum mysticos intellectus, fines terrae. Quamdiu in medio terrae sumus, Deum videre non possumus.

2 *altiores*] *latiores* S. 4 *alienum*] *alienos* S. *fecerat*] *fecerit* βB. *sibi*] non repet. G. 9 *quoniam*] om. β. 10 *dextera e. b. D. v. e. est*] om. βHB. 14 *hoc*] *quod* G ; *quid* S. *Illum*] *Ille* β. 15 *Dominum*] *deum omnipotentem* G. 16 *oblitum*] *oblitus* β. *iterum*] *igitur* G. 17 *qui*] *quem* C 2 m. sup. lin. 19 *salutare*] *Salvator* β. 25 *misereatur*] *misereretur* S, C sup. lin. *veritatem suam*] codd ; *veritatis suae* β. 27 *populum*] codd ; *populo* β.

8. *virtutem*] Ps. 117, 16.
9. *revelatum est ?*] Is. 53, 1.
20. *Iesus ponitur*] Cf. supra p. 66, l. 24.
25. *misereatur*] Rom. 11, 32.

Quando ergo quasi relinquimus terram et in summitate sumus, tunc meremur videre Deum. Vultis scire quomodo fines terrae videant Deum? Legimus in Iezechiel: 'Et rotae, inquit, illae quae volvuntur, dicebatur eis gelgel' quod dicitur 'revelatio revelatio'. GEL enim revelatio, GELGEL revelatio revelatio. Rotae ergo illae audiunt 'revelatio revelatio': quoniam rota quasi parvo quodam spatio terram tangit, et tota festinat ad caelum. Ideo dicitur et in alio loco: 'Sancti lapides volvuntur super terram'. Et quid dicitur in Iezechiel? 'Quocumque, inquit, ibat spiritus, illuc sequebantur et rotae'. Et nos sequamur Spiritum sanctum, et dicamur rotae. Et quid dicitur ibi? 'Et non, inquit, ibant retrorsum, sed semper ibant ante se'. Simulque considerate quid dicat. Non, inquit, revertebantur, sed semper ante se ibant. Praeteritorum enim obliviscebantur, ad priora vero se extendebant. 'Et plena erant, inquit, oculis'. Omnia enim rotarum istarum plena erant lumine Dei. Non est istius temporis, ut de rotis et de cherubim et de animalibus in Iezechiel disputemus.

Iubilate Deo omnis terra. Non sola Iudaea, sed omnis terra, iubilate Domino. Signa mittite victoris exercitus. *Cantate et exultate et psallite.*

1 *ergo*] *vero* S. *in summitate*] *in summitatem terrae* S. 2 *videant*] *vident* G. 4 *revelatio revelatio*] BSG; *revelatio* semel CP; *revolutio* β. *GEL enim revelatio*] codd; S add. *interpretatur*; *Gel enim volutio* β. 5 *revelatio revelatio*] codd; *revolutio* β. *audiunt revelatio revelatio*] CSG, P 1 m; *a. revelatio* semel B, P post rasuram; *a. revolutio* β. Confer adnot. infra. 13 *ad priora vero*] *et ad priora* (om. *vero*) β; *sed ad priora vero* S. 15 *de animabus. Hic de ezechihel disponimus* G. *in*] C, post. eras. in P; om. β et ceteri. *Iezechiel*] *Ezechiel* (*is* add. sup. lin.) H. 17 *Deo*] *Domino* C. *sola*] codd; *solum* β. 18 *victoris*] *victores* B, P corr.

3. *in Iezechiel*] 10, 13 iuxta LXX

5. *revelatio revelatio*] Codicum lectionem servandam esse ipse quoque Hieronymus persuadet, Advers. Iovin. 1, 21 ubi nomen loci Galgala *revelationem* non dubitanter interpretatur. Quae quidem expositio ex hebraico גָּלָה *revelavit* aliquatenus deduci potest. Alteram etymologiam eamque veritati magis consentaneam refert noster in Comment. Ezech. 10, 8 sqq. 'Rotae quoque ipsae, inquit, appellatae sunt lingua hebraica GELGEL, quod Symmachus *volubiles*, Aquila *rotam* interpretatus est'. At vero non id satis est, cur ea explanatio huc loci nullis suffragantibus mss. intrudatur.

7. *super terram*] Zach. 9, 16. — Hieron. in Ezech. 1, 15 sqq. 'Rota in rota... evangelia sibi cohaerentia, quorum cursus et statura tendit ad caelum, paululumque quid attingit in terra, et semper properans ad excelsa festinat. De quibus et alibi dicitur *Lapides sancti volvuntur super terram*'.

9. *et rotae*] Ezech. 1, 11. 20.

11. *ante se*] ibid. v. 12. 17.

13. *se extendebant*] Conf. Philipp. 3, 13.

oculis] Ezech. 1, 18.

14. *Non est istius temporis* etc.] Hieron. ep. 21, 3 'Et de ove quidem ac drachma... non est istius temporis disputatio'; ep. 59, n. 3 'De Enoch autem et Elia... non est istius temporis disputatio'; ep. 65, n. 3 'De cunctis

Cantate, cogitatione: psallite vero, hoc est, omnibus membris vestris. Psallat manus in elemosyna, psallat pes vadens in opere bono.

Psallite Domino in cithara. Omnes cordae vestrae vocales sint. Non potest esse cithara, si una corda defuerit. Quid tibi prodest si sis castus, et sis avarus? Quid tibi prodest, si sis et castus, si sis et largus in elemosynam, et invidus sis? Quid tibi prodest, si sex cordas integras habueris, et unam ruptam? Si una corda non fuerit, perfectus citharae sonus esse non poterit. *In tubis ductilibus et voce tubae corneae.* Legimus in Numerorum libro duo genera esse tubarum: unum genus esse tubarum ductile ex argento, et aliud esse genus tubarum cornearum. Ergo hic utrumque dicitur: In tubis ductilibus et voce tubae corneae. Quod dicitur, hoc est. Tuba ductilis ex argento sermo Dei est. 'Eloquia Domini eloquia casta: argentum igne examinatum, purgatum septuplum'. Rursum in voce tubae corneae, hic regnans inducitur vir Dei. In scripturis proprie cornu pro regno dicitur et pro potentia, sicut ibi scriptum est: 'Erexit cornu salutis nobis.' Et in alio loco scriptum est: 'In te inimicos nostros ventilabimus cornu'. Ergo videte hic quid dicat. Duas habetote tubas, et argenteam et corneam: argenteam, ut habeatis sermonem: corneam, ut habeatis virtutem. Vultis scire quoniam cornu semper in bonam partem ponitur? Legimus in Levitico: 'Nullum animal offeratur nisi quodcumque cornutum est.' Tria genera animalium offeruntur: bos qui cornua habet, et aries qui cornua habet, et hircus qui cornua habet. Sine causa, putas, dicitur ut nullum offeratur animal, nisi quod cornutum est? Et nos ergo quamdiu habemus cornu, meremur victima esse Dei. Si autem cornu nostrum fuerit excussum, quasi debiles sumus, et in sacerdotes Dei venire non possumus.

Moveatur mare et plenitudo eius. Moveatur mare, et amarae aquae mu-

1 *vero*] *verbo* β. *membris*] *menbris* B. 2 *Psallat*] *psallant* C. 7 *non fuerit*] codd; *defuerit* β, H in rasura. 12 *est*] βG inser. *et*. 14 *regnans*] *rogans* G. 15 *pro potentia*] S non repet. *pro*. 18 *argenteam e. c. argenteam*] *argenteas et corneas*, *argenteas* S. 20 *Levitico*] C inser. *ut*. *offeratur*] *offerebatur Deo* S. 22 *cornua*] BC; *cornu* βHGP, S ex *cornum*. 25 *in sacerdotes*] codd.; *inter s.* β; *ad s.* H 2 m. sup. lin.

dicere non est huius temporis'; ep. 84, n. 6 'Non est huius temporis, contra dogma perversum...'; ep. 133, n. 13 'De ceteris non est huius temporis scribere'; Advers. Iovin. 1, 31 'Non est huius temporis, in morem commentarii...'; Quaest. hebr. in Genes. 10, 6 'non huius loci nec temporis est' etc.

4. *corda defuerit*] Hier. in Is. 16, 11 sqq. 'Quomodo enim cithara non emittit vocalem sonum atque compositum, si saltem una chorda rupta fuerit...'

8. *in Numerorum libro*] c. 10.

13. *septuplum*] Ps. 11, 7.

16. *nobis*] Luc. 1, 69.

17. *cornu*] Ps. 43, 6. Conf. supra p. 124, l. 4.

20. *in Levitico*] ubi?

tentur in dulces. Denique et Mirra mutata est, et facta est in dulcem saporem. Aquam illam amaram non fecit aliud dulcem, nisi lignum crucis, quod missum erat in ea. Mihi videtur amarum mare lex esse Moysi. Hoc est quod dicitur Mirra, hoc est, amara. Haec amara aqua legis veteris accepit lignum crucis, et effecta est dulcis.

Flumina plaudent manu simul. Interrogemus Iudaeos, qui secundum litteram intellegunt. Flumina manus habent? flumina voces habent? flumina pedes habent? flumina ventrem habent? Dicat aliquis: Non est scriptum de ventre, de pedibus. Sed ego tibi dico: ex uno membro intellegimus et cetera; non enim possumus intellegere manus sine pedibus, sine ventre, sine membris ceteris. *Flumina plaudent manu simul.* Flumina, quae biberunt de fonte Iesu. 'Me, inquit, dereliquerunt fontem aquae vivae'. Flumina ipsa de fonte Xpisti currunt. Ille fons est, nos flumina sumus: si tamen meremur esse flumina. Xpistus fons est, et sancti flumina sunt: qui autem inferiores sunt, rivuli sunt. Alii vero torrentes sunt. Qui sunt torrentes? qui ad horam habent aquas, et temptatione veniente siccantur. *Flumina plaudent manu simul.* Non est unum flumen, plura sunt flumina: quot sancti sunt, tot et flumina sunt. Sed ista flumina non habent inter se dissensionem: quoniam sunt flumina Xpisti, propterea habent inter se concordiam. *Flumina plaudent manu simul.* Manu plaudent: opera sanctorum laus Dei est. Xpistus non voce laudatur, sed opere; non audit vocem, sed opera. *Flumina plaudent manu simul.* Propterea dicit et ipse in evangelio: 'Qui sitit, veniat et bibat; et fluent, inquit, flumina de ventre eius'. *Montes exultabunt in conspectu Domini.* Quid simile, flumina et montes? Sed quoniam de perfectis sanctis dicit, non dixit, rivuli plaudent manu simul, sed, Flumina plaudent manu simul. Videte ordinem. Moveatur mare, et totus orbis: flumina plaudent manu simul, sancti eius: montes nihilominus, qui ad summam iustitiam pervenerunt. Dicamus et aliter. Moveatur mare, quod ante fuerat inmotum, moveatur in adventu Xpisti. Moveatur mare: iam diximus, hoc est lex

1. 4 *Mirra*] *Mara* β. 9 *de ventre*] CS (P sup. lin.) add. *et*. *ego*] om. βHB. *membro*] *menbro* C corr. 11 *menbris* C. 11 sqq. *plaudent*] *plaudant* B constant. 25 *dicit*] *dicitur* C. 28 *simul*] om. PSG. *sancti eius*] PSG; *sanctis eius* C; om. βHAB. *montes* om. C.

5. *effecta est dulcis*] Exod. 15, 25. — Hieron. ep. 69, n. 6 'Mara mutatur sacramento crucis, et septuaginta palmae apostolorum dulcoratis legis gurgitibus irrigantur'; ep. 78, mans. 5 'pervenerunt ad Mara, quae ex amaritudine nomen accepit... Mara intellege aquas occidentis litterae, quibus si immittatur confessio crucis, et passionis Dominicae sacramenta iungantur, omne quod impotabile et triste videbatur ac rigidum vertitur in dulcedinem'.
13. *vivae*] Ierem. 2, 13.
24. *eius*] Io. 7, 37. 38.

Moysi. Flumina plaudent manu simul: hoc est prophetae. Montes exultabunt a conspectu Domini: hoc est apostoli. *Quoniam venit iudicare terram.* Nequaquam venit humilis tantum in carne, sed gloriosus venit in maiestate sua. *Quoniam venit iudicare terram.* Non dixit perdere, sed iudicare. Venit iudicare, ut zizania separet a frumento: venit, ut pisciculos malos separet a bonis.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia, et populos in aequitate. Iustitia ponitur et aequitas. Si iustitia ponitur, et postea aequitas, εὐθύτης proprie dicitur, quae pravum rectum facit. Venit ergo iudicare in sua iustitia, ut quod pravum est, in illo rectum fiat. Cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO XCVIII.

Dominus regnavit, irascantur populi. Tres psalmi idem habent principium: nonagesimus secundus, et nonagesimus sextus, et nonagesimus octavus. Sed cum idem habeant principium in versiculo, in fine diversi sunt. Quomodo enim dicit in nonagesimo secundo? 'Dominus regnavit, decorem indutus est'. In nonagesimo vero sexto: 'Dominus regnavit, exultet terra'; in nonagesimo autem octavo: 'Dominus regnavit, irascantur populi'. Videtur quasi ordo sibi esse contrarius. Debuit enim primum dicere 'Dominus regnavit, irascantur populi' et postea dicere 'Dominus regnavit, exultet terra' et in ultimo 'Dominus regnavit, decorem indutus est'. Verum diversus ordo dat nobis aliquam intellegentiae suspicionem. 'Dominus regnavit, decorem indutus est'. Dominus regnavit, et indutus est patriarchis et prophetis et populo credente. Decorem indutus est: patriarchae et prophetae quasi Xpisti vestimentum fuerunt. Illud est perizoma, quod in Hieremia scribitur: illud est perizoma, quod habuit circa lumbos suos Hieremias. Vultis scire quoniam sancti, quasi perizoma, vestimentum

2 *a conspectu*] *in c.* SG. 3 *g. venit*] *g. veniet* S. 4 *maiestate*] *magestate* C corr. 5 sq. *separet*] *separaret* B. 8 *Si iustitia*] *Primum iustitia* β, S om. *si.* εὐθύτης] *eutites* S. 12 *DE PSALMO XCVIII*] Exordium convenit cum Breviario col. 1189; reliqua vero longe alia sunt eaque, ut puto, inedita. 14 sqq. *nonagesimus*] *nonagessimus* B. 15 *in versiculo*] om. S; post praepositionem C sup. lin. inser. *primo.* *in fine*] om. G; P add. sup. lin. 16 *Quomodo*] codd; *quando* β. *dicit*] *dicitur* β. *decorem*] *decore* BCP. 24 *credente*] *credenti* BG. *Decorem*] *decore* C. 26 *Hieremia*] *Geremia* C corr. 27 *perizoma*] *perizomata* AG.

8. εὐθύτης *proprie dicitur*] Hieron. in Is. 26, 7 sqq. 'Huius ergo iusti semita recta est, sive, ut verbum novum fingam, *rectitudines*: quas Graeci vocant εὐθύτητας, et nos *aequitates* latinius possumus appellare'.

17. *indutus est*] Ps. 92, 1. *terra*] Ps. 96, 1.

18. *populi*] Ps. 98, 1.

27. *sancti quasi perizoma*] Hieron. in Ierem. 13, 1 sqq. 'Omnis quoque vir sanctus lumbare Dei est'.

Dei sunt? Postea ipse Deus loquitur ad Hieremiam: ' Sicut tu, inquit, posuisti lumbare istud ad lumbos tuos, ita et ego adplicavi populum meum ad me '. Quomodo ergo vestimentum circa hominem, sic populus circa Deum. Verum quia hoc perizoma, verum quia hic decor quo Dominus fuerat indutus, trans Eufraten expositus est in foramine petrae, et ibi conputruit, et ab Assyriis ductus est in captivitatem, Dominus quid facit? Non est nudus, non potest esse sine lumbari, non potest esse sine veste: priori populo perdito, facit sibi vestem de populo gentilium. Et quid dicitur? Dominus regnavit, exultet terra. Exultet terra, universa terra, hoc est, omnis credentium populus. Denique vultis scire quoniam secundum lumbare de gentium populo dicitur? Dominus, inquit, regnavit, exultet terra: laetentur insulae multae. Non una insula Iudaea, sed insulae multae, hoc est, totus mundus. Dicat mihi aliquis: Da mihi exemplum de scripturis, ubi Iudaea sola una insula dicta sit. Omne quod loquimur, debemus adfirmare de scripturis sanctis. ' In ore enim duorum et trium testium stabit omne verbum '. Non habet tantum auctoritatem sermo dicentis, quantum Domini praeceptum. Legimus in propheta Iezechiel: ' Et tu, inquit, fili hominis, loquere ad habitatores insulae huius' hoc est, Iudaeae. Quoniam ergo una insula dimissa est, nunc dicitur: Laetentur insulae multae. Ergo de lumbari dicitur in priori populo: Dominus regnavit, decorem indutus est. In secundo populo de gentibus congregato: Dominus regnavit, exultet terra, laetentur insulae multae. Nunc in tertio dicitur: Dominus regnavit, irascantur populi. Sive de Iudaeis sunt, sive de gentibus, quicumque non credunt, irascantur. ' Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania?'

Dominus regnavit, irascantur populi. Dominus passus est, Dominus crucifixus est, Dominus mortuus est, Dominus resurrexit, Dominus ad caelum victor ascendit. *Dominus regnavit, irascantur populi.* Qui sunt isti populi? Dicamus exemplum de evangelio. ' Quidam, inquit, pater-

1 *Postea*] *propterea* β. 4 *hoc perizoma*] *hic peridzoma* B; *hic perizomata* G. 6 *Assyriis*] *Asariis* B. 7 *sine lumbari*] *s. lumbare* SG. 8 *gentilium*] *gentium* G. 14 *una*] om. β. 16 *tantum .... quantum*] *tantam .... quantum* β; *tantam .... quantam* A 2 m. 20 *de lumbari*] *de lumbare* ABPSG; *lumbare* β omisso *de*. 26 *irascantur populi*] C repet. *Regnavit Dominus, irascantur populi.* 29 *inquit*] om. βA.

3. *ad me*] Ierem. 13, 11.
16. *verbum*] Deut. 19, 15.
18. *insulae huius*] Is. 20, 6? Cf. Ezech. 27, 2 sq. et supra p. 140, l. 28.
19. *hoc est Iudaeae*] Hieron. in Is. 59, 16 sq. ' Quodque in Septuaginta interpretibus non habetur *Insulis vicem reddet*, urbes Iudaeae significat, quas Romanus vastavit exercitus. Nam et supra habitatoribus insulae, id est Ierusalem, Dominus loquitur per prophetam '.
25. *inania*] Ps. 2, 1.

familias ivit ut acciperet sibi regnum de longe.' Quid longius quam caelum a terra? Dereliquit terram, ivit ad caelos, ut acciperet sibi regnum. 'Et cives, inquit, illi qui oderant eum, miserunt legationem, dicentes: Nolumus eum regem super nos.' Verum ille accepit regnum, et venit ad cives pessimos. Venit ad illos, qui regem eum nolebant habere. Et nunc dicit Spiritus sanctus ad cives malos: Velitis, nolitis, Dominus regnavit, irascantur populi. O clementia Spiritus sancti: non dixit, pereant, sed, irascantur. Vitium voluit significare, non poenas. Illi irascuntur, et Dominus deprecatur. Et quid dicit? 'Venite ad me, omnes qui onerati estis.' Regnum accepi a Patre, immo homo quem suscepi. Do quasi Deus, accipio quasi homo.

Qui sedet super cherubim, moveatur terra. Quamdiu terra inmobilis est, sanari non potest. Non de terrae motu loquitur, quo videmus terras concuti, et omne mortalium timere genus; sed de nostra terra loquitur, quae quamdiu inmota fuerit, sanari non potest: quando vero mota fuerit et intremuerit, tunc recipiet sanitatem. 'Super quem, inquit, requiescam, nisi super humilem et quietum, et trementem sermones meos?' Quoniam terra trementis commota est, propterea ille qui sedet super cherubim incipit sedere in terra tementis. Felix est qui solium Dei est, felix est in quo semper Deus sedet. Diversa sunt schemata: aut enim sedemus, aut stamus, aut ambulamus, aut iacemus. Infelix est ille cui iacet Deus: iacet enim cum iacente. Quomodo plangit cum plangente et ridet cum ridente, ita iacet cum iacente. Quomodo sitit cum sitiente, et esurit cum esuriente, et nudus est cum nudo, sic et iacet cum iacente. Qui ergo vulneratus est et iacet, et ipse quodammodo iacere dicitur cum eo. Qui autem ambulat, et ille ambulat cum eo. Qui ambulat, videtur quidem melior esse ab eo qui iacet; tamen necdum venit ad eius felicitatem qui stat. Denique et Adam quando se abscondit a facie Dei, ambulabat ei Deus post meridiem. Dicat aliquis: Si Adam offenderat, et de paradiso fuerat eiectus, ergo in perfecta infelicitate est cuicumque ambulat Deus. Et ego dico: Si Adam penitus occisus fuisset, et non ei datus fuisset locus paenitentiae, iacuisset ei Deus. Nunc vero quia datur ei locus paenitentiae, propterea ambulat ei Deus.

1 *ut acciperet*] *accipere* β. 3 *Et cives*] *ecives* C. 4 *regem*] *regnare* βA. 8 *irascuntur*] *irascantur* SG. 9 *qui*] β inser. *laboratis et.* 12 *Qui sedet*] gr. ὁ καθήμενος; *qui sedes* β; *qui sedis* SG. 14 *omne*] *omnium* BC. 16 *intremuerit*] *contremuerit* A; *tremuerit* S. 18 *trementis*] *tremens* βA. 19 *trementis*] *tremente* β. 20 *schemata*] *scemata* G. 30 *in perfecta infelicitate*] *inperfecta infelicitas* A; *imperfecta felicitate* β.

1. *de longe*] Luc. 19, 12 sqq.
17. *meos?*] Is, 66. 2.
9. *estis*] Matth. 11, 28.

Moyses audit a Deo: 'Tu vero hic sta mecum.' Et Stephanus martyr quando pugnabat, vidit Iesum stantem a dextris Patris. Sedens autem Deus dupliciter inducitur. Si in nobis sedet, felices sumus; si autem nobis ambulantibus in aliis sedet, infelices sumus. Quomodo inquit 'Libri aperti sunt, et throni positi sunt' in Danihel. Et throni positi sunt. Ibi quasi iudex ponitur. Licet ergo infelix sit ille qui iudicatur, tamen felix est ille cui sedetur. Sic ergo et hic Deus sedere dicitur super cherubim. Cherubim interpretatur scientiae multitudo: quicumque habet scientiae multitudinem, ille thronus Dei est. Scientiae multitudo, non solum scientia est, sed et opera: illa enim vera scientia est, quae opera confirmatur. Ceterum frustra aliquis sermone scientiam repromittit, cum opere eam destruit.

Et honor regis iudicium diligit. Quicumque peccator est, Dei iudicium timet: non enim vult scire iudicem, sed misericordem. Quicumque autem sanctus est, et audit Deum, et glorificat in corpore suo, iste iudicem non timet, sed diligit. Verbi causa, si iudex aliquis veniat severissimus, et dicitur esse crudelis et quasi sanguinem bibens, si quis homicida est, hunc talem timet iudicem. Qui autem nihil mali fecit, et odit quae mala sunt, non solum non timet iudicem, sed et diligit. Quid enim dicit? Bene factum est, ut talis iudex veniret: tanta latrocinia erant, tanta vitia exercentur, tanti homicidae sunt: bene factum est, ut talis iudex veniret. Quicumque enim sanctus est, non timet iudicem, sed diligit. Eo tempore conpletur, Et honor regis iudicium diligit.

Tu parasti directiones. Quod dicit, hoc est: Tu omnes rectos fecisti, sed suo vitio depravati sunt. Tu hominem rectum creasti. Et vide quid dixit, directiones: non unam, sed multas. Omne enim quod fecisti, rectum est.

Et adorate scabillum pedum eius, quoniam sanctum est. Quod est hoc

1 *Moyses audit a Deo*] β deficit usque ad finem tractatus. 3 *inducitur*] *intelligitur* B. 7 *sedetur*] *sedet* C. *Sic ergo*] *si ergo* CSG, P corr. 10 *scientia est sed et opera*] CSG om. *est*; CG om. *et*, P add. sup. lin; *opere* S. *quae opera*] *q. opere* CS. 11 *sermone*] *sermonem* SG, P corr; *sermones* A; *sermonis* B; *sermo* C. *scientiam*] *scientiae* AG; *scienciae* S. 12 *eam*] ABPS; *ea* G; *eum* C. 14 *misericordem*] B add. *Deum.* 15 *glorificat*] *glorificavit* B. 16 *aliquis*] *aliqui* SG. 17 *hunc talem*] *hic talis* S. 18 *mali*] *male* B. *quae mala sunt*] *qui mali sunt* B. 19 *non timet*] CG non repet. negationem. 20 sq. *veniret*] *venerit* BG, P corr. 28 sqq. *scabillum*] S; *scapillum* G; *scabellum* ceteri. *quoniam*] *quia* GP. *Quod est*] *quid est* CG.

1. *Moyses audit* etc.] Quae sequuntur usque ad finem tractatus adhuc inedita erant.

mecum] Deut. 5, 31.

5. *positi sunt*] Dan. 7, 10. 9. Cf. tract. de ps. LXXXI, supra p. 74.

9. *multitudo*] Cf. p. 39, l. 16.

scabillum pedum Iesu, quod sanctum est? Legimus in alio loco: 'Caelum mihi thronus est, terra autem scabillum pedum meorum.' Et nunc dicitur, Adorate scabillum pedum eius. Si terra scabellum pedum Iesu est; dicitur autem, Adorate scabillum pedum eius: ergo terra adoranda est? Quomodo legimus in apostolo, quia excepto Creatore creaturam adorare non debeamus? Adorare in scripturis dupliciter dicitur: dicitur enim adoratio quasi in Deum, et dicitur adorare quasi honorare. Quando dicimus adorare in Deum, proprie adoratio in Deum ponitur. Quando autem in homine dicitur, verbi causa, adoravit Sarra Abraham, et adoravit Helias Achab impiissimum regem; non dicitur quod Helias sic adoraverit Achab quasi Deum, sed hic adoratio quasi salutatio ponitur. Ergo nunc videamus, hoc quod dicit, Et adorate scabillum pedum eius, secundum quem modum dicit. Sicut Deum adoramus scabillum pedum Dei, aut adoramus et salutamus quasi hominem? Legimus in Lamentationibus Hieremiae, legimus et in alio propheta: 'Quomodo, inquit, sanctificavit Dominus scabillum pedum suorum.' Et ibi scabillum pedum eius Hierusolyma dicitur, sive templum: igitur secundum historiam. Legimus et in alio, Et adorate scabillum pedum eius. Si pedes non stant nisi in scabillo, ergo hoc quod dicitur 'Et adorate ubi steterunt pedes eius', et de scabillo dicitur. Ergo secundum litteram possumus dicere, verbi causa, ubi natus est, ubi crucifixus est, ubi resurrexit. Hoc incipientibus loquimur. Ceterum scabillum pedum Iesu anima credentis est. Felix est ille, in cuius pectore pedes cotidie ponuntur Iesu. Utinam et in meo pectore ponantur pedes eius, utinam vestigia eius semper haereant in corde meo, utinam et ego dicam cum sponsa: 'Tenebo eum, et non dimittam eum'. Sponsus cito offenditur, semper munditias amat: ubicumque sordes viderit, cito recedit. *Et adorate scabillum pedum eius, quoniam sanctum est.* Non omne scabillum pedum eius, sel quodcumque sanctum est: quotquot in sanctitate perse-

1 *quod*] C; *quoniam* ceteri. 7 *dicimus*] *dicitur* C. 8 *proprie adoratio in Deum*] om. B. 9 *Sarra*] *sar*a* P. 10 sq. *Achab*] *ahab* C; *a*hab* G. 10 *impiissimum*] *pessimum* AB. 13 *secundum*] sup. lin. suppl. A. *quem modum*] *quem ad modum* ABSG. 14 *aut adoramus*] *aut honoramus* S. 18 *igitur*] *interim* S. *in alio*] *in alia* B; ABSG add. *loco*. *adorate*] *adoratis* G. 20 *adorate*] *adoratis* BG. *et*] om. ABSG; cuius particulae loco S inser. *scabillum pedum eius*. 23 *anima*] *animae* G; *anime* B. *credentis est*] *credenti sunt* G. 24 *pedes eius*] *pedes ihu* S. 25 *haereant*] *inhereant* G. 29 *quotquot*] *quodquod* CGP; *quod* B. *perseverant*] *perseverat* B.

2. *meorum*] Is. 66, 1.
5. *in apostolo*] Rom. 1, 25.
16. *suorum*] Thren. 2, 1?
20. *eius*] Ps. 131, 7.
26. *eum*] Cant. 3, 4.

verant. Verbi causa, Adorate scabillum pedum eius: Petrum et Paulum et ceteros apostolos adorate, hoc est, honorate. *Quoniam sanctum est.* Illos adorate, qui in sanctitate perseverant; ceterum qui scabillum fuerunt, et non sunt sancti, illos ne adoretis. Verbi causa, Iudas proditor scabillum Dei fuit: sed quoniam non est sanctus, non eum adoretis. Legi in cuiusdam libro: 'Adsumptio, inquit, humani corporis; hoc est, hominem quem Deus de Maria est dignatus adsumere, ipsum, inquit, dicit scabillum pedum eius'. Licet quidem adsumptus sit homo, et ad conparationem Dei omnis creatura scabillum pedum eius est, tamen hoc ipsum scabillum sociatum est Deo et sedenti suo. Videte quam rem audeam loqui. Ego ita adoro scabillum quod quondam fuit, sicut thronum. 'Et si enim noveramus Xpistum secundum carnem, sed iam non novimus eum secundum carnem'. Habuerit forsitan scabillum ante mortem, ante resurrectionem, quando manducabat, quando bibebat, quando nostros patiebatur affectus. Postquam vero resurrexit et ad caelos victor ascendit, ego non intellego alium sedentem et alium scabillum, sed totum in Xpisto thronus est. Quaeris et dicis: Quare vel quare? Quomodo sit, nescio, et tamen credo quod sit. Miraris si ignorem de divinitatis mysterio, cum meipsum nesciam? Interrogas me quomodo et divinitas et incarnatio unum sit, cum ego nesciam quomodo vivam? Deum intellexisse, credidisse est: Deum nosse, honorare est. Sufficit mihi scire quod scriptum est, sufficit mihi scire quod credo: plus autem nec volo nec cupio. Si enim plus scire voluero, et hoc incipio perdere quod credo. Fideles dicimur, non rationa-

3 *qui in*] *quia in* G. 5 *Legi*] *lege* G; *legimus* C. 6 *Adsumptio*] *assumptionem* C. *hoc est*] CPS; ABG om. *hoc*. *hominem*] *hominis* G. 8 *ad*] om. G. 10 *et sedenti suo*] *et sedente suo* AB; *et de senti suo* C; *sedenti ad dexteram patris* GP. *audeam*] *adeam* C; *audeant* S; *audiam* G. 13 *Habuerit*] *habuerat* S. 16 *alium scabillum*] *aliud scabellum* S. 17 *Quaeris et dicis*] *quaerit et dicit* ABSG. 23 *rationales*] *racionabiles* S.

5. *in cuiusdam libro*] Commentariol. p. 73 'Quidam putant scabillum pedum Xpisti carnem eius debere intellegi, quae et ipsa quoque sit adoranda cum Verbo'. Ita, verbi gratia, Origenes in Is. hom. 5, n. 1; Ambrosius de Spir. sancto lib. 3, c. 11 etc. Quibus illud per me licet addas ex allegoriarum farragine quam Melitonis esse vir cl. Io. Bapt. Pitra acriter contendit (Analect. sacr. t. II, p. 9): 'Scabellum Domini: homo assumptus a Verbo vel sancti eius a quibusdam putantur. In psalmo: *Adorate scabellum pedum eius quoniam sanctum est*'.

12. *secundum carnem*] 2 Cor. 5, 16. — Hieron. in Ierem. 17, 5 sq. 'respondebimus illud apostolicum: *Et si Christum secundum carnem aliquando cognovimus, sed nunc iam non novimus...* Si enim mors absorpta est in victoria, quare non carnis humilitas, quae propter humanam salutem assumpta est, in divinitatis transierit maiestatem, ut fecerit utrumque unum; et non adoremus creaturam, sed Creatorem qui est benedictus in saecula?'

les. Denique dicitur et a Domino: 'Credis quod ego possum facere?' Et dicitur ad mulierem: 'Fides tua te salvam fecit' non ratio, non inquisitio, non quare vel quare factum sit. Credidit quia fieret, et factum est quia credidit.

Moyses et Aaron in sacerdotibus eius, et Samuhel inter eos qui invocant nomen eius. Multi errant, beatum Samuhel putant esse sacerdotem. Non fuit sacerdos, levita fuit. Denique et vestimentum illi non fiebat quasi sacerdoti, sed quasi levitae. Nam scriptum est: 'Et faciebat, inquit, ei mater sua vestimentum, ephod bad.' EPHOD dicitur vestimentum, BAD vero dicitur lineum. Lineum autem vestimentum non habebant nisi levitae. Sacerdotes autem Dei habebant de quinque speciebus, hoc est, de auro, de hyacintho, de bysso, de purpura, de cocco. Quicumque igitur de sacerdotali genere erant, haec habebant vestimenta. Levitae vero habebant ephod bad, hoc est vestimentum lineum. Hoc igitur ipsum et nunc dicitur. *Moyses et Aaron in sacerdotibus eius, et Samuhel inter eos qui invocant nomen eius.* Illi sacerdotes sunt, iste levita est. Tamen non quaeritur dignitas apud Deum, sed opera. Denique quae fecit Moyses, fecit et Samuhel. Quomodo Moyses restitit Deo ut non percuteret populum, quando dixit illi: 'Dimitte me, ut percutiam populum istum.' Videte

2 *inquisitio*] *quesitio* P corr. 3 *factum sit*] *factum est* CG. *quia credidit*] *quod c.* C. 5 *errant*] G inser. *qui*, A *et*. Legendumne *errantes*? 8 *ephod*] C; *efod* S; *effod* ceteri. *bad*] B; *bar* G; *bat* ceteri. 10 *Dei*] om. GP; in S particula *non* hoc loco deleta est. *de quinque*] *nec quinque* B. *speciebus*] *spitiebus* C. 16 *quae fecit Moyses*] *qui fecit Moysen* B. 18 *illi*] om. G.

1. *facere?*] Matth. 9, 28.

2. *fecit*] Ibid. 22.

5. *Non fuit sacerdos*] Hieron. advers. Iovin. 1, 23 'Simulque noscendum quod Samuel levita, non sacerdos, non pontifex fuerit. Unde et faciebat illi mater sua *ephod bad*, superhumerale videlicet lineum, qui habitus proprie levitarum et minoris est ordinis. Unde et in psalmis non nominatur inter sacerdotes, sed inter eos qui invocant nomen Domini: *Moyses et Aaron i. s. e. et Samuel i. e. q. i. n. eius*'.

8. *ephod bad*] 1 Reg. 2, 18 sec. LXX. De lectione autem codicis G *effod bar* legendus Hieronymus epist. 29. n. 5: 'Audiens *bar*, risum tenere non possum. Nam cum apud Hebraeos dicatur *bad*, ipsos quoque Septuaginta interpretes sic transtulisse manifestum sit, ut pro *bad bar* scriberetur error obtinuit'.

11. *de cocco*] Hieron. ep. 64, n. 15 'Samuel, qui levita fuit, scribitur Regnorum primo libro habuisse aetatis adhuc parvulae *ephod bad*, i. e. superhumerale lineum... Aliud est enim ex quatuor supradictis coloribus, i. e. hyacintho, bysso, cocco, purpura et ex auro habere contextum, aliud in similitudinem sacerdotum simplex et lineum'. Idem paulo ante, n. 14: 'His quatuor vestimentis, i. e. feminalibus, tunica linea, cingulo quod purpura cocco bysso hyacinthoque contexitur, et pileo de quo nunc diximus, tam sacerdotes quam pontifices utuntur'.

18. *istum* etc.] Exod. 32, 10. — Hieron. ep. 128, n. 4 'Moysi loquitur Deus: *Dimitte me, et delebo populum istum.* Quando dicit, Dimitte me, ostendit se teneri posse, ne faciat quod minatus est: Dei enim potentiam servi preces impediebant'.

potestatem Moysi. Quid ei dicit Deus? Dimitte me: vim mihi facis, preces tuae quasi tenent me, manum meam retinent orationes tuae. Ego mitto sagittam, mitto iacula: et orationes tuae protegunt populum. Dimitte me, ut percutiam populum istum. Simulque considerate misericordiam Dei. Quando dicit, Dimitte me, ostendit quia si non dimiserit Moyses, Deus non percutit. Si ergo tu non dimiseris, ego non percutiam: dimitte me, et percutiam. Alio ergo genere quid dicit? Noli dimittere, et non percutiam. Videamus si hoc ipsud fecerit et Samuhel. Legimus in Regnorum libris, quia iram Dei prohibuerit venientem super populum, quoniam et in tempore messis fecerit pluviam et tonitrua et fulmina. Et quid, inquit, ibi scriptum est? 'Et venerunt, inquit ibi, lapides grandinis, et percusserunt Allophylos.' Vide quam sapiens ignis, quam sapiens grando. Ubi Samuhel erat, fulmina non audent venire: vident enim prophetam Dei, vident levitam. Manus Samuhelis minabantur fulminibus. Ille orabat, et fulmina venire non poterant. Hoc autem totum quare dixi? Quoniam et Moyses et Aaron et Samuhel diversis nominibus easdem fecere virtutes Et benedicamus Dominum: cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO C.

Misericordiam et iudicium cantabo tibi Domine. Misericordiam audiant peccatores qui desperant de sua salute, qui sunt in paenitentia; iudicium audiant contemptores, qui dicunt: Misericors est Dominus, peccemus, indulget nobis.

Psallam et intellegam in via inmaculata. Ut intellegat quis quod psallit, et sensus ipsius contempletur psalmum, ut non vagetur mens foras, et corpore quidem videatur psallere, mens autem sine fructu sit. *In via inmaculata*: ut ambulans in hoc mundo iuste agam, et maculam non habeam. *Quando venies ad me?* Quando autem intellectum recepero, et iuste egero, tunc cum fidentia dico ad Dominum: Quando venies ad me? *Venies* autem, de secundo eius adventu accipiendum est.

3 *protegunt*] *protegent* B. 8 *ipsud*] C 1 m. G; *ipsum* ABS, C 2 m; *ipse* P. 10 *fulmina*] *flumina* AB, CPS postea emendati. 12 *ignis*] *imber* S. 14 *levitam*] *levitem* S. 16 *nominibus*] S inser. *et signis.* 17 *cui sit gloria*] om. GP. 19 *DE PSALMO C*] in Breviario col. 1193-4. 22 *Dominus*] om. C. 23 *indulget*] *indulgit* G; *indulgebit* β. 24 *psallit*] *psallet* P corr; *psallat* C. 25 *non*] *nun* B. *mens*] β add. *eius.* 28 *recepero*] *recipero* BC. 29 *cum fidentia*] scripsi; *confidentia* CP; *confidentiam* BG; *cum confidencia* S; *cum fiducia* βA. *dico*] *dicam* G.

8. *in Regnorum libris*] 1 Reg. 12, 17 sqq. 12. *Allophylos*] ibid. c. 7, v. 10. Cf. Ios. 10, 11.

Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meae. Nihil sic placet Deo, ut simplicitas et innocentia. Denique Spiritus sanctus in aliis volatilibus non conplacuit nisi in columba propter simplicitatem, et in quadrupedibus in ove propter mansuetudinem.

Non proponebam ante oculos meos rem iniustam. Non anteponebam aliquid Domino, neque consentiebam iniquitati; sed totus ad Deum eram. *Facientes praevaricationes odivi.* Sive pater meus erat, sive mater, sive frater, aut soror, sive amicus: tamen, si declinasset a timore Domini, hunc odio habebam, et omnino ad eum non accedebam. Non anteponebam propinquitatem aut amicitiam pietati Dei.

Non adhaesit mihi cor pravum. Non erat in me aliquid difficile aut perversum aliquid, sed aequitas et iustitia. *Declinante a me maligno non cognoscebam*: hoc est, si erat mihi amicus aut proximus, sive episcopus aut presbyter, sive in quacumque dignitate constitutus: tamen, si pervertebat vias suas, sic eum fugiebam, ut penitus eius memoriam non facerem.

Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar. In tantum non oportet consentire detrahenti, ut etiam, quantum in nobis est, persequamur talem, providentes in utroque utilitatem: ut nec libenter audiamus, nec illum permittamus peccare. Tanta enim distantia est inter fornicantem et detrahentem: ut ille qui fornicatur se tantum occidat, ille autem qui detrahit et se et illum qui audit demergit.

Superbo oculo et insatiabili corde, cum hoc non edebam. Si quis erat superbus aut avarus, cum hoc penitus non edebam.

Oculi mei super fideles terrae, ut sederent mecum. Non dixit divites, aut imperatores, aut episcopos, aut presbyteros, aut diaconos, sed fideles: cum istis sedebam. Potest hoc dicere et episcopus sanctus vir: quoniam non ordinabam presbyterum illum qui mihi obsequebatur, aut propinquum meum, sed eum quem sciebam fidelem. Et iterum idem potest dicere: quoniam omnes clericos meos et laicos fideles habebam. Potest et ex persona Domini dici iste versiculus. *Ambulans in via inmaculata, hic mihi ministrabat.* Quoniam non ordinabam eos qui mihi propinqui erant, sed iustos et fideles.

3 *conplacuit*] *placuit* C. 7 *praevaricationes*] CP (gr. παραβάσεις); *praevaricationem* βB. 12 *Declinante a me maligno*] SG (gr. ἐκκλίνοντος ἀπ' ἐμοῦ τοῦ πονηροῦ); *declinantem a me malignum* β. 14 sq. *tamen si ... non facerem*] Pro hoc in S legitur: *et malignus sive perversus, hunc non agnoscebam.* 16 *secreto*] om. β. 20 *occidat*] *occidit* C. 21 *demergit*] BCP; *mergit* G; *dimergit in infernum* S; *demergat* β. 24 *sederent*] codd; *sedeant* β. 29 *ex persona*] *sub persona* B.

1. *Nihil sic placet Deo ut*] Ab iisdem verbis incipit tractatus S. Hieronymi de oboedientia (v. infra): '*Nihil sic Deo placet quomodo oboedientia*'.

Qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum. In tantum enim declinabam ab eo qui detrahebat proximo suo, ut nec illi crederem, nec audirem talem.

In matutinis interficiebam omnes peccatores terrae. Bene dixit, peccatores terrae: peccatores enim terreni sunt. Hoc vult dicere, quod submissiones diaboli, quae mihi suggerebat, eiciebam de corde meo, et non suscipiebam. Cogitationibus enim malis eiectis, daemones occiduntur. Iudaei hunc versum audientes, et sequentes litteram occidentem, et desiderantes sanguinem fundere, si quis praevaricatus fuerit de lege, interficiunt eum. Siquidem non sunt contenti occisione prophetarum: sed et ipsum Dominum crucifixerunt. *Ut disperderem de civitate Domini omnes qui operantur iniquitatem.* Utinam et nos disperdamus de civitate Domini operantes iniquitatem. Civitas Domini est ecclesia sanctorum, congregatio iustorum. *Disperderem*: hoc est, arguam et increpem eum qui peccat, ut paenitentiam agat, et disperdat iniquitatem de corde suo. Non enim dixit, ut abiciatur.

DE PSALMO CI.

Oratio pauperis, cum anxiatus fuerit, et coram Domino effuderit precem suam. Pauperem dicit, non huius mundi, sed eum de quo scriptum est: 'Beati pauperes spiritu.' *Cum anxiatus fuerit*: quando memoratus fuerit peccata sua praeterita et praesentia. *Effuderit*: toto corde, non labiis. Quis autem potest effundere precem suam coram Domino? quis potest non morderi a sua conscientia?

Non avertas faciem tuam a me. Si quis in corde mundo orat, et non arguitur a sua conscientia, hoc potest dicere. Peccator enim non audet dicere, ne avertas faciem tuam a me: sed magis dicit: 'Averte faciem tuam a peccatis meis.'

4 *In matutinis*] G (gr. εἰς τὰς πρωίας); *in matutino* β et ceteri. 5 *submissiones*] *summissiones* S; *summissionem* C; *immissiones* β; *suggestiones* A; *sugestione* B. 6 *quae mihi*] ASG, P 1 m; *quamihi* C; *qui mihi* B; *quas mihi* β, P sup. lin. *eiciebam*] *eieciebam* SG. 12 *qui operantur*] *operantes* S. 14 *Disperderem*] ABCP; *disperdere* SG (gr. τοῦ ἐξολοθρεῦσαι); *disperdam* β. 16 *ut abiciatur*] GP om. *ut*, et add. *sed benedictus dominus in saecula saeculorum amen*; β add. *sed, ut salvetur.* 17 *DE PSALMO CI*] Quae hic de ps. CI habentur, pleraque etiam inserta sunt Breviario col. 1194 sqq., sed ibi quidem alienis, ut adsolet, mercibus immixta. 18 *anxiatus*] *anxius* B, P corr. Hieron. ep. 140, n. 3; *acediatus* supra p. 106, l. 7. 19 *huius mundi*] *huic mundo* S. *de quo*] *unde* G. 20 *Cum*] om. ACS. *anxiatus*] *anxius* ABS, C corr. P ex *ansius.* 21 *toto*] *ex toto* S. 22 *precem suam*] *preces suas* B. *quis*] *qui* B. 24 *mundo*] *suo* SG. 25 *a sua*] β om. praepositionem.

20. *spiritu*] Matth. 5, 3. 27. *meis*] Ps. 50, 11.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei. Verbi gratia, infantulus fui, et dum nescio, veni in iuvenilem aetatem, et iterum in perfectam aetatem, et dum nescio, senui: et defecerunt sicut fumus dies mei. Quidam autem putant se esse sempiternos, et perseverant in suo peccato. *Et ossa mea sicut cremium aruerunt.* Ossa dicit ipsam fortitudinem Si ergo quod est in me forte, hoc aruit et infirmum factum est: quanto magis quae per naturam infirma caro?

Percussus sum ut fenum, et aruit cor meum. Sicut et alibi scriptum est: 'Homo sicut fenum dies eius.' Sic enim est vita hominum: viret, et cito arescit. *Quia oblitus sum manducare panem meum.* Non dixit, non desideravi manducare, aut contempsi manducare. In tantum mihi venit memoria peccatorum meorum, et talem paenitentiam egi, ut etiam obliviscar manducare, desiderium Dei habens, et ipsum solum considerans.

A voce gemitus mei adhaesit os meum carni meae. Discant qui agunt paenitentiam, quomodo debeant agere paenitentiam. Ita enim exsiccavi memetipsum, ut sine carne essem, et pellis mea haereret ossibus meis. Carnem pro pelle dixit.

Similis factus sum pellicano solitudinis. Duo genera dicuntur esse horum volatilium. Unum in aquis est, et esca eius venenata animalia, hoc est, serpentes et corcodrilli et lacertae. Dicuntur autem ista volatilia latine onocrotali. Illi ergo similis factus sum, qui est in solitudine, qui comedit venenata animalia: hoc est, esca mea quasi venenum mihi erat. *Factus sum sicut nycticorax in domicilio.* Scimus quia corvus niger est, et nihil habet in se album. Hyberbolice voluit dicere, quod factus sum sicut nycticorax. Si ergo in die niger est, quanto magis in nocte? Sic ergo factus sum propter peccata mea memetipsum considerans.

Quia cinerem tamquam panem manducavi. In cinere intingebam panem meum, et sic comedebam. Si ergo propheta hoc dicit, nos quid

1 *Verbi gratia*] codd; *ac si dicat* β. 3 *et defecerunt*] G om. *et*. 4 *cremium*] *gremium* SG. 7 *infirma*] *infirma est* β; *est infirma* C (*est* add. sup. lin.) 9 *est*] SG; om. β et ceteri. 11 *venit*] *convenit* C, P *con* add. sup. lin. 12 *obliviscar*] codd; *obliviscerer* β, C 2 m. 14 *Discant*] βP; *dicant* BCSG. 16 *pellis mea*] S; *pelles mea* G; *pelles meae* βABC. *haereret*] *hererent* ABC; *cohaererent* β. 17 *Carnem*] SG inser. *autem*. 18 *pellicano*] *pelicano* S. 20 *corcodrilli*] CSG, P sup. lin; *corcodilli* B, P 1 m; *crocodili* β. In codice S altera *o* duabus litteris erasis superscripta est, litterae *ri* item in litura. 23 *nycticorax*] *nocticorax* BSG. 24 *quod*] *quia* β. *nycticorax*] *necticorax* SG. 26 *mea*] SG inser. *et*. 27 *manducavi*] *manducabam* S. *intingebam*] *intinguebam* S. 28 *dicit*] *docuit* G.

9. *eius*] Ps. 102, 15.

18. *duo genera dicuntur* etc.] Hieron. in Sophon. 2, 12 sqq. 'onocrotalorum duo genera: aliud aquatile, aliud solitudinis'.

faciamus? *Et poculum meum cum fletu miscebam.* Nihil mihi erát suave, neque panis, neque poculum: sed tantum caelestem panem desiderabam, id est Xpistum.

A facie irae et indignationis tuae. Et haec omnia faciebam, considerans adventum tuum et futurum iudicium. *Quia elevans adlisisti me.* Hoc dicant, qui aliquando fuerunt sancti, et ceciderunt: exaltati enim in virtutibus, postea ceciderunt. Siquidem sancti dicunt: quia elevans tenuisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverunt. Si dies, quanto magis noctes? hoc est, si lumen, quanto magis tenebrae? *Et ego sicut fenum arui.* Quoniam sicut fenum, sic pertransit homo, et siccatur.

Tu exurgens misereberis Sion. Ex hoc versiculo manifestum est quod ex persona Sion dictus est iste psalmus, et non ex persona prophetae. Sion autem est quae in specula posita est, et ea quae veniunt de longe prospiciens. Haec ergo Sion, quae in alto posita est et in sublime, cecidit. Ergo 'qui stat videat ne cadat.' *Quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.* Aut propter paenitentiam tempus est miserendi, aut secundum adventum Salvatoris significat. Confidat ergo qui agit paenitentiam, quoniam venit tempus salvandi: misericors est enim Dominus.

Quoniam placuerunt servis tuis lapides eius. Lapides sancti sunt: terra autem, hoc est, peccatores misericordiam Domini indigent.

DE PSALMO CII.

Benedic anima mea Domino, et omnia quae intra me sunt nomini sancto eius. Dicitur et in alio loco: 'Scitote quoniam Dominus ipse est Deus.' Et nunc dicitur, Et omnia quae intra me sunt nomini sancto eius. Si dixerimus, Benedic anima mea Domino, et Dominus Dominus est, quod nomen hic quaerit Domini? Si Dominus Dominus appellatur, quid dicit, Et omnia quae intra me sunt nomini sancto eius? Adventus Filii, nomen Patris est. Ante adventum Xpisti sciebatur Deus, Pater ignorabatur. Denique ipse

1 *faciamus*] PSG, *fatiamus* B; *faciemus* AC; *facimus* β. *miscebam*] *temperabam* C. 4 *irae et*] β om. *et*. 5 *adlisisti*] *allisisti* βB, C 2 m; *alisisti* S; *alesisti* G; *elisisti* P. 7 *elevans tenuisti*] *elevas elevasti* S. 13 *specula*] *speculo* BCP. *quae veniunt de longe prospiciens*] *quae deorsum a longe prospicit* S. 14 *et*] S; om. β et reliqui. 20 *misericordiam*] BPSG; *misericordia* βC. *indigent*] S addit doxologiam; G *Haec centissimus primus psalmus multum minus dogmatum habet*; β ieiunis quibusdam adnotatiunculis psalmum ad finem usque prosequitur. 21 *DE PSALMO CII*] Initio fere congruit cum Breviario col. 1197, reliqua vero multum discrepant. 23 *Scitote*] *Et scitote* βBS. 26 *Domini*] *Domino* B; *Dominus* β.

15. *cadat*] 1 Cor. 10, 12. 23. *Deus*] Ps. 99, 2.

dicit in evangelio: 'Pater, revelavi nomen tuum hominibus.' Non possumus in singulis versiculis inmorari, quoniam longus est psalmus; sed breves sententiolas debemus singulis versiculis coaptare, magis sensum exponentes quam verba texentes.

Benedic anima mea Domino, et noli oblivisci omnes retributiones eius. Multas retributiones nobis praestitit Dominus, grandia nobis beneficia praestitit: quia caelum, quia terram, quia elementa omnia pro nobis fecit. Sol ipse et luna et stellae et omnia elementa propter nos currunt et recurrunt. O nos infelices : elementa nobis serviunt, et nos non servimus Domino. Grande est ergo, quod pro nobis Deus fecit omnia quae videmus. Domus enim semper propter habitatorem fit. Si nos habitores mundi sumus, mundus autem domus est hominum, domus autem propter habitatorem facta est: grande est igitur, quod pro nobis fecit omnia quae videmus, quod fecit nos nasci, quod vivere, quod moveri, quod intellegere creatorem nostrum, quod distinxit nos a iumentis, quod illa prona in terram respiciunt, nos rectos in caelum fecit aspicere. Et haec quidem grandia sunt: sed maius est quod pro nobis natus est. 'Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis.' Quoniam nos mortales eramus propter peccatum nostrum, ipse pro nobis mortalibus mori dignatus est, ut nos vivos faceret.

Qui sanat omnes infirmitates tuas. Multas infirmitates habet anima nostra. Quot peccata, tot infirmitates. Denique et illa mulier in evangelio, quae decem et octo annis habebat spiritum infirmitatis, et caput sursum erigere non poterat... Videte quid dicat. Quando aliquis habet spiritum infirmitatis, contractus est, deorsum conspicit, terram intuetur, caelum videre non potest.

Qui redimit de interitu vitam tuam. 'Pretio, inquit, empti estis: nolite fieri servi hominum.' Quod est maius pretium, quam creatorem pro creatura sanguinem suum fundere?

Qui coronat te in misericordia et miserationibus. Qui coronat te. Cum redemerit, sic coronat. Coronat autem, non propter merita tua, sed propter suam misericordiam. 'Domine ut scuto bonae voluntatis tuae coronasti

3 *sensum*] om. C. 15 *distinxit*] *distincxit* BG. 16 *rectos*] CS ; *erectos* BP ; *creatur* G. 17 *maius*] *magis* G. 24 *quae*] C sup. lin. inser. *per*. *annis*] *annus* G ; *annos* C. *et caput*] coniunctio in C expuncta est. 25 *poterat*] *potebat* P corr. 28 *inquit*] *quidem* GP. 29 *maius*] *magis* G. *creatura*] ℨ add. *sua*. 30 *suum*] om. BP.

1. *hominibus*] Io. 17, 6. Cf. supra p. 44, l. 2 sqq.
20. *crucis*] Philip. 2, 6-8.
23 *in evangelio*] Luc. 13, 11.
29. *hominum*] 1 Cor. 7, 23.

nos.' Vide quid dicat, Domine ut scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos. Aliquis scuto coronat? Utique qui coronat, coronat floribus, coronat auro, coronat ceteris coronis. Numquid aliquis scuto coronat? Sed Domini scutum corona est: protegit enim et defendit, et sic coronat. Et hic ergo, quod ibi significatur scuto, hic significatur misericordia; et scutum, dum protegit, misericordia est.

DE PSALMO CIII.

Iste psalmus continet ipsam creaturam laudantem et benedicentem Domino creatori suo per prophetam; quem ad modum et in octavo decimo psalmo dicit: 'Caeli enarrant gloriam Dei, et opera manuum eius adnuntiat firmamentum.'

Benedic anima mea Domino. Provocat semetipsum propheta in benedicendo Deo. Benedicere autem Domino, hoc est, qui laudat Dominum, seipsum benedicit. *Domine Deus meus, magnificatus es vehementer.* Qui omnium es Deus, meus specialiter es Deus: quia non sum servus peccati, quia merui vocari servus tuus. *Magnificatus es vehementer.* Cum video caelum, terram, volatilia, quadrupedia, serpentes, et universam creaturam tuam, miror, et magnifico creatorem.

Confessionem et decorem induisti. Confessio dupliciter intellegitur. Aut in gloria Dei: hoc est, gloriam induisti, quemadmodum in evangelio ipse Salvator dicit: 'Confiteor tibi Pater' hoc est, glorifico te. Aut quia confitemur peccata nostra Domino: in eo enim quod confitemur Deo peccata nostra, glorificamus eum. *Et decorem induisti.* Videte ordinem: primum aliquis confitetur, et sic accipit pulchritudinem et decorem, et postea lumen. Hoc enim sequitur: *Amictus lumine sicut vestimento.* Hoc autem specia-

2 *Aliquis*] *aliquid* C. *coronat*] *coronas* C; *coronatur* P (*ur* add. sup. lin.) *Utique*] *et utique* P. 3 *auro*] *lauro* C (*la* add. sup. lin.) 5 *scuto*] scripsi; *scutum* codd. 6 *misericordia est*] P add. *Et iste minus habet.* 7 *DE PSALMO CIII*] Multa in hoc tractatu invenies, quae desunt in Breviario col. 1199 sqq; e contrario multa subditicia codicum ope subtraxi. 8 *Iste*] *Centesimus tercius* S. *continet*] *contenet* G; *contenit* P corr. *ipsam*] *omnem* S. 9 *Domino*] *dominum* PSG. *creatori suo*] *creatorem suum* S, P sup. lin; *c. nostro* G. *octavo*] *octabo* B. 12 *Domino*] *dominum* G (gr. τὸν κύριον) *in benedicendo Deo*] *in benedicendum Deum* S. 13 *autem*] *quidem* S. 19 *dupliciter*] *duppliciter* S. *intellegitur*] βGP inser. *aut in paenitentia*; S *aut pro peccatis.* 20 *in gloria*] *in gloriam* BC. *quemadmodum* C corr. 21 *Confiteor*] *confitebor* βG. *Pater*] om. G. 23 *ordinem: primum*] *ordinem psalmi* SG. 25 *lumine*] *luminis* GP. *vestimento*] *vestimentum* B, C corr; *vestimenta* G, P corr.

1. *nos*] Ps. 5, 13. Cf. supra p. 16, l. 31 sqq.; p. 115, l. 8.
11. *firmamentum*] Ps. 18, 2
15. *meus specialiter*] Cf. supra p. 41, l. 13; p. 85, l. 2 etc.
21. *Pater*] Matth. 11, 25.

liter ad Dominum dicitur, quod universa ipsius in lumine sunt, sicut in Iezechiel scriptum est Cherubin 'plenum oculis.' Verbi gratia, video caelum, terram, et intellego creatorem. Video arbores in suo tempore folia proferre, flores mittere, fructificare, et intellego creatorem. Video formicam, et minuta quaeque, et intellego creatorem. Ergo universa creatura Dei oculos habet, et intellegentia plena est.

Extendens caelum sicut pellem. Hoc vult dicere, quod ex initio extendit Deus caelum, quemadmodum si aperiat quis volumen, et iterum replicet, sicut et alibi scriptum est: 'Et replicabitur caelum sicut volumen.' *Qui tegis in aquis superiora eius.* Sicut et in Genesi scriptum est, super firmamentum esse aquas, et subter similiter. *Qui ambulas super pennas ventorum.* Ubique praesentem Deum significat.

Qui facis angelos tuos spiritus. Quod in Genesi praetermisit, in hoc versiculo significavit. Cum enim omnia creaverit Deus, de angelis nusquam commemoravit. Ideo autem dixit, Qui facis angelos tuos spiritus, quia angeli non habent corpus, sed toti lumen sunt. *Et ministros tuos ignem urentem.* Munditiam ipsorum significat, et quod non sunt subiecti peccatis. Aliter: verbi gratia, aliquis sanctus est, mittitur ad eum angelus bonus, angelus lucis. Si autem peccator est, mittitur ad eum angelus irae, qui eum incendat et torqueat.

Qui fundasti terram super stabilitatem suam. Et revera mirabile est, quanta gravitas terrae pendeat virtute Dei. *Non inclinabitur in saeculum saeculi.* Stat enim inmobilis, Dei providentia.

Abyssus sicut vestimentum amictus eius.. Sicut alibi scriptum est: 'Et posuit tenebras latibulum suum' et iterum: 'Iudicia Domini abyssus multa.' Dispensationem Dei inenarrabilem significat, et quod non possumus intellegere sapientiam Dei. Quomodo enim non possumus istis oculis considerare in abyssum, ita nec in magnitudinem nec in sapientiam Dei. Secundum hebraicum autem sic debemus intellegere *amictus eius*, ut subaudiatur, terrae; ut sit sensus, quod ipsa abyssus circumdet universam terram, quem dicunt oceanum. In circuitu enim universae terrae aquae sunt: et quasi insula, sic est terra.

2 *plenum*] *pleni* C sup. lin. 10 *tegis*] *tegit* G. *in aquis*] gr. ἐν ὕδασι; praepositio expuncta est in A, deest in C. 11 *ambulas*] *ambulat* G. *pennas*] *pinnas* BSG. 15 *commemoravit*] *commemoraverit* S; *commemoratur* C. 17 *sunt*] *sint* C. 22 *terrae*] *terra* G. 30 *circumdet*] *circumdedit* G; *circumeat* S. 31 *quem dicunt*] ABGP; *quam dicit* C; *quae dicitur* S.

2. *oculis*] Ezech. 1, 18.
9. *volumen*] Is. 34, 4.
10. *in Genesi*] 1, 7.
25 *suum*] Ps. 17, 12.
26. *multa*] Ps. 35, 7.
29. *Secundum hebraicum* etc.] Psalt. hebr. Hier. 'abysso quasi vestimento operuisti eam'.

Super montes stabunt aquae. Non sicut aliqui putant de hieme et pluviis stare aquas super montes: sed montes operti erant ab aquis, et terra non parebat. Secundum trophologiam autem, aquas pro doctrina, montes pro sanctis accipiendum est.

Ab increpatione tua fugient. Et revera imperio Dei recessit aqua, et apparuit terra, sicut et in Genesi scriptum est: ' Et congregavit Deus aquas in congregationem unam.' *A voce tonitrui tui formidabunt.* Tonitruum est enim vox Domini. Praecepit enim, et segregatae sunt aquae.

Ascendunt montes, et descendunt campi. Impetum aquarum significat, quia in more montium in sublime ascendunt aquae, et iterum humiliantur.

Terminum posuisti quem non transgredientur. Mirabile est enim audire rugitum maris, et impetum, et fluctus usque ad caelum elevari, et venire ut tegant universam terram; et usque ad litus deponunt impetum, et ad se redeunt, et non transeunt Dei praeceptum: et homines non custodiunt Dei praeceptum. *Neque convertentur operire terram,* sicut factum est sub Noe inundatio.

Qui emittit fontes in convallibus. Forte aliquis dicit: Si omnia ad ministerium hominis facta sunt, quid prodest aquas currere in deserto? Et hoc propter nostram salutem et providentiam factum est, ut quadrupedia habeant alimenta ad nostrum ministerium. Aliter: quod Deus omnia dispensatorie fecit, et universa ipsius sunt, et pascit etiam bruta animalia. *Inter medium montium pertransibunt aquae.* Quoniam ea quae erant in montibus opus habebant virescere de pluviis Domni, ideo Deus misit aquas. Secundum tropologiam autem, sancta opera iustorum significat.

Super ea volucres caeli habitabunt. Memento parabolae sinapis, et volatilia quae in eo habitant. *De medio petrarum dabunt vocem.* Unumquodque sua lingua laudat Dominum. In hebraico habet 'arborum.'

De fructu operum tuorum satiabitur terra. Aliter: de omnibus beneficiis

3 *aquas*] ABSG; *aquae* C. 4 *accipiendum est*] GP; *accipiendi sunt* ABCS. 6 *apparuit*] *abparuit* C corr. 10 *in more*] BPS; *in morem* C; *in morte* G. *montium*] vox dubiae auctoritatis, legitur solummodo in C sup. lin; *fluctuum* ABPS, C 1 m; *fluctum tum* G. 13 *et fluctus*] P om. *et.* *elevari*] *elevare* AB; *levari* G, P 1 m; *levare* P in rasura. 16 *factum est*] BGP; *facta est* AC; S deficit. 18 *emittit*] *emittet* B; *emittis* C. 27 *parabolae*] *parabulae* S; *parabuli* G; *parabola* B. *sinapis*] *siniphis* B. *volatilia*] ABPSG; *volatilium* C. Cf. supra p. 41, l. 11; p. 42, l. 18.

7. *unam*] Gen. 1, 9 sq.
26. *parabolae sinapis*] Matth. 13, 31 etc.
29. '*arborum*'] Psalt. hebr. Hier. 'de medio nemorum dabunt vocem'.

tuis satiabitur terra. Aliter: de operibus tuis, hoc est apostolis tuis, satiati sunt multi.

Producens fenum iumentis. Diligenter animadvertite, quoniam iumenta fenum comedunt. *Et herbam servituti hominum.* Quoniam omnia creavit in suam gloriam.

Ut educat panem de terra. De Domino dicit, qui homo dignatus est fieri, sicut scriptum est: ‘ Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi. ’ *Et vinum laetificat cor hominis.* Hoc est vinum quod promisit Dominus bibere post anastasim.

Ut exhilaret faciem in oleo. Facies Dei iustos exhilarat; peccatorum autem ‘ non inpinguet caput. ’ *Et panis cor hominis confirmat.* Panis, qui de caelo descendit.

Saturabuntur ligna campi. Quoniam et arbores inrigat Dominus, ut fructum nobis dent.

Illic passeres nidificabunt. Passeres, omnia volatilia intellegamus, ex parte totum.

Erodii domus dux est eorum. Erodion volatile est nimiae magnitudinis: dicitur autem vincere et aquilam, et ipsam habere escam. Et non est sicut alia volatilia, quae habent constitutos nidos, et ad vesperam vadunt ad sua loca; sed hoc ubicumque conprehenderint illum tenebrae, ibi dormit. Secundum trophologiam autem, monachus non habet cellam, sed ubicumque invenerit, ibi et manet; et pugna illi est cum diabolo qui regnat in hoc mundo, sicut et erodion vincit aquilam, regem volatilium, quemadmodum scriptum est: ‘ Si exaltatus fueris ut aquila, inde te detraham, dicit Dominus. ’ Aquila est enim diabolus, secundum Iezechiel. *Montes excelsi cervis.* Hoc animal serpentes occidit, et ipsos comedit. Ergo bene in montibus habitat, qui interficit intellegibilem serpentem: qui sapientior erat in paradiso prae omnibus bestiis, qui decepit Evam. *Petra refugium*

1 *apostolis*] *de apostolis* P. 4 *herbam*] *erbam* C corr; *erba* B. 6 *educat*] BPS; *deducat* G; *educas* C. 7 *vivus*] om. BG. 8 *laetificat*] gr. εὐφραίνει. 10 *exhilaret*] *exilaret* BC. *peccatorum*] AGP; *peccator* BCS. 11 *non inpinguet*] BP; *non inpinguit* G; *non inpinguat* AC; *inpinguat* S. *confirmat*] gr. στηρίζει. 15 *passeres*] *paseres* C; *pasceres* B. 17 *Erodii* ... *Erodion*] *Herodii* ... *Herodion* C. 20 *hoc*] eras. in A; *huc* G. *illum*] *illud* C (*d* ex *m* sup. lin). 22 *invenerit*] *nox invenerit* S. 26 *ipsos*] *ipsum* BP.

7. *descendi*] Io. 6, 41.
9. *post anastasim*] Math. 26, 29.
11. *caput*] Ps. 140, 5.
23. *regem volatilium*] Hieron. in Dan. 7, 4. ‘ Ut leo inter bestias, ita aquila inter aves regnum tenet ’; in Mich. 1, 16. ‘ aquila quae regina est avium ’ etc.
25. *Dominus*] Abd. 4; Ierem. 49, 16. *secundum Iezechiel*] cap. 17. Cf. Hieron. ap. Migne 25, 172 B. C.
26 sqq. Cf. Hieron. ep. 130, n. 8.

erinaciis. Qui timidus est, refugium habet petram: petra autem est Xpistus.

Fecit lunam in tempora. Aiunt, quando crescit luna, crescere et fructus omnes, et quando minuitur, iterum fructus minui. Ergo bene dixit, Fecit lunam in tempora. Aut aliter intellegamus lunam ecclesiam: in proficiendo enim ecclesiam, proficimus cum ipsa; et cum persecutionem patitur et minuitur, et nos cum illa minuimur et persecutionem patimur. *Sol cognovit occasum suum.* Si sol occidit, nos putamus nosmetipsos sempiternos esse? In hoc autem mirandum est, quomodo tantum lumen et tanta claritas, quae operit universum mundum lumine suo, in momento occidit. Oremus autem, ut non nobis occidat sol iustitiae.

Posuisti tenebras, et facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiae silvae. Et secundum litteram ordinem habet: quoniam ideo facta est nox, ut homines requiescerent ab operibus suis, et bestiae egrederentur ad pastionem. Secundum tropologiam autem, quando nobis occubuerit sol iustitiae, omnia nobis tenebrosa sunt, et tunc in nos pertranseunt bestiae, et leo rugiens, volens rapere et devorare nos.

Catuli leonum rugientes, ut rapiant, et quaerant a Deo escam sibi. Bene dixit, a Deo: siquidem sanctos cupit decipere, verbi gratia, Iudam, David, Salomonem, Petrum, sicut scriptum est: 'Escae eius electae.'

Ortus est sol, et congregati sunt. Ne tristetur ille qui cecidit, sed paenitentiam agat: oritur illi sol iustitiae, et fugiunt ab eo omnes bestiae et peccata eius, et efficitur talis, qualis et ante fuit. Iterum enim ortus est sol iustitiae.

Exibit homo ad opus suum, et ad operationem suam usque ad vesperum. Postquam autem ortus fuerit sol iustitiae, iterum eximus ad operationem nostram usque ad vesperum, hoc est, usque ad consummationem. Oportet ergo nos omni tempore operari iustitiam.

Quam magnificata sunt opera tua Domine. In excessum mentis venit propheta. Non inveniens quomodo laudaret Dominum, dixit: Quam

1 *erinaciis*] *erinacis* C corr; *a*(*e* add. sup. lin.)*renaciis* G; *erenatiis* BP; *etinacis* S. 3 *in tempora*] *in tempore* AP. *crescere et*] *crescerit* B; *crescit* A. 5 *in tempora*] *in tempore* P, C corr. 9 *et*] *est* BCP. 11 *non nobis*] *non nos* B. 12 sq. *in ipsa ... silvae*] om. SG. 16 *in nos*] S om. *in*. 19 *siquidem*] codd; *quoniam* β. *verbi gratia*] codd; *ac si dicat* β. 22 *agat*] S inser. *et iterum*. 30 *propheta*] S ita prosequitur: *et non invenit quomodo merito laudaret deum*.

1. *est Xpistus*] 1 Cor. 10, 4.

20. *electae*] Abacuc 1, 16, ad quem locum Noster in comment. 'Unde et cibi eius electi sunt; ut secundum psalmistam *quaerat a Deo escam sibi*, prophetas subvertere volens et apostolos'.

magnificata sunt opera tua Domine. Excedit humanum sensum tua opera. *Omnia in sapientia fecisti.* In Domino nostro Iesu Xpisto (ipse enim est sapientia Dei), secundum apostolum dicentem, quod in ipso creata sunt omnia. *Inpleta est terra possessione tua.* Et revera omnia opera Domini plena sunt sapientia. Quando enim videmus formicam scire quando hiemps venit, et reponit sibi escam, et iterum culicem tam minutum habere oculos, ventrem, et universa membra, sicut et nos habemus, et pulicem, et alia: videmus autem elefantum, tam magnam bestiam, habere oculos, nares, pedes, ventrem, sicut et nos in ipsa loca: similiter autem et apem, quomodo faciat mel et ceram: non sunt haec miratione digna et sapientia plena?

Hoc mare magnum et spatiosum manibus. Nonne est hoc mirae sapientiae, quomodo in mare sunt reptilia, quorum non est numerus, et pisces tam maiores quam minores: et quomodo sunt in profundo, et inde resumunt vitam, ubi si homo ceciderit, moritur, et ipsi si venerint in terra, moriuntur? *Illic naves pertransibunt.* Quis ex nobis est navis fortis, qui possit istum saeculum fugere, et non submergatur, aut offendat in petram: sed habeat sensum qui eum gubernet, ut possit salvus fieri?

Draco iste quem formasti ad inludendum ei. Iudaei dicunt: Draconem magnum fecit Deus, qui dicitur Leviathan, et est in mare; et quando, aiunt, recedit oceanus, draco vertitur. Nos autem dicamus: Iste est draco, qui de paradiso eiectus est, qui decepit Evam, et datus est in hoc mundo ad inludendum nobis. Quantos enim monachos et clericos praecipitavit. *Omnia a te expectant ut des illis escam in tempore.* Quia omnia Dei nutu vivunt.

Auferes spiritum ipsorum, et deficient. Consummationem mundi significat, quando praecepto Domini omnia exterminantur, sicut scriptum est: 'Terra es, et in terram ibis'.

Emittes spiritum tuum, et creabuntur. In die consummationis. Si spiritus creat, ergo Deus est: ita enim creat, quomodo et Pater.

1 *Excedit*] B, P 1 m; *excidit* SG, C 1 m; *excedunt* β, CP sup. lin. 3 *in ipso*] *in ipsa* BC, P corr. 5 *hiemps*] *tempus* S. 6 *minutum*] *minuta animalia* S. 7 *membra*] *menbra* C. 8 *videmus*] βS; *videamus* BCGP. *elefantum*] APS, *elifantum* G; *elephantem* β, *elifantem* B. 9 *in ipsa loca*] omnes codd; *in ipsis locis* β. 10 *ceram*] *cera* S; *caera* G. Codex S inser. *ergo*. *non*] BSG; *nonne* β. 11 *manibus*] β add. *illic reptilia quorum non est numerus, animalia pusilla cum magnis.* 13 *sunt*] B; *sint* CPSG. 14 *in terra*] *in terram* CS. 16 *istum*] BSG; *istud* β. *fugere*] ex *fugire* CP. 19 *Leviathan*] *levia*(*dam* in rasura) G. 20 *vertitur*] *vertit* A; *convertitur* G. 25 *mundi*] *eorum* S. 26 *quando*] *quomodo* SG. *sicut*] *et sicut* BCP. 28 *Emittes*] *emitte* G; *et mittes* S.

4. *omnia*] Coloss. 1, 16.
27. *ibis*] Gen. 3, 19.
29. *ergo Deus est*] Hieron. Quaest. hebr. in Genes. 1, 2 'Ex quo intellegimus, non de spiritu mundi dici, ut nonnulli arbitrantur, sed de Spiritu

Sit gloria Domini in saeculum. Si gloria Domini in saeculum, ergo et nos, qui glorificamus, sempiterni erimus. *Laetabitur Dominus in operibus suis.* Laetitia est enim Domini, quando nos, creatura ipsius, benedicimus eum in die resurrectionis.

Qui respicit terram, et facit eam tremere. Tremet enim terra nostra in die iudicii. Significat autem peccatores terrenos. *Qui tangit montes, et fumigant.* Si montes fumigant, quanto magis terra? Sancti fumigant, quoniam omnes per ignem salvabimur. Non enim habebat fumum, nisi ignis esset.

Cantabo Domino in vita mea; psallam Deo meo quamdiu sum. Quemadmodum et alibi dixit: 'Dimitte me ut refrigerer priusquam abeam, et amplius non ero'. Dimitte me paululum temporis, ut agam paenitentiam pro peccatis meis: quoniam in inferno non est qui possit confiteri peccata sua.

Iocundum sit ei eloquium meum. Iocundum sit ei, ut merito aliquis possit laudare et benedicere Deum. Optativo modo dixit, non inperativo. *Ego vero delectabor in Domino.* Beati qui post iudicium hoc dicunt.

Deficiant peccatores a terra. Non dixit ut peccatores pereant, sed ipsum peccatum, ut non appareat. Peccato autem non apparente, utique iam non sunt peccatores, sed omnes iusti invenientur. *Et iniqui ita ut non sint.* Ut non sint iniqui, sed iusti.

DE PSALMO CIIII.

Confitemini Domino et invocate nomen eius. Confitemini et dicite: quoniam peccatores sumus, tu autem misericors, et misereris nobis. *Et invocate nomen eius.* Ut non fingamus idola in cordibus nostris: sed Dominum nostrum invocabimus, et ipse erit redemptio nostra. *Adnuntiate inter gentes opera eius.* Erubescant Iudaei, qui dicunt in Israhel tantum facta esse mirabilia et opera eius.

Cantate ei et psallite ei. Qui intellegit sanctas scripturas, et in lege

1 *Si g. D. i. saeculum*] om. βB; P add. *est.* 8 *habebat*] BPSG; *haberet* AC; *haberent* β. 10 *quamdiu sum*] *quandiu ero* G. 12 *paululum*] ex *paulolum* CP. 15 *Iocundum*] *iogundum* G; *iucundum* S. 20 *non*] *nun* B. *Ut non sint*] non repet. βBP. 21 *iusti*] BS add. doxologiam. 22 *DE PSALMO CIIII*] Omnia fere in Breviario habentur col. 1203 sqq. multis in fine additis quae Hieronymi non sunt. 26 *invocabimus*] GP, C 1 m; *invocavimus* S; *invocamus* B; *invocemus* C sup. lin.

sancto, qui et ipse vivificator omnium a principio dicitur. Si autem vivificator, consequenter et conditor; quod si conditor, et Deus. *Emitte* enim, ait, *Spiritum tuum et creabuntur*'.

12. *non ero*] Ps. 38, 14.

Domini meditatur iugiter, et mens eius contemplatur caelestia, hic canit Deo. Qui autem habet in se omnes virtutes, hoc est, operarius est boni operis, hic quasi citharam conponens virtutum, psallit Domino. *Narrate omnia mirabilia eius.* In centesimo sexto psalmo dicit: 'Qui descendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis: ipsi viderunt opera Domini, et mirabilia eius in profundo'. Si in navi nostra corporali transierimus inlaesi, et nusquam nos tempestas obprimat, nec in petram offenderimus et frangamus navem nostram, possumus narrare mirabilia Dei. Et revera grande miraculum est, transire mundum istum sine macula.

Laudamini in nomine sancto eius. Prophetia est de populo gentilium: hoc est, ut simus et vocemur Xpistiani ex nomine Domini nostri Iesu Xpisti. *Laetetur cor quaerentium Dominum.* Gaudeant monachi, quoniam quaerentium Dominum laetantur corda. Si quaerentium, quanto magis eorum qui inveniunt eum? Qui enim eum inveniunt, inmobiles sunt.

Quaerite Dominum et confirmamini. Antequam quaereremus Dominum, infirmi eramus; nunc autem quaerentes, firmi et fortes sumus. Si autem et invenerimus, quanto magis perfecti erimus? *Quaerite faciem eius semper.* Hebraeis quidem scriptum est, ut ter in anno appareant Domino. Et quae iustitia haec erat? quid autem grande aliquis faciebat, ter in anno apparere in conspectu Dei? Ibi ad parvulos loquebatur: hic autem propheta dicit credentibus in Deum, semper eum quaerere, quemadmodum et in evangelio scriptum est, sine intermissione nos orare.

Mementote mirabilium eius quae fecit. In Aegypto, et in mari Rubro, et in deserto.

Semen Abraham, servi eius: filii Iacob, electi eius. Si quis est semen, non iam et filius, secundum quod in evangelio scriptum est: 'Si filii Abrahae essetis, opera patris vestri faceretis'. Ergo quod gloriantur, non sunt; et si semen sunt, servi sunt sub timore constituti, non habentes perfectam caritatem quae foras mittit timorem. Nos filii sumus Iacob, eius qui sub-

1 *meditatur*] *meditabitur* G. 2 *hoc est*] om. C. 6 *corporali*] *carnali* S. 7 *et nusquam*] *ut n.* C. *in petram*] *in petra* SG. 8 *et frangamus*] *ut f.* C, P sup. lin. 11 *Prophetia est*] codd; *prophetat enim* β. *gentilium*] *gentili* A. 16 *confirmamini*] *confortamini* S. 18 *et invenerimus*] βB; CPSG om. *et.* 19 *Domino*] codd; *coram Domino* β. 20 *aliquis faciebat*] *aliquid faciebant* β. 23 *nos orare*] codd; *orate* β. 26 *filii Iacob electi eius*] om. SG. *non iam et*] AB; *non iam* (om. *et*) β; *non iam est* PSG; *non etiam* C.

6 *in profundo*] Ps. 106, 23 sq.
19. *Domino*] Exod. 23, 17.
23. *orare*] 1 Thess. 5, 17. Igitur evangelium hoc loco pro novo testamento accipiendum est, ut supra p. 49, l. 10. Cf. tamen Luc. 18, 1.
28. *faceretis*] Io. 8, 39.
30. *timorem*] 1 Io. 4, 18.

plantavit fratrem suum, et tulit primitiva eius. ' Multi autem vocati, pauci autem electi '.

Et pertransierunt de gente in gentem. Multi putant quod de captivitate dicat Iudaeorum. Non est ita. De Abraham enim dicit. Exiit de terra Chaldaeorum, et venit in Mesopotamiam, et de Mesopotamia in terram repromissionis, iterum in Aegyptum. *Et de regno ad populum alterum.* Multa regna transimus, ut perveniamus ad terram repromissionis.

Non permisit hominem nocere eos. Faraonem, ut noceret Abraham in Sarram, nec Abimelech Isaac in Rebeccam. *Et corripuit pro eis reges.* Idipsum dicit, Faraonem et Abimelech.

Nolite tangere xpistos meos, et in prophetis meis nolite malignari. De ipsis patriarchis dicit. Erubescant ergo Iudaei, qui dicunt, quoniam si non aliquis unguatur regali unguento, non potest xpistus vocari. Hoc enim dicunt, quoniam Dominus noster non est Xpistus, quia non est unctus unguento regali. Ecce ante legem patriarchae, non uncti regali unguento, xpisti dicuntur. Xpisti autem sunt, qui Spiritu sancto unguntur. Ergo et Dominus noster iuste vocatur Xpistus. Quod illi negant, euntes contra scripturas.

Et vocavit famem super terram. Saepius evenit, ut quae putantur contraria esse, haec providentia Dei pro utilitate fieri. Nisi enim fratres Ioseph zelati fuissent eum, et vendidissent eum, quomodo descendebat in Aegyptum? Si non fames facta fuisset, quomodo patriarchae descendebant in Aegyptum, et cognoscebantur a fratre suo? quomodo Farao percutiebatur decem plagis? quomodo exiebant de Aegypto? quomodo in heremo de petra exiebant aquae? quomodo mysteria quae in deserto facta sunt in figura? Nos enim ea spiritaliter intellegimus. Si non Iudas Dominum

1 *pauci autem*] BCP ; *p. vero* β. 3 *quod*] *quia* SG. 5 *Mesopotamiam*] *mesophotamiam* SG. 6 *iterum*] *et iterum* β. 7 *transimus*] *transivimus* SG. 8 *permisit*] *reliquid* S. *nocere eos*] BCPSG (gr. ἀδικῆσαι αὐτούς) ; *nocere eis* βA. *in Sarram*] codd ; *in Sara* β. 9 *in Rebeccam*] CS ; *in Rebecca* ceteri. 13 *unguatur*] CP, G sup. lin ; *ungatur* βB ; *ungueatur* S ; *unguitur* G 1 m. *unguento*] *ungento* B. 15 *unguento*] *ungento* BC. 20 *fieri*] codd ; *fiant* β. Cf. versionem latinam epist. Clem. p. 43, l. 5 ; p. 45, l. 4. 21 *et vendidissent*] *et vindedissent* SG ; *si non vendidissent* β. *descendebat*] *descenderet* βA ; *descendissent* P ; *discenderant* S, item l. seq. 22 *descendebant*] *descenderent* βA. 23 *cognoscebantur*] *cognoscerentur* βA. *percutiebatur*] *percuteretur* βA. 24 *decem*] *decim* BC. *exiebant*] BCSG ; *exierunt* P ; *exirent* βA. 25 *exiebant*] *exirent* βA. 26 *enim*] om. β. *intellegimus*] codd ; *intelligeremus?* β.

2. *electi*] Matth. 20, 16.

16. *xpisti dicuntur*] Hieron. in Abac. 3, 13 ' Christi in veteri testamento dicebantur et patriarchae, de quibus scriptum est in psalmis *Corripuit reges pro eis: Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari*'.

prodidisset, quomodo nos salvabamur? Si non Iudaei crucifixissent, et increduli fuissent, quomodo nos credebamus? Ioseph ergo ivit in Aegyptum, praeparare hospitium et alimenta fratribus suis.

Misit ante eos virum. Ipsum dicit Ioseph. *In servum venundatus est Ioseph.* Bene natus et sanctus vir venditur.

Humiliaverunt in conpedibus pedes eius. Quia noluit consentire dominae Aegyptiae. *Humiliaverunt in conpedibus pedes eius*: sed non potuerunt iustitiam humiliare. Sedecim enim annorum cum esset, adamatus est a domina, et in tali aetate constitutus, quae magis voluptati dedita est, noluit consentire iniquitati, sed magis timuit periculum animae. *Ferrum pertransivit anima eius.* Ferrum ipsum dicit peccatum, quod occidit animam. Aliter: quia in periculo erat, accusatus a domina in tali crimine. Ardebat enim domina in eum, sicut scriptum est: ' Omnes adulterantes sicut clibanus corda ipsorum'. *Donec veniret verbum eius.* Verbum ipsius Domini dicit, qui eum liberavit.

Eloquium Domini inflammavit eum. Nisi enim inflammatus esset Spiritu sancto, non poterat libidinem vincere. Spiritus enim Domini inflammavit eum, et extinxit ignem libidinis. *Misit rex, et solvit eum.* Secundum litteram, Pharao misit, et solvit eum. Aliter : si aliquis temptatur a libidine, nisi Dominus apparuerit et solverit eum, non potest effugire peccatum.

Et Iacob accola fuit in terra Cham. Numquam enim iustus habitat in terra, sed accola est terrae.

Et auxit populum suum vehementer. Quoniam in septuaginta et quinque animabus descenderunt in Aegyptum, et sexcenta milia exierunt de Aegypto.

DE PSALMO CV.

Alleluia alleluia. Hanc regulam debemus tenere, ubicumque duo

1 *prodidisset*] *perdedisset* B. *salvabamur*] *salvabimur* P 1 m ; *salvaremur* β, P sup. lin. 2 *credebamus*] *crederemus* β. *Ioseph*] *Iosep* C corr. 5 *Bene natus*] *Venundatus* C. *venditur*] *venditus* C ; *vinditor* B. 6 *eius*] S add. *ferro.* 11 *anima*] codd. (gr. ἡ ψυχή) ; *animam* β. 17 *poterat*] *potuerat* C corr. 18 *extinxit*] *extincxit* BP. 20 *effugire*] *effugere* βBP. 22 *accola*] *acola* C ; *accula* BS ; *incola* GP. 23 *accola*] *acola* S ; *incola* GP. *terrae*] *in terra* B. 25 *de Aegypto*] Hucusque Hieronymus ; quae autem in Breviario supersunt, inter suppositicia habeto. 27 *DE PSALMO CV*] Initio cum Breviario concordat, sed clausula omnino differt, et ab interpolamentis immunis est, quibus praeter modum Pseudo-Hieronymus excrevit. 28 *ubicumque*] *ut ubicumque* P.

14. *ipsorum*] Ose 7, 4.
28. *Hanc regulam* etc.] Conf. Commentariol. p. 77, l. 11 sqq.

alleluia praescribuntur in psalmo: unum de fine sciamus esse prioris psalmi, et alterum eius qui sequitur.

Confitemini Domino, quoniam bonus. O vos qui graviter peccatis, et desperatis de vestra salute, et putatis quoniam propter magnitudinem peccatorum non potestis veniam adipisci: ego vobis praecipio, hoc est propheta, confitemini Domino, quoniam bonus. Grandia sunt peccata vestra: sed magnus est Dominus, qui miseretur vestri. Confitemini ergo Domino. Paenitentiam agite, nolite desperare de salute vestra: benignus est Dominus. Confitemini Domino, qui habetis grandia peccata. Nolite confidere in vestra virtute, sed in misericordia Domini. *Quoniam in saeculum misericordia eius.* Videte quid dicat, in saeculum. 'In inferno autem quis confitebitur Domino?' Nemo est enim qui possit in inferno agere paenitentiam. Dum estis in hoc saeculo, hortor vos agere paenitentiam. Confitemini ergo Domino, quoniam in isto tantum saeculo misericors est. Hic misereri potest paenitenti: quia ibi iudex est, non est misericors. Hic misericors est, ibi iudex. Hic porrigit manum cadenti: ibi sedet iudex. Hoc autem totum dixi ad eos qui dicunt, quoniam et in inferno est paenitentia.

Quis loquetur potentias Domini? Nemo dignus est praedicare potentias Patris, nisi Filius. Nemo potest potentiam Patris loqui, nisi ille qui et ipse potens est: potentias potentis ipse qui est in sinu Patris, ipse qui potens est, potest praedicare et loqui. *Auditas faciet omnes laudes eius?* Antequam Dominus noster in evangelio praedicaret laudes Patris, non erat auditum in mundo. Omne quod in veteri lege scribitur, si spiritaliter intellegatur, hoc potest de Patre intellegi.

Beati qui custodiunt iudicium, et faciunt iustitiam in omni tempore. Recte David dicit. Fecerat et ipse iudicium, fecerat iustitiam: sed quoniam non fecit in omni tempore, propterea cecidit. Quid enim dicit? Beati qui custodiunt iudicium, et faciunt iustitiam in omni tempore. Sed beati sunt qui faciunt in omni tempore. Quid enim prodest aliquem viginti annis esse in

1 *in psalmo*] *in psalmus* G. *unum*] *ut unum* β. *de fine*] *ad finem* S. 3 *O vos*] *hoc vos*] BSG. 6 *propheta*] codd; *propheto* β. 13 *hortor*] *horto* C corr. 16 *ibi iudex*] β add. *est.* 17 *et*] om. βB, P add. sup. lin. 20 *potentiam*] *potentias* S. 21 *ipse qui est in sinu Patris*] om. βBC. 23 *non erat auditum*] G; *non erat auditu* S; *non erant auditae* β et ceteri. 26 *iustitiam*] *iustitias* G. 27 *dicit. Fecerat*] codd; *id dicere poterat* β. *iustitiam*] *et iustitiam* β. 28 *cecidit*] *cecinit* βB. 29 *Sed beati s. q. f. i. o. tempore*] om. β. 30 *aliquem*] *alicui* β.

12. *Domino?*] Ps. 6, 6.

16. *manum cadenti*] Haec aliaque nonnulla ex his tractatibus in rem suam convertit Pseudo-Augustinus ille sermonis XLV ad fratres in eremo consarcinator (Migne 40, 1323).

continentia, et postea cadere? secundum quod scriptum est in propheta: 'Non proderit iustitia iusti in quacumque die aberraverit: non eum liberabit, nec salvabit. Et peccatum peccatoris non eum nocebit in quacumque die convertatur et agat paenitentiam'. Neque iustus debet esse securus, neque peccator desperare debet de sua salute: in utroque enim eorum et timor est et spes. *Qui facit iustitiam.* Iustitia Dominus noster est: iustitia enim Domini Dominus noster dicitur et Salvator. Beatus ergo qui facit iustitiam, hoc est, qui facit Xpistum. Quomodo ergo facimus Xpistum, hoc est iustitiam? Si iuste agamus, concipitur in nobis iustitia, et paritur ex nobis iustitia, et sumus mater iustitiae. Felix est et beatus, qui in omni tempore et pater et mater est iustitiae.

Memento nostri Domine in beneplacito populi tui. Quod dicit beatus David, hoc est: Scio Domine veterem legem, beatitudo perfecta non est in veteri lege, sed in evangelio; scio quoniam prior populus offendit te, et novus populus creatur, qui serviet tibi: scio quia veniet Filius tuus, et salvabit omne genus humanum, et credent in eum qui electi erunt: propterea ergo rogo, quoniam ego prius natus sum in veteri lege, ut inputes mihi mercedem cum novo populo. Videtur nostra esse sententia haec. Legamus ipsos versiculos, et inveniemus ipsum sensum esse quem diximus. *Visita nos in salutari tuo.* Hoc est, in Filio tuo, quando venerit. *Ad videndum in bonitate electorum tuorum.* Hoc est, da nobis partem cum apostolis: quoniam nos quidem antecessimus eos in tempore, illi vero antecedunt nos in spiritalibus. Hoc est, ut videamus bonitatem tuam, quam facturus es cum electis tuis. *Ad laetandum in laetitia gentis tuae.* Gens Domini nos sumus, si tamen gens ipsius sumus. 'Populo, inquit, qui nascetur, quem fecit Dominus'. *Ut laudemur cum hereditate tua.* Hoc est, ut cum evangelio et nos habeamus partem, qui in veteri lege facti sumus. Abraham enim pater noster vidit diem tuum, et gavisus est. Videamus ergo et nos, et gaudeamus cum hereditate tua.

Peccavimus cum patribus nostris. Filii secuti sumus patres: hoc fecimus quod et patres nostri fecerunt. 'Omnes enim sub peccato conclusit, ut omnibus misereretur'. *Iniuste egimus, iniquitatem fecimus.* Diligenter

2 *iusti*] *iusto* C. 3 *eum nocebit*] codd; *ei nocebit* β. 4 *Neque iustus*] *ne iustus* B. 9 *agamus*] *agemus* G. 10 *in omni*] β om. *in*. 15 *novus*] L non repet. *populus*. *creatur*] *recreatur* C sup. lin. *serviet*] BCS; *serviat* β, P sup. lin; *serviit* G, P 1 m; *servivit* L. 17 *prius*] *prior* CLP. 23 *antecedunt*] *antecedent* β. 26 *laudemur*] *laudemus* CP. Cf. S. August. enarr. in h. ps. n. 5. 28 *enim*] om. SG. 29 *tua*] S add. *et cum gente tua*. 32 *omnibus*] *omnium* S. *misereretur*] *miseretur* G, C mutat. in *misereatur*.

4. *paenitentiam*] Ezech. 33, 12. 28. *gavisus est*] Io. 8, 56.
26. *Dominus*] Ps. 21, 32. 32. *misereretur*] Rom. 11, 32.

animadvertite quid dicit: Peccavimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Numquid dixit, impie egimus? Aliud est peccatorem esse et iniustum, aliud est impium. Peccator frequenter vincitur infirmitate corporis: impius autem negat Deum. Propterea ergo quoniam ego non sum impius, sed peccator, propterea audeo rogare pro peccatis meis.

Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua. Viderunt, et non viderunt: viderunt carnalibus oculis, et spiritalibus oculis non viderunt. Non dixit, non viderunt: sed, non intellexerunt. Sicut enim illi viderunt mirabilia, et non intellexerunt: sic et in evangelio, si quis videt quidem et audit carnaliter, spiritaliter autem non intellegens, non videt. Beati ergo sumus nos qui non vidimus et credidimus, quam illi qui viderunt et non crediderunt. Illi videbant Rubrum mare, videbant Faraonem submersum, et hoc solum intellegebant quod videbant. Nos vero, qui non eum vidimus, melius intellegimus. In Faraone intellegimus diabolum, in exercitu eius intellegimus daemones, in mare intellegimus baptismum. Illi intellegunt Mirram amaras aquas, et transeunt Mirram: nos autem cotidie videmus baptismum haereticorum esse amaras aquas. Illi serpentem aereum suspendunt in deserto. Audiant anachoritae, audiant qui in heremo habitant. Nos vero quid fecimus? Verum et antiquum serpentem in heremo suspendimus. Licet apostolus hoc in Dominum non ita interpretatur ut putamus. Sed quid dicit? In cruce Domini diabolus suspensus est et adfixus est. Dominus quidem crucifixus est, sed diabolus mortuus est. Hic conplevit mysterium, et victor apparuit: ille autem non apparuit, sed spiritaliter interfectus est, quemadmodum et apostolus significat.

DE PSALMO CVI.

Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius. Ideo confitemini ei peccata vestra, quia bonus est, et peccata

1 *quid*] *quod* C sup. lin. *dicit*] *dicat* β. 3 *est*] om. AG ; β et P sup. lin. inser. *esse*. 8 *Sicut enim* etc] β deficit usque ad finem tractatus. 10 *autem*] om. L. 11 *quam illi*] *quam alii* G. 14 *In Faraone*] *in Pharaonem* PS ; *Pharaonem* C (om. *in*). 15 *Illi*] om. C : *alibi* G. 16 *intellegunt*] *intellexerunt* CP ; *intellegimus* G. *Mirram*] BP ; *myrram* CSG. *autem*] om. G. 18 *aereum*] *haereum* A corr ; *hereum* BC ; *aeneum* SG. 19 *quid fecimus*] *quia defecimus* G. 20 *Licet*] P add. *et*. *in Dominum*] *in Domino* CS. 23 *Hic*] *hoc* G. *mysterium*] *ministerium* G. 24 *significat*] *significavit* S, et add. doxologiam. 25 *DE PSALMO CVI*] Huius quoque tractatus pars prior convenit cum Breviario col. 1213-1216 A ; genuina vero conclusio nunc primum ex codd. mss. exhibetur. 27 *ei*] om. C.

2. *Aliud est peccatorem* etc.] Cf. supra p. 7, l. 12.

20. *Licet apostolus* etc.] Alludit Hieron. ad verba Pauli Ephes. 2, 16 διὰ τοῦ

dimittit. Si autem bonus non esset, non vobis diceret, confitemini; et, confitemini ei quoniam in saeculum misericordia eius. Hic est misericordia: ceterum supra iustitia est. ***Quoniam in saeculum misericordia eius.*** Quamdiu estis in saeculum confitemini.

Dicant qui redempti sunt a Domino, quos redemit de manu inimici. Proprie de vocatione gentium loquitur: iste enim psalmus hoc habet sacramentum. ***Qui redempti sunt***: in Domini passione. ***Dicant qui redempti sunt***: ipse est enim salvator et redemptor et pretium. ***Dicant qui redempti sunt***: ipse redemit, ipse dat pretium sanguinem suum. Quare autem dedit pretium sanguinem suum? Ut redimeret nos de manu inimici. Captivi enim tenebamur in manu diaboli: propterea autem ille venit et redemit nos, ut liberaret de diaboli manu. ***Quos redemit de manu inimici.*** 'Ut destruas inimicum et defensorem'. ***Quos redemit de manu inimici.*** 'Inimicus homo superseminavit zizania'. Inimicus autem diabolus est ***Quos redemit de manu inimici.*** Inimicus est, et ipse possessor. Propterea manu sua nos tenet: non quia diligit, sed quia oderit. ***Quos redemit de manu inimici.*** Grandis maiestas et grandis potentia sanguinis Domini, quae solvit manum diaboli. Quomodo enim sunt aliqua animalia, et stringunt aliquid intra se inclusum (hoc dicunt et medici et physici), ut nisi fractum fuerit, a se non dividitur, nec dimittit illud quod intrinsecus clausum tenet; si autem missum fuerit oleum, statim dissolvitur, et quod strictum fuerat dissipatur et dividitur in partes: sic et manum durissimam diaboli solvit sanguis Xpisti. Nolebat nos dimittere: sanguinem suum fudit Dominus quasi oleum misericordiae, et per ipsum nos liberavit. ***De regionibus congregavit eos.*** Vide quam grandis sit manus diaboli. Quos redemit de manu inimici. Hos autem quos redemit de manu inimici, in cunctis regionibus tenebantur in manu inimici. ***De regionibus congregavit eos***: in toto orbe manus diaboli possidebat nos.

A solis ortu et occasu, ab aquilone et mare. Videtur quidem quattuor dixisse climata: orientem, occidentem, meridiem, et boream, hoc est quattuor climata mundi. Sed non ita psalmus continet. Hic enim habet: ***a solis ortu et occasu***, ecce duo climata: ***ab aquilone***, hoc est a septentrione, ecce

4 *in suecului*] codd; *in saeculo* β. 6 *hoc*] codd; *eorum* β. 7 *in*] om. S. 12 *destruas*] *destruat* β. 13 *defensorem*] *ultorem* S. 16 *oderit*] BSG; *odit* βC. 17 *quae*] CG, *que* P; *qui* βS; *quos* A; *quo*. B. 18 *manum*] *manu* S; *de manu* A. *et stringunt*] codd; *quae stringunt* β. 19 *hoc*] *ho* B; *quod* β. *ut*] β et codd. 21 *strictum*] *fractum* C. 23 *dimittere*] β inser. *diabolus*. 26 *Hos*] β et codd. 30 *hoc est*] codd; *haec sunt* β.

σταυροῦ ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν ἐν αὐτῷ ubi ipse in commentario latine legendum putat *in ea* i. e. cruce, 'non, ut in latinis codicibus habetur, *in semetipso*'.

13. *defensorem*] Ps. 8, 3.

14. *zizania*] Matth. 13, 25 sqq.

tria climata. *Et mare.* Mare utique in occidente est. Ergo videte quoniam occidentem bis nominavit, et meridiem nec semel. Quare igitur tria climata nominavit, et unum noluit nuncupare? Legimus in Abbacuc: 'Deus ab austro veniet, et sanctus de monte umbroso.' Deus ab austro veniet. De Salvatore dicitur: quoniam Deus natus est in austro. A situ enim Hierusalem, Bethleem in austro posita est: propterea dicitur, Deus ab austro veniet. Si autem Deus ab austro veniet, quomodo nunc dicitur, A solis ortu et occasu, ab aquilone? Auster et notus tacitus est. *A solis ortu et occasu.* 'Amen amen dico vobis, quia multi venient ab oriente et occidente, et recumbent in sinu Abrahae: filii autem generationis huius longe erunt.' *A solis ortu et occasu,* utique alienigenae. *Et ab aquilone.* 'Aquilo durissimus ventus, nomine autem dexter vocatur.' 'Ab aquilone, inquit, exardescent mala super terram.' Mare legitur in Numeris et in Exodo et in omni scriptura sancta; et ubicumque mare auditis, secundum climata semper intellegitur occidens. A situ enim Hierusalem mare hoc magnum quod dicitur, in occidente est. Videte igitur mysterium scripturarum: in isto loco bis occidens nominatur, et nec semel notus. Hoc quare dicitur? Quoniam populus Iudaeorum in isto psalmo non scribitur vocandus, sed tantum gentium. Denique quid dicit?

Erraverunt in solitudine in inaquoso: viam civitatis habitaculi non invenerunt, esurientes et sitientes. Et ut sciatis quia proprie de vocatione gentium scribitur et de pulsione Iudaeorum, in sequentibus ipsius psalmi scriptum est 'Posuit flumina in desertum' videlicet Iudaeorum. *Erraverunt in solitudine in inaquoso.* Vultis scire quoniam nos in inaquoso ante fuimus? *Erraverunt in solitudine in inaquoso.* Diximus quae essent aquae, diximus quae essent flumina. *Viam civitatis habitaculi non invenerunt, esurientes et sitientes.* Exponamus quomodo gentium populus fuerit in deserto ubi non erant aquae, hoc est in inaquoso, et quomodo viam civi-

3 *Abbacuc*] ACPS; *Abacuc* βBG. 4 *umbroso*] S add. *et condempso.* 7 *veniet*] *venit* G. 8 *aquilone*] S add. *et mare.* 22 *de pulsione*] *de expulsione* βA. 25 *fuimus*] *fuerimus* G.

4. *umbroso*] Habac. 3, 3. Conf. Hier. in Comment. 'Audivi ego Hebraeum istum loco ita disserere: quod Bethleem sita sit ad austrum, in qua natus est Dominus atque Salvator, et ipsum esse de quo nunc dicatur *Dominus ab austro veniet*: hoc est, nascetur in Bethleem, et inde consurget'.

10. *longe erunt*] Matth. 8, 11 sq.

12. *dexter vocatur*] Prov. 27, 16 sec. LXX.

13. *terram*] Ierem. 1, 14.

15. *intellegitur occidens*] Hieron. Hebr. quaest. in Genes. 13, 14 sq. 'Quod autem in omnibus scripturis legitur, hic semel dixisse sufficiat, mare semper pro occidente poni'; in Ezech. 46, 19 sqq. 'hanc habente scriptura sacra consuetudinem, ut pro situ terrae Iudaeae semper mare occidentem vocet' etc.

tatis habitaculi non invenerunt, esurientes et sitientes. De quibus dicitur *non invenerunt*, manifestum est quod quaesierunt. *Viam civitatis habitaculi non invenerunt.* Quaesierunt ergo viam, per quam viam venirent ad civitatem: esurientes quaesierunt et sitientes. *Anima ipsorum in ipsis defecit.* ' Defecerunt scrutantes scrutinio. ' Defecerunt, quaesierunt, et non invenerunt, et in esurie sua et siti viam civitatis habitaculi non invenerunt, esurientes et sitientes. Multi fuerunt qui repromitterent istam viam, quae duceret ad civitatem. Promisit Socrates, promisit Plato, promisit Aristoteles. Aemorrousa, quae fluebat sanguinem, multos quaesiit medicos, et a nullo sanari potuit. *Viam civitatis habitaculi non invenerunt.* Doctrina illorum magis famem faciebat veritatis, quam saturitatem. Aemorrousa totam substantiam suam inpendit in medicos: esuriens et sitiens anima eius in ipsa defecit. Sed quoniam perdiderat suam universam substantiam, hoc est ecclesia de gentibus congregata, quia anima eius in ipsa defecit, clamavit ad Dominum cum tribularetur. Tactus fimbriae Domini, clamor credentis fuit.

Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur. ' Ad Dominum, inquit, cum tribularer clamavi, et exaudivit me. ' Tunc exaudimur a Domino, quando non simplex vox sed tribulatio clamat ad Dominum.

Et deduxit eos in viam rectam. Quia viam civitatis habitaculi non invenerunt, propterea deduxit eos in viam rectam. Ergo ostendit quia ante invenerunt quidem vias, sed pravas et non rectas. *Et deduxit eos in viam rectam.* Via deduxit eos in viam. Ipse Dominus atque Salvator deduxit eos in viam rectam. Via deduxit eos in viam rectam: fecit eos ut in se ambularent, ipse et ductor et via. *Et deduxit eos in viam rectam*: ut per hanc viam, hoc est per Dominum Salvatorem, irent in civitatem habitationis, in ecclesiam eius, quae fundata fuerat super ipsum, et petram et viam atque ductorem. Simulque considerandum quia in isto psalmo tertio dicitur *Confiteantur Domino misericordiae eius, et mirabilia eius filiis*

1 *invenerunt*] *invenerint* S. 2 *quaesierunt*] *quaesierint* BS. 3 *non*] *sed non* β ; *et non* S, P *et* add. sup. lin. *per quam viam*] βA non repet. *viam.* 4 *ipsorum*] *eorum* β. 9 *Aristoteles*] β, P 2 m ; *Arestoteles* B ; *Aristoteiis* CS, P 1 m ; *Arestutelis* G. *Aemorrousa*] *aemorro·usa* S ; *emo*(*r* sup. lin.)*rousa* A ; *emoreusa* B ; *emureusa* C ; *emoreus* G ; *aemoreis* P mutat. in *aemoreusa* ; *haemorroïsa* β. *sanguinem*] *sanguine* βG. 12 *inpendit in medicos*] *expendit in medicis* S. 12 sq. *esurientes et sitientes a. eorum in ipsis defecit* β. 20 *Et deduxit*] *Et eduxit* βS. 24 *ut in se ambularent*] βBPS (cf. supra p. 33, l. 14 ' fecisti eas ut ambularent ') ; G om. *ut* ; *in se ambulare* C. 25 *et ductor*] *et doctor* B, P corr ; *est ductor* C ; *deductor* S ; *doctor* G. *et via*] S add. *est*. 27 *in ecclesiam*] *in ecclesia* BC ; *in aecclesia* P. 28 *ductorem*] *doctorem* SG. *tertio*] om. G.

5. *scrutinio*] Ps. 63, 7.
9. *sanguinem*] Matth. 9, 20 sqq.
18. *exaudivit me*] Ps. 119, 1.

hominum. Quia saturavit animam inanem et cetera. Postea scribitur *Confiteantur Domino misericordiae eius, et mirabilia eius filiis hominum: quoniam contrivit portas aereas.* Et postea dicitur hoc ipsum: prudens lector inveniat. Licet quidam etiam quarto dicunt scriptum esse: ut quod trinitati defertur, in semel in evangeliis congregetur.

Longus est psalmus, et non possumus in singulis versiculis inmorari. Sed hoc tantum significatum est, quoniam de vocatione gentium dicitur et de repulsione Iudaeorum. Deprecemur ergo nos Dominum, ut, quoniam priores rami fracti sunt, et nos de oleastro inserti sumus in radicem bonae olivae, faciamus fructus bonos, ne et nos similiter praecidamur. Agricola enim noster fructus quaerit. Si enim priores ramos propterea praecidit, quia fructus non adferebant: et nos si non fecerimus fructus, similia sustinebimus. Fructus autem sunt non solum in corpore, sed etiam in anima. Et corpus quidem cum servit Domino, servit et anima, servit et corpus Deo. 'In terra invia et inaquosa, sic in sancto apparui tibi.' 'Quam multipliciter tibi, inquit, caro mea.' Vide quid dicat, Quam multipliciter tibi caro mea. Quomodo multipliciter? Non legamus πῶς ἁπλῶς, sed ποσαπλῶς, hoc est multipliciter. Multis generibus tibi servit caro mea: in ieiuniis, in chameuniis, in tribulatione, in angustia, in fame, in siti, in frigore. Quam multipliciter tibi caro mea. Quae ergo multipliciter servit Domino? In terra invia et inaquosa. Videte quid dicat: invia, deserta et inaquosa. Videte quoniam caro ista non potest multipliciter servire Domino nisi in terra deserta, in deserta et in inaquosa, quando sicca est caro, quando efficimur quasi uter in pruina, quando omnis umor exsiccatus est et excoctus, quando caro nostra non libidinem quaerit, sed cibum. Caro nostra quando arida est, et inaquosa est, et umores non habet, non quaerit luxuriam, sed quaerit cibos. Quando autem terra nostra, quae prius sicca

1 *et cetera*] codd. ACGP inser. *Ecce quarto dictum est*: quae quidem verba alterius nescio cuius ingenium sapiunt, hebeti tractatoris memoriolae utcumque succurrere cupientis. Vix enim dubium est, quin primum existimaverit Hieronymus, versiculum *Confiteantur* etc. ternis tantum vicibus in psalmo 106 interponi; iam vero procedente oratione, et nonnullis forte ex iis qui audiebant reluctantibus, erratum suum modeste correxit. Breviarii autem compositor haec et cetera quae sequuntur omisit, consuendis ad singulos versiculos adnotatiunculis more suo unice intentus. 3 *aereas*] C add. *et vectes ferreos confregit.* 4 *quarto*] *quattuor* B; *quater* A. 5 *in evangeliis*] G; ceteri codd. om. *in.* 8 *nos*] om. B. 18 *in ieiuniis*] P inser. *in vigiliis*; sed ubi scribendum erat *in chameuniis*, antiquarius chartam puram reliquit. 20 *Quae ergo*] *qui ergo* A; *quae enim* S. 23 *in deserta et in inaquosa*] *in deserto et in inaquoso* BP; *in deserto et inaquoso* AG; *in deserto et inaquosa* S. *sicca*] *siccata* C. 24 *efficimur*] *efficitur* C. *umor*] S; *humor* ceteri codd. 27 *sicca*] S; *siccata* cet. codd.

9 sqq. Rom. 11, 17.
15. *tibi*] Ps. 62, 3.
16. *mea*] Ibid. 2.
24. *in pruina*] Ps. 118, 83.

fuerat, aqua et pluviis deliciarum fuerit inrigata, necesse est ut parturiat et pullulet, et qui sanctus est fructus bonos faciat; qui autem peccator est, statim terra ipsius spinas generat. Hoc totum quare dicam, prudens me auditor intellegit: quoniam ieiunia multum prosunt animae Xpistianae. Humiliant corpus: humiliato autem corpore humiliatur et anima, et humiliato corpore nihilominus anima patitur incendia sua. Si autem ad ardorem animae iungatur et ardor corporis, duplicem ardorem ferre quis potest? Animae ardorem oratio frequens extinguit et fides ad Dominum. Ceterum carnis ardorem habemus in potestate nostra: quando volumus, restinguimus scintillam ardoris. Quamvis exstinguamus eam, tamen adhuc remanet in anima. Hoc dixi, quoniam scintilla concupiscentiarum semper remanet in anima. Quomodo si scintilla sit in cinere, et fomenta non habeat, est quidem scintilla, sed flammam non facit: sic cogitationis nostrae scintilla, si carnis luxuriam non habeat, suffocatur. Omnes habemus istam scintillam. Dicat aliquis, non dicat: quicumque negat, mentitur. Deus omnium creator unus est: qui me creavit, et te creavit: qui creavit imperatorem, ipse creavit militem: qui creavit nobilissimum senatorem, ipse creavit et humilem servum. Diversa conditio, una natura est. Quomodo nudi ingredimur, sic et nudi egredimur. In terra vestes habemus diversas cotidie vivimus: ceterum et introeuntibus et exeuntibus una conditio est. Hoc totum quare dico? Ut ostendam omnium hominum unam esse naturam corporis: quomodo facies quidem diversa est, et similitudo ipsa est. Verbi causa, ut aliquis plus habeat, aliquis minus: tamen una facies hominis est. Neque enim ego habeo faciem hominis, et tu leonis aut alicuius ferae. Unusquisque igitur secundum qualitatem scintillae suae, quam habere se novit, sic et cinerem congreget. Quando comedimus, quando lautiores cibos accipimus, illa scintilla nostra, quae latebat in cinere, fomenta accipit. Deprecemur autem Dominum, ut ista scintilla semper in terra deserta sit et invia et inaquosa, non habeat fomenta vitiorum. Et benedicamus Dominum.

2 *pullulet*] *pollulet* S; *pulliat* G. *et qui*] *sed qui* C cf. supra p. 135, l. 26. *faciat*] *facit* S. 3 *generat*] *germinat* S. *dicam*] *dico* S. 5 *humiliato*] *umiliato* P. 6 *ad ardorem*] *ad ardori* B. 10 *restinguimus*] GP; *restingimus* B, C *r* post *t* expuncta; *restringimus* S, C 1 m. 17 *militem*] *et militem* C. 18 *una*] *sed una* C. 19 *nudi*] om. GP. *ingredimur*] *ingreditur* S; *egredimur* C, et add. *est terra*. *egredimur*] *ingredimur* C; *ingrediamur* G. *In terra*] GP; *in terram* C; *&terra* S; *&terrae* B. 27 *lautiores*] B 2 m; *lauciores* C; *lasciviores* PS, B corr; *lascivioris* G. 29 *fomenta vitiorum*] *fomentorum vitia* PG. 30 *Dominum*] BCS add. doxologiam.

5. *humiliatur et anima*] Hier. in Is. 58, 6 sq. 'ieiunium afflictionem atque humiliationem habet animae'.

DE PSALMO CVII.

Canticum psalmi David. Canticum semper refertur in sensum, psalmus vero refertur in corporalia. Ut autem manifestius dicamus, canticum in theoriam refertur, psalmus autem in practicen, hoc est in opere. Quoniam ergo in titulo praescriptum est, Canticum psalmi, recte et consequenter in secundo versiculo ait, Cantabo et psallam in gloria mea.

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Paratus sum non solum opere, sed etiam corde et sensu. Paratum cor meum, in sensu: paratum cor meum, in opere, hoc est in practice. Quoniam non solum corde et sensu sed et in opere paratus sum, propterea et in secundo dico: *Cantabo et psallam in gloria mea. Cantabo*: hoc est, in corde meo. *Et psallam.* Sicut psalterium ex multis chordis conpositum est, et si una chorda rupta fuerit, exterminatur psalterium; ita et in actibus nostris si unum mandatum praetergressi fuerimus, psalterium nostrum rumpitur. Ideo dixit, Cantabo et psallam in gloria mea. In aliis codicibus legitur *in gloria tua*: sed melius est secundum hebraicum legere *in gloria mea.* Quod dicit, hoc est. *Cantabo et psallam in gloria mea.* Hoc Domine quod tibi psallo, quod tibi canto, non tibi gratiam facio, sed mihi. In alio enim psalmo dicit: 'Quoniam bonorum meorum non eges.' Quod ergo facio, pro me facio. Quod enim servio tibi, gloria mea est. Ieiunamus: numquid aliquid Deo donamus? pro peccatis nostris hoc facimus. Iacemus in sacco: quid ex hoc praestamus Domino? Hoc tantum illi praestamus, ut salvemus animas nostras: ipse enim hoc desiderat. Sicut bonus et misericors medicus si aliquem sanaverit, gaudet quidem et ipse, et ille qui sanatus est: ita et Dominus noster.

Exsurge psalterium et cithara. O psalterium, o cithara, facta es et creata es ut psallas Deo: exsurge et psalle, quare iaces? O monache, qui stas corpore, quare iacet anima tua, et non psallis Domino? 'Maledictus homo qui facit opus Dei neglegenter.' Si psalterium es, si cithara es, quare surdus es, et non glorificas Deum? *Exsurgam diluculo.* Deus in tenebris benedici et laudari non potest, sed in luce benedicitur. Rem dico miram:

1 *DE PSALMO CVII*] Brev. col. 1219 sqq. 2 *David*] codd; *ipsi David* β. 4 *in theoriam*] βB, *in theori.am* S; *ad theoricam* C, *adheoricam* G. *in practicen*] *in practicem* S; *ad prathichen* G. *in opere*] codd; *in opera* β. 5 *praescriptum*] *scriptum* β. 9 *in practice*] *in practicen* A. 10 *et in secundo*] S om. *et in*, β om. *in.* 12 *rupta*] *rumpta* G. 19 *enim*] *ergo* β. 22 *tantum*] *totum* G. 24 *gaudet*] *gaudit*, *gaudit quidem* S. 27 *iaces*] *taces* G. 29 *opus*] *opera* S. 31 *dico*] *dicam* C.

19. *non eges*] Ps. 15, 2. 29. *neglegenter*] Ierem. 48, 10.

et si in nocte exsurgimus, Deum in luce benedicimus. Numquam Xpistiano nox est: semper Xpistiano sol iustitiae oritur.

Et haec quidem secundum Iudaeos dicimus. Ceterum secundum altiorem sensum, Dominus est qui haec canit. *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Paratus sum hic, paratus sum in futuro: salvo et in terris, salvo et in caelis: hoc est, et angelos salvo, et homines. *Exsurge psalterium et cithara.* Loquitur Dominus suo corpori: Psalterium et cithara, quae descendisti in infernum et iacuisti, exsurge et lauda Dominum. Et vides quid dicit. Non ipse, qui movet cithara et psalterium, laudat; sed ipsa cithara et psalterium, ipsa benedicunt Patrem. Ille enim Deus est, et ab aliis benedicitur et laudatur; corpus autem eius, et homo quem suscepit, ipse laudat Dominum. Ut autem sciatis quoniam propheta ex persona Domini loquitur, et non ex memetipso hoc loquor, videte quid sequitur.

Confitebor tibi in populis Domine. Populos autem intellege Iudaeos. *Et psallam tibi in nationibus.* De nobis dicit. Iudaeos enim illos dicit, qui primi ex Iudaeis crediderunt. Et videte ordinem: primum laudat Deum in populis, et postea laudat Deum in nationlbus. Primum enim ex Iudaeis crediderunt, et postea crediderunt ex gentibus.

Quia magna super caelos misericordia tua. Non est creatura, quae non indigeat misericordia Dei. Universi misericordia Dei indigemus. Gabrihel, Michahel, Seraphim, Cherubim, Potestates, Dominationes, sunt quidem sanctae, sed indigent misericordia creatoris sui. Non detraho angelis, sed creatorem praedico; siquidem ipsi angeli libenter habent praedicari eorum creatorem. Et aliter possumus dicere: Quoniam misericordia tua de terra levat ad caelos. *Et usque ad nubes veritas tua.* Ubi sunt Iudaei, ubi sunt similes Iudaeorum, qui secundum litteram tantum intellegentes? Quomodo usque ad nubes est veritas Dei? Filius Dei dicit 'Ego sum via et vita et veritas': et descendit in terris, et cum hominibus conversatus est. Et quomodo usque ad nubes veritas tua? Manifestus est sensus, quod de apostolis loquitur et de sanctis, ut imbrem suum non pluant super

1 *in nocte exsurgimus*] *nocte surgimus* βA. 4 *haec*] om. β. 5 sq. *salvo*] *psallo* B. 8 *quae*] *qui* βA. 9 *vides*] *vide*. P. 13 *loquor*] *locor* S. 18 *Deum*] ABCG; *Dominum* β; om. S. 21 *indigeat*] *indiget* BC; *indigit* G. 22 *Dominationes*] *dominicationes* G. 23 *sanctae*] *sancti* C. 24 *habent*] codd; *audiunt* β. *praedicari*] *praedicare* BC; *praedicarae* G. 25 *dicere*] om. BC. 27 *intellegentes*] BCGS; *sunt intelligentes* β; *intellegunt* A. 30 *est*] om. C, B add. sup. lin. 31 *suum*] *suam* C.

20. *Non est creatura* etc.] Hier. Contra Pelagian. 1, 4 'omnisque creatura peccato subiacet, et indiget misericordia Dei'.

29. *et veritas*] Io. 14, 6.

conversatus est] Baruch 3, 38.

Iudaeos, sed super gentes, sicut scriptum est: 'Mandabo nubibus meis ne pluant super Israhel imbrem.' In istis ergo nubibus veritas Dei est. Si autem in istis nubibus veritas Dei est, quomodo Montanus dicit et Cataphrygae dicunt, quia quod non est revelatum apostolis nobis revelatum est?

Exaltare super caelos Deus. Deus non exaltatur nisi super caelos, non exaltatur super terram. Quando terreni sumus, non exaltamus Deum; si autem de terrenis facti fuerimus caelestes, tunc exaltamus Deum. Et Dominus noster quando erat in terra, non nos exaltavit. Dicat aliquis: Temerarie loqueris, siquidem ipse dicit in evangelio: 'Quando exaltatus fuero, omnia traham ad me.' Vide quid dicat: Quando exaltatus fuero in caelis, tunc omnia traham ad me. Pius quidem est iste sensus, sed ego aliud intellego. Quando exaltatus fuero, quando crucifixus fuero, tunc omnes traham ad me. *Ut liberentur dilecti tui.* O mira intellegentia! propterea crucifigitur Dominus et exaltatur, ut liberentur dilecti eius. *Ut liberentur*, inquit, *dilecti tui, exaltare super caelos Deus.* Factum est quod petivimus: ille exaltatus est, et nos liberati sumus.

Deus locutus est in sancto suo: sive in templo, sive in unoquoque sanctorum, sive in propheta. Auditur in Moyse, auditur in apostolo; et verius dico, locutus est in Filio suo. Quid ergo locutus est Deus? Haec quae secuntur. *Exaltabor et dividam Sicima.* Propterea, inquit, crucifigor, ut dividam Sicima. Sicima interpretatur in nostra lingua umeri. Umeri autem interpretantur in opera. Sensus ergo iste est: propterea crucifigor, ut opera mea dividam sanctis meis; propterea crucifigor, ut iugum meum suave et onus meum leve inponam super cervices hominum. Fecisti, Domine, quod pollicitus es: exaltatus es, et divisisti Sicima. *Et convallem tabernaculorum dimetiar.* Vere Dominus et Salvator noster in hanc convallem lacrimarum, in locum humilitatis nostrae subintravit, hoc est in istum mundum. In quantum quis sanctus est in hoc mundo, necdum cognoscit secundum quod oportet nosse. 'Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus.'

4 *quia*] om. β. 10 *in caelis*] *in caelos* G corr; *in coelo* β. 13 *omnes*] *omnia* G. 20 *secuntur*] codd; *sequuntur* β. *Exaltabor*] β et codd. (ὑψωθήσομαι LXX). *Sicima*] S (Σίκιμα LXX); *Sycima* A; *Sicimam* βBC; *Sycimam* G. 21 *umeri*] *humeri* β; *umerus* C; *humerus* B. 22 *in opera*] βAC om. *in*. 27 *in istum mundum*] *in isto mundo* BSG. 28 *In quantum*] *quantumlibet* A. *quis*] *qui* BSG. *in hoc mundo*] om. β in quo locus iste ita legitur: *in quo quantumvis quivis sanctus fuerit.*

2. *imbrem*] Is. 5, 6.
10. *ad me*] Io. 12, 32.
21. *umeri*] Hieron. Hebr. quaest. in Genes. 48, 22 'Sichem lingua hebraea transfertur in *umerum*'; in Ose. 6, 9 'Sichem interpretatur ὠμίασις, id est *umeri*: in umeris opus intellegimus' etc.
30. *prophetamus*] 1 Cor. 13, 9.

Meus est Galaad, et meus est Manasses. Gaudet Dominus noster atque Salvator, habens plures divitias. Galaad interpretatur transmigratio: gaudet ergo quando populus ex gentibus migravit et venit ad eum. Manasses interpretatur, ex oblivione. Videte igitur quid dicit. Filius ille qui accepit substantiam et comedit eam, et oblitus mei erat, nunc memoratus est mei; et dicitur Manasses, hoc est, ex oblivione, quia non est oblitus, sed remeavit ad suum patrem. Et Efraim interpretatur fructifer. *Efraim*, inquit, *susceptio capitis mei.* Susceptionem posuit nunc pro corona: quod enim in capite ponitur, corona est, et in scripturis diversis nominibus vocatur corona. In alio loco habet: 'Scuto circumdabit te veritas eius.' Et in alio psalmo: 'Qui coronat te in misericordia et miserationibus.' Sicut enim ibi posuit scutum pro corona, ita et hic susceptionem posuit pro corona. Vide ergo quid dicit. Factus es Galaad, factus es Manasses, hoc est, migrasti ad Dominum, et post oblivionem remeasti ad patrem tuum: esto Efraim, esto fructifer, habeto bona opera, et postea eris corona Domini.

Iuda rex meus. Videte in quanta gloria est, qui agit paenitentiam: Iudas enim confessio interpretatur. *Moab lebes spei meae.* Grande mysterium in paucis verbis agnoscitur. Rogo vos, diligenter animadvertite: siquidem et mihi qui loquor, et vobis qui auditis, prodest. Moab interpretatur, ex patre. AB dicitur pater, MO ex. Quis est iste ex patre? qui perdidit patrem suum, qui reliquit suum patrem, qui non remeavit ad patrem proprium, nec est dignus vocari Manasses. Quis est iste Moab? inimicus Domini, de cuius genere usque ad quartam generationem, et decimam, et usque in saeculum non intrabit in ecclesiam Domini. Quis est iste Moab? qui ex inmunda commixtione nascitur in spelunca tenebrosa. Ex Loth enim et ex filiabus illius nati sunt duo, Moab et Aman, et Moab maior est filius. Videte ergo quomodo in littera mysterium absconditur. In tenebris, in spelunca: non in sóle, non in luce. Moab ergo diabolus interpretatur, qui oblitus est patris sui. Denique et Abessalon, qui persecutus est patrem suum, interpretatur diabolus. Iste ergo Moab quomodo lebes spei Domini est? Lebes interpretatur olla. Quomodo olla spes Domini est?

2 *plures*] *pluras* C. 7 *Efraim*] B; *Ephraim* βS; *Effraim* CG. 10 *corona*] om. β. 13 *es ... es*] *est ... est* SG. 14 *ad Dominum*] *a Domino* C. 15 *bona opera*] *et opera* G. 19 *agnoscitur*] *cognoscitur* G; *absconditur* S. 20 *qui loquor*] SG om. *qui.* 21 *AB d. p. MO ex*] *Moab dicitur pater Moabitarum* C. 22 *proprium*] *suum* G. 27 *Aman*] S (Ἀμμάν LXX); *animam* G; *Amon* β; *Ammon* AB.

10. *eius*] Ps. 90, 5.
11. *miserationibus*] Ps. 102, 4.
20. *ex patre*] Hieron. Hebr. quaest. in Genes. 19, 36 'Moab interpretatur *ex patre*, et totum nomen etymologiam habet'.

Ergo credibile est, ut Moab, qui interpretatur diabolus, lebes spei Domini sit? quomodo spes Domini est? Dicit apostolus: 'Quos tradidi Satanae, ut discant non blasphemare.' Diabolus quasi quaestionarius Domini est. Qui non recte ambulant ad Deum, traduntur diabolo. Quare? ut pereant in aeternum? et ubi clementia Dei? ubi misericors pater? ubi est qui facit solem suum oriri super iustos et peccatores, et pluit super peccatores et iustos? Quod dicit, hoc est: Trado, inquit, peccatores diabolo, ut ab ipso cruciati convertantur ad me. Dicitur et in Hieremia: 'Quid vides tu, Hieremia? Ollam succensam' inquit. Videte ergo quoniam in ista olla mittuntur carnes. Hoc scriptum est in Iezechiel. 'Et mitto, inquit, carnes in ollam': ut mollia fiant, et dura convertantur ad Dominum, et ex corde lapideo fiat cor carneum, ut ubi prius non poterat scribi propter duritiam, postea scribatur propter mollitiam. 'Succendam, inquit, hanc ollam, et excoquam carnes et ossa, usque dum amittant omnem umorem et inluviem.' Et videte postea quid dicatur. 'Et discant, inquit, quia ego Dominus.' Magna misericordia, magnum sacramentum. Mittuntur carnes in ollam, ut excoquantur et discant quia Dominus est. Multa sunt quae dicantur de Moab et olla, sed nunc longum est.

In Idumaeam extendam calciamentum meum. Idumaea interpretatur terrena et sanguinea. Misericors Deus non solum caelestia vult possidere, sed et terrestria. *Mihi alienigenae amici facti sunt.* De nobis dicit, qui ex gentibus credidimus.

Quis deducet me in civitatem munitam? Nemo Domine, tu es enim qui dicis: 'Torcular calcavi solus, et de gentibus vir non fuit mecum.' 'Omnes enim declinaverunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.' Quis ergo deducet me in civitatem munitam? Nemo Domine: siquidem et Petrus, qui promiserat pro te mori, postea te negavit. Quae est ista civitas munita? Infernus, ubi includuntur, unde

1 *Ergo*] *ergone* β. 2 *Dicit*] BCS; *dicat* βG. 5 *misericors pater*] *misericordia patris* C. 7 *Trado*] codd; *tradidi* β. 9 *in ista olla*] βABCG; *in istam ollam* S. 10 *Et mitto*] ABSG; *et mitte* β; *emitte* C. 11 *mollia*] codd; *molles* β. *et dura*] *ex dura* S. 13 *mollitiam*] *mollitiem* β. 14 *inluviem*] *ingluviem* C. 17 *excoquantur*] *exquoquantur* SG. *discant*] *dicant* G; B inser. *inquit.* 20 *Misericors*] G add. *est.* *possidere*] *possedere* SG. 27 *te negavit*] *ter negavit* G. 28 *includuntur*] βA inser. *impii*; quae vox omnino abest a codd. BCGLS.

3. *blasphemare*] 1 Tim. 1, 20.
quaestionarius D. e.] Hieron. in Ioel. 2, 22 sqq. 'Istiusmodi, ut ita dicam, quaestionariis atque tortoribus tradidit apostolus peccatorem in interitum carnis, ut spiritus salvus fieret; de quibus et Satanas est, cui tradidit alios, ut discerent non blasphemare'.
7. *et iustos*] Matth. 5, 45.
9. *succensam*] Ierem. 1, 13.
10. *in Iezechiel*] cap. 24.
24. *mecum*] Is. 63, 3.
26. *ad unum*] Ps. 13, 3.

exire non licet. Et vere ex ista civitate, nisi Dominus, victor non exiit nemo alter. Et vere civitas munita est ista. Moyses de ista civitate exire non potuit. Et Iacob similiter intravit in hanc civitatem, et non est reversus. Vultis scire quoniam non est reversus? Denique dicit ad filios suos: 'Lugens descendam ad inferos.' Ad inferos autem descendit, quia necdum erat paradisus a latrone apertus. Munita est ista civitas ad egrediendum, aperta est autem ad introeundum. *Quis deducet me usque in Idumaeam?* Ubi locus est poenarum et sanguinis. Idumaea enim interpretatur sanguinea. Locus occisionis animarum, ubi multae interficiuntur animae. Nemo enim victor descendit in infernum, nisi tu solus Domine.

Qui reppulisti nos. Nonne tu Deus qui reppulisti nos ? Non dixit, Qui repellis nos, sed, Qui aliquando reppulisti nos. *Et non exibis Deus in virtutibus nostris ?* Haec interrogative legenda sunt: Et non exibis Deus in virtutibus nostris? Qui passus es pro nobis, quare non adiuvas nos, sed pateris conculcari nos a diabolo crudelissimo? *Et non exibis Deus in virtutibus nostris?* Videte quid dicit. Non dixit, non existi, sed, non exibis Deus in virtutibus nostris. Hoc vult dicere: Quando laboramus, tunc adiuvat nos Deus. 'Non est enim volentis neque currentis, sed miserentis est Dei.' Videte quid dicat: Non est iacentis neque dormientis, sed miserentis est Dei? sed videte quid dicit: Non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei. Si non ergo voluerimus et cucurrerimus, Deus nobis nihil proderit. Nostrum est velle et currere, et postea Deus miseretur. Athleta enim dormiens perdit victoriam.

Da nobis auxilium de tribulatione. Non dixit, Da nobis auxilium de deliciis, sed, de tribulatione. 'Ad Dominum cum tribularer clamavi, et exaudivit me.' Non dixit, cum essem in deliciis clamavi, aut dormiens clamavi. Vis exaudiri a Domino? esto in tribulatione: clama, et exaudieris. Si quis ergo non est in tribulatione, auxilium Domini invocare non potest. *Quia vana salus hominis.* 'Maledictus homo, qui spem habet in homine.' Non est necesse hoc interpretari: haec sententia omnibus patet. Aliquis speravit in imperatore, speravit in principe, in patre, aut matre: in aliquo negotio subito subtractus est spiritus eius in quem ille speravit, et evanuit

1 *Dominus*] A add. *solus.* *non*] *nemo* S; *noster* GL. 2 *nemo*] ACGLS; om. βB. *Moyses*] *Moses* S. 4 *Vultis s. q. n. e. reversus*] om. βB. 7 *ad introeundum*] *ad introiendum* S; *ad ingrediendum* G. 11 sq. *reppulisti*] *repulisti* βCG. 18 sqq. *miserentis*] *miserantis* B. 19 *quid dicat*] β inser. *non ait.* 21 *cucurrerimus*] *currerimus* S; *curreremus* GL. 31 *in aliquo negotio*] codd. ABC iungunt cum verbis praecedentibus.

5. *ad inferos*] Genes. 37, 35.
19. *Dei*] Rom. 9, 16.
22. *Nostrum est velle* etc.] Cf. supra p. 11, l. 30.
26. *me*] Ps. 119, 1.
29. *in homine*] Ierem. 17, 5.

salus eius. Non dixit, vana salus hominis illius in quem sperat, sed salus eius qui sperat in homine.

In Deo faciemus virtutem. Non habeamus spem, nisi in Deo tantum. Non dicamus: Si illud mihi eveniat, aut illud, unde habeo vivere? Respondeo tibi: quod maius est, si persecutio fiat, unde habes vivere? Semper Xpistiano persecutio est, semper nuditas proposita est. Nemo ergo debet de vita ista disponere, nemo timeat, nemo debet dicere: Si senuero, unde habeo vivere? si infirmus factus fuero, unde vivo? Xpistum habes, et times? Si volatilia caeli pascit, dubitas quod possit te pascere? Diabolus pascit suos homines, et Xpistus non pascet servos suos? Diabolus facit iudices huius mundi et divites, et Xpistus non potest te facere ut non mendices? Diabolus dat aurum et gemmas, et Xpistus panem non potest dare? Nos omnem sollicitudinem proiciamus de cordibus nostris, et dicamus: *In Deo faciemus virtutem.* Ipse erit virtus nostra, ipse panis noster, ipse erit rector noster. *Et ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.* Ipse nos coronat, ipse pugnat nobiscum: magis autem ipse vincit in nobis. Quid enim dicimus? *In Deo faciemus virtutem.* Quando enim fortes fuerimus, ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. Non dixit, pugnabit, aut occidet: sed, ad nihilum deducet. Ideo eos ad nihilum deducet; ut, si voluerit, fortes eos faciat, et glorificet eos. Benedicamus ergo Deum: cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO CVIII.

In finem, David psalmus. Quod dicit *in finem*, intellegamus non de praesenti dici, sed de futuro. Si autem de futuro dicitur, prophetia de Xpisto est.

Deus laudem meam ne tacueris. Hoc est, Iudas me tradidit, Iudaei persecuti sunt et crucifixerunt, et putaverunt me in finem perdere. Tu autem Deus laudem meam ne tacueris. Universae ecclesiae per singulos dies laudant Dominum, et conpleta est oratio Domini dicentis: Deus laudem meam ne tacueris. Vide cuius dignitatis sunt sacerdotes. Sacerdotes locuntur: et in sacerdotibus Deus laudem Filii sui non tacet. *Quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est.* Videamus quomodo os Iudae proditoris apertum est in Dominum. Venit ad Dominum ut eum tradat,

1 *illius in quem sperat*] accepi ex cod. S ; om. β et reliqui. 5 *fiat*] *fuerit* C. 7 *disponere*] ABCG ; *disputare* S ; *desperare* β. 9 *quod possit te*] *quod te non possit* S. 11 *et divites*] β om. *et*. *te facere*] BCG ; *tibi f.* A ; β om. pronomen. 13 *omnem*] S add. *mundanam*. 19 *si voluerit*] codd ; *si voluerint* β. 22 *DE PSALMO CVIII*] Brev. col. 1224. 24 *prophetia*] *prophetatum* S. 28 sq. *Universae ecclesiae ... laudant*] codd ; *universa ecclesia laudat* β.

et dicit: Rabbi, hoc est magister. Ecce os peccatoris et os dolosi. Ego eum mea clementia volo salvare, et osculum illi porrigo, et volo vincere malitiam eius; et ille permanet ad malefaciendum ut me tradat. Specialiter intellegitur de Iuda; generaliter autem de Iudaeis. In eo tempore in quo dicebant 'Crucifige crucifige talem', os peccatoris in Dominum apertum est. Ut autem videatis quod de omnibus Iudaeis dicit, ex consequentibus cognoscetis. Quid enim dicit?

Locuti sunt adversum me lingua dolosa. Ego pro ipsis crucifigebar, et illi insultabant mihi. Vulnera mea medicina ipsorum erat, et videbar illis in derisum. *Et sermonibus odii circumdederunt me.* Non ut credant, sed ut expugnent. *Et expugnaverunt me gratis.* Dupliciter intellegitur *gratis.* Hoc est, sine causa: nec enim peccaveram, et non merebar ut debellarent me. Quae autem digna causa erat ut expugnarent me? Quia sanaveram aegrotos eorum? quia mortuos resuscitaveram? quia alia signa feceram? Videte ergo quoniam gratis expugnaverunt eum. Et aliter intellegitur: Voluerunt extinguere et delere nomen meum, et tamen non potuerunt. Quando aliquis aliquem persequitur, et nihil proficit, et non implet desiderium suum, gratis persequitur.

Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam. Pro beneficiis quae in eis contuleram, ipsi contumelias mihi faciebant. Ego autem quid faciebam? orabam. Haec sunt arma Domini: haec sunt et nostra arma, oratio. Si quando ergo persequitur nos aliquis, et odit nos, dicamus: Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi. Ego autem quid faciebam? orabam. Ut eos vincerem? absit: Dominus enim quem orabat ut vinceret? Sed quid dixit, ego autem orabam? Quid dicebam? 'Pater ignosce eis: quod enim faciunt, nesciunt.'

Et posuerunt adversum me mala pro bonis. Et in cruce positus rogabam pro crucifigentibus me, et illi dicebant: 'Vah qui solvit templum, et in tribus diebus illud aedificat. Salvet semetipsum. Qui diligit te Pater veniat nunc, et liberet te.' Ego pro ipsis ex mortuis resurrexi, et illi dicunt:

4 *in quo*] *in* expunct. in C, om. β. 5 *talem, os*] C 1 m. SG. Cf. supra p. 21, l. 30 et Hieron. in Is. lib. 17 initio; Adv. Iovin. 2, 25; *tale os* βB, C 2 m. 9 *erat*] ABSG; *erant* β C corr. 11 *Dupliciter*] *duppliciter* S. 20 *in eis*] ABCG; *in eos* S; *eis* β. *contuleram*] *contulleram* G. 21 *haec sunt et*] codd; *haec sint et* β. 24 *enim*] *autem* A; om. β. *quem orabat*] *non orabat* β. 27 *Et in*] β om. *et*. 28 *Vah*] C *h* add. sup. lin; *va* BS; *uua* G. *solvit*] *solvis* β. *templum*] S add. *Dei*. 29 *aedificat*] *reaedificat* A; *reaedificas* β. *Salvet semetipsum*] *salva temetipsum* βG. *Qui*] *si* β.

1. *Rabbi*] Matth. 26, 49.
5. *talem*] Io. 19, 6.
26. *nesciunt*] Luc. 23, 34.
28. *Vah qui solvit* etc.] Matth. 27, 39 sqq.

'Discipuli illius venerunt nocte, et involaverunt eum.' *Et odium pro dilectione mea.* Considera o Xpistiane, considera o monache: si Dominus persecutorem suum et proditorem osculo suscepit, et pro crucifigentibus eum orat, nos pro fratribus nostris quid facere debemus?

Constitue super eum peccatorem. Quoniam rogavi pro ipsis in cruce, et viderunt vulnera mea, dedi eis locum paenitentiae et non agunt paenitentiam, et me nolunt habere regem, habeant regem diabolum. Nolunt habere regem Iesum: habeant regem Barabban, Barabban qui interpretatur filius patris, hoc est diaboli. Barabbas iste, qui fuit? seditiosus et latro. Et vere Barabban habent regem et usque in hodiernum diem, seditiosum et latronem, qui occidit ipsos Iudaeos. Barabbas latro, qui sanguine delectatur, antequam Dominus crucifigeretur, antequam eum crucifigerent Iudaei, inclusus erat. Negaverunt Dominum, et Barabbas dimissus est. Ex eo enim tempore Barabbas coepit habere in eos potestatem; et ille daemon, qui eiectus fuerat de homine, et de illa generatione, et perambulabat in deserto, et locum invenire non poterat, adduxit secum alios septem daemones peiores se, et intravit in synagogam, et facta sunt novissima hominis ilius peiora prioribus. Denique et synagoga Iudaeorum antequam crucifigeret Dominum, erat quidem peccatrix, sed unum tantum habebat daemonem. Cruxifixit Dominum, et octo simul ingressi sunt in eam daemones. Inpletum est ergo quod dixit: Constitue super eum peccatorem. *Et diabolus stet a dextris eius.* Quoniam a dextris eorum stetit, propterea synagoga siccam habebat manum dexteram, sicut scriptum est in evangelio. Nos autem oremus, ut Dominus stet a dextris nostris, diabolus autem a sinistris. Scriptum est in Zacharia: 'Et ostendit mihi Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini, et Satan stabat a dextris eius, ut pugnaret cum eo.' Si ergo a dextris Domini diabolus stat, quomodo nunc de Iuda dicit, Et diabolus stet a dextris eius? Sed videte quid dicit. Stabat diabolus a dextris Iesu ut adversaretur ei: hoc est, dexterae eius adversari volebat. Hic autem non dicit, quia pugnare vult, sed quia iam vicerat Iudam. Diabolus ibi contra dexteram desiderat pugnare;

1 *involaverunt*] BCSG. Cf. Rönsch, Itala u. Vulg. p. 372; *furaverunt* A; *furati sunt* β. 3 *eum*] *se* A, C sup. lin. *eum* expuncto. 4 *orat*] *oravit* A. *debemus*] *debeamus* BG, C corr. 6 *viderunt*] *videns* SG. 8 *Barabban*] ante *qui* non repet. β; *Barraban* BG, C corr; *Barabas* S. 9 *qui*] *quis* β; *quid* B, C *d* add. sup. lin; *qui** G. *seditiosus*] *sediciosus* codd. 11 *sanguine delectatur*] *sanguinem d.* BC. 16 *in deserto*] *in desertum* C sup. lin. 20 *ingressi*] *introgressi* C. 22 *eorum*] codd; *eius* β. 25 *mihi*] β inser. *Dominus*. 27 *Domini*] CSG; om. βAB. 30 *eius*] S inser. *qui*. 31 *vicerat*] *vicerit* C.

1. *eum*] Matth. 28, 13.
18. *prioribus*] Luc. 11, 26.
23. *in evangelio*] Luc. 6, 6.
27. *cum eo*] Zach. 3, 1.

hic autem dominatus est dexterae Iudae. Sed et hoc considerandum. In illo tempore stabat a dextris Domini ut adversaretur ei, quando Iesus habebat vestimenta sordida. Sic enim et ibi scriptum est: ' Et Iesus habebat vestimenta sordida.' Quamdiu habet Dominus Iesus vestimenta sordida, tamdiu stat diabolus a dextris eius: quamdiu portat peccata nostra, in peccatis nostris adversatur illi diabolus. Quando autem dicitur in Zacharia ' Tollite vestimenta eius sordida et induite eum mutatoriis,' continuo dicit Iesus ad diabolum ' Increpet in te Dominus, Satan, increpet tibi qui elegit Hierusalem.' Hoc totum ideo diximus quia scriptum est, Et diabolus stet a dextris eius.

Cum iudicatur, exeat condemnatus. Non veniat in iudicium, sed in condemnationem. Ubi enim iudicium est, ibi dubitatio est: ubi autem condemnatio, iam manifesta sententia. *Et oratio eius fiat in peccatum.* Paenitentia Iudae peius peccatum factum est. Quomodo peius peccatum factum est paenitentia Iudae? Ivit, et suspendio periit; et qui proditor Domini factus est, hic et interemptor sui extitit. Pro clementia Domini hoc dico, quod magis ex hoc offendit Dominum, quia se suspendit, quam quod Dominum prodidit. Oportebat orationem ipsius esse in paenitentiam, et versa est in peccatum. Vides haereticum orantem, vides Iudaeum, vides Manichaeum: licet ieiunent, licet orent, tamen oratio ipsorum vertitur in peccatum.

Fiant dies eius pauci. Dies eius pauci facti sunt, noctes vero creverunt: receptus est enim in dimidio dierum suorum. Sol ab ipso recessit, et ecce tenebrae ei multiplicatae sunt. *Et episcopatum eius accipiat alter.* Hoc et in Actibus apostolorum manifestius interpretatum est. Non solum autem in illo tempore de Iuda dictum est, sed usque hodie dicitur. Si Iudas apostolatum perdidit, custodiant se sacerdotes et episcopi, ut non et ipsi suum sacerdotium perdant. Si apostolus cecidit, facilius monachus potest cadere. Virtus non perit, licet homo cadat et pereat. Tamen Dominus denarios suos dat sub fenore: si ille non duplicaverit, accipitur pecunia eius, et datur habenti. Pecunia Domini otiosa esse non potest.

Fiant filii eius orphani, et uxor eius vidua. Videte quia sacramenta sunt quae dicuntur. Filios Iudae quos putas? Iudaeos. Et Iudaei dicuntur, non

2 *stabat*] *stat* SG. *adversaretur*] *adversetur* S. 8 *Satan*] *Satanas* β; *Satana* B; *Satanan* G. 9 *tibi*] ABCG; *te* β; *in te* S. 11 sqq. *condemn.*] *condempn.* BC constanter. 12 *dubitatio est*] codd; *condemnatio* β (om. *est*). 13 *sententia*] S add. *est*. 24 *accipiat*] *accipiet* SG. 26 *dicitur*] β add. *et usque in diem iudicii*. *Iudas*] *ipse Iudas* β. 29 *perit*] *peri(bit* sup. lin. in litura) C. 31 *datur*] *dabitur* β.

4. *sordida*] Ibid. 3.
7. *mutatoriis*] Ibid. 4.
9. *Hierusalem*] Ibid. 2.
25. *in Actibus apostolorum*] 1, 20.

ab illo Iuda sancto, sed ab isto proditore. Ex illo sancto nos sumus Iudaei spiritales; ex illo autem proditore isti sunt Iudaei carnales. Denique duo sunt apostoli, qui vocantur Iudae vocabulo. Undecimus apostolus est, qui dicitur Iudas Iacobi. Duodecimus autem est et novissimus, qui vocatur Iudas Scarioth. Ex illo ergo Iuda Iacobi nos dicimur Iudaei; ex isto autem Scarioth illi dicuntur. Ille Iudas pater noster dicitur Iacobi, hoc est, Iudas filius subplantatoris: nos enim subplantavimns populum Iudaeorum, et accepimus primitiva eorum. Illi autem Scarioth dicuntur, quod dubium est aut patrem significet aut villam eius. Ceterum quomodocumque interpretatus fueris, merces interpretatur et pretium. Igitur iste Iudas, qui proditurus erat Dominum et pretium accepturus, de pretio nomen accepit. Licet reddidit pretium sacerdotibus Iudaeorum, sed tamen illi condemnant eum, quoniam nolunt recipere pretium sanguinis. Videte dissensionem Pharisaeorum et infelicitatem Iudae. Si bene emistis sanguinem Iesu, quare non recepistis pecuniam vestram? Si autem non vultis recipere quoniam pretium sanguinis est, ostenditis vosmetipsos iniuste et inique effudisse sanguinem. Sed vide quid faciunt. Ipsam, inquit, pecuniam non mittunt in corbanan, sed emunt ex ipsa agrum, et appellant eum Acheldemach, quod interpretatur pretium sanguinis. Quare illum emunt? in sepulturam peregrinorum. Nos beati, quibus de pretio sanguinis Domini ager emitur.

Et uxor eius vidua. Synagoga, quae primo facta est uxor Dei, de qua dixit 'Et dedi illi libellum repudii, et iterum recepi eam, et dixi illi, Convertere ad me': illa ergo synagoga repudium accepit a Salvatore, et facta est uxor Iudae proditoris. Denique quid fecit? Non accepit dotem, sed dotem marito suo dedit. Iterum autem ille miserrimus Iudas, qui prodidit Dominum, non vult accipere malam dotem; sed reddit meretrici uxori malam dotem, quam accepit ab illa. Et quid dicit? Displicuisti priori tuo

5 *Scarioth*] *Scariothis* S; *Iscariotes* β. *Iudaei*] β add. *spirituales*, A *spiritales*. 6 *Scarioth*] *Scariothes* S; *Iscarioth* A; *Iscariote* β. *dicuntur*] β add. *Iudaei carnales*; *Iudaei carnales dicuntur* A. 8 *Scarioth*] BC; *ex Carioth* SG; *Iscarioth* A; *ex Iscariote* β. 9 *aut* ... *aut*] codd; *an* ... *an* β. 11 *iste*] om. β. 12 *reddidit*] *reddit* G, C corr; *reddiderit* β. 13 *nolunt*] *non volunt* G; *noluerunt* S. 16 *ostenditis*] *ostendistis* SG. 17 *effudisse*] *effundisse* SG. 18 *corbanan*] *chorban* B; *corbonam* β. 19 *Acheldemach*] *Acheldema* G, C mutat. in *Acheldemac*. *illum*] *illud* BC. 22 *primo*] AB; *prima* βS; *prius* CG. 23 *dedi*] *dedit* β. *recepi e. e. dixi*] *recepit e. e. dixit* G. 28 *accepit*] *acceperat* G, C corr.

10. *et pretium*] Hieron. in Matth. 10, 4 'Iudas...vel a vico aut urbe in quo ortus est, vel ex tribu Issachar vocabulum sumpsit: ut quodam vaticinio in condemnationem sui natus sit. Issachar enim interpretatur *merces*, ut significetur pretium proditoris'.

23. *Et dedi illi*] etc. Cf. Ierem. 3, 8.

marito, repudiavit te et proiecit, et dedit tibi libellum repudii: ego te nolo habere uxorem. Dedisti mihi pretium, et decepisti me: et quae interfecisti Dominum tuum, interfecisti et me. Non possum enim in scriptura invenire, quod Iudas habuerit aut uxorem aut filios.

Nutantes transferantur filii eius, et mendicent. Diligenter considerate: siquidem difficilia sunt quae secuntur. Ex illo tempore ex quo Dominus crucifixus est, ex tunc semper moventur Iudaei, non stant in suo loco. Denique dicitur et de Cain: 'Et exiit, inquit, Cain a facie Dei, et habitavit in terra Naid.' Naid autem interpretatur commotio. Quia egressus fuerat a facie Dei Cain, recte non stetit, sed habitavit in terra Naid, hoc est in commotione. Ita igitur et isti, quoniam crucifixerunt Deum et Dominum suum, nutantes transferuntur. Non enim sunt in suis locis, sed in toto orbe divisi sunt. Mendicitatem hic dicit divitiarum spiritalium. Non enim habent prophetas, non habent legem, non habent sacerdotium, non habent sacrificium, sed vere mendici facti sunt.

Scrutetur fenerator omnem substantiam eius. Dedisti illi pecuniam Domine, dedisti illi sicut et aliis. Ille autem quid fecit? Non ligavit in sudario, et non infodit terrae, et neglegens fuit: sed ubi habuit talentum et pecuniam Domini, accepit pretium ab inimicis Domini, et vendidit Dominum suum. Propterea tibi dico Domine, exige ab illo faenus pecuniae tuae. *Et diripiant alieni labores eius.* Faenerator Dominus manifeste extitit, et quid factum est? *Alieni diripiant labores eius.* Sive de omnibus Iudaeis generaliter intellegimus quia vastati sunt a Romanis: sive vere specialiter, quod a daemonibus direptus est Iudas, et ipse populus.

Non sit illi adiutor, nec sit qui misereatur pupillis eius. In illo tempore non habuit populus Iudaeorum adiutorem. Respondete mihi, o Iudaei. Fuistis in Babylonia: habuistis ibi prophetas, Daniel, Iezechiel: et revera idolatrae eratis. Septuaginta annis fuistis in captivitate, et postea venistis in propria. Ecce nunc quadringenti anni: quare non est missus ad vos propheta? In illo tempore idola colebatis, et miserebatur vestri Deus. Nunc autem non colitis idola: quare dereliquit vos Dominus? Ecce qua-

2 *uxorem*] *in uxorem* β. 3 *Dominum*] β add. *Deum*. *interfecisti*] *interficies* β. 9 sq. *Naid*] *Nod* β. 12 *transferuntur*] *transferentur* β. 20 *faenus*] *foenus* βB. Codices sibi non constant. 21 *Faenerator D. m. extitit*] *Foeneratur D. manifeste exigit* β. 22 *diripiant*] *diripiunt* BC; *diripient* β. 23 *vere*] om. β. 24 *Iudas*] *Iuda* SG. 28 *idolatrae*] *idolatriae* CG; *idololatrae* β. 29 *anni*] S add. *sunt*.

9. *Naid*] Genes. 4, 16.

31. *Ecce quadringenti anni sunt*] Hanc chronicam notationem, a Vallarsio aliisque temere reprehensam, cum ab ipso Hieronymo ep. 129, n. 7 tum in multis quarti saeculi monumentis usurpatam fuisse iam ostendi. Vide Praefationem.

dringenti anni sunt. Sed tunc dereliquistis Dominum, et idola colebatis: nunc autem Dominum crucifixistis et interfecistis. Et ideo non erit eis adiutor.

In generatione una deleatur nomen eius. O prophetia, o sacramentum prophetiae! In generatione una deleatur nomen eius. Post passionem Domini quadraginta duo anni transierunt, et populus ille deletus est. Siquidem perfecta aetas quadragesimo anno venit. Post passionem ergo Domini quadragesimo secundo anno deleta est Hierusolyma. Videte ergo quoniam in generatione una deletum est nomen eius. Sed et in hoc clementia est Domini. Crucifixerunt eum, et quadraginta duos annos dedit eis ad paenitentiam. Ego simpliciter dico: propterea interfecit eos post quadraginta duos annos, quia ex illis qui crucifixerunt Dominum, nemo remanserat ex eis. Iudas maledicitur, ut in Iuda Iudaei maledicantur.

In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini. Peccaverunt in deserto, dimisit eis: nunc reputat illis quod tunc peccaverunt, quoniam Dominum crucifixerunt. Sive aliter interpretemur. Et reputat illis crudelitatem homicidiorum eorum, et nihil eis dimittit. *Et peccatum matris eius non deleatur.* Quae est mater Iudae? Hierusalem, quae in sanguine gaudet, quae occidit prophetas et ipsum Dominum suum.

Pro eo quod non est recordatus facere misericordiam. Videte quanta clementia Domini est. Videt eum cum ministris venientem, videt eum venientem cum fustibus, et porrigit illi osculum. Ille venit ad prodendum, et Dominus osculum dat; ut qui magistrum non timuit, vel clementia vincatur.

Et persecutus est hominem inopem et mendicum. 'Qui cum esset dives, propter nos pauper factus est.' Dominus inopem se dicit et mendicum: et quis in divitiis suis gloriatur? Habetis consolationem, pauperes: et Dominus vobiscum pauper est. *Et conpunctum corde mortificare.* Quid est quod dixit, conpunctum corde mortificare? Quod et in evangelio dixit: 'Tristis est anima mea usque ad mortem.' Et iterum quando dixit: 'Pater, si possibile est, transeat calix iste a me.' Aliter: hoc dolebat mihi, et contristabar pro persequentibus me, quia nolebant paenitentiam agere. Ego

2 *eis*] *vobis* βA. 7 *quadragesimo*] *in quadragesimo* G. 8 *deleta est*] *deleta sunt* G. 12 *ex illis qui*] *qui ex illis* G. 13 *ex eis*] eras. in C. 16 *dimisit*] *dimisisti* βS. *nunc*] *non* A. *reputat*] *reputas* S. 24 *ut*] om. BC. *timuit*] C inser. *ut* sup. lin. 25 *vincatur*] *vinceretur* β. 30 *mortificare*] om. BC.

27. *factus est*] 2 Cor. 8, 9.
31. *ad mortem*] Matth. 26, 38.
32. *a me*] Ibid. 39.

in cruce pendebam, et sanguine meo lavabam sordes eorum: et ipsi nolebant agere paenitentiam. Haec erant lacrimae, haec conpunctio, quoniam persequentes me non potui salvare.

Libera me, quia egenus et pauper sum. Dominus se pauperem dicit, ut pauperes consolaretur. Cum hominibus pauper factus est, ut salutem nemo pauperum desperet. *Et cor meum conturbatum est intra me.* Videte quid dicat, Et cor meum conturbatum est intra me. Ipsum est quod et alibi dicit: 'Turbatus sum, et non sum locutus.' Quod turbor, hominis est: vincere autem turbationem et iram, hoc magnae virtutis est. Propterea dicit et apostolus: 'Irascimini, et nolite peccare.' Irasceris? homo es. Non remanet in te ira? Xpistianus es.

Excussus sum sicut locustae. Ego quidem veneram ut protegerem populum meum, et dixi: 'Hierusalem Hierusalem, quae occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt, quotiens volui congregare filios tuos sicut gallina sub alas suas.' Ego veneram ut gallina ad protegendum eos: illi autem inimicissima mente susceperunt me. Ego veneram ut mater: et illi quasi homicidam suum me interfecerunt. *Excussus sum.* Quid est hoc? persecuti sunt me, proiecerunt me. Persecuti sunt me de Nazareth, veni in Capharnaum: persecuti sunt me de Capharnaum, veni in Bethsaidam, et inde me persecuti sunt. Veni in Hierusalem, nolebam recedere a populo meo; et inde me persecuti sunt, et sic me habebant quasi locustas. Et quid feci? iratus sum, defendi memetipsum, maledixi eos, et dereliqui illos? Nec unum horum feci. Sed quid feci? Oravi pro ipsis.

Genua mea infirmata sunt a ieiunio. Habeto consolationem, o monache, ieiunando: siquidem et Dominus hoc fecit. Ego dico quod quando ieiunat monachus, fortior fit ieiunio; et quando infirmantur genua eius ieiunio, tunc maxime roboratur. *Et caro mea inmutata est propter oleum.* Rem videor difficilem dicere, et secundum litteram interpretor ut aedificem audientes: aedificat enim me et littera. Bonum est ieiunare, bonum est

2 *Haec erant*] βG ; *haee erant* A ; (*h* add. sup. lin.) *e cerant* B ; *hae ecce erant* C ; *hec erat* S. Legendumne *haece erant*? 4 *sum*] β add. *ego.* *ut pauperes consolaretur*] *ut p. consoletur* S ; *ut pauper consolaretur* A. 5 *salutem*] omnes codd ; *saltem* β. 6 *pauperum*] ABCS ; *pauperem* βG. *desperet*] S ; *despiceret* βABC, *dispecerit* G. 9 *et apostolus*] codd ; *et propheta* β. 10 sq. *Irasceris ... Xpistianus es*] *Irasci hominum est, non remanere in ira Christiani est* β. 15 *sicut gallina*] βB add. *congregat pullos suos.* 19 *veni*] ACG ; *ivi* βB ; *abii* S. *in Bethsaidam*] *in Bethsaida* SG. 22 *eos et*] *eos sed* BC. Cf. supra p. 135, l. 26 etc. 27 *videor*] *videtur* A. 29 *aedificat*] *aedificabit* C.

8. *locutus*] Ps. 76, 5.
9. *et apostolus*] Ephes. 4, 26.
11. *Xpistianus es*] Hieron. ep. 12 'et irasci hominis est, et iniuriam non facere Christiani'.
15. *suas*] Matth. 23, 37.

fugere delicias. Antequam veniam ad spiritalem intellegentiam, moror in littera. Qui dicit oleum se non manducare, longe est a ceteris deliciis. Hoc totum dixi, quia dixit, Et caro mea inmutata est propter oleum. Hoc aliter interpretatus sum. Ceterum quod dicit, hoc est. Oleum imago claritatis est; oleum quasi esca est luminis. Ita igitur et Iudaei acceperunt a me oleum, acceperunt vitam, acceperunt lumen. Ne quis existimet quod oleum dicit pro misericordia: in hebraeo significat intellegibile oleum. *Inmutata est* non in gaudium, sed in tristitiam; non ut pulchrior inveniar, sed ut foedior appaream. Propterea dicit: 'Vidimus eum, et non habebat pulchritudinem.' Quare? quia caro ipsius inmutata est propter oleum. Non habebat delicias corporis, sed spiritus. Et nos ergo quando ieiunamus, quando facies nostrae pallidae sunt, quando foedi videmur, cognoscamus nosmetipsos tunc pulchriores apparere Xpisto. Tales diligit milites Xpistus, qui ieiuniis vacent. Annona nostra et esca ieiunium est. Quare? quia in ieiunio victoria est, et in victoria triumphus. Denique et apostolus non in saturitate, sed in infirmitate gloriatur. 'Quando enim infirmor, tunc fortior sum.'

Et ego factus sum obprobrium illis. Vocabant enim me Samaritam, et dicebant: 'In Beelzebub principe daemoniorum eicit daemonia.' 'Nonne hic est filius Ioseph fabri? nonne fratres eius et sorores omnes apud nos sunt?' Et iterum: 'Qui solvit templum, et in tribus diebus aedificans illud.' Et iterum: 'Videamus si venit Helias salvare eum.' Ille vocabat Heli Heli, quod est, Deus meus Deus meus; et illi Heliam putabant. Videte ineruditos Iudaeos. Filius Dei Heliae auxilium petebat? *Viderunt me, et moverunt capita sua.* Quare moverunt capita sua? quia et pedes iam moverant.

Salvum me fac secundum misericordiam tuam. Dicit et in evangelio: 'Potestatem habeo ponendi animam meam et iterum resumendi eam.' Et

1 *moror*] S; *miror* β et reliqui. *in littera*] *in alia terra* S. 2 *qui dicit*] *quid dicit* G, C corr; *quod dicit* β. *non*] CS; om. βABG. *deliciis*] *desideriis* βB. 6 *existimet*] *exaestimet* C corr. 7 *intellegibile*] *intellegibilem* BC. 8 *Inmutata*] *inmutatus* βB. *inveniar ... appaream*] *inveniatur appareat* βS. 11 *sed spiritus*] S; *sed ds spiritus* BCG; *sed Dei spiritus* βA. 12 *cognoscamus*] *cognoscemus* B; *cognoscimur* C (*r* postea mutata est in *s*). 14 *vacent*] *vacant* BC. 18 *Samaritam*] SG; *Samaritanum* βA. 21 *solvit*] *solv&* A; *solvis* β. *in tribus*] SG om. *in*. *aedificans*] BSG; *aedificas* β; *aedificat* C; *rehaedificabit* A. 22 *venit*] *veniat* C. 25 *moverant*] *moverunt* SG. 27 *resumendi*] *assumendi* A; *sumendi* S.

6. *Ne quis existimet* etc.] Ita quippe vetusta quaedam psalteria ferunt: *caro mea inmutata est propter misericordiam.*
10. *pulchritudinem*] Is. 53, 2.
17. *fortior sum*] 2 Cor. 12, 10.
19. *daemonia*] Luc. 11, 15.
21. *sunt?*] Matth. 13, 55 sq.
illud] Marc. 15, 29.
22. *eum*] Matth. 27, 49.
27. *eam*] Io. 10, 18.

iterum: ' Nemo tollit eam a me. ' Et quomodo misericordiam petit? Ipse misericordiam petit, et ipse tribúit; ipse ut homo rogat, et ut Deus tribuit.

Et sciant quia manus tua haec, et tu Domine fecisti eam. Quid est quod dicit, Et sciant quia manus tua haec, et tu Domine fecisti eam? Intellegant Iudaei, quoniam non ipsi praevaluerunt in me: sed mea et tua voluntas facta est, ut patiar. Et ego volui pati; propterea dico secundum quod homo sum: ' Deus meus, ut facerem voluntatem tuam volui. ' Et tua voluntas erat et mea, ut patiar. Non illorum ergo insidiae et fortitudo fecit: sed ego et tu voluimus ut patiar. Tu enim percussisti pastorem tuum, et oves disparsae sunt. Hoc scriptum est in Zacharia: ' Percutiam pastorem, et dispargentur oves. ' Quod ut patiar, mea voluntas fuit et tua. Quod tu voluisti, et ego volui. Oportebat venire scandalum, sed vae per quem venit.

Maledicent illi, et tu benedices. Usque hodie hoc fit: illi maledicunt in synagoga, et Dominus benedicit in ecclesia. *Qui insurgunt in me, confundantur: servus autem tuus laetabitur.* Illi insurgunt in me: ego autem servus tuus laetabor. Quare autem servus tuus? quoniam ' Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo: sed exinanivit semetipsum, formam servi accipiens. '

Induantur qui detrahunt mihi pudore. Valde nobis prodest intellegere quod dicimus. Clementia Dei in hoc apparet, in dicendo *induantur*. Non dicit, pereant; non dicit, deleantur in aeternum: sed quid dicit? confundantur, hoc est, intellegant errorem suum, et confundantur, et stent in paenitentia. Qui induitur pudore, prope est saluti: si quis enim vere confunditur, incipit paeniteri. Considerate, o monachi, si aliquando habueritis

1 *tollit*] *tollet* C. 8 *Non illorum*] β et cet. uno S excepto iungunt cum verbis praecedentibus. *ergo*] *ego* S; β et cet. excepto S inser. *non*. *fortitudo*] CSG inser. *hoc*. *fecit*] *facit* S. 14 *in synagoga*] *synagogam* BC. *in ecclesia*] *ecclesiam* C. 20 *in hoc*] *hic* S. *apparet*] *apparuit* G. 22 *stent*] BCG; *statim* S; *fiant* A; *deficiant* β. *in paenitentia*] *in paenitentiam* AG; *penitenciam agunt* S. 24 *paeniteri*] Cf. Rönsch, p. 303; *poenitere* β. *monachi*] *munichi* B.

1. *a me*] Ibid.
7. *volui*] Ps. 39, 9.
11. *oves*] Zach. 13, 7.
12. *per quem venit*] Matth. 18, 7 ad quem locum Hieron. in Comment. ' per generalem sententiam, inquit, percutitur Iudas, qui proditioni animum praeparaverat '.
13 *Usque hodie hoc fit*] Hieron. in Is. 5, 18 sq. ' quod...usque hodie perseverent in blasphemiis (principes Iudaeorum), et ter per singulos dies in omnibus synagogis sub nomine Nazarenorum anathematizent vocabulum Christianum '; ibid. 49, 7 ' abominationi est (Christus) genti Iudaeorum, cui ter per singulos dies sub nomine Nazarenorum maledicunt in synagogis suis '; ibid. 52, 4 sqq. ' diebus ac noctibus blasphemant Salvatorem, et sub nomine, ut saepe dixi, Nazarenorum ter in die in Christianos congerunt maledicta ' etc.
18. *accipiens*] Philipp. 2, 6 sq.

aliquid contra fratrem vestrum, semper pro ipso debetis rogare Deum. Dominus crucifigitur, et pro crucifigentibus rogat. Vos autem si audieritis verbum malum, ne teneatis iram. 'Sol non occidat super iracundiam vestram.' *Et operiantur sicut diploidem confusionem suam.* Diplois genus est pallii: denique et in hebraico MAIL dicitur. Diplois ideo, quia duplex est pallium. Propterea ego dico tibi Domine: inimici mei sunt Iudaei, persecuti sunt me, crucifixerunt me, fecerunt mihi omnia mala, blasphemaverunt me: indulge illis, quoniam ego, qui passus sum, rogo pro ipsis. Et quid rogo? erubescant et confundantur, et sic salventur. Nudi sunt, tunicam meam perdiderunt. Da illis confusionem, da illis ignominiam, et habeant duplex pallium: hoc est, ne simplicem habeant confusionem, sed duplicem, ut magis agant paenitentiam. Non dicit contra Iudaeos, sed pro ipsis dicit. Creator enim est et illorum et noster: non eos omnino eradicavit. Vultis scire? Petrus ex ipsis erat, Paulus ex ipsis erat, et omnes apostoli ex ipsis erant. Nos in radicem ipsorum inserti sumus; nos rami sumus, illi radix. Non debemus maledicere radicibus, sed debemus orare pro radicibus nostris. Qui inserti sumus in radicem, deprecemur Dominum, ut sicuti rami salvi sunt, sic et radix salvetur. Forte aliquis dicat: Tu pro Iudaeis oras, pro blasphemis? Oro Dominum pro ipsis: si enim ipse persecutorum suorum miseretur, quanto magis mei miseretur?

Confitebor Domino nimis in ore meo. Hoc post resurrectionem dicitur, et de futura ecclesia cantatur. *Et in medio multorum laudabo eum.* Non enim in Iudaea solum, sed in universo orbe, in ecclesia laudabo te.

Quia astitit a dextris pauperis. Diabolus ad dexteram Iudae stetit: ceterum mihi Dominus stetit ad dexteram. *Ut salvam faceret a persequentibus animam meam.* Animam, inquit, salvabit. Et alibi dicit: 'Tristis est anima mea usque ad mortem.' Qui tristis est, sensum habuit. Insensibilis enim anima sensum non habet, insensibilis anima non habet sensum neque dolorem: ubi enim dolor est et tristitia, ibi sensus est. Si ergo habuit tristitiam, si habuit dolorem, ergo habuit et sensum: nam sensus dolor est.

4 *diploidem confusionem suam*] SG LXX; *diploide confusione sua* βA. 5 *MAIL*] *maid* codd. 9 *Nudi sunt*] *nudaverunt me* β, G 2 m. sup. lin. 10 *tunicam meam*] *tunica mea* β. *perdiderunt*] *et suam perd.* β. 13 *non*] *et non* S; *non enim* β. 14 *Paulus ex ipsis erat*] om. β. 17 *in radicem*] *in radice* C. 18 *sicuti*] C; *sicut* SG; *sicut hi* βAB. *salvi*] β inser. *facti*. 19 *pro blasphemis*] β om. *pro*; B add. *oras*. *Oro*] *ora* AG. 20 *persecutorum suorum*] *persecutorem suum* A. *mei*] *meis* BG; *in eis* A. 25 *Quia astitit*] *quia adstetit* C corr; *quiadstetit* SG. 28 *habuit*] βABS; *habet* CG. 31 *nam sensus dolor est*] scripsi; *non sensus doloris* codd; *doloris* β (om. *n. sensus*).

4. *vestram*] Ephes. 4, 26. 28. *ad mortem*] Matth. 26, 38.

Si ergo voluerint nobis dicere: Propterea non dicimus eum habuisse sensum, ut non videatur habere peccatum; nos illis respondeamus: Habuit corpus sicut et nos, aut non habuit? Si dixerint, habuit, respondeamus illis: Ergo habuit et passiones corporis nostri. Intellegit unusquisque quod dico. Si autem negaverint eum habuisse passiones aut libidines corporis, ergo dicimus illis, quod nec corpus habuit Et nos dicamus illis: Sicut corpus habuit verum sicut et nos, et non habuit peccatum corporis; ita et animam veram habuit, et peccatum animae non habuit. Nos ergo confiteamur verum corpus eum habuisse ac veram animam. Si enim non suscepit Dominus cuncta quae hominis sunt, non salvavit hominem. Si autem suscepit corpus, animam autem non suscepit: ergo corpus salvavit, animam autem non salvavit. Nos autem volumus magis salvari animam nostram quam corpus. Suscepit ergo Dominus et corpus et animam, ut utrumque salvet, ut perfectum hominem salvet, sicut eum et condidit. Si ergo dicunt illi, quia ideo Dominus non accepit sensum, ut non peccaret, et hoc putant quod quicumque sensum habuerit humanum, vincere eum non potest, dicant nobis: Iohannes Baptista habuit sensum, aut non habuit? Illo tempore, in quo erat in deserto, peccavit? Utique dicunt quia non peccavit. Denique et Dominus noster dicit: 'Amen dico vobis, non fuit inter natos mulierum maior Iohanne Baptista'. Petrus habuit sensum, aut non habuit, et ceteri sancti apostoli? Si ergo apostoli vicerunt sensum humanum, Dominus timuit accipere sensum, ne vinceretur ab illo? Et dum volunt glorificare Dominum, detrahunt illi. Quomodo illi detrahunt? ut videatur timere Dominus, quod apostoli non timuerunt. Nos ergo gratias agamus omnipotenti Deo, et dicamus: In sensu tuo non habuisti peccatum. Et: 'Venit princeps mundi huius, et invenit in te nihil.' Ita ergo praesta nobis, sicut in tuo sensu vicisti diabolum, et in sensu nostro vince diabolum; ut, quemadmodum perfectos nos creasti, perfectos et salves nos. Tu enim es creator, tu es magister, tu es Dominus, tu es et qui pro nobis passus es: qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

2 *nos illis*] *non illis* G. 4 *Intellegit*] *intellegite* S; *intelligat* β. 5 *aut libidines*] codd; om. β. 7 *non habuit*] *non habet* G. 8 *peccatum*] *peccata* βA. 10. 11. 12 *salvavit*] *salvabit* C. 13 *Dominus*] *Iesus* β. *ut utrumque salvet*] *et utrumque salvabit* C. 17 *potest*] *possit* C. *dicant*] *dicat* SG. 17. 21 *aut non*] *an non* β. 18 *in quo*] βA om. *in*. 25 *Deo*] *Domino* C. 27 *praesta*] *praestes* β.

1. *Si ergo voluerint nobis dicere* etc.] Apollinarius Laodicenus notatur, cuius 'contentiosum super sensu dogma' numquam a se susceptum esse Hieronymus declarat ep. 84, n. 3. Cf. Theophili Alex. epistulam paschalem a. 402, n. 6 (Migne 22, 797).

20. *Baptista*] Matth. 11, 11.

26. *nihil*] Io. 14, 30.

DE PSALMO CVIIII.

Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis. Psalmus David. David est qui loquitur, propheta, vir sanctus, rex. Rex ergo quid dicit? rex et propheta quid dicit? *Dixit Dominus Domino meo.* Istum locum Salvator in evangelio exposuit dicens: 'Si Xpistus est, inquit, filius David, quomodo in spiritu vocat eum Dominum?' Vides ergo quid dicat. Si filius est David, quomodo vos dicitis, quomodo in spiritu vocat eum Dominum? Dicat aliquis: Ergo non est filius David? Hoc dicebat de Pharisaeis, qui simplicem filium David confitebantur Xpistum. Ego ad Iudaeum et Photinum hoc ipsum dico: Si filius est David, quomodo vocat filium suum Dominum? Qui autem Dominum Deum confitetur, et Dei Filium, verbi gratia Manichaeus, qui negat illum filium David: apud illum probo, quod filius David est. Nobis ergo qui filius Dei est, ipse est et filius David: non alius filius et alius filius, non facio duas personas in Deo et homine; sed ipse qui filius Dei est, ipse est et filius David. *Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis.* In hebraico primum nomen Domini his litteris scribitur, quibus de Deo tantum scribitur. Secundum vero nomen Domini his litteris scribitur, quibus solent homines dominum vocare: quomodo et a quorundam vocatur dominus a servo, et reges vocantur domini. Vide ergo quid dicat. *Dixit Dominus Domino meo*: huic Domino, cui praecipitur ut sedeat. Deus non sedet, adsumptio corporis sedet. Huic ergo praecipitur ut sedeat, qui homo est, qui adsumptus est. Hoc adversus Arrianos dicimus, et adversus eos qui dicunt: Maior est Pater, qui iubet ut sedeat, quam ille cui iubetur. Omnia evangelia personant de persona hominis, et nunc non necesse est adprobatio: quia omnia quaecumque vilia videntur, referuntur ad hominem, referuntur ad carnem. Nunc de psalmo dicimus.

Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion. Virgam. In hebraico non tam virgam habet quam sceptrum, hoc est, insigne regiae potestatis.

1 *DE PSALMO CVIIII*] In Brev. col. 1233 sqq. 2 *Psalmus David*] CPS; om. β. *David*] non repet. ABG I (cod. Britann. Reg. 4. A. XIV. qui hoc loco incipit). 3 *propheta*] A add. *est*, et ita verba coniungit: *Psalmus David est: qui loquitur propheta est, v. s. r.* 8 *de Pharisaeis*] βABIP; C om. *de*. 9 *filium David*] retinui ex Breviario: *filium Dei* codd. 13 *est et*] *esset* C. 14 *non a. filius*] β inser. *Dei*. *et a. filius*] β add. *David*. *in Deo et homine*] *in Deum et hominem* S. 19 *a quorundam*] codd. Cf. Roensch p. 442; B om. praepositionem; *a quibusdam* β. 21 *Domino*] *a Domino* SG, quae verba postea in S erasa sunt. 27 *dicimus*] *dicamus* β. 29 *non tam virgam*] β om. *virgam*.

6. *Dominum?*] Matth. 22, 43.
16. *primum nomen Domini* etc.] Cf. Commentariol. p. 80, l. 10-13.

Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion. ' Ex Sion enim egredietur lex, et verbum Domini ex Hierusalem. ' *Dominare in medio inimicorum tuorum.* Non dixit, interfice inimicos tuos. Sed quid? Dominare in medio inimicorum tuorum. Inimicos tuos fac, qui alieni fuerant, tui esse incipiant. *Dominare in medio inimicorum tuorum.* Inimici tui, de quibus scriptum est in sexagesimo septimo psalmo: ' Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso '. Isti sunt inimici, qui in aliena erant potestate. Nunc ergo hoc precatur psalmista: inimicis tuis dominare, dignare esse Dominus inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuae, in splendoribus sanctorum. Versiculus obscurus est. Videamus diem virtutis Domini, ut cum scierimus diem, tunc sciamus quod sit principium, et hoc principium quomodo cum eo sit et cum eo fuerit; quomodo hoc ipsum principium in die virtutis eius in splendoribus sanctorum est. Hoc ergo principium, quod est cum Domino in die virtutis eius, ideo est cum Domino, ut splendeant sancti. *Tecum principium in die virtutis tuae.* ' In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum '. Pater principium, sed et Filius principium. Principium enim non habet principium: si enim habuerit aliud principium, iam ipsum desinit esse principium. Quidquid ergo dederimus Patri, hoc damus et Filio. Si enim Pater in Filio, et Filius in Patre, et omnia Patris Filii sunt, et omnia Filii Patris sunt, et principium Patris principium Filii est. Ergo quod dicit, hoc est: Eo tempore quo patiebaris et dicebas ' Pater in manus tuas commendo spiritum meum ' et quasi de hominis loquebaris adfectu, non quasi inbecillis rogabas. Tecum enim erat principium, tecum erat divinitas: sed propterea deprecabaris auxilium, ut accepto auxilio dares sanctis tuis, et illi splenderent. Hoc quod dicitur, accipiens dares, nulli scandalum faciat: secundum hominem loquitur. Si enim hominis corpus adsumpsit, necesse est ut et hominis verba suscipiat. Homo est Xpistus, et vere homo est: secundum adsumptionem carnis dicimus. Si ergo homo est secundum corpus, vides corpus, et non scandalizaris: et miraris si hominis verbis loquitur? Si autem te scandalizat

1 *egredietur*] *egreditur* βABG. 4 *Inimicos tuos*] codd ; *inimici tui* β. *qui*] *ut qui* β. *tui*] *ut tui* A sup. lin ; codex C hoc modo verba componit : *Inimicos tuos. fac tuos qui alieni fuerant. tui esse incipiant.* 7 *ab ipso*] *ab ipsis* C. 8 *hoc*] om. BC. 11 *est*] om. β. 19 *habuerit*] *haberet* S. *aliud*] *alium* S. 24 *et quasi*] codd ; β om. *et.* 25 *inbecillis*] *inbellis* SG. 26 *tecum*] βI repet. *enim.* 28 *hominem*] *omnem hominem* G ; *hominem omnia* S.

2. *Hierusalem*] Is. 2, 3.
7. *ab ipso*] Ps. 67, 24.
17. *Deum*] Io. 1, 1 sq.
24. *meum*] Luc. 23, 46.

vilitas corporis, et crux, et iniuriae, et alapae, et flagella, et omnis crucis iniuria, si te hoc scandalizat, revertere ad principium, et non scandalizaris. Dicit enim Pater ad Filium: *Ex utero ante luciferum genui te.* Miraris si Dominus noster atque Salvator, qui vere hominem adsumpsit, loquitur secundum hominem, cum ipse Deus Pater, qui non adsumpsit hominem, loquitur quasi homo, Ex utero ante luciferum genui te? Non habeo uterum: sed non possum me aliter indicare Patrem, nisi hominis verbis locutus fuero. Ex utero ante luciferum genui te. *Ex utero*, de mea substantia. *Ex utero.* Audi Eunomi, audi Arri: si creatura est Dominus, si factura, numquid artifex generat opus suum? numquid artifex filium vocat opus suum? Artifex carpentarius fecit scamnum: numquid de utero illius generavit? numquid dicit ei, De utero meo genui te, o scamnum? Non utique hoc dicit. Sed quid dicit? Ego te feci manu mea. Quando autem uterus dicitur, filius significatur, et filius non adoptatus. Vocantur enim et filii adoptati. ' Quotquot enim eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri. ' Ibi dedit potestatem: hic vero de utero generavit, de sua natura, de suis visceribus, de sua substantia. *Ex utero*, hoc est, de medullis divinitatis suae. Totum quicquid Pater est divinitate, dedit Filio quem generavit. Ex utero ante luciferum genui te. *Ante luciferum.* Hoc schema graece dicitur συνεκδοχή, quod dicunt grammatici ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν. Quando ergo dicitur, ante luciferum, unam creaturam nominat, et omnes indicat creaturas. Quando dicit, ante luciferum, nos sic intellegamus, quasi dixerit, ante lunam, ante solem, ante omnem creaturam. Ex utero ante luciferum genui te. *Ante luciferum.* Ante istum luciferum, qui videtur in mundo, vera lux genita est. Unde dicit in alio loco psalmi: ' In lumine tuo videbimus lumen. ' Sermo est ad Patrem : O Pater, in lumine Filii videbimus lumen Spiritum sanctum. *Ex utero ante luciferum genui te.*

1 *vilitas*] *utilitas* G; *veritas* S. *iniuriae*] *iniuria* BCI. 2 *revertere*] *reverte* C. *scandalizaris*] *scandalizaberis* β. 4 *Dominus noster a. Salvator*] *Domino nostro a. Salvatori* C. *vere*] *verum* C. 5 sq. *secundum hominem — ante luciferum*] om. BC. 11 *illius*] *ill.us* C. 16 *Ibi*] C inser. *enim.* *dedit*] β add. *eis.* 18 *divinitate*] *divinitatem* BG; *in divinitate* β. 20 ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν] *a parte totum* β. 21 *ergo*] om. BC. 25 *dicit*] *dicitur* BCG. *loco*] om. C, B suppl. in marg. *psalmi*] *psalmo* C, B corr; *psalmus* β.

6. *Non habeo uterum* etc.] Hieron. epist. 65, n. 5 ' iuxta alterius psalmi vaticinium *Ex utero ante luciferum genui te*: ut quomodo uterus non significat uterum (neque enim Deus dividitur in membra) sed eamdem substantiam Patris Filiique demonstrat ' etc.

16. *fieri*] Io. 1, 12.

20. τὸ πᾶν] Hieron. in Is. 14, 2 ' Nisi forte συνεκδοχικῶς totum intellegamus ex parte '; in Ion. 2,2 ' nos vero συνεκδοχικῶς totum intellegamus a parte '; in Matth. 12, 40 ' quod synecdochice totum intellegatur ex parte ' etc.

26. *lumen*] Ps. 35, 10.

27. *lumen Spiritum sanctum*] Com-

Iuravit Dominus, et non paenitebit eum. Iuravit Dominus. Hoc quod dicit, iuravit, non ei qui ante luciferum genitus est, sed ei iuravit, qui post luciferum natus ex virgine est. *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.* Superfluum est nos de isto versiculo velle interpretari, cum sanctus apostolus ad Hebraeos plenissime disputavit. Ipse enim iste est Melchisedech, sine patre, sine matre, sine generatione. Et interpretatur ibi diligentissime, quare sine patre, sine matre, sine generatione; et ab omnibus ecclesiasticis dictum est, quoniam sine patre dicitur secundum carnem, sine matre dicitur secundum Deum. Hoc solum ergo interpretemur, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Hoc solum dicamus, quare dixerit *secundum ordinem.* Secundum ordinem: nequaquam sacerdos eris secundum victimas iudaicas, sed eris sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Quomodo enim Melchisedech, rex Salem, obtulit panem et vinum, sic et tu offeres corpus tuum et sanguinem, verum panem et verum vinum. Iste Melchisedech ista mysteria, quae habemus, dedit nobis. Ipse est qui dixit, 'Qui manducaverit carnes meas et biberit sanguinem meum': secundum ordinem Melchisedech tradidit nobis sacramentum suum.

Dominus a dextris tuis. Rem novam video. Dicitur in principio: Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis; et nunc dicitur ad eum: Dominus a dextris tuis. Si ipse ad dexteram Patris sedet, quomodo rursum Pater sedet ad dexteram Filii? Quando enim dicitur, Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, manifestissime dicitur quod ad dexteram Patris sedeat Filius. Quando autem dicitur, Dominus a dextris tuis, hoc dicitur, quod ad dexteram Filii sedeat Pater. Hoc totum propterea dicitur, ut aequalis sit Filius Patri. Multa sunt quae dicantur. Ad peccatores autem diabolus stat a dextris. Ceterum illa disputatio alia est. Qui-

4 *interpretari*] *interpretare* SG. 5 *disputavit*] omnes codd. et β. *Ipse*] *iste* GIL. 6 *enim*] βA inser. *ait*. *iste*] om. L. 11 *dixerit*] *dixit* C. 12 *secundum ordinem*] non repet. S. 14 *Salem*] *Salim* G. 16 *est*] om. C. 17 *carnes meas*] *carnem meam* βA. 23 *dicitur*] om. SG. 24 *sedeat*] *sedet* β. 26 *Ad peccatores*] *peccatoribus* CI; *peccatori* β.

mentariol. p. 42, l. 21 'in Xpisto Patris lumine videbimus lumen Spiritum sanctum'.

6. *sine generatione*] Hebr. 7, 3.

17. *meum*] Io. 6, 55.

18. *sacramentum suum*] Hieron. ep. 73, n. 3 '*secundum ordinem Melchisedech.* Ordinem autem eius multis modis interpretantur, quod... neque carnis et sanguinis victimas immolaverit, et brutorum animalium exta susceperit, sed pane et vino simplici puroque sacrificio Christi dedicaverit sacramentum'; Hebr. quaest. in Gen. 14, 18 'Quod autem ait, *Tu es s. i. ae. s. o. M.* mysterium nostrum in verbo ordinis significatur: nequaquam per Aaron irrationalibus victimis immolandis, sed oblato pane et vino, id est corpore et sanguine Domini Iesu'.

cumque peccator est, diabolus ei stat ad dexteram. Sed dicit aliquis: Quomodo et Iesu Filio Iosedech in Zacharia dicitur stare? ' Et diabolus stabat a dextris eius '. Quomodo in Zacharia scriptum est quoniam diabolus stet a dextris Salvatoris? Videtis quia quaestio est. Sed eo tempore quando stabat diabolus ad dexteram Salvatoris ' Iesus, inquit, habebat vestimenta sordida '. Nostra peccata portabat, nostris erat vitiis involutus: propterea diabolus stabat a dextris eius. *Confringet in die irae suae reges.* ' Haec omnia tradita sunt mihi '. ' In momento, inquit, horae monstravit ei universa regna terrae '. Regna mundi diabolus monstrat. Et quid dicit? ' Haec omnia mihi tradita sunt: si cadens adoraveris coram me, erunt tua omnia '. In die ergo belli, in die certaminis confringet reges. *Irae suae.*

Iudicabit in nationibus. Videte differentias: reges confringuntur, iudicantur nationes. *Implebit ruinas.* Dominus noster ascendit in cruce, et multae ruinae factae sunt. ' Iste positus est in ruinam et resurrectionem multorum, et in signum cui contradicetur. ' *Implebit ruinas*: non credentium, qui non crediderunt exploratoribus apostolis. Et Moyses enim misit exploratores in mundum; et quia non credidit populus exploratoribus, propterea ceciderunt in deserto. Usque hodie corpora non credentium cadunt in deserto istius saeculi. *Conquassabit capita in terra multorum.* Implebit ruinas non credentium; conquassabit capita eorum qui dubii sunt, eorum qui non habent perfectam fidem. Conquassabit capita in terra multorum, non omnium: si enim dixisset, omnium, nullus de nobis spem haberet. Multorum dicitur, ut alii relinquantur.

De torrente in via bibet. Quis bibet de torrente in via? Iste cui dictum est, Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis : iste qui audivit, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech: iste qui confregit in die irae suae reges, qui iudicat nationes, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorum: iste quid faciet aliud? De torrente in via bibet. Videamus ante viam, ut postea videamus in via torrentem.

2 *Et d.*] β. om. *et.* 3 *stabat*] C; vox dubiae auctoritatis, *stet* ISG, *sted* B, *stetit* A, B fol. add., om. β. *Quomodo i. Z. s. c. quoniam*] *et* β (reliqua om.) 4 *stet*] *stetit* βA, B fol. add; *stabat* C. *a dextris*] *ad dexteram* C. *Salvatoris*] om. G. 6 *erat*] om. β. 7 *Confringet*] codd; *confregit* β. 11 *confringet*] *confregit* I. 13 *iudicantur nationes*] *naciones iudicantur* S; *iudicabit nationes* β; *iudicabit in nationibus* GI. 14 *in cruce*] *in crucem* βAI. 25 *bibet*] *bibit* β. *Quis*] *qui* C. 28 *confregit*] *confrigit* G 1 m; *confringit* β; *confringet* BC, G sup. lin. *qui iudicat nationes*] om. βB. 29 *quid*] om. B. *faciet*] *facit et* B; *facit* BI. 30 *ut*] *et* I. *torrentem.*] S inser. *Torrens.*

3. *eius*] Zach. 3, 1.
6. *sordida*] ibid. 3.
8 sqq. Luc. 4, 5 sq.
16. *contradicetur*] Luc. 2, 34.

Via saeculi istius dicitur, per quam ambulavit. Denique scriptum est in evangelio: ' Esto consentiens adversario tuo, dum es in via ' hoc est, dum ambulas in isto saeculo, et per viam vadis ad eum, qui vera est via. Unde dicitur et in centesimo octavo decimo psalmo: ' Beati inmaculati in via '. Beati sunt qui in istius saeculi via inmaculati sunt, et in isto mundo. Ergo sacerdos secundum ordinem Melchisedech, quoniam venit in via saeculi, et ambulavit in via nostra, bibit et ipse de torrente qui erat in saeculo. Torrens non habet aquas naturales, non habet aquas quae semper fluunt: sed habet aquas de tempestatibus, de pluviis, de turbine, de procellis. Torrens numquam est in montibus, sed semper in vallibus, in praecipitibus locis. Alienas aquas concipit, et parturit, et tumens vadit. ***De torrente in via bibet.*** Torrens numquam habet mundam aquam, sed semper turbidam. Hoc dicitur, quoniam saeculi istius aquae semper turbidae sunt, semper plenae tempestate. Vultis scire quomodo de torrente turbido biberit? Et ipse dixit: ' Tristis est anima mea usque ad mortem '. Et dicit evangelius: ' Et coepit, inquit, contristari et conturbari '. Bibit ergo etiam Dominus noster de torrente istius saeculi aquas turbidas, aquas tristes, aquas quae non habent laetitiam. Tulit calicem, et implevit de torrente mundi; et quoniam turbidae erant aquae, dicit: ' Pater, si possibile est, transeat calix iste a me '. Bibit ergo de torrente mundi istius: sed non bibit quasi in domo sua, sed in via, ad alia ire festinans. Bibet de torrente in via. Propterea bibit de torrente, quia in via erat. ***De torrente bibet.*** Si Dominus bibit de torrente mundi istius, quanto magis sancti? Vultis scire quoniam semper sancti de torrente bibunt? Dicit et in alio loco: ' Torrentem pertransivit anima nostra '. ***De torrente in via bibet.*** Diximus de torrente, dicamus etiam et de testimonio, Torrentem pertransivit anima nostra. Vultis scire et alium torrentem? Helias sanctus propheta, quando persequebatur eum Iezabel, quando accepit cibum, et quadraginta diebus transiens perrexit in heremum: ' Erat, inquit, in deserto, et bibebat de

1 *saeculi istius*] *saeculum istud* β. *ambulavit*] S add. *dominus*. 3 *vera*] *vere* S. 5 *istius*] *ista* β. 8 *semper fluunt*] *semper perfluunt* β. 10 *praecipitibus*] *praecipicibus* G; *precipiciis* S. 14 *plenae*] C add. *sunt*. 15 *dicit*] *dicitur* β I *ur* add. sup. lin. 16 *evangelius*] G cf. supra p. 104, l. 5 'apostolorum et evangeliorum'; *evangelium* CS; *evangelista* AB; *in evangelio* βI *in* add. sup. lin. *inquit*] G inser. *ihs et*. *ergo*] om. SG. 24 *semper*] om. β. 25 *pertransivit*] *pertransiet* B. 26 *de testimonio*] scripsi; *de testimonium* G; *de testimonia* I; *testimonium* β et ceteri. 28 *Iezabel*] *Zezabel* SG; *zazebel* B. 29 *in deserto*] *in herimo* S.

2. *in via*] Matth. 5, 25.
15. *mortem*] Matth. 26, 38.
16. *conturbari*] ibid. 37.
20. *a me*] ibid. 39.
25. *nostra*] Ps. 123, 5.
29. *Erat, inquit* etc.] 3 Reg. 17, 5 sq.

torrente Chobar '. Verum audientes torrentem istius saeculi nolite desperare: frequenter hic torrens deficit. Videtur quidem tumens esse, videtur habere aquas multas: sed cito deficit, si sustineas. De Helia quia bibit quidem in deserto aquam, eo tempore quo erat in tristitia, quo erat in angustia... Dimiserat Iudaeam: vide quantus timor fuerat: dimiserat Iudaeam, et perrexerat in montem Sina. Persequebatur enim eum Iezabel, et propterea biberat de torrente Chobar. Verum quia perseveravit usque in finem, propterea defecit aqua torrentis. Et dicitur ad eum a Domino, quoniam defecerat aqua torrentis: ' Vade, inquit, ad viduam in Sarepta Sidoniorum ' et cetera. Ecce bibit et Helias de torrente. Sed et ipse Dominus atque Salvator bibit calicem de torrente Cedron. Sic enim scriptura refert, quando venerunt et conprehenderunt eum. ' Venerunt, inquit, et conprehenderunt eum in torrente ' et cetera. Videtis quam humilis sit locus torrentis, quam confragosus. Cedron lingua hebraea interpretatur tenebrae. Videtis igitur quoniam torrentes istius saeculi in tenebris sunt. Dominus ergo traditur: non traditur sursum in monte Oliveti, non traditur in templo: sed traditur in torrente, et torrente tenebrarum, hoc est Cedron. Omnes enim qui odio habent lucem, amant tenebras. *De torrente in via bibet.* Quia ergo bibit Dominus de torrente et gustavit mortem, propterea exaltavit eum Pater, et dedit ei nomen quod est super omne nomen. Deinde nunc dicitur, De torrente in via bibet; et quia bibit de torrente in via, *propterea exaltavit caput.* Et quid dicit? ' Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me '. Ille est exaltatus, et nos exaltavit. Istius caput exaltatum est: ceterum draconis capita conquassata sunt, et confracta sunt in mare. *Propterea exaltavit caput.* Non dixit, propterea exaltatum est caput eius, hoc est, ab alio exaltatur: sed qui se

1. 7 *Chobar*] mendose pro *Chorrath* legunt β et omnes codd. uno S excepto, qui ad l. 7 exhibet C(*h* sup. lin.)*oreb.* *torrentem*] *torrentes* βI; om. B. 2 *tumens esse*] *tumescere* β. 3 *aquas multas*] *infinitas aquas* S. *De Helia*] *de Aelia* I; *et Elias* β. *quia*] *qui* S; om. β. 5 *vide q. t. f. d. Iudaeam*] om. βB. 6 *Sina*] *Sinai* B. *Iezabel*] *Zezabel* BSG. 7 *biberat*] repet. G; *bibebat* β; *liberat* S. *de torrente*] *de torrentem* SG. 11 *calicem*] *et calicem* β. 13 *et cetera*] *Cedron* S. 16 *ergo traditur*] S inser. *deorsum*; *ergo quum traditur* β. *sursum*] S; *rursum* β et ceteri. 24 *conquassata sunt*] *conquassavit* β. 26 *exaltatur*] *exaltatus* β.

10. *Sidoniorum*] 3 Reg. 17, 9.
13. *in torrente*] Cf. Io. 18, 1. — Hieron. Hebr. quaest. in Gen. 26, 17 ' Habitavit autem in torrente, de quo scriptum est *De torrente in via bibet.* De quo etiam Elias tempore famis bibit... Dominus vero noster etiam in torrente traditus est '; in Eccle. 1, 7 ' Salvator noster ad torrentem traditur Cedron. Et Elias persecutionis tempore ad torrentem Chorrath latitat, qui et ipse siccatur '.
21. *nomen*] Philipp. 2, 9.
23. *ad me*] Io. 12, 32.
25. *in mare*] Cf. ps 73, 13 sq.

humiliaverat, ipse exaltavit. Ipse enim dicit in evangelio: 'Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo resumendi eam'. *Propterea exaltavit caput.* Seipsum exaltavit, qui caput est omnium. Aut certe quod dicit, exaltavit caput, non seipsum exaltavit. Propterea exaltavit caput: semper enim ille altus fuit. Sed quando dicit, exaltavit caput, nostrum exaltavit caput, qui deorsum iacebamus in terra; nostrum exaltavit caput, qui curvi non poteramus aspicere ad caelum, sed ad terram. Vultis scire quoniam ipse exaltavit caput? Et illam mulierem, quam ligaverat diabolus, ipse liberavit, et exaltavit caput eius, quae semper incurvata fuit: et adoravit eum. Cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO CX.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo. Si non erat simplex David et non habebat dolum, non dixisset: Confitebor tibi Domine in toto corde meo. Non labiis tantum, sed toto corde.

In consilio rectorum et congregatione magna opera Domini. Rectorum dicit, eorum qui ante peccatores erant, nunc vero iusti. Non est enim mirari videntes nos elephantum et camelum, similiter et muscam et culicem eandem mobilitatem habere et spiritum et membra?

Escam dedit timentibus se. In fame pavit Heliam, in deserto populo Iudaeorum manna pluit: et completum est quod dicitur, Escam dedit timentibus se. Hoc secundum litteram. Escam autem dedit panem qui de caelo descendit: quo si digni sumus, pascimur. Quanti enim martyres fame corrupti sunt, et nunc sunt cum Domino?

Sanctum et terribile nomen eius. Sanctum sanctis, terribile peccatoribus. *Initium sapientiae timor Domini.* Qui non timent Dominum, non est in eis sapientia: aut qui non habent sapientiam, non habent timorem.

Laudatio eius manet in saeculum saeculi. Quoniam in titulo *alleluia*

1 *exaltavit*] A inser. *caput.* 2 *et pot. h. r. eam*] om. SG. *resumendi*] *iterum sumendi* A. *eam*] *animam meam* C. 4 *Propterea exaltavit*] om. S. 5 *altus*] *exaltatus* CG. 6 *qui deorsum i. i. t. n. e. caput*] om. β. 10 *eum*] G om. doxologiam. 11 *DE PSALMO CX* Brev. col. 1238 sq. 12 *erat*] *esset* β. Cf. supra p. 44, l. 10; p. 47, l. 15 etc. 13 *non habebat*] *habuisset* β (om. *non*). 15 *rectorum*] *iustorum* βAGI, sed lin. seq. *rectorum.* 17 *videntes nos*] *Videtis* β (om. *nos*). *elephantum*] *elephantem* βC; *elefantem* G ex *elifantum.* *camelum*] *camellum* S, G corr. 21 *dedit*] *dicit* S. 23 *corrupti*] *consumpti* S. 26 *aut qui*] *et qui* A.

2. *eam*] Io. 10, 18.
8. *Et illam mulierem* etc.] Luc. 13, 11 sqq.
22. *descendit*] Io. 6, 41 sqq.

praenotatum est, iuste in laudationem finit psalmus: si quidem alleluia interpretatur, Laudate Dominum.

DE PSALMO CXI.

Beatus vir qui timet Dominum. Frequenter dixi, quoniam omnia quae in persona iusti interpretantur, referuntur ad Xpistum. Si enim sancti typus et figura Salvatoris sunt, qui vere sanctus est, verbi causa, Isaac typus Domini Salvatoris est, Ioseph, David, Salomon, et ceteri sancti: ergo et iste beatus vir, qui nunc describitur, refertur quidem ad virum iustum, et vere de viro iusto dicitur; sed iste vir iustus typus est veri iusti. *Beatus vir qui timet Dominum.* Interim divisimus psalmum: nunc dicamus de viro iusto. *Beatus vir qui timet Dominum.* Psalmus centesimus undecimus alfabetites est. Siquidem et centesimus decimus et ipse sub alfabeto est. Primus versiculus ex ALEPH scribitur, Beatus vir qui timet Dominum. Secundus ex BETH, In mandatis eius cupiet nimis. Tertius GIMEL, Potens in terra erit semen eius, et usque ad vicesimam secundam litteram THAU. Singulos igitur versiculos vestris orationibus disseramus.

Beatus vir qui timet Dominum. Principium psalmi est: nondum dicit, Beatus vir qui diligit Dominum. Virorum enim incipientium est timere, perfectorum vero diligere: siquidem ' perfecta dilectio foras mittit timorem '. Ergo de principio dicit, hoc est, incipiente viro sancto. Videamus ergo ordinem psalmi. *Beatus vir qui timet Dominum.* Qui timet Dominum, quid facit? audit verba Dei? doctus in lege est? non hoc dicit. Quid dicit? *In mandatis eius cupiet nimis.* Qui timet Dominum, qui beatus est, mandata ipsius libenter facit. In mandatis eius cupiet nimis. Videte quid dicat. Non dixit, mandato eius facit; multi enim timore faciunt, et mercedem non habent. Qui enim gehennam timet, et propterea non fornicatur, non habet tantam mercedem, quantam ille qui propter dilectionem Dei

1 *praenotatum*] *praenotatus* G; *praenotata* S. 2 *Dominum*] SG add. doxologiam. 3 *DE PSALMO CXI*] Itidem legitur in Brev. col. 1239 sqq. sed multis in fine auctus, quae Hieronymi non sunt. 6 *qui*] *sic qui* AB; *si quis* β. 9 *veri iusti*] C; *viri iusti* β et ceteri. 10 *divisimus*] *dimisimus* βS. 12 *alfabetites*] *alfabetitus* C; *alphabeticus* β; *alphabetes* B; *alfabeto mixtus* I. 13 *ex ALEPH*] *ex alfa* S. 14 *cupiet*] β, G infra (gr. θελήσει); *cupit* ceteri. 15 *GIMEL*] *gemel* CG; *ex Gimel* β. *vicesimam*] *vicensimam* S, B corr; *vicinsimam* G; *vigesimam* C 2 m. *c* expuncta. 16 *THAU*] *Tau* C. 23 *cupiet*] *cupit* BC. 25 *timore*] *et timore* βI; *propter timorem* B. 27 *propter dilectionem*] *pro dilectione* G.

19. *timorem*] 1 Io. 4, 18.

25. *mercedem non habent*] Hieron. supra. p. 3. l. 22 ' multi enim timore faciunt, sed timor facientis mercedem non habet '.

facit. In mandatis eius volet, hoc est vult, mandata eius facere desiderat. Quomodo aliquis, si in aestibus sit, sitit: ita ille desiderat mandata Domini. In mandatis Domini volet nimis. Auxesis: mandata eius non facit, sed vult: et vult non transitorie, sed nimis.

Tertius versiculus est: *Potens in terra erit semen eius.* Qui mandata Dei feci voluntate, dignus sum ut fiam pater sanctorum. Breviter dicimus, ne longius trahatur oratio. *Generatio rectorum benedicetur.* Praestet Dominus, ut et vos qui me auditis, generatio rectorum sitis.

Gloria et divitiae in domo eius. Gloria et divitiae. Putamus gloriam et divitias saeculi dici? ideo aliquis facit voluntatem Dei et mandata eius, ut divitias mundi istius consequatur? Et certe non facit mandata Dei, nisi divitias mundi contempserit. *Gloria et divitiae in domo eius.* Gloria credentium est, sicut dicit apostolus: ' Nonne vos gloria mea estis? *Et divitiae.* Divitiae, de quibus dicit ipse apostolus ' quod divites facti estis in omni scientia '. *Et iustitia eius manet in saeculum saeculi.* Non dixit, iustitia manet in saeculum, et finem habet: sed, manet in saeculum saeculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis corde. Nos quondam eramus in tenebris, sedebamus in tenebris et in umbra mortis: sed lux orta est nobis, secundum Esaiam. *Misericors et miserator et iustus.* Videte duo quae dicat, Misericors et iustus. Si peccator es, noli diffidere veniam: misericors est. Si vero superbus es, et confidis tibi de clementia Dei, noli esse neglegens: et iustus est. *Misericors et miserator et iustus.* Videte quid fecerit prudentia psalmistae: iustitia simplex est, misericordia duplex est. *Misericors et miserator et iustus.*

Iocundus homo qui miseretur et commodat. Quia misericors est Dominus et miserator, et vir iustus imitetur Dominum suum: sit et ipse misericors. *Iocundus homo qui miseretur et commodat.* Putat aliquis quod de auro dicat et de argento et de pecunia? Iusti in tantum non habuerunt quod aliis commodarent, ut ipsi cibos ab aliis acciperent. Ergo si non habuero quod dem, iam non sum iustus? si non fecero elimosinam, in iustorum

1 *volet*] *volit* G; *vult* B; C add. *nimis.* *vult*] β inser. *nimis, hoc est.* *mandata*] repet. I. 3 *Auxesis*] scripsi ut supra p. 2, l. 18; *auxes in* ABCG; *anxie* β; om. I. *mandata*] *mandatis* GI, C corr. 10 *aliquis*] *quis* β. 13 *apostolus*] *apostulus* C corr. *divitiae*] non repet. G. 14 *estis*] *sitis* β. 15 *scientia*] β et codd. add. *et iustitia*, geminato scilicet versiculi sequentis initio. 17 *eramus*] *errabamus* β. 19 *Videte d. q. dicat*] om. β. 20 *Misericors*] G inser. *et miseratur*; B *et miserator et iustus. Misericors.* *diffidere*] *desperare* β. 24 *iustus*] S add. *dominus*; G *est.* 25 *Iocundus h. q. m. e. commodat*] om. β. 26 *imitetur*] *imitatur* S.

13. *estis?*] 1 Thess. 2, 19.
15. *scientia*] 1 Cor. 1, 5.
19. *secundum Esaiam*] 9, 2.

numero non habebor? Quanti sanctorum fecerunt elimosinam, sed in sanctitate ruerunt. Perfecti non fecerunt elimosinas: non habebant unde facerent. Elimosinas non facere, crimen habentis est: ceterum qui non habet unde faciat elimosinam, liber est. Quantumcumque dare voluerit, tantum dedit, quia voto dedit. Tamen habent et sancti unde faciant elimosinas. Dicit et Petrus: 'Argentum et aurum habeo, quod autem habeo hoc do tibi, in nomine Domini Iesu surge et ambula'. Quid est maius, pecuniam dare, an debilem sanum facere? *Iocundus homo qui miseretur et commodat.* Quae sunt istae elimosinae? quid est hoc quod commodat vir iustus? Secundus versiculus ostendit. *Disponet sermones suos in iudicio.* Non dixit, aurum suum et argentum aut pecuniam disponet in iudicio: sed, sermones suos disponet in iudicio. Ista est misericordia, si vir sanctus doceat alios qui non sunt sancti. *Disponet sermones suos in iudicio.* Intelleximus ergo quae sint pecuniae quae commodentur. Verum hoc quod dicit, disponet sermones suos in iudicio, hoc est quod dicitur in evangelio, ne mittamus margaritas nostras ante porcos: hoc est, ut sciat unicuique quid tribuat, ut sciat unusquisque quid possit accipere, quid non possit. Unde vir sanctus dicit: 'In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi'. Non ea dedi quibus libuit: non sanctum tuum misi canibus, et margaritas dedi porcis. Grande igitur periculum doctoribus est, verba Domini posse effundere.

Multa sunt quae dicantur de psalmo. Sed quoniam excludimur hora, benedicamus omnipotentem Dominum: et qui habet tales pecunias tribuat non habentibus, qui vero non habet libenter accipiat. Praestet autem Dominus et mihi, ut et ego istas habeam divitias: ut et non habentibus dem, et habentibus divitias cumulem: ut beatitudinem istam et dicens habeam et audiens. 'Beatus est enim qui in aures loquitur audientis'. Quid enim mihi prodest loqui, si alius verba mea non suscipiat? quid enim mihi prodest mittere vinum, si statim quod mittitur effundatur?

2 *fecerunt*] *fuerunt* G. *elimosinas*] β inser. *quia*; S *si*. 4 *elimosinam*] BCG inser. *et*. 5 *voto*] *votum* S; *totum* G. 9 *est*] *sit* β. 14 *Intelleximus*] *intellegimus* C. 16 *mittamus m. nostras*] *mittatis m. vestras* G, C corr. 17 *unicuique*] SG; *unusquisque* β. *quid*] scripsi; *cui* βG; *quod* S. *tribuat*] *tribuit* βS. *quid p.*] *quod p.* G corr; *quis* S. 19 *peccem*] *pecem* C corr. *misi*] *dedi* CG; *nisi* B. 20 *canibus*] B repet. *nisi*. *doctoribus est*] ISG; *doctoris est* ABC; *est doctoris* β. 21 *posse*] ABCGI; *post se* S; *porcis* β. 26 *cumulem*] *commodem* G. *dicens ... audiens*] *dicentis ... audientis* S.

2. *unde facerent*] Hieron. in Vita Hilarionis n. 18 'Nemo melius erogat, quam qui sibi nihil reservat'.
7. *ambula*] Act. 3, 6.
16. *ante porcos*] Matth. 7, 6.
19. *tibi*] Ps. 118, 11.
27. *audientis*] Eccli. 25, 12.

Vides quod in evangelio aqua illa in hydria mittitur, et in vina vertitur, et servatur ne pereat. Diligenter igitur audiamus verba Dei: cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO CXIIII.

Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meae. Non dixit, diligam: sed, dilexi. Non promisit se facere, sed testatur se fecisse. *Dilexi.* Quare dilexi? quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meae. Dilexi, transacti temporis est: in exauditione autem, futuri. Non enim dixit, dilexi quoniam exaudivit me Dominus; sed, dilexi quoniam exaudiet me Dominus.

Quia inclinavit aurem suam mihi. Quoniam nos parvi sumus et humiles, et non possumus nos extendere et exaltare: propterea Dominus inclinat aurem suam, et dignatur exaudire nos. Denique quoniam nos homines sumus, et dii non possumus fieri, Deus homo factus est, et inclinavit se, secundum illud quod scriptum est: 'Inclinavit caelos, et descendit'. *Et in diebus meis invocabo.* Hic quaeritur quomodo in diebus invocet, et non invocet in noctibus. Et quomodo dicit in alio loco 'Media nocte surgebam ad confitendum tibi' cum sancti in noctibus magis soleant orare? Et in alio psalmo dicitur: 'In noctibus extollite manus vestras in sancta, et benedicite Dominum'. Quomodo dicit, Et in diebus meis invocabo? Non dixit, invocavi; sed, invocabo, in futuro. Dum enim in hoc mundo sumus, in nocte invocamus: in futuro in die invocamus Dominum. Propterea dixit, in diebus meis: peccatoribus enim nox est, mihi autem dies.

Circumdederunt me dolores mortis. Videntur mihi dolores mortis cogitationes esse foedae. Quando anima cogitat, et peccare desiderat, quando parturit peccata, vicina est morti. *Pericula inferni invenerunt me.* O nos infelices et miseros et lugendos, quia semper nos peccatum quaerit. Si

1 *in vina*] *in vinum* βI, C 2 m. 2 *Diligenter*] *dilegenter* SG. *Dei*] I om. doxologiam. 4 *DE PSALMO CXIIII*] Brev. col. 1247. 5 *exaudiet*] *exaudivit* GL. 7 *exaudiet*] *exaudivit* G; *audiet* S. 8 *in exauditione*] codd; *exaudiet* β. *futuri*] GI add. *est*. 9 *quoniam*] *quod* βBS; *quia* GI. *quoniam exaudiet*] codd; *quod e.* β. 12 *inclinat*] *inclinavit* βGI. 15 *Inclinavit*] *Et inclinavit* βB. 16 *invocabo*] βS add. *te*, quod e codicibus eradendum esse Hieronymus docet ep. 106, n. 73. 18 *in noctibus*] *in nocte* β. *magis*] *plus* β. *soleant*] *solebant* B; *solent* CG. 19 *psalmo*] *loco* βS. 26 *foedae*] *foeditae* B. *quando part.*] *quoniam p.* β. 27 *Pericula*] *Et pericula* β. *O nos*] *Omnes nos* G.

1. *in evangelio*] Io. 2, 7 sqq.
15. *descendit*] Ps. 17, 10.
18. *tibi*] Ps. 118, 62.
20. *Dominum*] Ps. 133, 2.

autem semper nos quaerunt peccata, nos festinemus ut non nos inveniant. Haec autem distantia est inter dolores mortis et pericula inferni: dolores mortis malae cogitationes sunt, pericula inferni opera mala sunt. Ut est autem dicam: aliud in theoria, aliud in opere, hoc est in practice. Ibi enim dolor et parturitio, hic autem periculum est vicinum morti.

Tribulationem et dolorem inveni. Rem novam dicit. Non dicit, requiem inveni: non dicit, saturitatem inveni. Si autem dixisset, invenit me tribulatio, invenit me dolor, non erat quaestio. Nunc autem quid dicit? Tribulationem et dolorem inveni. Quasi quaerens sic invenit: non enim invenitur, nisi quod quaeritur. Sanctus non quaerit requiem, sed tribulationem: novit enim quoniam 'tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit'. Tale quid et in Hieremia dicitur: 'Tribulationem, inquit, et miseriam invocavi'. 'Quoniam, inquit, amaro tuo verbo ridebo': hoc est, in hoc saeculo nihil aliud volo nisi tribulationem, ut in futuro requiem habeam et felicitatem. Et propterea, inquit, nunc amaritudinem sustineo, ut postea dulciora sustineam. Et populus Domini de Aegypto egrediens venit in Merra, quod interpretatur amara, et de Merra in Sina, quod interpretatur temptatio. Et iterum Hieremias: 'Solus sedebam, quoniam amaritudine repletus eram'.

O Domine libera animam meam. Proprietatem hebraici graecus et latinus exprimere non possunt. Pro *o* in hebraeo habet ANNA. Anna autem interpretatur rogo et deprecor. Et quod dicit hoc est: deprecor Domine, libera animam meam. Non est enim mirantis, sed deprecantis affectus: in ingenti enim periculo constitutus est. *Misericors Dominus et iustus, et Deus noster miseretur.* Erige aures, peccator: misericors est Dominus. Scd

2 *inter*] om. SG. 3 *est*] in A erasum est. 6 *novam dicit*] *n. dico* G. 14 *ridebo*] *rideo* C corr. *nihil*] *non* C; *quid* β; *nisi* G post eras. 15 *aliud*] G 2 m. sup. lin. inser. *non.* *in futuro*] *in futurum* βGI. 16 *sustineam*] *susteneam* GL; *promerear* βAB. 17 *Merra*] scripsi iuxta LXX; *mera* B; *mersum* S; *terra* G; *Mara* βACI. 18 *amara*] *amaritudo* β. *de Merra*] *de mera* B; *de mersa* S; *de amara* G. 21 *hebraici*] *hebraice* BGI; *hebraicam* C 2 m. sup. lin; *hebraicae linguae* β. 24 *mirantis*] *vocantis* βABI. 26 *miseretur*] *miserebitur* β.

12. *non confundit*] Rom. 5, 3-5.
13. *invocavi*] Ierem. 15, 15?
14. *ridebo*] ibid. 16?
19. *repletus eram*] ibid. 17.
22. *habet* ANNA] Hieron. ep. 20, n. 3 'Symmachus igitur... in centesimo decimo quarto psalmo, ubi dicitur *O Domine libera animam meam*, ita interpretatus est *Obsecro Domine libera animam meam*... in hebraeo scribitur ANNA'.
24. *deprecantis affectus*] Hieron. ibid. n. 5 'ita Hebraei inter reliquas proprietates linguae suae habent interiectionem, ut quando volunt Dominum deprecari, ponant verbum petentis affectu, et dicant ANNA *Domine*'.

noli esse neglegens : sequitur enim, et iustus, Si multum peccator es, audi, misericors est Dominus : si neglegens es, audi, et iustus est. Sed videtur quasi aequale esse, misericors Dominus et iustus : verbi gratia, decem partes est misericors, et decem partes est iustus, et hoc propter simpliciores ita loquor. Dicat aliquis: Si pensentur peccata mea, non possum tanta habere bona, quanta habeo mala: nunc autem dicitur quod misericors et iustus est, misericors in peccatoribus, iustus in bonis : incipiunt gravare peccata mea, et vincit in sua misericordia. Propterea semel iustum posuit, et secundo misericordem. *Misericors.* Poterat et de praeterito dicere. *Et Deus*, inquit, *noster miseretur* : ut semper misericordem eum ostendat.

Custodiens parvulos Dominus. Si quis magnus est,et se exaltat, et superbus est, hunc non custodit Dominus ; si quis se magnum putat, huius non miseretur Dominus : sed si quis se humiliat, huius miseretur, et custodit eum Dominus. Siquidem dicit : ' Ecce ego et pueri quos mihi dedit Dominus '. Et iterum : *Humiliatus sum, et salvavit me.* Dupliciter intellegimus, Humiliatus sum et salvavit me : sive peccavi, et salvavit me ; sive, cum essem superbus, humiliavit me et salvavit me.

Convertere anima mea in requiem tuam. Quando dicitur, Convertere in requiem tuam, ergo habebat ante requiem quam perdidit. Nemo enim convertitur, nisi qui pergit illuc ubi prius erat. Deus enim nos bonos creavit, et sui arbitrii reliquit, et omnes cum Adam in paradiso posuit. Sed quia nostro arbitrio a beatitudine illa cecidimus, et venimus in vallem lacrimarum ; propterea iustus animam suam hortatur, ut convertatur illuc unde descendit. *Convertere anima mea in requiem tuam.* Locus enim iste tribulationis est, locus est terra pugnatorum. Iste locus lacrimarum est, ubi non licet securum ambulare. Ubicumque enim aliquis fuerit, periculum est : si in deserto, scorpiones sunt : si in civitatibus, oculus meretricis pernicies est hominis : si in mare, latrones et piratae. Haec omnia

1. 2 *neglegens*] *neclegens* S. *et iustus. Si multum*] *et iustus simul. Cum* C. 3 *gratia*] *causa* C. 4 *partes*] *partibus* β C 2 m. sup. lin. 5 *non*] *nonne* β omnino prave. 7 *iustus in bonis*] *iustus autem* (*in* add. sup. lin.) *nobis* G. *incipiunt*] GI inser. *in nobis*, β *me*. 8 *mea*] *nostra* I. *vincit in*] ita β et omnes codd. 9 *iustum*] *iustus* β. *secundo misericordem*] *secundo misericors* β ; *secundum misericordia* GI ; *duo misericordia* B. *Misericors*] om. β ; B add. *dominus*. 15 *pueri*] G add. *mei*. 18 *humiliavit me*] C om. *me* ; *humiliavi me* B. 20 *habebat*] *habuit* β, C 2 m. sup. lin. 22 *sui*] *nostri* C 2 m. sup. lin ; *nostro* β. *arbitrii*] *arbitrio* β et inser. *nos*. 23 *in vallem*] *in valle* SG. 26 *pugnatorum*] β et codd. uno excepto S qui legit *pugnarum*. 27 *securum*] *securos* (*o* ex *u*) G.

15. *Dominus*] Is. 8, 18.
25. *unde descendit*] Hieron. ad Eustochium ep. 22, n. 19 ' Tua regio paradisus est : serva quod nata es, et dic *Revertere anima mea in requiem tuam* '.

mystice loquor. Nec enim nunc periculum est sancto viro a latronibus interfici: siquidem martyres sanguine suo vicerunt. *Convertere anima mea in requiem tuam* : *quia Dominus benefecit tibi.* Quod, inquit, converteris o anima in paradisum : non quia digna es, sed misericordiae Domini est. Ut exires de paradiso, tuo vitio factum est : ut autem redeas, misericordiae Domini fuit. Et nos dicamus animae nostrae : Convertere in requiem tuam. Requies nostra Xpistus est Deus noster. Si quando fuerimus in angustia, et coeperit nos cogitatio captivare in peccatum, dicamus : Convertere anima nostra in requiem tuam.

Quia eripuit animam meam de morte. Necdum rediit in paradisum, et iam se in securitatem redisse dicit. Dixit, Convertere anima mea in requiem tuam ; et quasi securus dicit, Quia eripuit animam meam de morte. Quando eripuit animam meam de morte? Pro me passus est Deus meus, pro me crucifixus est Deus meus, et dico : ' Ubi est mors victoria tua? ubi est inferne stimulus tuus?' *Oculos meos a lacrimis.* Ploravi, ut rideam : luxi, ut in sempiternum gaudeam. Qui in praesenti non plorat, in futuro lacrimabitur. ' Beati enim qui lugent, quia ipse consolabuntur '. E contrario autem dicimus : ' Vae vobis qui ridetis, quoniam lugebitis '. *Pedes meos a lapsu.* Quia non steterunt pedes mei super petram, propterea ' paene moti sunt pedes mei, paene effusi sunt gressus mei '. Liberati sunt pedes mei a lapsu. Quare? quia conversa est anima mea in requiem suam.

Placebo coram Domino in regione vivorum. Videor, inquit, hominibus esse iustus, qui opera bona non habeo : videor hominibus esse sanctus, qui verba bona non habeo. Hoc autem David dicit, hoc sancti dicunt, hoc apostoli locuntur : peccator enim hoc non loquitur. Quid loquitur iustus? Quia verba et opera bona non habeo, et sanctus videor, et laudor ab hominibus : ego autem novi conscientiam meam, scio qualibus cogitationibus cor meum fluctuat, scio quantae mihi libidines veniunt, et ' video aliam legem repugnantem menti meae et captivantem me in lege peccati '. Propterea dico : ' Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis

1 *loquor*] *locor* C corr. 3 *Quod*] *quo* β. 4 *misericordiae*] *misericordia* β. 6 *animae nostrae*] βS ; *anima nostra* BCG. 8 *in peccatum*] G om. *in* ; *in peccato* B. 9 *nostra*] *mea* βI. 11 *se in*] om. GI ; *sibi* A ; *etiam et securitatem reddidisse* S. 18 *dicimus*] *dicitur* βAB. 22 *coram*] β et omnes codd. licet hoc quoque superfluum esse adserat Hieronymus in saepe laudata epist. 106, n. 73. 23 *qui opera*] B ; *quia o.* CISG ; *quare o.* β. 24 *qui verba*] B ; *quia v.* CS ; *cur v.* I ; *quur v.* G. *Hoc*] *haec* β (om. *autem*). 29 *repugnantem*] *repugnanti* G. *menti*] *legem mentis* S. *in lege*] *in legem* C.

15. *tuus?* 1 Cor. 15, 55.
17. *consolabuntur*] Matth. 5, 5.
18. *lugebitis*] Luc. 6, 25.
20. *mei*] Ps. 72, 2.
29. *peccati*] Rom. 7, 23.

huius ? ' Et propterea dico : ' Ab occultis meis munda me, et ab alienis parce servo tuo '. Ab alienis. Non est meum quod parturio : nolo cogitare mala,et cogito : nolo cogitare malum, et quasi invitus et captivus in malam cogitationem trahor. Sed quoniam in mea potestate non est, aut cogitare aut non cogitare quae sunt mala, propterea dico: Aliena quidem sunt, quae veniunt in cor meum : sed quoniam quasi necessitas mihi inponitur, propterea dico, Ab occultis meis munda me. Aliena quidem sunt peccata : sed quia suscipio ea, propterea dico, In alienis peccatis parce mihi servo tuo. Hoc autem quare dixi ? quoniam dixit propheta, Placebo Domino. Non dixit, placeo ; sed, placebo : hic enim quod facio, non possum esse perfectus iustus. Propterea dicit et apostolus: ' Ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus ' et ' nunc per speculum videmus in aenigmate '. Propterea nunc longo sermone usis umus : quoniam in praesenti saeculo perfectus iustus nemo esse potest, neque David, neque apostoli, neque aliquis sanctorum. ' Nemo enim mundus a peccato, nec si unius diei fuerit vita eius '. Siquidem apostoli et sancti non sunt ausi dicere, sancti sumus ; nec sunt ausi dicere, placeo, sed placebo. Qui in futurum pollicitus est, de praeterito quod non fecit confitetur. *Placebo Domino.* Ubi placebo ? *In regione vivorum.* Haec enim regio mortuorum est : alia est terra vivorum. Siquidem et David in hac terra erat, et vere in terra repromissionis; dicens, Placebo in regione vivorum, confitetur hanc regionem non esse vivorum, sed mortuorum. Vultis scire quae est illa regio vivorum ? Dominus dicit in Evangelio ' Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Iacob ' et erant mortui. Et quid sequitur ? ' Deus, inquit, non est mortuorum, sed vivorum '. Igitur et iustus quid dicit ? *Placebo Domino in regione vivorum* : in regione Abraham, Isaac et Iacob. Hoc est, quando vero fuero in sinu Abrahae, tunc placebo Domino.

DE PSALMO CXV.

Credidi, propter quod locutus sum. In hebraico centesimus quartus decimus psalmus et centesimus quintus decimus unus est psalmus. Igitur

8 *propterea*] om. β. 9 *autem*] *totum* G. *dixi*] *dico* G. 15 *nec*] om. C. 17 *in futurum*] *in futuro* GL. 18 *pollicitus*] codd ; *sollicitus* β. 20 *in terra*] *de terra* I. 27 *vero*] *vere* βA ; om. I. *Domino*] CSG add. doxologias. 28 *DE PSALMO CXV*] In Brev. col. 1251 ; verum ibi decem versus in fine leguntur, qui ab Hieronymo abiudicandi sunt.

1. *huius ?*] ibid. 24.
2. *tuo*] Ps. 18, 13 sq.
12. *prophetamus*] 1 Cor. 13, 9.
in aenigmate] ibid. 12.
16. *eius*] Iob 14, 4 sq. iuxta gr.
24. *Iacob*] Matth. 22, 32.

quid dixit, Credidi propter quod locutus sum? Quid credidisti? quid locutus es? Prior psalmus ita finivit: ' Placebo coram Domino in regione vivorum '. Dicit ergo propheta: Credidi propter quod locutus sum. Quid credidi? Quoniam placebo coram Domino in regione vivorum. Hoc credidi, et locutus sum. Quid autem locutus sum? *Ego autem humiliatus sum nimis.* O magna intellegentia divini sermonis! Credidi, inquit, quoniam placebo Domino, quoniam ero angelus, quoniam ero in caelis: et non fui superbus, non sum elatus, sed humiliatus sum nimis. Quoniam ero in regione vivorum, misericordiae Domini est. Ego autem novi memetipsum, quia terra sum et cinis: propterea dico,Ego autem humiliatus sum nimis. Quid autem est terra et cinis?

Ego autem dixi in excessu meo: Omnis homo mendax. In hebraico aliter habet: ' Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendacium ' quod dicitur ZECAM. Placebo Domino in regione vivorum: sed ego scio memetipsum secundum conditionem corporis nihil esse: non est enim veritas in substantia nostra, sed umbra est et quasi mendacium. In substantia corporali dico, non in anima. Et quod dicit, hoc est Placebo Domino in regione vivorum: sed cogitans humanam vitam, et considerans diversos errores, non invenio veritatem in hoc mundo. Siquidem ' ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus '. Propterea dico: Omne quod videmus, omne quod intellegimus, mendacium est. Quomodo igitur mendacium est? Mendacium hic dixit, quasi umbram, quasi imaginem; quemadmodum dicitur et in alio loco: ' Verumtamen in imagine pertransit homo '. Eadem intellegentia et nunc dicitur, Omnis homo mendacium: hoc est, omnis homo umbra. Hoc autem dicimus secundum hebraicam veritatem. Loquamur autem et secundum septuaginta interpretes. Dicat enim aliquis: Quid ad me, quid habet in hebraico? ego ecclesiam sequor. *Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax.* Verum dicit David, an mentitur? Si verum est, Omnis homo mendax, et hoc quod dicit, Omnis homo mendax,

1 *quid dixit*] *quod d.* BSG; β om. *quid.* *quid locutus*] *quod l.* βBI. 5 *et*] β et codd. uno G excepto repet. *hoc.* 12 *Ego autem*] βB (gr. ἐγὼ δέ); CSG om. *autem.* 13 *quod dicitur ZECAM*] Ita fere, pro ' cazab ', β et codices innumeri quos ad hunc locum adhibui; *zeiam* IG aliique nonnulli; *oeia* cod. Gratianop. 218; *zaca* S; *kiushb* Hieron. in Commentariolis p. 83, l. 20. Erit forte qui suspicetur cogitasse tractatorem de vocabulo צֶלֶם, quod eodem sensu ps. 38, 7 legitur (cf. infra l. 23); at praestat cum Vallarsio huiusmodi σφάλματα notariorum inscitiae tribuere. 21 *Quomodo*] *quoniam* BCG. 23 *in imagine*] BSG om. *in*; *in imaginem* C; *imaginem* G. *pertransit*] *pertransiet* β. 24 *mendacium*] *mendax* βB. 27 *quid habet*] *q. habeatur* β. 28 *Verum*] *vere* CG. 29 *mendax*] *mendatium* C.

13. *mendacium*] Psalt. hebr. Hieron. ' ego dixi in stupore meo: Omnis homo mendacium '.

20. *prophetamus*] 1 Cor. 13, 9.

23. *homo*] Ps. 38, 7.

verum est, ergo et ipse mentitur: et ipse homo est. Si autem et ipse mentitur, ergo hoc quod dixit, Omnis homo mendax, non est verum. Quomodocumque verteris, in contrarium venit. Et quoniam ipse homo est, ergo et ipse mentitur: aut si mentitur quod omnis homo mendax est, ergo alio genere mentitur. Videtis ergo quia syllogismi sunt philosophorum. Denique secundum hanc sententiam texitur syllogismus Aristotelis. Denique tu dicis — loquere ad alterum —: Si mentiris, et verum dicis quod mentiris: ergo mentiris. Videte quomodo in contrarium vertitur sententia. Quid enim dicit? O tu qui mecum loqueris, si mentiris, et verum dicis hoc ipsum quod mentiris: ergo mentiris, et in eodem sermone fit ut verum dicat et mentiatur. Propterea lectum est in apostolo: '. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et vanam deceptionem hominum secundum elementa mundi'. Invenerunt enim philosophi sua deceptione et propria arte, quomodo in eodem sermone et vera quis dicat et mentiatur. Nos autem dicamus David vera dixisse, quod omnis homo mendax. Quamdiu homines sumus, mentimur: quando autem fuerimus dii, desinimus mentiri. 'Ubi enim sunt aemulationes et contentiones in vos, nonne homines estis, et secundum hominem ambulatis?' 'Ego dixi: dii estis, et filii Excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini, et sicut unus de principibus cadetis'. Si quis igitur sanctus est, deus efficitur; et quando factus fuerit deus, desinit esse homo, et iam non mentitur. Quid enim dicit et apostolus? 'Fiat autem omnis homo mendax, Deus autem verax'.

Interpretemur et aliter. *Credidi, propter quod locutus sum.* Magister quando docet discipulum, nisi prior ipse crediderit quod docet, non potest alterum docere. Dicit ergo primum se credidisse, et sic alium docere. *Ego autem humiliatus sum nimis.* Quando autem adeptus sum gratiam Dei,

1 *et ipse h.*] *quia et ipse h.* β. 3 *Quomodocumque*] codd; *quoquumque* β. 4 *aut si mentitur*] om. β. 5 *alio*] *altero* I. 6 *sententiam*] *scientiam* GI. 7 *loquere*] *loquens* C 2 m. sup. lin. 8 *verum*] *vere* ISG. 9 *O tu*] β; *hoc tu* CSG (cf. supra p. 172, l. 3, ubi in codd. BSG *hoc vos* pro *o vos* pariter legitur); *huc vos* B; I om. *o*. 11 *lectum*] *dictum* S. 14 *sua*] *suam* S; *suas* β. *deceptione*] *deceptionem* SG; *deceptiones* β. *et propria*] *ex propria* β. 18 *in vos*] *in vobis* β. 22 *non mentitur*] codd; β om. negationem. *Fiat*] *est* β. 25 *prior*] *prius* G. 26 *alterum*] *aliter* G.

5. *alio genere mentitur*] Hieron. in Ephes. 1, 22 sq. 'Et alibi *Ego dixi in excessu mentis meae, Omnis homo mendax*. Aut enim verum est hoc quod dixit, aut falsum. Si omnis homo mendax est, ergo mendax est et ipse qui loquitur. Si autem mendax est et ipse qui loquitur, ne hoc quidem quod ait verum est, omnem hominem esse mendacem'.

13. *mundi*] Coloss. 2, 8.

18. *ambulatis?*] 1 Cor. 3, 3.

20. *cadetis*] Ps. 81, 6 sq.

23. *verax*] Rom. 3, 4.

non sum elatus in superbiam, non me inflavit notitia: sed quid feci? Humiliatus sum nimis. Tamen qui docui sermone, potui et humilitate docere. *Ego dixi in excessu meo, Omnis homo mendax.* Docebam, inquit, discipulum meum: et considerans contemplationem caelestem, et cogitans diviniora, intellexi omne quod homo novit esse mendacia. Quid enim veritatis potest esse in hoc mundo, cum umbra sit vitâ nostra super terram? Si ergo qui docet discipulum, confitetur quod omnis homo mendax est: quanto magis discipulus non debet se extollere, et exaestimare se aliquid esse?

Quid retribuam Domino pro omnibus quae retribuit mihi? Quoniam dixi, Placebo Domino in regione vivorum, et hoc ipsum credidi, propter quod locutus sum, et humiliatus sum nimis, et dixi, Omnis homo mendacium, omnis homo umbra, omnis homo imago: pro tantis beneficiis, quod placebo Domino in regione vivorum, quid habeo dignum quod retribuam? Ego terra sum, ego cinis sum: promisit mihi quia placebo illi in regione vivorum: fecit me magistrum: credidi, propter quod locutus sum. Quid habeo dignum, quod illi pro tantis beneficiis retribuam? Quodcumque illi dedero, ipsius est, et magis illi reddo quam dono. Nihil aliud habeo, quod ei retribuam, nisi pro ipso sanguinem fundam, nisi pro ipso martyr extitero. Haec est sola retributio digna, pro sanguine sanguinem retribuere, ut liberati a Salvatore pro Salvatore libenter sanguinem fundamus.

Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo. In hebraico ita habet: 'calicem Iesu accipiam'. Hoc ipsud et angelus interpretatur: 'Et vocabis nomen eius Iesum, ipse enim salvabit populum suum'. Calicem ergo Iesu accipiam. Quis est iste calix Iesu? 'Pater, si possibile est, transeat calix iste a me' et 'Potestis, inquit, calicem meum bibere?' Et continuo sequitur: 'Calicem quidem meum bibetis'. Hoc autem quare

1 *in superbiam*] *in superbia* BC. *notitia*] S add. *scripturarum.* 2 *qui*] BC; *quid* G; *quod* βIS. *docui*] *docere* B. *sermone*] *sermonem* BC. *potui*] *potuisti* B. *humilitate*] *humilitatem* BC. 5 *mendacia*] *mendacium* β; *mendatium* BI, C sup. lin. 8 *exaestimare*] BG, *exestimare* C; *existimare* S; *aestimare* β. 11 *dixi*] C; *dixit* βBSG. 14 *quod placebo*] BCS; *quid p.* GL; *quibus p.* β. *dignum*] *digne* L. *quod*] *quid* BGI; β inser. *illi.* 19 *ei*] *ipsi* β; om. GL. 20 *extitero*] S; *existere* GL; *exsisterem* B; *existam* βI. 22 *fundamus*] *profundamus* β. 24 *ipsud*] C 1 m; *ipsum* ceteri.

6. *super terram*] 1 Par. 29, 15.
20. *Haec est sola retributio digna* etc.] Hieron. ep. 22, n. 39 '*Quid* igitur *retribuam Domino p. o. q. r. mihi?*... Haec est sola digna retributio, cum sanguis sanguine compensatur, et redempti cruore Christi pro redemptore libenter occumbimus'.
25. *suum*] Matth. 1, 21.
27. *a me*] Matth. 26, 39.
bibere] Matth. 20, 22.
28. *bibetis*] ibid. 23.

dixi? Ut intellegamus calicem passiones martyrii esse. Grandis res martyrium. Quomodo grandis res? quoniam retribuit Domino quod accepit a Domino. Xpistus pro ipso passus est, et ille pro nomine ipsius patitur. Quoniam diximus quod martyr nihil aliud habet quod retribuat Domino, et Dominus conputat illi pro aequalitate, quoniam videt servum suum nihil aliud habere quod retribuat ei. Quid enim simile est? Deus pro hominibus passus est, Dominus pro servo, iustus pro peccatore: quae aequalitas? Sed quoniam nihil aliud habet servus quod retribuat Domino, Deus quasi clemens pro aequali accipit martyrium. Quasi si quis dives paverit aliquem pauperem, eveniat autem eundem divitem venire cum sua familia, et veniat casu in domum pauperis, et non habeat pauper quod illi adponat et familiae ipsius et equis, solum autem dicat illi, Intra in domum clientis tui, et ostendat voluntatem, quoniam nihil aliud habet quod det et plus faciat pauper: sicut illa vidua quae duo minuta contulit. *Calicem salutaris* aut Iesu *accipiam*. Et hoc ipsum martyrium, inquit, non est meae virtutis, sed gratiae Dei: propterea non possum eum bibere, nisi nomen Domini invocavero. Iesus vincit in suo martyre; ipse in suo martyre coronatur.

Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Respondeant nunc Iudaei, quomodo omne corpus humanum dicunt esse inmundum. In lege denique si quis moriatur apud Iudaeos, sive propheta, sive qualiscumque sanctus, si quis eum tetigerit, et si sacerdos, usque ad vesperam inmundus est. Hoc secundum litteram in lege scriptum est. Dicamus illis: Si mortui corpus inmundum est, quomodo nunc dicitur, Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius? Si pretiosum est corpus sancti morientis, quomodo inmundum est? Ergo hic de evangelista dicitur, de martyre praedicatur.

1 *passiones*] AC; *passionem* S; *passionis* βBGI. *martyrii*] CS; *martyriae* G; *martiris* B; *martyrum* A; *martyrium* βI. 5 *pro aequalitate*] scripsi ex coniectura; *pro qualitate* β et codd. 10 *eveniat*] BC; *et veniat* G, I corr; *eveniet* S; *evenerit* β. *eundem*] *eodem* BSG. 11 *et veniat*] *et venit* C. 12 *equis*] S, C sup. lin; *qui* ABI; *quid* G, C corr; om. β. *autem*] om. β; expunct. in A. 13 *ostendat*] GI inser. *tibi*. 15 *aut Iesu*] *aut ihm* BGI; om. S. 17 *ipse in suo martyre*] S optime; om. β et ceteri. 20 *quomodo*] codd; *quoniam* β. *omne*] *omnium* BG. 22 *et si*] *etiam* β.

1. *passiones martyrii esse*] Hieron. in praefatum Matthaei locum: 'Calicem in scripturis divinis passionem intellegimus, iuxta illud *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste*. Et in psalmo: *Quid retribuam Domino p. o. q. r. mihi? Calicem salutaris accipiam*' etc.

14. *contulit*] Luc. 21, 2 sqq.

23. *scriptum est*] Cf. Num. 19, 11 sqq.

26. *de martyre praedicatur*] Hieron. in Commentariolis p. 84, l. 8: 'Mors in lege et contaminata est et contaminat: igitur de martyribus evangelii prophetatur'.

O Domine quia ego servus tuus. Et iam dixi in centesimo quarto decimo psalmo, ubi habet ' O Domine libera animam meam ', quod in hebraico habet ANNA, quod interpretatur rogo aut deprecor. Et hic in hebraico ita habet : ' Rogo Domine, quia ego servus tuus '. *Ego servus tuus.* Videtur humilitatis esse quod dicitur. Grandis dignitatis est et meriti, esse servum Domini, et non servum peccati. Quia non habeo, inquit, dominos homines, quia non habeo dominum peccatum : nec enim regnat peccatum in mortali meo corpore : propterea servus tuus sum. Grande meritum. Denique dicitur de Moyse : ' Sed non sicut servus meus Moyses '. Et Abraham et Isaac et Iacob dicuntur servi Domini. Propterea et apostolus ita incipit : ' Paulus servus Iesu Xpisti '.

Disrupisti vincula mea : tibi sacrificabo hostiam laudis. Vere magnae felicitatis est, ita ire ad Dominum, ut non habeat conscientiam inquinatam. Quicumque sanctus moritur sua morte, licet sit sanctus qui miseridias operatus sit, fecerit signa, daemònes eiecerit, non vadit ad Dominum securus : horrescit eius conscientia, quando videt Dominum. Martyr autem si et post baptisma peccaverit, tamen secundo baptismate martyrio ablutus, securus vadit ad Dominum. *Disrupisti vincula mea.* ' Catenis autem suorum peccatorum unusquisque constringitur ' : sed in martyrio meo disrupisti vincula peccatorum meorum, et de vinculis plicasti mihi coronam victoriae. ' Ubi enim abundavit peccatum, superabundavit gratia '. *Tibi sacrificabo hostiam laudis.* Post martyrium ubi sacrificat ? in regione vivorum. Sacrificabo, inquit, tibi sacrificium. Quale sacrificium ? numquid hircum, aut vitulum ? Illa iudaica erant, et transierunt. Sacrificabo tibi hostiam laudis. Haec est laus martyrum. Sicut enim martyres laudant Dominum pure in regione vivorum, ita et monachi, qui die et nocte

1 *quia*] om. G. *et iam*] *quia* S. 4 *Ego servus tuus*] non repet. CG. 5 *Grandis*] *grande* C. *dignitatis*] *dignitas* GI. *meriti*] *meritis* S ; *merito* G ; *meritum* I. 6 *dominos homines*] *dominus hominis* G ; *dominum hominem* β. 12 *hostiam*] *sacrificium* G. 13 *ita*] CS ; om. βBGI. 17 *si et*] βBS ; *etsi* CGI. *secundo*] *in secundo* S. *martyrio*] *martyrii* β. 20 *plicasti*] *multiplicasti* I, *multiplecasti* G ; *plectisti* (*l* add. sup. lin.) S.

2. *meam*] Ps. 114, 4.

4. *tuus*] Psalt. hebr. Hieron. ' Obsecro Domine, quia ego servus tuus '.

8. *corpore*] Rom. 6, 12.

9. *Moyses*] Num. 12, 7.

11. *Xpisti*] Rom. 1, 1 etc. Cf. Hieron. in comment. ep. ad Tit. 1, 1 : ' In epistula ad Romanos ita exorsus est : *Paulus servus Iesu Christi*... Haec autem servitus non est illa de qua ipse apostolus ait *Nec enim accepistis spiritum servitutis*... verum nobilis servitus, de qua et David ad Deum loquitur *Ego servus tuus et filius ancillae tuae*... Hanc servitutem habuit et Moyses... Servus Dei ille est, qui non est servus peccati ' etc.

19. *constringitur*] Prov. 5, 22.

21. *gratia*] Rom. 5, 20.

23. *vivorum*] Ps. 114, 9.

psallunt Domino, debent eandem puritatem habere martyrum : siquidem et ipsi martyres sunt. Quod enim faciunt angeli in caelis, hoc monachi faciunt in terris.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius. Quae sunt orationes martyrum ? quae sunt orationes sanctorum ? ' Tenebo te, inquit, et non dimittam te '. Adorabo, inquit, Dominum, quem in evangelio legens inveni crucifixum, in caelis video regnantem cum angelis. *In conspectu omnis populi eius.* Legite Daniel.

DE PSALMO CXVIIII.

Veniamus ad psalmum qui post centesimum octavum decimum psalmum lectus est. Centesimus octavus decimus psalmus, ut frequenter diximus, litteratus est, hoc est alfabetites est : ab ALEPH enim incipit usque ad extremam litteram hebraeam quae hebraice dicitur THAU, et singuli versus a singulis litteris incipiunt. Viginti duo sunt litterae hebraicae, et octoni versus a singulis litteris incipiunt. Verbi causa, a littera quae dicitur ALEPH octo versus incipiunt. Rursum cum illi finiti fuerint, a secunda littera quae dicitur BETH alii octo versus incipiunt. Et in tertio illis finitis a littera quae vocatur GIMEL alii octo versus incipiunt. Ergo centesimus octavus decimus psalmus alfabetites est. Si volumus legere epistulam, non possumus legere, nisi prius sciamus litteras : sic igitur nos non possumus scripturam cognoscere, nisi prius alfabetum noverimus. Centesimus ergo octavus decimus psalmus alfabetites moralis est, et instruit vitam nostram. Et quia nunc non est temporis de universo psalmo dicere, dicamus nunc de primo graduum psalmo, qui sic incipit: *Ad Dominum cum tribularer clamavi, et exaudivit me.*

Propterea autem vocantur graduum psalmi, ut frequenter diximus, quoniam gradibus quibusdam ad maiora conscendimus. Nunc non est

1 *martyrum*] *et martyrium* L. 5 *Tenebo*] *teneo* S. 7 *inveni*] *et inveniens* β. *video*] *videbo* S. 8 *eius*] S statim subiungit doxologiam *cui est honor* etc. *Legite Daniel*] om. I, et reliqua mutuatur ex Breviario ; CG add. *conversi ad Dominum. cui est gloria* etc ; AB add. *credite et intellegite.* 9 *DE PSALMO CXVIIII*] Deest in Breviario, sed integer editus est a Martianaeo in append. et legitur ap. Migne P. L. 26, 1345 sqq (μ). 12 *alfabetites*] *alfabeti ordine* I. 14 *duo*] *duae* μ. 15 *octoni*] *octeni* B ; *octo..* G. *versus*] *versi* S. 18 *GIMEL*] *gemel* GI, C 2 m. sup. lin. *octo*] om. SG. 21 *scripturam*] *scripturas* μ. *prius*] *primum* μB. *alfabetum*] *alphab.* μB ; *alfabetham* G. 23 *temporis*] *tempus* I.

6. *non dimittam te*] Cf. Cant. 3, 4.
8. *Legite Daniel*] 7, 27 ; 12, 1 ?
22. *instruit vitam nostram*] Hieron. in Commentariol. p. 82 ' secundum ordinem scribitur litterarum, et ideo ethicus est, mores nos instruens '.

temporis de omnibus gradibus disputare, et dicere quomodo per singulos psalmos gradus fiant, et ad summa veniamus. Interim dicamus nunc de primo graduum, relinquentes mysterium quare quindecim sint gradus: eadem enim frequenter dicere, taedium est audientibus. Unde et apostolus, quindecim dies fecisse [legitur] apud Petrum in Hierosolyma, ut conferret utrumque testamentum, et septenarium et octonarium. Multa sunt quae dicantur. *Ad Dominum cum tribularer clamavi, et exaudivit me.* Quicumque adhuc in imo gradu est, respiciat altissimum gradum decimum quintum. Quicumque in quinto decimo fuerit, iam iuxta templum est. Et istud templum, cuius nunc ruinam videmus; offendit enim Dominum suum. Et quid dixit Dominus? ' Surgite, abeamus hinc '. Et quid dicit in alio loco? ' Relinquetur vobis domus vestra deserta '. Dominus egressus est, templum conruit. Hoc igitur templum in circuitu quindecim gradus habuit. Signa aliqua videmus: numerate, et videbitis ita esse ut dicimus. Levitae igitur et sacerdotes, unusquisque secundum ordinem

1 *gradibus*] *gradus* S; *psalmis graduum* μ. *per singulos psalmos*] μB; *singulos psalmus* (om. *per*) S, *singulus psalmus* G: *singuli psalmi* C. 2 *fiant*] μBS; *faciant* C; *faciunt* G. *et ad*] *ut ad* μ, C 2 m. sup. lin. *de*] expunct. in G. 3 *primo*] *primum* BG. *graduum*] BG, C 1 m; *gradu* μS, C *um* expuncto. *quindecim*] I, C sup. lin; *quintus decimus* BSG, C corr; *decimus quintus* μ. *sint*] I; om. ceteri. *gradus*] μ inser. *dicatur.* 4 *eadem*] *eandem* μB, C corr. *enim*] om. GI; μ inser. *rem.* 5 *quindecim*] S inser. *quidem.* *dies*] μAB, C sup. lin. inser. *se.* *legitur*] vox fere nullius auctoritatis, in I tantum addita est antiqua manu super lineam; C item 2 m. add. *dicit*, A *dicitur*, μ *testatur*: ex quo apparet verbum principale in archetypo omissum esse. 6 *octonarium*] *octenarium* G. 8 *respiciat*] I; *respicit ad* S; *respicit* μ et ceteri. *gradum*] *graduum* μG. 10 *Et istud templum*] eras. in P; om. I. *istud*] *istum* B. *templum*] C inser. *est.* *ruinam*] *ruinas* μS. *enim*] om. μ. 12 *egressus*] *regressus* BGI. 14 *habuit*] *habet* μS.

5. *in Hierosolyma*] Galat. 1, 18 ubi Hieron. in Comment. ' non abs re arbitror quindecim dies, quibus apud Petrum Paulus habitavit, plenam significare scientiam consummatamque doctrinam. Siquidem quindecim sunt carmina in Psalterio et quindecim gradus, per quos ad canendum Deo et in atriis eius consistendum iustus ascendit '.

11. *abeamus hinc*] Io. 14, 31.

12. *deserta*] Matth. 23, 38. — Hieron. in Ezech. 11, 22 sq. ' loquitur Dominus ad discipulos *Surgite abeamus hinc*, et ad Iudaeos *Relinquetur vobis domus vestra deserta* '.

14. *Signa aliqua videmus*] Re vera aliqua graduum vestigia propre templi rudera Hieronymi aevo adhuc monstrabantur, cuius rei ipse testis est in comment. Is. 38, 4 sqq. ' Solent, inquit, sanctorum locorum in hac provincia monstratores intra conseptum templi ostendere gradus domus Ezechiae vel Achaz, quod sol per eos descenderit. Sed numquam ego credam, non dico Achaz qui rex impius fuit, sed cuiuslibet regis iusti domum fuisse in templo Dei ' etc. Quibus verbis nequaquam negat S. Pater huiuscemodi extare vestigia, sed ea ad templi ipsius aedificium, non ad domum regis pertinuisse contendit.

ita esse ut dicimus] Hieron. ep. 36, n. 5 ' Lege Lucam evangelistam, et invenies *ita esse ut dicimus* '.

stabat in gradibus. Verbi causa, qui pontifex erat, stabat in primo gradu, hoc est in quinto decimo gradu sursum. In secundo vero gradu stabant sacerdotes, et in ipsis sacerdotibus erat diversitas. In tertio rursum minores stabant. In quarto rursum stabant levitae. Et inter levitas erat multa diversitas : quicumque erat extremus, ille in novissimo gradu erat. Considerate quoniam terrenum hoc templum caelestis templi figura est. ' Stella enim ab stella differt in claritate : ita et resurrectio mortuorum '. Felix qui in quinto decimo gradu in caelesti Hierusalem et in templo esse meruerit. Tamen quia illud grande est, et illud puto esse apostolorum et martyrum sanctorum, nos oremus ut saltem in ultimo gradu templi Domini esse mereamur. In diversis quidem stant gradibus, sed unum psalmum in laudes Domini canunt. Diversa loca sunt, sed una laus Domini. Hoc quod diximus de caelesti Hierusalem nunc interim in isto saeculo constituti, puto diebus omnibus exerceri. Alius nostrum in primo gradu est : non desperet secundum. Qui in secundo gradu est, non desperet tertium. Felices martyres, quorum multi de novissimo gradu in primum gradum ascendere meruerunt. Qui vivit in isto saeculo, non potest statim de primo ad summum conscendere. Non debemus igitur contenti esse primo gradu, semper debemus ad maiora conari. Nec qui in novissimo est, desperet primum ; nec qui in primo est, debet esse securus : potest enim cadere in ultimum. Ego puto illud esse, quod significat et Iacob scala, quando fugit Esau fratrem suum. ' Et venit, inquit, in Bethel, et dormivit ibi, et posuit lapidem ad caput suum '. Videte asceten nostrum ; fugiebat hominem crudelissimum, fugiebat fratrem, et auxilium invenit in lapide. Lapis ille Xpistus est, lapis hic his qui persecutionem patiuntur auxilium est : ceterum Iudaeis incredulis lapis offensionis et petra scandali. ' Et vidit, inquit, ibi Iacob scalam erectam e terra usque ad caelum ; et in caelo, inquit, Dominum ἐπιστηριγμένον αὐτῇ. Et vidit, inquit, angelos ascendentes et descendentes '. Videte quid dicat. Vidit angelos conscendentes ; vidit Paulum conscendentem. Vidit angelos de-

1 *stabat*] *stabant* S. *qui pontifex erat*] *pontifex* BCGP (om. *qui* et *erat*). 2 *d. gradu*] *d. grado* PS, *graduo* G. *sursum*] μ ; *rursum* codd. constant. *vero*] om. AC. 3 sq. *rursum*] μ et codd. pro *sursum*? 9 *et martyrum*] *martyrumque* μ ; PS om. *et* ; item B, sed inser. *omniumque*. 12 *in laudes*] *in laude* C. 22 *et*] *etiam* μ, *eciam* S. *fugit*] *fugiit* G ; μ inser. *Iacob*. 23 *asceten*] PS, *ascaetem* G, ἀσκητήν μ ; *ascensum* ABI ; *Iacob* C. 25 *hic*] om. S. *his*] om. G. 27 *e terra*] scripsi ; *&* *terra* G ; *et erat* BPS ; *a terra* I, C in rasura ; *de terra* μ. 28 *ad c.*] *in c.* P. ἐπιστηριγμένον αὐτῇ] om. μC ; GIP om. αὐτῇ. 29 *descendentes*] G add. *per eam*, I *super eam*. 30 *conscendentes*] *ascendentes* I.

7. *mortuorum*] 1 Cor. 15, 41 sq.
23. *suum*] Gen. 28, 11.
27. *scandali*] 1 Petr. 2, 8.
29. *descendentes*] Gen. 28, 12 sq.

scendentes : Iudas proditor conruebat. Vidit angelos ascendentes : sanctos homines de terra ad caelum pergentes. Vidit angelos descendentes : diabolum et daemones et exercitum suum de caelo praecipitatos. Grandis est difficultas, de terris ad caelestia conscendere. Facile ruimus, quam conscendimus. Facile ruimus : in ascendendo grandis labor est, grandis sudor est. Si fuero in primo gradu, quantum mihi restat usque ad caelum ? si fuero in secundo, si in tertio, si in quarto, si in decimo, quid mihi prodest nisi ad summum pervenero ? Fac mihi istam scalam quindecim habere gradus : veni usque ad quartum decimum : nisi quintum decimum tenuero, quid mihi prodest quod ad quartum decimum veni ? Si ad quintum decimum venero, et conruero, maior ascensus maior ruina est. Simulque considera sacramentum : quia grandis labor est et grandis sudor, de terris ad caelum conscendere. Vultis scire qui sunt illi gradus ? Qui est primus gradus ? Ego puto primum gradum esse ieiunium, adhuc enim iuxta terram est : recedimus de terra, conscendimus : tamen adhuc de terrenis et de corporalibus cogitamus. Dicat aliquis : Quid mihi prodest ieiunium ? ego quaero ut anima mea pura sit ad Dominum : quanti non ieiunant, et sancti sunt. Ego non hoc dico. Si Paulus apostolus, vas electionis, castigabat corpus suum et servituti subiciebat, ne aliis praedicans ipse reprobus inveniretur : si dicit ' Video autem aliam legem resistentem legi mentis meae et ducentem me in captivitatem ' et postea dicit ' Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius ? ' si ille insidias corporis timet, nos securi sumus ? si ille dicit ' Quando infirmor, tunc fortior sum ' infirmitas corporis, sanitas animae est. Hoc totum quare dico ? Quia abstinentia primus gradus est. Non statim putemus quod, si ieiunaverimus, conscendamus ad regna caelorum : ieiunia nos non ducunt ad regna caelorum, sed sine ieiuniis non conscendimus ad regna caelorum. Sola non prosunt : cum aliis prosunt. Hoc totum quare dixi ? Quia quasi fundamentum est et ὑποστήριγμα ascendentibus ad maiora. Secundus vero

3 *et exercitum suum*] BI om. *et*; *cum exercitu suo* μ. 4 *Facile r. q.*] *facilius* μAI, C 2 m. sup. lin. 11 *Si*] *Et si* μ. 13 *qui sunt*] *quid sint* B. 15 *conscendimus*] S add. *ad alciora.* 16 *de terrenis*] SG om. *de.* *de corp.*] S om. *de.* 17 *ad Dominum*] *apud D.* μ. 18 *non hoc*] G om. *hoc.* *vas electionis*] om. μS. 20 *si dicit*] *et dicit* G. 24 *sanitas*] *sanctitas* BCP. 25 *Non*] *et non* μ. 29 *et* ὑποστήριγμα] ex uno cod. A accepi; om. μ et ceteri.

20. *inveniretur*] 1 Cor. 9, 27.
21. *captivitatem*] Rom. 7, 23.
22. *huius ?*] ibid. 24.
23. *fortior sum*] 2 Cor. 12, 10.
28. *quasi fundamentum est* etc.] Hieron. ep. 130, n. 11 ' Ieiunium non perfecta virtus, sed ceterarum virtutum fundamentum est; et sanctificatio atque pudicitia, sine qua nemo videbit Deum, gradus praebet ad summa scandentibus, nec tamen, si sola fuerit, virginem poterit coronare '.

gradus est, saeculo renuntiare, nihil de saeculo quaerere, terrena contemnere. Aliquis dicat : Et hoc facere secundum est ? Ego dico, secundum. Nihil est terrena dimittere : vitia animae dimittere, grande est. Si enim ieiunavero, hoc est, si fuero in primo gradu : si dimisero possessiones meas, hoc est, si fuero in secundo gradu : quid mihi prodest, si rixosus sum, si iracundus sum, si detractor sum, si invidiosus sum ? Nihil est grande terrena dimittere : maiora sunt vitia, quae dimittenda sunt. Sed dicat aliquis : Difficile est, grande est, durum est. Et ideo grande est, quia difficile est. Athleta Xpisti non coronatur, nisi legitime certaverit. Nulli faciat desperationem : arduus ascensus est, difficilis est, desperatio nascitur. Noli desperare, homo : in quinto decimo gradu Dominus supra est, intuetur te, dat auxilium. Si in primo gradu es, et videtur tibi grande esse διάβημα inter primum et quintum decimum : noli respicere gradus, sed Dominum aspice. Et videte quid dicat. Non dixit, Vidi Dominum stantem in quinto decimo gradu : nos enim ad stantem et erectum Dominum pervenire non poteramus. Sed vide quid dicat : vidit eum innitentem super scalam. Vide quid dicat : de eo quod stabat, incurvavit se et humiliavit, ut nos possemus ascendere. Dominus incurvus est, propter te humiliavit se : securus ascende.

Iste igitur, qui nunc in primo gradu est, non est in tribulatione : iam enim recessit de tribulatione, iam in primo gradu posuit pedem. Non enim dicit, Nunc tribulor, nunc clamo ; sed quia in primo gradu est, refert quid passus sit. Et quid dicit ? *Ad Dominum cum tribularer clamavi, et exaudivit me.* Videtur iste versiculus nihil habere intrinsecus, versiculus parvus est : sed tres sensus habet in se pariter conglutinatos. Quid enim dicit ? Cum tribularer, ecce unum : clamavi : et post clamorem quid? exaudivit me. In uno versu prior tribulatio, clamatio, et exauditio. Non dixit, Quando securus eram, quando laetus eram, clamavi : sed, quando tribulabar, clamavi. ' Petitis, inquit, et non exaudimini, quia neglegenter petitis '. *Ad Dominum cum tribularer clamavi, et exaudivit me.* Quid me

2 *secundum est*] codd ; *secundus est* μ. 6 *invidiosus*] *invidus* μS ; *invid***us* P. 9 *Athleta*] *atleta* P ; *adleta* C. *Xpisti*] om. μBS. 11 *homo*] *o homo* μ. 12 *te*] om. G ; BC inser. *et*. 13 διάβημα] scripsi ; διαυημα AB ; δεαστεριγμα S ; aliis aliud vocabulum sub oculis fuisse videtur, NRΩNOM G ; NRCUNOM I, NKΩNOΥ P ; *spatium* μ ; om. C. *gradus*] *gradum* μS. *sed Dominum*] *sed caelum* μS ; *sed uno* B. 15 *erectum*] *rectum* CG. 16 *vidit eum*] *vidi Dominum* μS. 17 *de eo quod*] SG ; *de eo qui* μB. *incurvavit*] *inquurvavit* G. *humiliavit*] μS repet. *se*. 18 *incurvus*] *inquurvus* G ; *incurvatus* BC. *propter te*] *pro te* G. 23 *quid passus sit*] *quid p. est* μS ; *quod p. sit* GI. 26 *quid*] μS ; om. BCGIP. 27 *versu*] *verso* C corr. 29 *neglegenter*] *neclegenter* SG.

30. *petitis*] Iac. 4, 3.

exaudivit? Fecit me stare in primo gradu. Verum ad conparationem quinti decimi gradus, quid est esse in primo gradu? Dimisi terrena, necdum ad alta conscendi. Ergo non debeo esse securus: in ceteris gradibus debeo auxilium Dei postulare.

Domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa. Dicit hoc de omnibus haeresibus: dicit de Iudaeis, dicit de Arrianis, dicit de Manichaeis, dicit de ceteris haeresibus. Quando dicit Arrianus: Pater maior, Filius minor; quid dicamus nos? Domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa. Quando dicit Manichaeus, et similes Manichaeorum: Dominus non resurrexit in corporis veritate, et ut scias non fuisse verum corpus, clausis ingressus est ostiis: nos quid dicamus? Domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa. Maiora vulnera sunt linguae quam gladii. Gladius interficit corpus, animam non interficit: lingua animam interficit. Lingua mala res, malum magnum: 'modicum quidem membrum est, sed magna exaltat'. Quanta mala habeat lingua, legite epistolam sancti Iacobi. Lingua nihil medium habet: aut grande malum, aut grande bonum. Grande bonum, Xpistum Deum confitetur; grande malum, Xpistum Deum negat. Ergo ne putet aliquis et dicat, Interim opere non peccavi: si peccavi, lingua peccavi. Quod est maius peccatum, quam blasphemia in Deum? et tamen lingua peccat. Diabolus unde cecidit? quia furtum fecit? quia homicidium fecit? quia adulterium fecit? Et haec quidem mala sunt: sed diabolus propter hoc non cecidit, sed propter linguam suam cecidit. Quid enim dixit? 'In caelum ascendam, super sidera caeli ponam thronum meum, et ero similis Altissimo'. Non ergo putent monachi se debere esse securos, et dicant, Interim grandia crimina non facimus in monasterio: non adultero, non furtum facio, non homicidium facio, non parricidium facio, et cetera grandia vitia. Et in lingua grandia vitia sunt. Grande scelus, quando detraho fratri meo; lingua mea fratrem interficio. 'Qui enim odit fratrem

7 *Arrianus*] *Arrius* S. 8 *dicamus*] *dicemus* μ, C 2 m. sup. lin. 9 *similes*] *similis* μGI. 11 *dicamus*] *dicemus* μ, C 2 m. 14 *lingua animam interficit*] om. S. 15 *exaltat*] AC; *exultat* BPSG, I corr; *exulcerat* μ. 16 *epistolam*] *in epistola* C. 17 *bonum, Xpistum*] *b. si Xpistum* μS. 18 *confitetur*] *confiteor* C; *confiteri* P 2 m. sup. lin. *malum*] μ inser. *si.* *negat*] *nego* C, P mutat. in *negari.* 21 *unde*] *cur de coelo* μ. 21. 23 *cecidit*] *decidit* B. 22 *adulterium fecit*] *a. commisit* μS. 25 *Altissimo*] *altissimi* P corr. 26 *adultero*] *adulteror* μ; *adulterium* (*i* add. sup. lin.) I. 27 *parricidium*] *patricidium* C. *cetera*] μ inser. *quae.* 28 *Et in lingua*] CP; *et lingua* G; *elingua* B; μS om. *et in lingua grandia vitia.* *Grande*] *et grande* B. 29 *mea fratrem*] BC add. *meum.*

15. *exaltat*] Iac. 3, 5. 25. *Altissimo*] Is. 14, 13 sq.

suum, homicida est'. Videte quid dicat Salomon: 'In manu linguae mors et vita'. Videte quid dicat, in manu linguae. Vides quantum malum sit lingua? et manum habet. Quid enim dicit? In manu linguae. Grande vitium est detrahere fratribus, tacere non posse, circumire cellas, aliis detrahere. Ego peccator sum, iste peccator est: quid ad te? Teipsum considera, ne cadas. Quid in alterius ruina exultas? numquid si ego cecidero, tu stabis? Licet ruina mea sit, ruina fratris timor tuus esse debet, non exultatio. Ille cecidit: laetaris, an tristis es? responde mihi. Frater cecidit: aut laetus es, aut tristis. Si laetus es, aliquis in alterius ruina laetus est? si autem tristis es, quid circuis? quid aliis narras? Tristitiam tuam Deus videat, et ipse frater sentiat, non fratrum aures audiant. *Domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa.*

Quid detur tibi aut quid adponatur tibi ad linguam dolosam? Spiritus sanctus respondet prophetae dicenti, Domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa: Quid detur tibi aut quid adponatur tibi ad linguam dolosam? Respondet ei et dicit: Tu qui dicis, Domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa, quid tibi vis dari? Et postquam datum tibi fuerit, quid tibi vis rursum adponi ad linguam dolosam? Videte quid dicat. Non dixit, contra linguam dolosam: sed, ad linguam dolosam. Si dixisset, contra linguam dolosam, videbatur de adversario dicere. Videte quid sit sacramentum: propheta, immo sanctus in primo gradu constitutus — dico simplicius propter simpliciores — quid dicit? Domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa: verbi causa, adversario meo qui mihi detrahit. Sed Dominus aliud respondet, et quid dicit? Non dixit, quid detur tibi aut quid adponatur tibi contra linguam dolosam? hoc est, non dixit, quid desideras tibi fieri contra adversarium tuum? Sed quid dixit? Quid detur tibi aut quid adponatur tibi ad linguam dolosam? Non dixit, contra linguam: sed, ad linguam. Videte quid dicat, ad linguam dolosam: ad tuam linguam, non adversarii,

1 *Salomon*] corr. ex *Solomon* C. 3 *lingua*] *linguae* C; *in linguae* P 2 m. sup. lin. *linguae*] C add. *mors et vita.* 4 *circumire*] *circuire* μ. 6 *Quid*] *qui* G. 7 *mea sit*] sup. lin. add. P; BCSG om. *sit.* *fratris*] B ita prosequitur: *mei esse mortificatio esse debet non exultatio.* 9 *aliquis*] codd; *ut quid* μ. *laetus est?*] BS, *laetus es* μGP; *laetatus est* C. 14 *prophetae*] *prophaeta* G. *dicenti*] μ; *dicens* codd. 17 *dari?*] S inser. *Sagittas potentes acutas.* 20 *videbatur*] SG; *videretur* μ. 21 *quid*] *qui* C. *sacramentum*] de hoc vocabulo absolute posito cf. supra p. 222, l. 12. *propheta*] C *e* in fine deleta; *prophetiae* S; *prophetae* μ et ceteri. *sanctus*] codd; *sancti* μ. 22 *constitutus*] *constructus* G: *constituti* μ. 23 *dicit*] *dicat* C. 24 *adversario meo*] *a labiis adversarii mei* μS. *mihi detrahit*] *me d.* B.

1. *homicida est*] 1 Io. 3, 15. 2. *et vita*] Prov. 18, 21.

Si enim adversarius tibi detrahit, nihil nocet : tu te interficis, si aliis detrahis. Verbi gratia, si detrahat mihi frater, mihi quid nocuit? si dicat me homicidam, si dicat me adulterum, si sceleratum, si mendacem, mihi quid nocuit? E duobus enim unum est: aut verum dicit, aut mentitur. Si verum dicit, non mihi illud nocet, quod ille dixit; sed quia vere ego feci. Si autem mentitur, mendacium ipsius mihi non nocet, sed interficit animam loquentis. Infelices sumus, miseri sumus. Quando aliquem habemus inimicum, dum putamus quod contra ipsum faciamus, contra nos facimus. Detrahimus illi, huc illucque circumimus, omnibus dicimus de eo: putamus quod illum noceamus? Illum non nocemus, sed nostras interficimus animas, quod mentimur. ' Os enim quod mentitur, occidit animam '. *Quid detur tibi aut quid adponatur tibi ad linguam dolosam?* Quasi bonus medicus, qui dicit: Ad hanc infirmitatem, ad hoc vulnus quid tibi vis inponi? quod tibi vis inplastrum inponi? Quomodo si dicat aliquis ad vulneratum aliquem : Quid detur tibi aut quid adponatur tibi ad vulnus quod doles? Interrogat Dominus, non quo ignoret, sed quo iste qui rogabat sciat quomodo rogare debeat.

Sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatoriis. Sagittae potentis. Iste nunc respondet ad Dominum, quid petat. Quia dixerat Dominus, Quid detur tibi aut quid adponatur tibi? nunc iste dicit quid petat. Domine hoc peto: sagittas potentis acutas cum carbonibus desolatoriis. Vide quid dicat. Venenum linguae meae et detractionem meam nulla res potest foras proicere, nisi sagittae tuae, quae solitudinem faciunt linguae meae. Lingua mea tumet, venenum habet intrinsecus: nisi sagittis tuis conpuncta fuerit et percussa, venenum non egreditur. Debemus exemplum dare. Si quando in corpore vulnus est, et in ipso vulnere iam putridae carnes sunt, et cancer est, et fuerit pus intrinsecus : nisi apertum fuerit, non egreditur pus. Et si egressum fuerit pus, nisi cauterium fuerit, rursum renascitur pus. Vide igitur quid dicat. Quia tumet lingua mea, et pus habet, et venenum habet, primum sagittis tuis vulnera, ut pus possit exire: deinde carbones tuos et ignem pone, ut quidquid malum fuerit, excoquat, et deser-

1 *tibi detrahit*] *te d.* B. *nihil*] μS inser. *tibi.* *aliis*] S, *alius* G et P corr. C mutat. in *alium*; *alios* BI; *alii* μ. *detrahis*] *detrahas* μS. 2 *nocuit*] *nocet* μ. 6 *non*] *nihil* C. *loquentis*] *loquentem* μ; B add. *mendatium.* 8 *faciamus*] *facimus* μS. *Detrahimus illi*] *d. illum* B. 9 *circumimus*] *circuimus* μBG. 10 *illum noceamus*] *illi* μI. *Illum n. noc.*] codd; *illi* μ, P 2 m. *interficimus*] *decipimus* S. 13 *qui dicit*] *quid d.* ISG. *ad hanc infirmitatem*] *de hac infirmitate* I. 14 *inplastrum*] *inpla.strum* P; *exemplastrum* B; *emplastrum* μ. 15 *quod doles*] *quod dolet* I; *quo doles* μ. 16 *quo ignoret*] GP; *quod i.* μBIS; *quod ignorat* C. *quo iste*] G; *quod i.* μ et cet. 28 *cauterium*] *cauteriatum* μAI.

11. *animam*] Sap. 1, 11.

tum faciat. Vide igitur quid dicat, Sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatoriis. Utinam detur nobis iste carbo desolatorius. Utinam et nos dicamus: ' Nonne cor nostrum erat ardens in via, cum aperiret nobis scripturas? ' Dicit Esaias ad Babylonem: ' Habes carbones ignis, sedebis super eos, hi erunt tibi in adiutorium '. Et apostoli antequam acciperent Spiritum sanctum, habebant in lingua sua adhuc aliquos tumores humanos: propterea Spiritus sanctus descendit in specie ignis, et sedit quasi ignis in linguis eorum, ut quidquid puris habebant, Spiritus sanctus decoquat. Dicamus et aliud exemplum. Esaias cum vidisset Dominum sedentem super thronum excelsum et elevatum, quid dicit? ' Vae mihi misero, quia conpunctus sum, quia cum labia inmunda habeam, et in medio populi inmunda labia habentis ego sedeo '. Vide quid dicat, Vae mihi misero, quia inmunda labia habens. Et postea quid dicit? Quoniam labia habebat inmunda, propterea mittitur unum de seraphim, et tollit carbonem ignis de altari, et tangit labia ipsius et linguam, et purgat eam. Et quid dicit? Ecce hoc tetigit labia tua, et mundavit linguam tuam '. Et statim quid dicit? ' Quem mittam ad populum istum, et quis ibit? ' O mysteria scripturarum! Quamdiu habebat linguam dolosam et labia inmunda, non ei dicitur, Quem mittam, et quis ibit? Mundantur labia ipsius, et statim

3 *nobis*] BCP inser. *ihs.* 4 *Habes*] *habeto* G. 5 *in adiutorium*] *in adiutorio* BC. 6 *in lingua sua*] *in linguam suam* C; *in linguas suas* B. 7 *et sedit quasi ignis*] om. μ. 8 *in linguis*] *in linguas* μB. 9 *decoquat*] *dequoquat* ISG; *decoqueret* μ. 11 *cum*] ita Hieron. Dialog. contra Pelag. l. 3, n. 14 ' quia *cum* sim homo et inmunda labia habeam ' etc; om. μI, eras. in P. *habeam*] *habeo* μGI, P sup. lin. 2 m. *et*] *quoque* Hieron. ibid; eras. in C. 12 *sedeo*] μACI, P sup. lin; *habito* Hieron. loc. cit; *sedeam* BSG, P corr. 13 *habens*] ἔχων LXX; *habent* G, P corr; *habeo* μ. 14 *unum d. s.*] SG (ἓν τῶν Σεραφίμ LXX); *unus* μ. 16 *tetigit*] *tetigi* μ. *mundavit*] *mundavi* μ.

4. *scripturas*] Luc. 24, 32.
5. *in adiutorium*] Is. 47, 14 sq. iuxta LXX. Cf. Hieron. contra Ruffin. 2, 7 ' Et ad Babylonem scriptum est *Habes carbones ignis, sedebis super eos, hi erunt tibi in adiutorium*. Et in psalmo paenitens audit *Quid detur tibi a. q. a. t. a. l. dolosam? Sagittae p. a. c. c. desolatoriis*: ut linguam dolosam sagittae praeceptorum Dei... vulnerent atque confodiant, et peccatorum in ea solitudinem faciant '.
8. *in linguis eorum*] Cf. Act. 2, 3.
12. *sedeo*] Is. 6, 5.
16. *tuam*] ibid. 7.
17. *ibit?*] ibid. 8. Quem Isaiae locum Hieronymus ad Damasum ep. 18, n. 14 ita interpretatur: ' carbo comprehensus mittitur ad prophetam, quem in centesimodecimo nono psalmo cum propheta Deum rogaret dicens *Domine libera a. m. a. l. i. e. a. l. dolosa*, et post interrogationem Spiritus sancti *Quid detur t. a. q. a. t. a. l. dolosam?* dictum est *Sagittae p. a. c. c. desolatoriis*, scimus prophetae esse concessum. Vere quippe desolatorius carbo, qui linguam puram facit a peccato, sermo divinus est, de quo et in Isaia dicitur *Habes carbones ignis, sedebis super eos, hi erunt tibi in adiutorium* '.

mittitur ad loquendum. Ergo qui labia inmunda habet, non potest prophetare, non potest mitti in obsequium Dei. *Cum carbonibus desolatoriis.* Utinam praestetur nobis et ista solitudo, ut quodcumque malum est tollat de lingua nostra: ut ubi spinae sunt, ubi vepres sunt, ubi urticae sunt, mittatur ignis Domini, et universa exurat, et fiat solitudo Xpisti.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Hoc sanctus dicit, qui corpus non desiderat, qui terram non quaerit, qui caelum cupit. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Quando aegrotamus, quando febricitamus, quando suspicamur nos mori, quando iactamus brachia, quando timemus, quando conmeatum petimus, istum versiculum non possumus dicere. Iste sanus erat, non aegrotabat, et quid dicit? Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Quamdiu enim sumus in tabernaculo corporis huius, peregrinamur a Domino. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. *Incolatus meus*: non dixit, habitatio mea. Incolatus meus: in saeculo enim praesenti non habemus habitationem, sed peregrinationem. Unde et apostolus dicit: 'Quasi advenae et peregrini'. 'Advena ego sum et peregrinus'. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Quod dicit, hoc est. Infelix ego, quamdiu sum in isto corpore. Quis nostrum hoc potest dicere? Si octogenarii fuerimus, timemus mori; si centenarii sumus et aegrotamus, tamen commeatum et spatium postulamus. Hoc totum quare facimus? quia peccatorum nos conscientia remordet. Scimus enim, quia si recedamus de corpore, non imus ad Xpistum, sed ad gehennam. Apostolus quid dicit? 'Cupio dissolvi et esse cum Xpisto'. Da mihi securitatem, quia post mortem futurus sum cum Xpisto, etiam nunc mori cupio. Ergo iste quia sanctus est, propterea dicit: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. *Habitavi cum habitantibus Cedar.* Cedar in lingua nostra interpretatur tenebrae. Vide ergo quid dicat. In quali loco sumus? in quali mundo sumus? Habitavi cum habitantibus Cedar. Diu fui in

3 *praestetur*] *praestet* C. 4 *urticae*] *orticae* B, P corr. 9 *brachia*] *bracia* C corr. 10 *conmeatum*] P; *comeatum* BCI; *commeatum* μ. 11 *dicit*] *dicebat* μ; *dicebam* S. *Heu mihi*] *hemi* C corr. 14 *dixit*] om. S. *mea*] μ inser. *sed.* 19 *sumus*] *fuerimus* S. 20 *commeatum*] *comeatum* BC. 26 *Cedar*] *Caedar* BCP. 27 *quali loco*] *quale l.* B; *quo l.* μS.

13. *a Domino*] 2 Cor. 5, 6.
16. *et peregrini*] 1 Petr. 2, 11.
17. *peregrinus*] Ps. 38, 13.
23. *cum Xpisto*] Philipp. 1, 23.
27. *interpretatur tenebrae*] Hieron. ep. 39, n. 3 'Illa, illa nos cupido teneat: *Hei mihi quia peregrinatio mea prolongata est a me, habitavi cum habitantibus Cedar, multum peregrinata est anima mea.* Si Cedar tenebrae sunt, et mundus iste sunt tenebrae' etc; ep. 108, n. 1 'voce semper flebili querebatur dicens *Heu mihi, quia peregrinatio... anima mea.* Nec mirum si planxerit se versari in tenebris, hoc enim Cedar interpretatur...'

tenebris, diu vixi in tenebris, diu fui in corpore mortis huius. *Multum incola fuit anima mea.* Vide sanctus quid dicit. Et si decem annis vixi, multum incola fuit anima mea. Quae enim beatitudo est ad conparationem caelestium, esse in terrenis? Multa sunt quae dicantur, sed iam ad finem festinat oratio.

Cum his qui oderunt pacem eram pacificus; cum loquebar illis, inpugnabant me gratis. Infelices nos, linguam nostram continere non possumus, non possumus non fratribus detrahere. Si nos aliquis offenderit, quasi vultum promittimus pacatum, ceterum cor habet venenum. Monachi dicimur, et licet non sumus quales esse debemus, tamen dicimur. Hora tertia oramus, hora sexta oramus, nona, lucernarium facimus, media nocte consurgimus, deinde gallicinio oramus. Videte quibus horis semper ad obsequium Dei suscitamur. Vide quid dicat: hora tertia, sexta, nona, lucernario, medio noctis, gallicinio, mane primo. Hoc totum facimus, et non consideramus, quia si inimicitias habet anima nostra contra fratrem, sine causa oramus. In evangelio enim quid dicitur? 'Si offeres munus tuum ad altare, et recordatus fueris ibi quod aliquid frater tuus habet adversum te'. Vide quid dicat. Non dixit, si habes aliquid contra fratrem tuum; sed, si aliquid frater tuus habet contra te. Rem quasi iniustam videtur nobis inponere: si enim dixisset, si habes aliquid contra fratrem tuum, in nostra erat potestate quod haberemus. Nunc vero quid dicit? Si recordatus fueris, quod aliquid habet frater tuus adversum te. Respondeo ei: Domine, non est hoc in mea potestate, si frater meus habet aliquid contra

2 *annis*] *annos* μI. 3 *enim*] S inser. *erat*, nec tamen om. *est*. 4 *esse*] om. C. *terrenis*] *terris* B. 6 *oderunt*] *oderant* B, C corr; *oderat* S. 8 *fratribus*] om. μS. 9 *promittimus*] *ostendimus* μS. *pacatum*] μ; *paratum* codd. 13 *lucernario*] *lucernarium* μB, C corr. I (2 m. add. *facimus*); *lucernarum* P. 14 *medio noctis*] μ C 2 m. sup. lin; *medium n.* ceteri; I 2 m. add. *surgimus*. *gallicinio*] *gallicinium* S. *totum*] C inser. *quare*. 15 *quia si*] *quoniam si* S; *quasi quas* G. 16 *Si offeres*] IS; *si offeris* G; *si offers* μ. 21 *quod*] *quid* S. *haberemus*] S, C *re* add. sup. lin; *habebamus* μ; *habemus* BGI.

14. *mane primo*] Hieron. ep. 22, n. 37 'Horam tertiam, sextam, nonam, diluculum quoque et vesperam nemo est qui nesciat... Noctibus bis terque surgendum'; ep. 107, n. 9 'assuescat exemplo ad orationes et psalmos nocte consurgere, mane hymnos canere, tertia, sexta, nona hora stare in acie quasi bellatricem Christi, accensaque lucernula reddere sacrificium vespertinum'; ep. 108, n. 19 'Mane, hora tertia, sexta, nona, vespere, noctis medio per ordinem psalterium cantabant'. Cf. vitam S. Melaniae iunioris, n. 16 (Analect. Bolland. VIII, 49).

17. *adversum te*] Matth. 5, 23. Hieron. in h. loc. 'Non dixit, si tu habes aliquid adversus fratrem tuum, sed si frater tuus habet aliquid adversum te, ut durior reconciliationis tibi imponatur necessitas'.

23. *non est hoc in mea potestate*] Hieron. Dialog. contra Pelag. 2, 11 'Meae est potestatis, ut non habeam aliquid

me: ego nihil habeo contra eum. Si ille habet contra me, ad me quid pertinet? et quare non vis suscipere munus meum et dicis, Si offeres munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid contra te: dimitte, inquit, munus tuum, et vade reconciliare fratri tuo, et sic offeres munus tuum? Ecce ego nihil habeo: si ille habet, ad me quid pertinet? Respondet tibi Dominus, et quid dicit? Male serve, intellego animum tuum: nihil habes contra fratrem tuum? nihil habes? amas illum? quare ergo salvari eum non vis? si amas illum, vade, roga eum ne ille contra te habeat, et salvari possit. Sed ostendis quia non diligas eum, quia salvari eum non vis. Vade, roga eum, mitte te ei ad pedes, diebus et noctibus deprecare: dicito, Munus meum dimisi ad altare, propter te victimas offerre non possum. Ille conpungitur, et quid dicit? Si iste qui me rogat, non offert munus suum: ego qui rogatus sum non ignosco, quid facturus sum? Propterea dicit et apostolus, ut inimicis nostris manducare demus et bibere. Et quid dicit? 'Haec, inquit, faciens carbones ignis congregas super caput eius'. Dicat aliquis: Hoc inimici faciunt; ideo benefacio adversario meo ut carbones ignis congregem super caput eius? Sed aliud dicitur. Si tibi ille male fecerit, et tu ei bene feceris, carbones ignis congregas super caput eius: hoc est, mundas vitia eius, et excoquis malitiam eius, ut ad paenitentiam convertatur. Videte ergo quid dicat hic sanctus propheta. *Cum his qui oderunt pacem eram pacificus.* Non dixit, qui nolebant pacem: sed, qui oderant pacem. Illi oderant pacem, et ego amabam eos qui oderant pacem. Ideo dicit et apostolus: 'Quantum ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes'. Rogemus fratrem, si inimicus noster est; rogemus et bis, et ter, et septies. 'Domine, si pecca-

2 *Si offeres*] BIS, *si offeris* G corr; *si offers* μ. 4 *vade*] μ inser. *prius*. *reconciliare*] ita μSG. 5 *offeres*] *offeris* B; *offeras* μ. 7 *animum tuum*] *animam tuam* SG. *contra fratrem tuum*] *contra fratri tuo* B. *nihil*] *si nihil* C, P sup. lin. *amas*] *ama* C. 8 *salvari*] *salvare* SG. 9 *contra te*] B inser. *aliquid*. *habeat*] C item sup. lin. add. *aliquid*. *et*] *ut* μ, P *u* in *e*. *diligas*] *dilegas* G; *diligamus* S; *diligis* μ etc. 10 *ei*] om. IGP; eras. in C. *ad pedes*] μI add. *eius*, item CG sup. lin; P add. *ei*. 11 *et*] *hoc* S pro *ac*? *dicito*] *et dicito* CGIP, *et dicis* B. 12 *victimas*] G add. *meas*. 13 *offert*] *offerit* G. *rogatus sum*] C sup. lin. inser. *si*, μ *et*. *ignosco*] μB, C sup. lin. G (*i* in ras.); *agnosco* C 1 m. PS. 14 *ut*] *quod* C. 15 *demus*] *donemus* C; *de..mus* P. *Haec*] μS inser. *enim*. 16 *congregas*] *congregabis* I. 17 *benefacio*] codd; *bene faciunt* μ. *meo*] om. μS. *congregem*] *congregent* μ; *congregas* S. 20 *ad*] om. C, et post *paenitentiam* sup. lin. add. *agat et*. 21 *hic*] om. μ. *sanctus propheta*] *spiritus prophetalis* S. 22 *nolebant*] *volebant* μI. 22 sqq. *oderant*] vel *oderunt* codd. inconstanter. 25 *Domine*] *Tamen et* μS.

contra fratrem meum: ut autem ille adversus me habeat, aut non habeat, in illius voluntate consistit. Quid ergo faciam, si ille reconciliari noluerit? obsecrem? flectam genua?' etc.

16. *eius*] Rom. 12, 20. Confer supra p. 127, l. 20 sq.

24. *habentes*] Rom. 12, 18.

verit frater meus in me, quotiens dimittam illi? septies? Dico tibi, non septies, sed septuagies septies' hoc est, quadringenties nonagies. Si voluerimus conputare, de mane usque ad vesperam tanta peccata facere non possumus, quadringenta nonaginta. Tamen quid dicit Dominus? Si septuagies septies peccaverit in die, et conversus rogaverit te, dimitte ei. Sed dicis: Non ex toto corde convertitur, mentitur. Nos dimittamus Deo iudicium: rogat me, deprecatur: non dicit hoc verum, Deus novit. Ego vocem audio, Xpistus cor intellegit: ego suscipio quod audio, suscipiat Xpistus quod novit. Deinde vide mercedem tuam: mentitur ille, tu verum suscipis; illius interfectio est, tua salus est.

Hoc totum quare locutus sum? Quoniam in monasteriis et maxime in coenobiis solent ista esse vitia. Non erubescimus, non dolemus: dimisimus matres, dimisimus parentes, dimisimus fratres, dimisimus sorores, dimisimus uxores, dimisimus filios, dimisimus patrias nostras, dimisimus domos, dimisimus cellulas in quibus nati sumus et nutriti, dimisimus servulos cum quibus nutriti sumus, venimus in monasterium: et propterea haec omnia dimisimus, ut propter rem levem, fribolam, rixam cum fratribus faciamus in monasterio. Dimisimus possessionem, dimisimus patriam, dimisimus saeculum: et propter calamum rixam facimus in monasterio. Si verbum amarum audiero, ferre non possum, est in corde meo, inscribitur in medullis diebus decem aut quindecim, non potest tolli de corde meo, loquor fratri meo qui mihi iniuriam fecerat, et pacem labiis promitto, et corde venenum teneo. Frequenter et oculi mei et vultus mentis indicium sunt. Quando cor nostrum vulneratum est contra aliquem, non possumus eum aspicere rectis oculis: vultus ipse et oculi quasi speculum animae nostrae sunt. Quid dicit et scriptura? 'Et non poterant loqui ei quicquam pacificum': non poterat lingua mentiri, quod cor aliter conti-

1 *in me*] om. μS, B inser. post *peccaverit*. *quotiens*] om. C. *septies?*] *usque septies?* C. *quadringenties*] *quadragenties* P, C corr; *quadragencies* G. 3 *vesperam*] *vesperum* CP. 4 *possumus*] S inser. *usque ad*. 7 *hoc*] om. C. *verum*] codd; *vere* μ. *Deus*] *hoc Deus* C. 10 *salus est*] *salus esto* C. 12 *coenobiis*] *coenubiis* C; *cenubiis* B 1 m. 13 *parentes*] codd; *patres* μ. 15 *cellulas*] *cellulos* C corr; *caellolas* P 1 m; *cellas* GI; S add. *nostras*, μ *nostras, dimisimus cellas*. 16 *servulos*] *servolos* G, C corr; *servolus* P corr. 17 *levem*] CGP; om. μABIS. *fribolam*] BCP; *fribulam* G; *fribolum* S; *frivolam* μ. 20 *est*] codd; *aestuat* μ. 21 *inscribitur*] *et inscribitur* GI; *scribitur* μBS. *medullis*] μB add. *meis*. 23 *corde*] *in corde* C; *in corde meo* I. *mei*] om. μS. *mentis*] *et mentes* G; *et mens* I. 27 *pacificum*] *pacifice* C. *poterat*] *poterant* I. *aliter*] codd; *intus non* μ.

2. *septies*] Matth. 18, 21 sq.
4. *nonaginta*] Hieron. in hunc Matthaei locum: 'respondit Iesus *Non usque septies, sed usque septuagies septies*, id est, quadringentis nonaginta vicibus: ut toties peccanti fratri dimitteret in die, quoties ille peccare non possit'.
27. *pacificum*] Gen. 37, 4.

nebat. Hoc igitur dico vobis ipsis et mihi ; neque enim ad hoc praedico, ut quasi me securum faciam. Occasio istius versiculi conpulit me ista dicere. Grande malum est lingua. *Domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa* : non ab alterius lingua, sed a mea lingua me libera. Nihil mihi nocet lingua alterius : mea lingua mihi inimica est. Domine libera animam meam. Animam meam libera a lingua mea : lingua mea gladius est, interficit animam meam. Puto quod inimicum meum noceam, et nescio quod meipsum occido. Pugnent adversarii quando loquor illis, et ego pacifica loquar. Illi habeant inimicalem animum, nos vero habeamus pacificalem animum. Siquidem scriptum est in Paralipomenon : ' Et egressi sunt, inquit, filii Israhel ad pugnandum mente pacifica '. Aliquis vadit ad pugnam, et mentem pacificam habet ? Sed Xpistianorum arma, pax est. ' Pax Xpisti, quae superat omnem sensum '. Beati pacifici : non solum qui pacem faciunt inter rixantes, sed qui in seipsis pacem faciunt. Beati pacifici. Si alii rixam faciant, et ego medius intercedam, et faciam inter eos pacem, et ipse non habeam pacem in mente mea : quid mihi prodest, quod illi pacem fecerunt ? ' Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur '. Beati pacifici, qui loquuntur quidem his qui oderunt pacem pacifica. Beati pacifici. Xpistus pax est. Si enim Salomon interpretatur in Xpisto, Salomon autem interpretatur pacificus : ergo Xpistus Dominus noster pax est. Vadens ad caelum nobis vexillum dimisit dicens : ' Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis '. Reservemus quod Xpistus donavit, habeamus pacem, servemus pacem, et illa nos servat in Xpisto Iesu : cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

2 *me ista*] *nos ita* µS. 4 *me*] om. µ. 7 *inimicum meum*] codd ; *inimico meo* µ. *noceam*] *noceat* S. 8 *Pugnent*] *pugnant* µ ; *punguant* S. *loquor*] *locor* C corr. 9 *loquar*] *loquor* µI. 10 *pacificalem*] µ, *pacificale* C ; *pacificum* ceteri codd. *in Paralipomenon*] *in paralipomenis* C ; *in paralipominonis* G. 13 *superat*] *exuperat* µS. 15 *faciant*] *faciunt* BP. 17 *Beati — vocabuntur*] om. BCP. 18 *loquuntur*] *locuntur* GP ; *loquitur* C corr. *quidem*] om. µ. *oderunt*] C sup. lin ; *oderant* µ et ceteri. 20 *in Xpisto*] *Christus* µ. *Dominus*] SG ; *Deus* µC. 21 *vexillum*] *vixillum* C et P corr ; *auxilium* B. 22 *Reservemus*] *servemus* µS. 24 *servat*] *servet* C, P 2 m. sup. lin. *cui est gloria*] om. GIP.

11. *mente pacifica*] 1 Paral. 12, 38 iuxta gr. Hieron. ep. 112, n. 2 ' Et in Paralipomenon libro legimus, quod filii Israel ad pugnandum processerint mente pacifica : inter ipsos quoque gladios et effusiones sanguinis et cadavera prostratorum, non suam, sed pacis victoriam cogitantes '.

13. *sensum*] Philipp. 4, 7.

18. *vocabuntur*] Matth. 5.9.—Hieron. in h. l. ' *Beati pacifici*... Qui primum in corde suo, deinde et inter fratres dissidentes pacem faciunt. Quid enim prodest alios per te pacari, cum in tuo animo sint bella vitiorum ? '

22. *vobis*] Io. 14, 27.

DE PSALMO CXXVII.

Beati omnes qui timent Dominum. Qui timent Dominum, quod habent praemium? quam coronam? Videamus quam habeant laudem, quod praemium. *Beatus es, et bene tibi erit.* Iam dixi de beatitudine, quaero beatitudinem quae sit: qui timet Dominum, quam habet beatitudinem? *Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuae: filii tui sicut novella olivarum in circuitu mensae tuae.* Ego puto quod propicio Xpisto omnes timeamus Dominum. Ergo hanc beatitudinem non habemus? Scriptum est enim, qui timet Dominum, hanc habet beatitudinem: Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuae, filii tui sicut novella olivarum in circuitu mensae tuae. Ergo et qui unum habet filium, et qui duos, non est beatus? Quid enim dicit? Filii tui sicut novella olivarum in circuitu mensae tuae. Nisi tantos habuerimus filios, ut cingant mensam nostram, beatitudinem timentis Dominum non habebimus? Isaac hanc beatitudinem non habuit: habuit enim duos filios, unum pessimum Esau, cui multo melius fuerat si natus non fuisset. Habuit autem unum filium Iacob: ergo non habuit beatitudinem? quia unus circuire mensam non poterat. Virgines ergo non timent Dominum. Quid enim dicitur, quod qui timet Dominum intellegat beatitudinem? Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuae: filii tui sicut novella olivarum in circuitu mensae tuae. Hanc beatitudinem Iohannes non habuit, Iohannes uterque, tam evangelista quam baptista: uterque enim virgo fuit. Hanc beatitudinem Paulus non habuit, qui dicit: 'Volo autem omnes sic esse sicut me.' Videtis ergo quoniam uxor et filii spiritaliter intellegendi sunt; alioquin nisi spiritaliter intellexerimus, angeli hanc beatitudinem non habent, quia filios non habent. Revertamur ergo ad ordinem lectionis.

Beati omnes qui timent Dominum. Quomodo non potest dicere 'Pars mea Dominus', nisi qui aliam partem in saeculo non habet; sic non timet Dominum, qui timet aliud aliquid extra Dominum. Denique ipse

1 *DE PSALMO CXXVII*] In append. Breviarii col. 1367 sqq (μ). 2 *timent*] *timet* I. *habent*] *habet* I. 3 *habeant*] *habeat* I. 6 sqq. *novella*] *novellae* μ. 9 *timet*] *timent* CP. *habet*] om. GP, item C sed supplet in marg. *consequentur*. 11 *et qui duos*] C; μP om. *qui*; *et qui duo* G; *aut duos* B; *et duo* S. 14 *h. beatitudinem*] *h. benedictionem* G. 15 *cui*] I, *quem* C 2 m. sup. lin; *qui* μ et cet. codd. 16 *multo*] *multum* C. *autem unum*] *enim u.* C; *et alterum* S. 17 *circuire*] *circumire* μ. 18 *poterat*] *potuit* μ. *quod*] μ et codd. (pro *quo*?); expunct. in B. 19 *timet*] *timent* S. *intellegat*] *consequantur* S. 21 *I. uterque*] *I. utique* μ. 22 *fuit*] *fuerunt* G. 29 *aliquid*] om. CS.

23. *sicut me*] 1 Cor. 7, 7. 28. *Dominus*] Thren. 3, 24.

Salvator dicit: ' Nolite timere eos qui possunt corpus occidere, sed eum timete qui potest corpus et animam occidere in gehenna '. Videtis ergo quod aliud aliquid extra Dominum timet, qui Dominum non timet. Qui timet Dominum, quae signa habet? *Qui ambulant in viis eius.* Multae sunt viae, et multae viae ducunt ad unam viam. Denique dicitur et in Hieremia: ' State in viis Domini, et interrogate semitas Domini aeternas, et invenietis viam, et ambulabitis in ea '. Videte quid dicat, State in viis, et interrogate semitas Domini aeternas, et invenietis unam viam, et ambulate in ea. Videte quomodo per plures vias venimus ad unam viam. Hoc dicitur et in evangelio aliis verbis sub alia significatione parabolae de illo negotiatore, qui habuit plures margaritas, qui vendidit eas, et emit unam pretiosissimam margaritam. Quod dicit hoc est: State in viis, hoc est, habetote plurimas margaritas. State in viis, et interrogate semitas Domini aeternas. Pulchre aeternas, ne putaremus adventu Xpisti legem et prophetas esse finitos. Sed vide quid dicat. State in viis, in lege et prophetis. State in viis; nolite sic credere in unam viam, ut dimittatis vias plurimas; sed state in viis, et interrogate semitas Domini aeternas. Interrogate semitas Domini, quid dixerit Hieremias, Esaias, Iezechiel, quid ceteri prophetae. Interrogate semitas. Melius dicitur in graeco τρίβους: semita enim dicitur ab eo quod calce gradientium trita est. Et quod dicitur, hoc est: Interrogate semitas, hoc est τρίβους, quas trivit pes Domini: siquidem et Dominus ambulavit in eis. Cum autem interrogaveritis semitas Domini aeternas, et per illas semitas inveneritis unam viam, quae dicit ' Ego sum via et vita et veritas ', ambulate in ea. Videte mysteria scripturarum: videte in verbis simplicibus scripturarum plurima sacramenta, in viis et semitis, in lege et prophetis. Non dixit, ambulate, sed, state: ne dimittatis legem nec prophetas. Tamen cum inveneritis illas vias, per istas vias in ista una via ambulate.

Labores manuum tuarum manducabis. Multi non intellegentes aliter

1 *possunt corpus occidere*] *corpus occidunt* CG. 2 *occidere*] *perdere* S. *in gehenna*] *in geenna* S; *in gehennam* μ et cet. 9 *per plures*] *per pluras* C corr. 11 *vendidit*] *vindedit* P. 14 *Pulchre*] C inser. *dixit*, item P sup. lin; *dicit* I. *adventu*] *in adventu* I. 16 *in unam viam*] *in una via* PS, *in via una* μ. 24 *et vita*] om. GI. 29 Post *tuarum* coniunctio *quia* erasa est in C.

2. *in gehenna*] Matth. 10, 28.
7. *in ea*] Ierem. 6, 16. Conf. supra p. 137, l. 1 sqq.
10. *in evangelio*] Matth. 13, 46.
19. *Melius dicitur in graeco* τρίβους] Hieron. in Ierem. 6, 16 ' Standum est igitur in prophetis... et interrogandum de semitis antiquis sive sempiternis, quae multorum sanctorum sunt tritae vestigiis, quae significantius graece appellantur τρίβοι '.
24. *veritas*] Io. 14, 6.

interpretati sunt istum locum : ' Labores fructuum tuorum manducabis '. Denique latina exemplaria ita habent : Labores fructuum tuorum manducabis. Sed nos legimus in hebraeo ita scriptum : Labores manuum tuarum manducabis. Quis enim labores fructuum manducat ? Utique e contrario debet intellegi, quia aliquis fructum laborum suorum manducet, et non labores manuum suarum. E contrario enim intellegitur. Magis enim dici potest quia aliquis fructum laborum suorum manducet, et non labores fructuum. Quia igitur in hebraeo ita scriptum est, Labores manuum tuarum manducabis, ego puto quoniam et graece septuaginta interpretes in isto loco bene interpretati sunt. Manus enim lingua hebraea IAD dicitur ; in isto autem loco non habet IAD, sed CAPH. CAPH autem interpretatur χαρπός, non χαρπός, sed pars aliqua manus : siquidem χαρπός dicitur graece ἄρθρα. Hoc de interpretatione diximus. Labores igitur manuum tuarum manducabis. ' Unusquisque quod seminaverit, hoc et metet '. Ecce homo, et opera eius. Ergo et nos labores manuum nostrarum manducabimus. In manibus opera intelleguntur. *Labores manuum tuarum manducabis.* Dicat aliquis : Ergo post resurrectionem manducaturi sumus ? Hoc enim dicitur de beato viro, Labores manuum tuarum manducabis. Ego hoc dico simpliciter, quoniam homo ex duabus substantiis conpactus est, hoc est de anima et corpore. Anima inmortalis est, corpus autem mortale. Quod mortale est, necesse est ut et mortales cibos habeat ; quod autem inmortale est, hoc est anima, quae inmortalis est, et inmortales cibos habeat. Vultis scire quoniam et anima habet cibos suos ? Dicit Dominus atque Salvator, cum esuriret. Quid dicit ? ' Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui me misit '. Vultis scire quos cibos habet anima ? Dicit nobis et propheta : ' Gustate et videte quoniam suavis est

3 *scriptum*] S add. *esse*, G *est*. 6 sq. Ita codd. BCISG ; μ om. *et non labores manuum s. E c. e. i. M. e. d. p. quia aliquis fructum laborum suorum manducet*. 9 *et graece*] *et greci et* BI. 10 *bene*] om. BG. 11 *CAPH*] A ; *caaph* BGI, cod. Gratianop. 218 ; *chaaph* μCP ; *chap* S. 12 χαρπός, *non* χαρπός, *sed*] Haec verba in codice C erasa sunt ; ΚΑΠΟC *non* ΚΑΡΠΟC AB. *siquidem* χαρπός] om. S. 13 ἄρθρα] *APOPA* ACIP, cod. Gratianop. 218 ; *APEPA* μBSG ; genuinam lectionem deprehendi ex cod. Paris. lat. 12163 fol. 94, ubi in epist. Hieronymi 54 n. 11 *apepa* et *proapepa* pro ἄρθρα et πρόαρθρα legitur. *Hoc*] μ add. *modo*. *igitur*] om. μ. 21 *necesse est*] om. μ. 22 *et*] om GI. 23 *habeat*] *habet* μGI.

12. *pars aliqua manus*] De hoc loco Hieron. ad Marcellam ep. 34, n. 5 ' Hilarius ...de eo loco, in quo scriptum est *Labores fructuum tuorum manducabis*, varia opinatus asseruit magis stare sententiam, si scribatur *fructus laborum* aliquem manducare, et non *labores fructuum*... cum in hoc loco non septuaginta interpretes, sed Latini de graeci verbi ambiguitate decepti χαρπούς *fructus* magis quam *manus* interpretati sint: cum χαρποί manus quoque dicantur'.

14. *metet*] Gal. 6, 7.

25. *misit*] Io. 4, 34.

Dominus '. Quomodo enim corpus nisi acceperit cibos suos, moritur : sic et anima nisi acceperit cibos spiritales, moritur. Hoc totum quare dico ? Quia solent aliqui dicere : Non habeo necessariam scripturam sanctam, sufficit mihi tantum timere Deum. Et hoc propterea diximus : quomodo cibi sunt corporis, sic cibi sunt et animae nostrae scripturae sanctae.

Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuae. Dicit Salomon quia voluerit sapientiam ducere sibi sponsam. Dicit et in alio loco de sapientia : ' Ama illam, et amplexabitur te : circumda illam, et servabit te '. Ducamus ergo et nos hanc uxorem ; habeamus illam in amplexibus nostris, numquam eam dimittamus de sinu nostro, numquam fugiat de manibus nostris. Si semper fuerit in amplexu nostro ista uxor, faciemus ex ea filios : non filias, sed filios. Denique et hic dicitur : *Filii tui sicut novella olivarum in circuitu mensae tuae.* Numquid non poterat dicere, filiae tuae ? aut non poterat dicere τὰ τέκνα σου, ut possint intellegi et viri et feminae ? Sed vide quid dicat, filii tui. Qui sapientiam uxorem habet, non facit de ea filias, sed filios. Nihil molle, nihil delicatum, nihil tenerum, nihil effeminatum habet in mente sua. Putas quod sancti alia causa scribuntur non habuisse filias, sed filios ? Legamus Genesim : ibi enim generationum ordo servatur. Sanctus Abraham habuit uxorem Sarram, habuit Agar concubinam, habuit postea Chetturam. De duabus uxoribus filios creat, filias non facit. Veniamus ad Isaac. Et Isaac duos filios facit, filias non habet. Sanctus enim erat, et nihil habebat in se molle et tenerum et effeminatum, sed totum virile et rigidum. Beatus Iacob duodecim patriarchas habet filios ; et unam habet filiam nomine Dinam, quod interpretatur causa, iurgium, rixa. Denique unam habuit filiam, et duodecim filios ; et propter unam filiam tanta in Sichem bella nascun-

3 *necessariam*] *necessario* μ ; om. GIP. 5 *et*] om. SG. 8 *quia*] *qui* P ; *quod* C. *sibi*] *sive* G ; *scilicet* μ. 11 *nostro*] CP repet. *numquam eam dimittamus.* 15 *possint*] *possit* B ; *possent* C. 17 *delicatum*] *delegatum* SG. 19 *causa*] *caussa* C corr. *scribuntur*] *scribantur* C. *Genesim*] *Genesi* B ; *in Genesi* C. 21 *Chetturam*] scripsi (gr. Χεττούραν) ; *Cheturam* μBGIP ; *Cetthuram* S ; *Caeturam* C. 22 *duos*] om. G. 23 *facit*] *habuit* S. *in se*] *ipse* P corr. 24 *virile*] *viritale* C corr. 26 *quod*] *quae* C. *iurgium*] *iurgiorum* μ, P corr ; *iurgii* AC. *rixa*] *rixam* μG ; *vel rixa* A. 27 *Sichem*] *Sechim* B ; *Sicim* G.

1. *Dominus*] Ps. 33, 9.
8. *sponsam*] Sap. 8, 2.
9. *servabit te*] Cf. Prov. 4, 6. 8.
13. *sed filios*] Hieron. in Eccles. 2, 8 (Migne 23, 1080) : ' nullus sanctorum nisi perraro feminas genuisse narratur... Iacob inter duodecim patriarchas unius filiae pater est, et ob ipsam periclitatur '. Cf. comment. in Is. 66, 7.
26. *rixa*] Hieron. Hebr. quaest. in Gen. 30, 21 '*et vocavit nomen eius Dina.* Haec transfertur in *causam*, quam significantius Graeci δίκην vocant. Iurgii enim in Sicimis causa exstitit '.

tur. Iacob numquam dixerat: ' Timeo, fecistis me odibilem '. Loquitur ad Levi et Simeon : ' Levi et Simeon, in consilio eorum ne veniat anima mea '. Quare? quia viri causam voluerunt agere mulieris. Hoc totum quare dixi? Quoniam sancti filias non habent, sed filios tantum habent. Rem vobis dico novam, novam nescientibus ; ceterum qui scripturas legunt, et diligenter legunt, non novam, sed eam quam sciunt. Iacob duodecim habuit filios patriarchas : Ruben, Simeon, Iudam, Levi, Isachar, Aser, et ceteros usque ad duodecim. Legite in generatione, et numquam invenietis de tantis duodecim patriarchis ullum fecisse filiam, sed totos filios. Dico vobis unum, ne forsitan obliviscamini. Aser filiam habuit Sarram. Iacob habuit duodecim filios et unam filiam : sic inter duodecim patriarchas unus patriarcha unam tantum filiam habuit. Hoc totum quare dixi? Ut filios et filias in scripturis spiritaliter intellegere debeamus. *Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuae.* Sicut vitis abundans. Vitis abundans plurimos botros habet, sic et uxor nostra, hoc est, sapientia uxor nostra, quae sponsa est. Denique scribitur in alio loco: ' Veni soror mea sponsa '. Ne in eo quod dixerat, sponsa, turpe aliquid intellegeres, iungitur soror, ut omnis turpis amor excludatur. Veni soror mea : sanctus enim amor est, et propterea te sororem voco. Et sponsa mea : propterea te sponsam voco, ut habeam uxorem, et de te filios faciam plures, filios plures quasi de vite botros. Quomodo vitis habet diversos botros, et una quidem radix est, sed longe lateque huc atque illuc flagella diffundit, et ipsa flagella habent fructus suos, et in ipsis fructibus sunt botri, et alius botrus maior est, alius minor, alia maiora grana sunt, alia minora ; sic et de sapientia, quae est uxor nostra, si tamen numquam eam dimiserimus, plures nascuntur botri, hoc est, virtutes plurimae, sanctae cogitationes, opera praeclara. *Filii tui sicut novella olivarum in circuitu mensae tuae.* Legimus in alio loco : ' Et vinum laetificat cor hominis '. Legimus et in Cantico canticorum : ' Venite fratres,

1 *numquam*] *nam quid* C. 2 *Simeon*] *Symeon* C. *consilio*] *concilio* μ. *ne veniat*] *non veniat* μB. 3 *causam*] *causa* B. *mulieris*] *mulieres* B. 4 *tantum*] *tamen* C. 6 *eam quam*] *ea quae* μBP. 7 *Simeon*] *Symeon* B. *Iudam*] *Iuda* μBP. 7 *Isachar*] codd ; *Issachar* μ. 8 *duodecimum*] *duodecim* S. 9 *tantis*] *totis* C. 10 *forsitan*] *forte* S. 11 *Sarram*] C, *Sa*ram* P ; *Saran* B ; *Saram* μ et cet. 15 *Vitis abundans*] non repet. μ. *botros*] *botrus* S ; *butruos* B (ex *butruus*) ; *buteros* G. 19 *est*] codd ; *sit* μ. 20 *Et sponsa mea*] SG ; *et sponsam meam* μ et cet. 22 *botros*] *butros* G ; *botrus* S ; *butruos* B. 24 *sunt botri*] *s. butri* G ; *habet botruos* S. *botrus*] *botruus* S. 26 *nascuntur*] *nascentur* S. *botri*] *botrus* S ; *butrui* G. 29 *in Cantico*] C (*co* sup. lin. in rasura) ; *in cantica* BG ; *in cantic** P ; *in canticis* μ.

1. *odibilem*] Gen. 34, 30.
3. *mea*] ibid. 49, 6.
17. *sponsa*] Cant. 5, 1.
29. *hominis*] Ps. 103, 15.

bibite et inebriamini '. Et vinum quod laetificat cor hominis. Hoc vinum carneum non laetificat cor hominis, sed obruit, et insanum facit. Denique scribitur ut qui potentes sunt, vinum non bibant. Scribit et apostolus, quoniam non debemus vinum bibere et carnem manducare. Rursum dicitur nobis: Et vinum laetificat cor hominis. Sed vinum dicitur spiritale, quod si quis biberit, statim inebriatur. Vos omnes, ut dimitteretis possessiones vestras et parentes vestros et filios et adfines, bibistis vinum, et inebriati pro Xpisto insanire coepistis. Non vobis videtur esse ebrietas, non vobis videtur spiritalis insania, delicias contemnere, sordes adpetere, fugere civitates, deserta sectari, nescire adfectus, ignorare carnis propinquitatem, et solum nosse Xpistum? Denique apostoli hoc vino inebriati erant, et propterea dicitur de eis: ' Musto pleni sunt '. Non enim fuerant inebriati de lege vetere, sed de evangelio. Noe ego puto quod ita inebriatus sit hoc vino. *Filii tui sicut novella olivarum.* Nulli alii conparantur filii nostri nisi novellae olivarum. Non dixit, olivae veteri, sed novellae olivae. Quomodo et ibi, de ebrietate apostolorum, non dicitur de vino veteri, sed de musto, sic et hic dicitur novella olivarum: novella olivarum, quae tota viret in evangelii iuventute, novella olivarum plena luce. Oleum hanc naturam habet, ut cibos condiat, ut lumini fomenta praebeat, ut lassato longo itinere corpus unctum restituat quasi labori pristino et sanitati. Denique quicumque lassus fuerit, et unguitur, quasi recipit pristinum vigorem. Putas sine causa nunc dicitur vinum et oleum? Non potuit mel dici, non alia aromata, non alia arbor, sed tantummodo vitis et oliva. Haec sunt remedia vitae nostrae, vitis et oliva, vinum et oleum. In vino austeritas, in oleo misericordia. Denique ille qui de Hierusalem in Hiericho descendebat, qui vulneratus fuerat, Samarites, hoc est custos, nihil ei infundit nisi vinum et oleum. Vinum, austeritatem praeceptorum, vinum stypticum; ut quodcumque mali humoris est, excoquat et

1 *quod*] om. C, A supplet sup. lin. 2 *carneum*] codd; om. μ. 6 *dimitteretis*] *demitteretis* C; *demitteritis* P corr. 7 *bibistis*] *bibitis* S; *bibetis* G. 8 *vinum*] *hoc vinum* S. 9 *contemnere*] *contempn.* BCP. 10 *fugere*] *fugire* BC, P corr. 12 *de eis*] codd; μ om. *de*. 13 *Noe*] *Nohe* S. *ego*] codd; *ergo* μ. 14 *alii*] *alio* C. 15 *veteri*] *veteris* S. *sed novellae*] *sed novella* G. 17 *novella olivarum*] S unus repet. 20 *lassato*] AB; *lasso* μ P, C 1 m; *lassum* I, C sup. lin. 22 *vigorem*] *virorem* SG. *nunc*] *hoc* G. 24 *Haec sunt ... et oliva*] om. μ ob homoeteleuton. 26 *in Hiericho*] μCP om. *in*. *descendebat*] *discenderat* S. *Samarites*] *Samaritis* μS; *Samaritanus* B. 27 *custos*] *custus* SG. *infundit*] ..*fudit* C; *fudit* B. *praeceptorum*] repet. C. 28 *stypticum*] scripsi; *stiptycum* B; *stipticum* cet. codd; *typicum* μ pessime. *excoquat*] *excocat* C corr; *exquoquat* P.

1. *inebriamini*] Cant. 5, 1.
3. *non bibant*] Prov. 31, 4.
4. *manducare*] Rom. 14, 21.
12. *pleni sunt*] Act. 2, 13.

excomedat. Quoniam autem humana fragilitas non potest veritatem ferre — ' si enim iniquitates adtendas Domine, Domine quis sustinebit ? ' si enim tantum iustus fuerit Dominus, nos vivere non possumus — propterea iustitiae ipsius, hoc est vino, misericordiae oleum adiunctum est. *Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum.* Iam multa locuti sumus, festinemus ad finem. *Benedicat te Dominus ex Sion.* De ista Sion ? Et quomodo dicit alius propheta ' Sion quasi ager arabitur ' ? Dicit et Dominus : ' Hierusalem Hierusalem, quae occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt '. Denique cum adpropinquasset Dominus ad Hierusalem, et vidisset eam, flevit. Quando autem flevit eam, utique ideo flevit ruituram, quasi perituram. Denique quid dicit ? ' Surgite, eamus hinc '. Et in alio loco quid dicit ? ' Relinquetur vobis domus vestra deserta '. Ergo hoc quod dicit, Benedicat te Dominus ex Sion, non dicit istam Sion, quam videmus esse desertam. Ipsae portae et ipse ager et ipsae ruinae iram Dei significant. Etiamsi nos ignoramus, oculi ipsi clamant iram Domini. *Benedicat te Dominus ex Sion.* Sion interpretatur specula, Hierusalem interpretatur visio pacis. Si anima nostra speculam habuerit, si in sublime fuerit, si non de terrenis cogitaverit, sed de sublimibus : si anima nostra habuerit visionem pacis, hoc est, si Xpistus, qui vera pax est, habitaverit in ea, ipse nos benedicet. Si habitaverit in nobis Xpistus, et nos erimus Sion, et nos erimus Hierusalem.

Et videas filios filiorum tuorum. Ego vobis loquor. Si ex meo sermone vos instruxero, vidi filios meos : si vos alios instruxeritis, vidi filios filiorum meorum. Oremus ergo Dominum, ut habeamus filios, habeamus nepotes, et semper habeamus multam progeniem. Festinemus tales filios facere : sancta est ista coniunctio. Rem vobis dico novam : sine uxoris conplexu plures nascuntur tales filii. *Pax super Israhel.* Israhel interpretatur, homo videns Deum. Vide ergo quod dicitur. Pax super Israhel : super eos qui habent mentem videntem Deum. Mens mea si

1 *excomedat*] *excomodat* C corr. *veritatem*] µABGIP ; *feritatem* C ; *severitatem* S. 4 *misericordiae oleum*] *misericordia o.* G ; *misericordia hoc est o.* S. 5 *homo*] om. CGP ; *omnis homo* S. *locuti*] *loquuti* µC. 6 *ista Sion*] S add. *loquitur.* *Et quomodo*] expunct. in B. 10 *flevit eam*] *deflevit e.* µB. 11 *eamus*] *abeamus* S. 17 *in sublime*] *in sublimi* S, C corr. 20 *benedicet*] *benedicit* µBPS. 22 *tuorum*] SG ; om. µ. 24 *ergo*] codd ; *igitur* µ. 28 *homo*] CPSG ; *mens* µB. *Deum*] SG add. *sive sensus videns Deum.* *Vide e. quod*] *videte e. quid* S.

2. *sustinebit ?*] Ps. 129, 3.
7. *arabitur*] Ierem. 26, 18.
9. *missi sunt*] Matth. 23, 37.
10. *flevit*] Luc. 19, 41.
11. *hinc*] Io. 14, 31.
12. *deserta*] Matth. 23, 38. Cf. supra p. 220, l. 11 sq.

habuerit visionem Dei, si semper Xpistum videro, alios non videbo. Quicumque Xpistum habet in se, habet in se pacem. ‘Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis’. Licet multae sunt persecutiones, licet multi sunt qui persequantur, tamen in quo Xpistus habitat, ille semper Xpistum habet.

DE PSALMO CXXVIII.

Saepe expugnaverunt me a iuventute mea dicat nunc Israhel: saepe expugnaverunt me a iuventute mea. Duo dicuntur: et saepe expugnaverunt me, et a iuventute mea me expugnaverunt. Ego si in media aetate coepero servire Domino, verbi causa, quadraginta annorum, non possum dicere, Expugnaverunt me a iuventute mea. Sed quid dico? occiderunt me a iuventute mea, vulneraverunt me a iuventute mea, conculcaverunt me a iuventute mea. Qui autem a pueritia incipit servire Domino, et saepe expugnatur a diabolo et angelis eius, et tamen non vincitur, iste quid dicit? *Saepe expugnaverunt me a iuventute mea: etenim non potuerunt mihi.* ‘Athleta nisi legitime certaverit, non coronatur’: nisi pugnum acceperit, nisi faciem lividam, nisi de facie sanguis effusus fuerit. Livor meretur coronam, dolor meretur gaudium. *Saepe expugnaverunt me a iuventute mea.* Dicat istum versiculum virgo Domini, dicat monachus, qui coepit a parva aetate servire Domino. Ego autem qui quadraginta, aut quinquaginta annorum coepi servire Domino, quomodo possum dicere, Saepe expugnaverunt me a iuventute mea? Dicat ergo hoc virgo, dicat monachus integer corpore et spiritu. Et quid dicat? cur saepe expugnaverunt me a iuventute mea? Dicat aliquis: O monache, quomodo te expugnaverunt daemones et diabolus? Videbantur quidem homines qui inpugnabant: sed ego in hominibus diabolum intellegebam. Quando ergo nos persecuntur homines, non irascamur persequenti, sed condoleamus et plangamus eos: quia alius est qui persequitur in persecutoribus. Si dae-

1 *videbo*] *video* C. 4 *persequantur*] *persecuntur* B. *in quo*] *in co* C corr. 5 *habet*] GP add. *amen*; μBCS add. doxologiam. 6 *DE PSALMO CXXVIII*] In append. Breviarii col. 1372 (μ). 9 *Ego*] codd; *ergo* μ. *in media*] S om. *in*; *in mea* G. 10 *verbi causa*] codd; *verbi gratia* μ. 15 *dicit*] *dicat* μ. 16 *Athleta*] *adletha* B. *pugnum*] μS; *pugnam* BCG. 17 *lividam*] *liquidam* B; S inser. *habuerit*. *facie*] C add. *eius*. 21 *aut*] ABS; *vel* μI; *qui* C; om. G. 23 *cur*] ABC; *quur* G; *qur* I; *cum* S; om. μ. 27 *condoleamus*] *condolamus* B. 28 *daemoniarius*] C sup. lin. mutat in *daemoniacus*.

3. *vobis*] Io. 14, 27.
16. *coronatur*] 2 Tim. 2, 5.
21. *quinquaginta annorum coepi servire Domino*] De hoc loco fusius in praefatione.

moniarius qui habet daemonem venerit, et pugnum mihi dederit, et calce percusserit, numquid irascor ei? Ille pugno percutit, et ego ploro et plango percutientem: video enim quoniam peius ille percutitur ab eo qui in se operatur, quam ego a manu eius. Quotienscumque ergo aliquid patimur, et temptationes aliquas sustinemus, illum intellegamus esse et illos, qui nobis temptationes generant in hominibus. Dicat aliquis: Hoc ipsum de scripturis adfirma: non enim debemus aliquid loqui nisi de scripturis fuerit adornatum atque adprobatum. Iudas proditor fuit, sed intravit in illum Satanas, et ipse in proditore prodidit. Uxor Petefrae eo tempore quando tenuit Ioseph servum suum, domina servum, ditissima pauperculum, civis peregrinum, illa tenebat Ioseph, sed sanctus vir in manibus mulieris intellegebat se diabolum retinentem. Hoc totum quare dico? Ut quando aliquid patimur ab hominibus, non irascamur hominibus, sed plangamus eos, et illum videamus insidiatorem, qui in ipsis operatur. *Saepe expugnaverunt me a iuventute mea: etenim non potuerunt mihi.* Expugnaverunt me in cogitationibus turpibus, expugnaverunt me in iracundia. Ego adquievi in cogitationibus: si adquievi in temptationibus, si aliquid feci quod me cogitatio conpellebat, si iracundia me superavit, et fratri feci iniuriam, non possum dicere *etenim non potuerunt mihi*: potuerunt enim mihi.

Super dorsum meum fabricaverunt peccatores. Diligenter animadvertite scriptura quid dicat. Vir sanctus athleta est, et ' non coronatur nisi qui legitime certaverit '. Scitis enim quoniam athletarum multa sunt genera: sunt enim alii athletae, alii vero sunt quasi pammacharii, alii ad discum contendunt, alii vero sunt cursores, hoc est, qui currunt in stadio. Denique et apostolus se dicit currere, ut ad coronam perveniat. Et quid dicit in

3 *ille*] om. μ. 4 *qui in se*] *cum* (*quo* add. sup. lin.) C. *a manu*] C om. *a*. 9 *ipse*] ex μ retinui; *ipsum* codd. *in proditore*] μB; *in proditorem* C; *in prodtorem* G; *proditorem* S (om. *in*). *Petefrae*] scripsi (gr. Πετεφρῆ) etsi Hieronymus scribit Hebr. quæst. in Gen. 37, 36 venditum esse Ioseph ' non Petephre, ut in latino scriptum est, sed Phutiphar eunucho '; *Paetaefrae* G; *Putifare* CS; *Putifaris* B; *Putiphar* μ. 12 *se diabolum*] B; *se diabulum* S; *sed diabulum* G; *esse diabolum* μ; *se a diabolo* C. 17 *Ego*] *Si ego* S. *in cog.*] BS; μACGI om. *in*. *si ... si*] codd; *sed ... sed* μ. *in tempt.*] S; μ et cet. om. *in*. 18 *quod*] *quomodo* GI. 22 *Vir*] CS; om. μAB. *qui*] μS; om. ABCG. 24 *pammacharii*] *pammacarii* S; *mammacharii* B. *ad discum*] SG; *ad dies cum* AB; *addiscunt* C; *ad dies* μ. 26 *se dicit*] S; *dicit se* μ; BG om. *se*; *dicitur* C (*se* item omisso). *currere*] *currunt* G. *perveniat*] *perveniant* G.

23. *certaverit*] 2 Tim. 2, 5.

24. *quasi pammacharii*] Malebat Vallarsius rescribi *pancratiarii*; sed conf. Hieron. in Amos 1, 1 ' Haec, Pammachi animo meo carissime, qui ex interpretatione nominis tui, quodam vaticinio futurorum, omni arte pugnandi adversum diabolum et contrarias potestates te bellare demonstras '.

26. *perveniat*] 1 Cor. 9, 26.

alio loco? 'Praeteritorum obliviscens ad priora me extendo'. Videte ergo scriptura quid dicat. *Supra dorsum meum fabricabantur peccatores.* Sic semper cucurri, et tantum cucurri, ut adversarius meus numquam me praecedat, sed semper post tergum inveniatur. Numquam venit contra oculos meos, neque enim potuit sustinere lumen oculorum meorum; sed semper eam partem persequebatur, quae caeca est, quae oculos non habet. *Supra dorsum meum fabricabantur peccatores.* Quandocumque aliquis fratri detrahit, iste post dorsum fabricatur. Supra dorsum meum fabricabantur peccatores: sed ego non videbam insidias eorum. Illi fabricabantur post dorsum meum: et ego oculis paradisum conspiciebam. Illi mihi moliebantur insidias, et ego coronam videre cupiebam. *Prolongaverunt iniquitatem suam.* Quid dixit, Prolongaverunt iniquitatem suam? Ego si peccavero, et post peccatum meum egero paenitentiam, brevis est iniquitas mea, non longa. Si autem peccavero, quotienscumque peccavero, totiens funiculus peccatorum meorum longior fit. Unde dicitur et in alio loco: 'Funes peccatorum circumdederunt me'. Videte quid dicat, Funes peccatorum circumdederunt me. Et in alio loco scribitur: 'Funiculis peccatorum suorum unusquisque constringitur'. Videte quid dicat, Funiculis peccatorum suorum unusquisque constringitur. Funiculi isti peccatorum, nisi plura peccata habuerim, texi non possunt. Si unum peccatum fecero, non tam funiculus est, quam quasi unum filum est. Si autem filum unum est, cito rumpitur, et tenere et ligare non potest. Si autem plura peccata fuerint, et prolongaverint iniquitates, de pluribus peccatis quasi de pluribus filis funiculus fit, et ligat, et non cito rumpitur. Hoc totum quare dixi? Quia legimus in isto versiculo, Prolongaverunt iniquitatem suam.

Dominus iustus concidit cervices peccatorum. Videte quid dicat. Non dixit, concidit peccatores: si autem hoc dixisset, nemo salvari poterat, omnes peccatores sumus. Sed quid dicit? Dominus iustus concidit cervi-

2 sqq. *fabricabantur*] *fabricaverunt* S unus constant. 4 *me*] om. μ. *praecedat*] *antecedat* G. 5 *neque enim*] *numquam enim* BC. 6 *eam partem*] *ea parte* G. 8 *fratri*] SG; *fratribus* μ; *fratrem suum* B; om. C. 10 *conspiciebam*] *conspiebam* G; *considerabam* S. 14 *quotienscumque*] codd; *quoquumque die* μ. 15 *totiens*] om. μ. *fit*] *fiet* μ. 18 sq. *constringitur*] *constringetur* μ. 19 *Funiculi isti*] *funi.ulus* μ. 20 *habuerim*] μ; *habuerint* codd. *possunt*] *potest* μ. *unum*] om. μ. 22 *tenere et ligare*] *teneri et ligari* codd. 23 *prolongaverint*] μBIS (pro *prolongaverim*? Cf. supra l. 20); *prolongaverit* CG. 27 *concidit*] BCSG (gr. συνέκοψεν); *concidet* μI, C sup. lin. 28 *concidit*] *concidet* μBCI. *salvari poterat*] *salvari potuerat* S; *salvare poterant* G.

1. *extendo*] Phil. 3, 13.
16. *me*] Ps. 118, 61.
18. *constringitur*] Prov. 5, 22.

ces peccatorum : qui et peccatores sunt, et superbi sunt ; quoniam 'superbis resistit Deus, humilibus autem dat gratiam '. Ideo concidit cervices peccatorum.

DE PSALMO CXXXI.

Memento Domine David et omnis mansuetudinis eius. Multi putant ex eo quod scriptum est in evangelio 'Miserere nostri, fili David ' — hoc caeci dicunt qui sedebant in Hiericho — istum David, qui interpretatur fortis manu, referri ad Dominum Salvatorem. Sed in isto psalmo si voluerimus referre, ut illi aestimant, multum nocet intellegentiae nostrae. Si enim hoc quod dicitur, Memento Domine David et omnis mansuetudinis eius, referunt ad Xpistum ; quomodo Xpistus dicit quasi de alio : 'Donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob : ecce audivimus eam in Efrata, invenimus eam in campis silvae'? Et quomodo dicitur : 'Propter David servum tuum ne avertas faciem Xpisti tui '? Non stat ordo. Si enim David, ut putant, Xpistus est, sic incipimus intellegere : Propter Xpistum servum tuum ne avertas faciem Xpisti tui. Hoc adversum eos loquor, qui David in isto loco Xpistum interpretantur. Non quod negemus Xpistum interpretari David pro locorum qualitate : sed in isto loco non recipit sensus. Et quare errent, dico vobis : quoniam scriptum est, Memento Domine David et omnis mansuetudinis eius ; et Dominus dicit in evangelio 'Discite a me, quia mitis sum et humilis corde ', pio quidem sensu, sed errantes David hic Xpistum interpretantur, et mansuetudinem eius referunt ad Xpistum. Nos ergo interpretemur istum psalmum in David, ut qui nascitur ex David vere Xpistus intellegatur. Denique videte ordinem. Quoniam enim grandis est psalmus, et iam multa diximus, debemus breviter sensus perstringere, non latius

3 *peccatorum*] In codd. doxologiae aliae atque aliae adduntur. 4 *DE PSALMO CXXXI*] Item in append. Breviarii col. 1374 (μ). 9 *referre*] *referri* μ. *aestimant*] codd ; *putant* μ. 11 *referunt*] codd ; *refertur* μ. *Xpistus*] om. μ. 13 *eam ... eam*] *ea ... ea* SG. *Efrata*] I ; *Effrata* C ; *Eufrata* BSG ; *Ephrata* μ. 14 *ne avertas*] SG ; *non avertas* μ. 15 *ut putant*] BCSG ; om. μI. *est*] *dicitur* μI. 17 *adversum*] BCGI, *adversus* S ; *propter* μ. *loquor*] *locor* C corr. *in isto loco*] CG ; *in istum locum* μBS. 22 *corde. Pio quidem*] *c. De pio q.* B ; *c. Pro q.* μ. 23 *interpretemur*] *interpretamur* S. 24 *nascitur*] *nascetur* μ.

2. *gratiam*] Prov. 3, 34 sec. LXX ; Iac. 4, 6 ; 1 Petr. 5, 5.

5. *Multi putant* etc.] Hieron. in Gal. 5, 22 sq. 'De David quoque, licet multi de Domino nostro aestiment prophetatum (quod nos etiam non negamus), Spiritus sanctus in typo venturi canit *Memento Domine David et omnis mansuetudinis eius* '.

6. *David*] Matth. 20, 30.

22. *corde*] Matth. 11, 29.

disputare: ut prudens auditor ex his quae diximus, etiam ea quae non loquimur, ipse a se intellegat.

Sicut iuravit Domino, votum vovit Deo Iacob. In hebraico non habet ὡς, hoc est *sicut*, nec sic sensus est; sed habet ὅς, hoc est *qui*, et est sensus: Memento Domine David et omnis mansuetudinis eius, qui iuravit Domino, votum vovit Deo Iacob. Et hoc puto non tam vitio septuaginta interpretum factum, quam scriptorum errore.

Si introiero in tabernaculum domus meae. David hoc dicit: nullam aliam requiem quaero nisi Xpistum, qui de meo semine nasciturus est, hoc est, quem promisisti quia de meis lumbis nasciturus esset.

Si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Hoc multi putant dici de ecclesia: sed mihi videtur non tam de ecclesia dici, quam de sancta Maria. Denique dicitur: *Ecce audivimus eam in Ephrata, invenimus eam in campis silvae.* Legamus scripturas sanctas, et diebus et noctibus singulas syllabas et litteras ventilemus. Dicat aliquis de Ephrata: hic Bethleem dixit. Legimus enim in Genesi: 'Venit in Bethleem, haec est Ephrata'. Hoc dicitur de Iacob, quando uxor eius Rachel mortua est, hoc est in Ephrata. Sed videamus Ephrata quare nomen acceperit. Scriptum est enim in Paralipomenon, quoniam Maria, soror Moysi et Aaron, habuerit maritum Or: non Ur, sed Or. Et postea ordo describitur, et dicitur: 'Maria, soror Moysi et Aaron, haec est Ephrata'. Hoc in Paralipomenon libris scribitur: quaerite et invenietis. Denique et haec Ephrata ab illa Ephrata nomen accepit. Videtur forsitan alicui verum non esse, quia novum est: sed remitto eum ad auctoritatem

1 *ex his quae*] retinui ex μ; *haec quae* CSG, *haec qua* B. *ea*] *eam* B. *non*] om. BCSG. 2 *loquimur*] *loquitur* B. 4 *sic*] om. CSG. *et*] *etum* G. 9 *Xpistum*] *Xpisti* μ, C corr. 10 *quem*] om. C. *esset*] *est* μBI. 11 *somnum*] om. μ. *Et requiem*] *aut r.* CS. 12 *temporibus*] C mutat in *timporibus.* 14-15 *eam ... eam*] *ea ea* SG. 15 sqq. *Ephrata*] Codices sibi non constant: B habet *ephrata eufrata*, C *ephrata effrata effhrata eprata* (corr.); G *eufrata*, S *euphrata*; I *effrata efrata.* 17 sqq. *Bethleem*] BC; *Bethlem* SG. 18 *haec est*] BCS; *hoc est* μI; *hoc est in* G. 19 *in E.*] μB om. *in.* 20 *enim*] om. S. *Paralipomenon*] *Paralipomenis* C corr. 24 *ab illa Ephrata*] om. μB; *Denique et haec de Euphrata n. a.* S.

7. *scriptorum errore*] Cf. commentariol. huius ps. p. 90.

18. *Ephrata*] Gen. 35, 19.

25. *remitto eum ad auctoritatem libri*] Nimirum deliramenta sunt ista memoriolae vacillantis. In primo Paralipomenon haec tantum leguntur: 2,19 ἔλαβεν ἑαυτῷ Χαλὲβ τὴν Ἐφράθ, καὶ ἔτεκεν αὐτῷ τὸν Ὥρ (*Vulg.* Hur); 2, 50 οὗτοι ἦσαν, υἱοὶ Χαλέβ· υἱοὶ Ὥρ πρωτοτόκου Ἐφραθά; 6, 3 καὶ υἱοὶ Ἀμβράμ· Ἀαρὼν καὶ Μωυσῆς καὶ Μαριάμ. Atqui haud ita multum a nostro dissentit Fl. Iosephus, Antiqu. Iud. l. 3, c. 2, n. 4 ubi Moysis manus protensas sustinuisse refert Ἀαρῶνα, καὶ τῆς ἀδελφῆς Μαριάμμης τὸν ἄνδρα Οὗρονα.

libri. *Ecce audivimus eam in Ephrata.* In hebraeo non habet *eam*, sed habet *eum* : hoc est, illum qui nasciturus est de semine David. *Audivimus eum in Ephrata* : quod de Maria sensus sit. Sed et simpliciter intellegere possumus, quoniam Ephrata Bethleem dicitur, et Xpistus in Bethleem natus sit. Felix igitur locus, qui tanto ante tempore prophetarum voce cantatus est. Omnia quidem loca sancta venerabilia sunt, et ubi natus est, et ubi crucifixus est, et ubi resurrexit, et ubi ad caelos victor ascendit ; sed iste locus proprie venerabilior est. Videte quanta misericordia Dei. Hic natus est parvulus, infans in praesepe ponitur : ' non enim erat illis locus in diversorio '. O monache, Dominus nascitur in terra, et cellam propriam non habet : non erat illi locus in diversorio. Universum genus humanum habebat locum : et Dominus nasciturus in terra non habebat locum. Non invenit locum inter homines, non invenit in Platone, non in Aristotele ; sed in praesepe, inter iumenta et bruta animalia, et simplices quosque et innocentes. Unde dicit et Dominus in evangelio : ' Vulpes foveas habent, et volucres caeli nidos ubi requiescant : Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet '.

DE PSALMO CXXXII.

Ecce quam bonum et quam iocundum, habitare fratres in unum. Duo dicit : bonum et iocundum. Bonum est martyrium, sed non est iocundum : habet enim supplicia et poenas, et semper in cruciatibus dolor est, et utique in dolore non est iocunditas. *Ecce quam bonum et quam iocundum.* Rursum voluptas iocunda est. Verbi causa, cibos dulces comedere, videtur iocundum esse : conpellit enim ad libidinem. Hic ergo duo posuit, et quod sibi videbatur esse contrarium — bonum est et iocundum — uno sermone coniunxit : Ecce quam bonum et quam iocundum. *Iocundum habitare fratres in unum* : fratres mente, non corpore. Esau et Iacob fratres fuerunt ; et quia simul habitabant, fuit eis causa discordiae. Ergo quod

1 *aud. eam*] *aud. ea* SG. 2 *David*] om. μ. *Audivimus*] *audiamus* S. 3 *eum*] AIS ; *eam* μBC ; *ea* G. *sensus sit*] CSG ; *est sensus* A ; *sensus* μB ; *natus sit* I. 6 *sancta*] S inser. *et*. 9 *Hic*] *hinc* G ; *huic* B. *ponitur*] *positus* S. 10-12 CGμ nonnulla om. ob duplex homoeoteleuton *in terra* ... *in terra* et *habebat locum* ... *habebat locum*. 11 *illi*] *illis* μ, I corr. 16 *ubi requiescant*] om. μI. 18 *DE PSALMO CXXXII*] Brev. col. 1290. 23 *iocunda*] *iocundum* S. *verbi causa, cibos dulces*] *ac si dicat : cibum dulcem* β. 25 *est*] codd ; *scilicet* β. 26 *coniunxit*] *coniuxit* G ; *coniugit* S. *iocundum*] *iocumdum* C ; β et ceteri uno G excepto non repet. 27 *corpore*] βC ; *corporis* SG ; *corporales* B.

2. *habet* eum] Cf. Hieron. ep. 108, n. 10.
10. *in diversorio*] Luc. 2, 7.
17. *reclinet*] Luc. 9, 58.

dicit hic, fratres, non fratres dicit corpore, sed fratres spiritales: fratres de quibus loquebatur et Salvator, et dicebat ad mulieres: 'Ite, nuntiate fratribus meis'. *Ecce quam bonum et quam iocundum, habitare fratres in unum.* Proprie psalmus iste coenobiis et monasteriis convenit. Licet enim et de ecclesiis intellegatur, sed ibi propositi diversitate videtur non esse tanta concordia. Quae est enim ibi fraternitas? Utique alius ad domum ire festinat, alius ad circum, alius in ecclesia de usuris cogitat. In monasterio autem sicut unum propositum, unus et animus est. *Ecce quam bonum et quam iocundum, habitare fratres in unum.* Vere bonum, vere iocundum. Unum fratrem dimisimus, et ecce quantos invenimus. Frater meus saecularis (quod de me loquor, de singulis loquor) non tantum me amat, quantum substantiam meam. Ceterum fratres spiritales, qui sua utique neglegunt, alia non quaerunt. Sic et legimus in Actibus apostolorum, quoniam 'multitudinis credentium erat cor et anima una. Et erant, inquit, illis omnia communia'. Recte erant eis omnia communia, quia commune Xpistum possidebant. Multa diximus, sed ad reliqua festinemus.

Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. O si esset tempus, ut de singulis disputaremus, dies nobis sufficere non poterat. Legimus in Exodo, quomodo conficiatur unguentum sacerdotale; deinde legimus quomodo aliud unguentum, quo unguebantur reges. Erat et aliud unguentum quo unguebantur prophetae. Et quid plura loquor? Omnia unguenta habebant diversitates et mysteria sua. Miramur de sanctis? Leprosus postquam purgatus fuerit, postquam hysopo fuerit asparsus et sanguine gallinae, et dimittitur una gallina in heremo, et ipse habet unguentum proprium. Non sanctificatur aliquid, nisi per unguentum. Propterea dicunt et adulescentulae in Cantico canticorum: 'Unguentum exinanitum nomen tuum. Post te in odorem unguentorum tuorum curremus'. *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.*

3 *iocundum*] *iocumdum* C corr. 9 *vere ... vere*] *vero ... vero* C corr. 10 *et ecce*] B om. *et*; C supplet *ec* sup. lin. 11 *de me*] BCSGI; *de meo* β. 12 *quantum*] BCG; *quam* βS. 13 *alia*] β et codd. (pro *aliena?*) *Sic et*] BCG; *sicut* S (om. *et*): *sicut et* β. 14 *cor et anima una*] CSGI (gr. καρδία καὶ ψυχὴ μία); *c. unum e. a u.* βB. 15 *quia commune*] ABC, *q. communae* S, *q. commone* G; *q. comunem* I; *qui unum* β. 16 *possidebant*] *possed.* B. 17 *barbam*] C repet. *in.* 20 *quo unguebantur reges*] *quomodo unguantur vasa sancta* S. *Erat*] *Ecce erat* G. 21 *loquor*] CSG; *loquar* βB. 23 *asparsus*] S; *aspersus* β et cet. 24 *in heremo*] *in eremum* β. 25 *aliquid*] *aliud* G; *aliquis* S. 27 *in odorem*] *in odore* BC. *curremus*] *currimus* B, C corr. 28 *barbam*] C repet. *in.*

3. *meis*] Matth. 28, 10.
10. *Frater meus saecularis* etc.] De hoc satis in praefatione dictum.
15. *communia*] Act. 4, 32.
19. *in Exodo*] c. 30.
27. *curremus*] Cant. 1. 2 sq.

Pulchre dixit, in capite. Quod descendit in barbam. Barba virilitatis indicium est: mulierem enim et virum natura hoc signo distinguit. Barba igitur virilitatis indicium est. Caput ergo divinitas dicitur, hoc est deitas; barba vero virum indicat. 'Ut, inquit, perveniamus in virum perfectum' qui est Xpistus. Vide ergo quid dicat, sicut unguentum. Sicut benedictio unguenti de capite, hoc est, de divinitatis Ermone descendit in barbam, descendit in virum perfectum, qui est Xpistus; ex qua illa barba postquam descendit ipsum unguentum in oram vestimenti eius, sic benedictio et ros montis Ermon descendit in montem Sion. Unguentum ergo hic pro benedictione ponitur. 'Dilexisti, inquit, iustitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis prae participibus tuis'. Videte quid dicat. Dilexisti, inquit, iustitiam, et odisti iniquitatem. Non sufficit diligere iustitiam, sed e contrario videte quid dicat: Et odisti iniquitatem. Pro his virtutibus quid accepit? Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis prae participibus tuis. Hoc ad Xpistum dicitur: ideo tu unctus es, ut ceteros ungueres. Unctus es oleo exultationis prae participibus tuis, hoc est, plus quam apostoli tui. Tu enim unguenti habuisti fontem: illi stillas habuerunt. *Sicut unguentum in capite.* Praestet et nobis Dominus hoc unguentum deitatis, quod venit in barbam, hoc est, in virum perfectum Aaron, in Aaron sacerdotem. Aaron autem interpretatur montanus. Videtis quoniam iste sacerdos non est de vallibus, sed de montibus est. Barbam, inquit Aaron. Quod unguentum de

1 *Barba*] *barbam* B; *in barbam* G. 2 *natura*] om. B. *signo*] C suppl. sup. lin. 3 *dicitur*] *est* G. 6 *de divinitatis Ermone*] audacter licet at non temere scripsi. Hieronymi enim sententia, nisi fallor, haec est: unguento et rore significatur benedictio, capite et Hermone divinitas, barba Christus, ora vestimenti et monte Sion ecclesia; *de divinitatis sermone* β; *de divinitatis sermonis* B; *de divinitate sermones* S; *de divinitate sermonis* cet. codd. 7 *ex qua illa barba*] item ex coniectura; *et quam illam barbam* codd. (C sup. lin. mutat in *et in i. b.*); om. β. *postquam*] codd; *postea* β. 8 *in oram*] *in ore* C 1 m; *in ora* B, C sup. lin. *benedictio*] *benediccio* C. 9 *montis Ermon*] *montesermon* G; *m. Hermon* βB; om. S. *ergo*] *vero* β. 13 *e contrario*] βAB; *& contrario* C; *aecontrario* I; *de contrario* G. Breviarium add. *odisse iniquitatem*, quas voces codices non agnoscunt; in I tamen spatium vacuum, quantum iis sufficiat describendis, a librario relictum est. 14 *Pro his v.*] *propter his v.* B. 19 *deitatis*] *divinitatis* β. 20 *in Aaron*] om. S; G non repet. *Aaron*. 22 *Barbam*] *barba* βB. *de capite*] CS; *in capite* βBG.

1. 3. *virilitatis indicium est*] Hieron. in Is. 7, 20 'decoremque barbae, quod virilitatis indicium est'; in Ezech. 5, 1 sqq. 'in caesarie et barba pulchritudinis ac virilitatis indicium est'.

3. *Caput e. divinitas dicitur*] Ab iisdem verbis incipit Clavis ex cod. Claromontano a I. B. Pitra edita Analect. sacr. t. II, p. 6 'Caput Domini, ipsa divinitas'.

4. *perfectum*] Ephes. 4, 13.

12. *tuis*] Ps. 44, 8.

20. *Aaron a. i. montanus*] Hier. epist. 78, mans. 11 'utramque manum eius Aaron et Ur, id est *montanus lucidus*que sustentat'.

capite venit in barbam, a Verbo Deo venit ad hominem, quem est dignatus adsumere. Et quid nobis prodest barba ista uncta, et vir iste perfectus? Videamus quos profectus habeat. *Quod descendit in oram vestimenti eius.* Nos si vestimentum Xpisti sumus, nuditatem eius nostra vestimus fide. Ecce nudus pendit in cruce, scandalum Iudaeis, gentibus stultitia; et tamen nostra fide et sermone et confessione vestitur. Noe in domo sua nudus iacuit, et apparebat ignominia eius: maior filius inrisit, et minor texit. Et hoc totum quare dico? Ut ostendam nos vestimentum esse Xpisti. Rem vobis dico novam: immo non novam, sed de scripturis. Nos vestimentum Xpisti sumus: et cum illum nostra confessione vestierimus, rursum ipsum Xpistum induimur. Dicit enim et apostolus, quod vestimentum nostrum Xpistus sit. Quando enim baptizamur, Xpistum induimur. Et vestimur, et vestimus. Vultis scire quomodo vestiamus Dominum? Legimus in Hieremia: 'Accipe, inquit, tibi lumbare, et vade, inquit, ad Eufraten, et pone illud in foramine petrae. Et feci, inquit, quod praeceperat mihi Dominus. Et post dies aliquot reversus sum ad Euphraten, et ecce, inquit, putruerat lumbare, quod nulli usui esset utile. Et locutus est, inquit, Dominus ad me'. Diligenter animadvertite. 'Sicut, inquit, tu lumbare habuisti circa lumbos tuos, ita et ego habui populum istum circa me, dicit Dominus'. Hoc totum quare dixi? Ut ostenderem credentes vestimentum esse Xpisti. *Quod descendit in oram vestimenti eius: quod descendit in barbam, barbam Aaron.* Non est temporis de sacerdotalibus dicere vestimentis. Siquidem pontifex octo habet species vestimentorum. Longum est nunc dicere de ephod, de tunica: longum est dicere de rationali, de manifestationibus, de catenulis, de zona, de femoralibus, de fimbriis, de roiscis, de tintinnulis, quibus virtu-

1 *Deo*] βG : *dei* CS ; *deus* B. 3 *profectus*] *profectos* B ; *perfectos* C. *in oram*] *in ora* BC. *vestimenti*] *vestimenta* C corr. 5 *pendit*] codd ; *pependit* β. 6 *sermone*] *sermonem* G. *et confessione*] om. S ; BG om. *et*. *vestitur*] β ; *vestimur* BSG ; *eum vestimus* C. 7 *apparebat*] codd ; *apparuit* β. 8 *Et hoc*] S om. *et*. 11 *induimur*] BCS ; *induemur* GI ; *induimus* β. 12 *baptizamur*] *batizamur* C. *Xpistum*] *Christo* β. *induimur. Et vestimur*] *induimus et vestimus* C. 13 *et vestimus*] ex uno cod. S accepi. *vestiamus Dominum*] *vestiamur Xpm* G. 15 *illud*] *illum* BC. 16 *aliquot*] *aliquod* CSG ; *aliquos* βB. 17 *putruerat*] *potru..erat* C 1 m ; *putrierat* BG ; *putri erat* S. *nulli usui*] BCSG om. *usui*, sed in S pro *nulli* legitur *nullius*. 18 *locutus*] *loquutus* C. *animadvertite*] *enim advertitae* C. 21 *credentes v. e. Xpisti*] *credentis v. e. xpm* S. 22 *temporis*] *huius temporis* β. 25 *rationali*] *rationabili* S ; *rationabile* BG. 26 *roiscis*] scripsi (ῥοΐσκους LXX Exod. 28, 29) ; *roicis* S ; *ros.cis* C ; *roscis* AGI ; *crocis* B ; *resti* β. *tintinnulis*] *tintinulis* BG ; *tintinnabulis* β.

5. *stultitia*] 1 Cor. 1, 23.
11. *apostolus*] Gal. 3, 27.
14. *in Hieremia*] 13. 1 sqq.

23. *de sacerdotalibus d. vestimentis*] Quae sequuntur confer cum ep. 64 ad Fabiolam de veste sacerdotali.

tibus sacerdos debeat ingredi templum Domini et in sancta sanctorum. Et nos ergo si volumus de vestimento isto esse sacerdotali, aut superhumerale sumus, quod interpretatur ephod, ut habeamus bona opera, et in humeris nostris Xpisti mandata portemus; aut certe tunica debemus esse interior, quae tunica stricta est, et adhaeret corpori, non est laxa, non funditur, sed adhaeret tota ad corpus. Vides ergo quoniam quicumque interior est, et interior tunica, vicinius iungitur corpori. Si quis vero rationale est, quod dicitur λόγιον, iste non est alibi nisi in pectore. Animadvertite scripturae ordinem: quicumque rationale est, et λόγιον est, et ratio est, in pectore constitutus est. Ceterum fieri potest ut aliquis habeat prudentiam, ut habeat λόγιον, et non habeat sermonem. Quicumque ergo verus sacerdos est, debet habere λόγιον, debet habere δηλώσεις, hoc est manifestationes, hoc est, ut quodcumque mentę conceperit, proferat, et omnes doceat. Et haec omnia frustra sunt, si castitas cauta et ornata non fuerit: ideo zona est, et cingit lumbos, stringit et mortificat. Deinde dicitur quod habeat femorales, ut quodcumque in nobis ignominiosum est et sordidum, quasi hoc cingulo mundetur et mortificetur. Deinde dicitur quoniam debeamus habere podere, quod ornet quasi pedes nostros. Et in ipso podere diversi flores sunt: sunt ibi mala granata, sunt ibi etiam fimbriae. Ego puto quod et illa mulier sanguinem fluens istam fimbriam tetigerit, et sanata est. Deinde et hoc considerate, quoniam ad extremos pedes inter mala granata erant et tintinnulae; et non ingrediebatur pontifex in sancta sanctorum, nisi illa tintinnabula personarent. Et illa tintinnabula et illa mala granata diversitates virtutum sunt, quae habent singulae voces suas; et egressus ipse sancti sanctorum vocalis est. Sive enim manducamus, sive bibimus, omnia in nomine Domini facimus. Minora promisimus, et maiora diximus.

Sicut ros Ermon, qui descendit in montem Sion. Ros Ermon. Legimus

1 *debeat*] *habet* S. 2 *de vestimento isto e. s.*] *de festimenta ista e. s.* B; β om. *isto*; *de vestimentis esse sacerdotalibus* C. *superhumerale*] *h* in C addita est sup. lin. 7 *vicinius*] βC; *vicinus* BS; *vicinis* G. 8 *rationale*] *rationabile* G; *rationabilis* S. *alibi*] om. β. *in pectore*] β add. *constitutus*. 10 *et ratio est*] β inser. *et*, S *iste totus*. *constitutus*] *constructus* I, G 1 m; *constrictus* G sup. lin. 11 λόγιον] S inser. *hoc est prudentiam*. *et non habeat*] CSG; *et habeat* B; *ut habeat* β. 12 *ergo*] om. C. *verus*] *vere* β. *debet habere* λόγιον] om. βG. 14 *cauta*] GI; *aucta* βA; *sancta* S. 15 *stringit*] om. BC. 16 *femorales*] S, *foemoralis* G; *femoralia* β et cet. 18 *debeamus*] *debemus* GI. *podere*] I, *pondere* B; *podera* C; *poderem* β. *quod*] β et codd. 20 *sanguinem*] *sanguine* β. 22 *tintinnulae*] *tintinulae* G; *tintinnuli* I; *tintinebulae* B. 23 *Et illa*] om. βB. 25 *egressus*] *ingressus* BG. 26 *manducamus s. bibimus*] *manducemus s. bibamus* β. *facimus*] *faciamus* S. 28 *qui*] *quod* SG.

21. *sanata est*] Matth. 9, 20 sqq. 26. *facimus*] 1 Cor. 10, 31.

quendam librum apocryphum, eo tempore quo descendebant filii Dei ad filias hominum, descendisse illos in montem Ermon, et ibi inisse pactum, quomodo venirent ad filias hominum, et sibi eas sociarent. Manifestissimus liber est, et inter apocryphos conputatur, et veteres interpretes de ipso locuti sunt nonnulla: nos autem dicimus, non in auctoritatem, sed in commemorationem. *Sicut ros Ermon, qui descendit in montem Sion.* Legi in cuiusdam libro de isto libro apocrypho suam haeresim confirmantis. Quid enim dicit? Filii, inquit, Dei, qui de caelis descendebant, et venerunt in Ermon, et concupierunt filias hominum, angeli, inquit, sunt de caelestibus descendentes, et animae quae desideraverunt corpora: siquidem corpora filiae hominum sunt. Videtis quomodo nescitis Manichaei dogma consurgit? Sicut enim Manichaei dicunt animas desiderasse corpora humana, et sociatas esse voluptate corporum: sic et isti, qui dicunt angelos desiderasse corpora, hoc est filias hominum, nonne vobis videntur ipsum dicere, quod et Manichaei? Longum est nunc contra illos dicere: sed tantummodo indicare volui, de quo quasi volumine per occasionem istius suum dogma confirmant. Ermon in lingua nostra interpretatur ἀνάθημα, hoc est condemnatio. Ros ergo Domini ante fuit in populo Iudaeorum, qui postea anathematizatus est; et benedictio illa, quae ante descendebat in populum anathematizatum, postea descendit in montem Sion, hoc est in ecclesiam. Nos, si tamen de ecclesia sumus — ecclesiam autem dico dogmatum veritatem, Xpisti confessionem. Nos in aedificio sumus: et quanti sancti in deserto sunt, quanti de nobis non sunt in

1 *quendam librum*] codd; *in quodam libro* β. *apocryphum*] *apocrypho* β; *apofricum* B. 3 *venirent*] *venerint* SG. *sibi*] *ibi* GI. *sociarent*] *sociaverint* S. 4 *apocryphos*] *apofricos* B. 5 *nonnulla. Nos autem dicimus*] codd; *nonnulla autem nos diximus* β. 7 *haeresim*] *heresem* C 1 m. *confirmantis*] *confirmates* G; *confirmantem* IS. 9 *et venerunt*] om. B; βS om. *et*. 11 *filiae*] *filii* C. *Videtis*] *vidistis* β; *videte* I. *nescitis*] BCIS; *nescites* G; β om; C sup. lin. mutat in *ex istis*. 13 *sociatas esse*] *sociatos e.* B; *societates e.* C (*te* add. sup. lin.); *sociasse* S. *voluptate*] BS; *voluptatem* C (mutat. in *voluptatum*); *voluntatem* G; *voluptati* β. *sic et*] *sicut et* SG. 14 *videntur*] *videtur* BSG. 15 *ipsum*] *idipsum* β. 16 *quasi volumine*] *quasi voluminum* G; *volumine quasi* β. *occasionem*] *occansionem* G. 17 *suum*] *sua* GI. 18 *condemnatio*] *condempn.* B, C *p* add. sup. lin. 20 *in populum anathematizatum*] C; *in populo anathematizato* β et cet. 21 *in ecclesiam*] *in ecclesia* BC. 22 *in aedificio*] CSG; *in aedificium* βB.

1. *quendam librum apocryphum*] Librum Henoch dicit, c. 6, v. 5 sqq.

4. *veteres interpretes*] Irenaeus, Tertullianus aliique, quorum testimonia in unum collegit Fabricius, Cod. pseudepigraph. veteris Testamenti. Hamburgi 1723, t. I, p. 160 sqq.

7. *Legi in cuiusdam libro*] Originem tacito nomine sugillat, qui contra Celsum l. 5, n. 55 disserens, verba Genes. 6, 2 trahere nititur εἰς τὸν περὶ ψυχῶν λόγον, ἐν ἐπιθυμίᾳ γενομένων τοῦ ἐν σώματι ἀνθρώπων βίου, ἅπερ τροπολογῶν ἔφασκε λελέχθαι θυγατέρας ἀνθρώπων (Migne P. Gr. 11, 1268 B).

ecclesia; et illi qui non sunt in ecclesia, versantur in Xpisti ecclesia — si ergo sumus in ecclesia, si habemus fidem ecclesiae, fidem apostolorum, fidem Xpisti, dogmatum veritates, montes sumus Sion. Nolumus esse de Siön valles, sed montes Sion. Habet enim Sion valles suas, habet et campos. Quicumque peccator est, vallis est Sion, non est mons Sion. Dicat aliquis: De tuo sensu loqueris. Vocemus testem Esaiam, eo tempore quo peccaverat Sion, post multas visiones, ubi dicitur, Visio contra Idumaeam, visio contra Moab, visio contra Edom et filios Ammon, in ultimo ponitur: 'Visio vallis Sion'. Quoniam enim de fidei sublimitate descenderat, propterea de monte in vallem conruit. Nos ergo primum fugiamus valles Sion, veniamus ad campos, de campis veniamus ad colles, de collibus veniamus ad montes, Xpistum sequamur in montibus. Siquidem fratruelis noster quasi caprea et hinnulus cervorum transilit colles, et salit per montes. Unde et secundum ascensus veritatem non ascendit in caelos post resurrectionem de valle, sed de monte. Nos nisi in virtutibus montes fuerimus, ad caelum non possumus ascendere. Illic enim, hoc est in montibus Sion, in virtutibus, in fidei confessione, in dogmatum veritate, illic est benedictio *et vita usque in aeternum.* Vita nostra Xpistus est. Qui confitetur Xpistum, vitam accipit in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO CXXXIII.

Ecce nunc benedicite Dominum, omnes servi Domini. Extremus psalmus cantici graduum. Primus graduum psalmus fuerat: 'Ad Dominum cum tribularer clamavi, et exaudivit me'. In secundo conscenderat: 'Levavi oculos meos ad montes'. In tertio: 'Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi'. In quarto: 'Ad te levavi oculos meos, qui habitas in caelo'. Videte quomodo

1 *non sunt in ecclesia*] *n. s. de e.* β. 3 *veritates*] *veritatis* BI; *veritatem* C. *de Sion*] praepositio expuncta est in BC. 5 *campos*] C; *campus* G; *campum* βBS. *vallis*] *vallas* C corr. *mons Sion*] BC non repet. *Sion.* 8 *Idumaeam*] *Iudaeam* G. *Ammon*] CS; *Amon* βBG. 10 *conruit*] *currit* G. 11 *valles Sion*] BCG; *vallem S.* βS. *ad campos*] *ad campum* β. *de campis*] BC; *de campus* G; *de campos* S; *de campo* β. 13 *caprea et hinnulus*] *c. e. hynulus* C; *c. e. hynolis* G; *capra et emulus* S. 14 *salit*] *sallit* B; *psallit* C. 15 *in caelos*] BC; *ad caelos* G; *in caelis* S; *in coelum* β. *in virt.*] C om. *in.* 17 *in fidei confessione*] BC; *in fide confessione* S; *fidei confessionem* G; *in fide in confessione* β. 18 *illic est*] *i. enim* I. *et vita*] codd; *Et vitam* β. *nostra*] βB; om. cet. 19 *accipit*] BCI; *accipiet* βS; *accepit* G. 21 *DE PSALMO CXXXIII*] In Brev. col. 1294. 22 *Dominum*] gr. τὸν κύριον; *Domino* β C corr. *Extremus p. c. graduum*] om. S. 25 *ad montes*] SG; *in m.* β

9. *vallis Sion*] Is. 22, 1 iuxta gr. 14. *per montes*] Cant. 2, 8 sq.

paulatim ascendit per gradus, et ad sublimiora pervenit. Longum est, si velimus singulorum psalmorum, hoc est graduum, principia dicere. Venit ad tertium decimum psalmum, immo venit ad duodecimum : et post omnes virtutes humilitatem posuit. Frustra enim habemus virtutes, si non ipsae virtutes humilitate Domini coronentur. Quid enim dixit ? ' Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei '. Quoniam ergo humilem se esse monstraverat, Xpisti adventum postulat. Et quid dicit ? ' Memento Domine David, et omnis mansuetudinis eius '. Et rursum in alio loco : ' Propter David servum tuum ne avertas faciem Xpisti tui '. Quoniam acceperat Xpistum, post fidem Xpisti ecclesiam congregat. Et quid dicit ? ' Ecce quam bonum et quam iocundum, habitare fratres in unum '. Quoniam autem congregati sunt fratres in unum, et ecclesia Domini congregata est, novissimus psalmus quid dicit ? *Ecce nunc benedicite Dominum, omnes servi Domini.* Quoniam bonum est et iocundum habitare fratres in unum, et estis pariter congregati : ecce nunc benedicite Dominum. Nunc benedicite, post adventum Xpisti, quia congregati estis in eo : nunc benedicite, in ultimo graduum psalmo, quia in summitate virtutum congregati estis. Ante ergo quam perveniretis ad quintum decimum gradum, hoc est, ad excelsum, non poteratis benedicere Dominum. Ergo nunc dico vobis, ecce nunc benedicite Dominum. Quando dicitur *ecce*, quodammodo res digito demonstratur. Ecce nunc benedicite Dominum. Qui benedicite Dominum ? Omnes servi Domini : qui non estis servi peccati, sed servi Domini. Putamus parum esse quod dicitur, Ego servus Domini sum ? Summa virtus est, hoc mereri. Quomodo quasi dignitatem vindicat qui dicit, Ego servus imperatoris sum, et nemo audet accedere ad servum imperatoris : sic infinita dignitas est, se dicere esse servum Domini. Unde et apostolus de servitute Domini gloriatur, et scribit in principio epistularum suarum : ' Paulus servus Xpisti '. Et de Moyse dicitur : ' Et non sicut Moyses famulus meus, cui locutus sum facie ad faciem '. Videte quid dicat. Ceteris locutus sum in visione et in aenigmate : sed non sicut Moysi famulo meo, cui locutus sum facie ad

2 *velimus*] *vellimus* BC. *hoc est*] codd ; *horum* β. 3 *post*] *per* GI ; om. S. 4 *omnes virtutes*] *omnem virtutem* β. *humilitatem*] *h* add. sup. lin. C. 7 *esse*] om. β. *monstraverat*] *munstr.* G. 9 *ne avertas*] *non a.* βG. 10 *acceperat*] *accepit* β. 12 *Quoniam a. c. s. f. i. unum*] S ; om. β et cet. propter homoeoteleuton. 14. 16 *Dominum*] *domino* C. 16 *benedicite*] β repet. *Dominum.* 18 *perveniretis*] *perveneritis* βB. 19 *gradum*] C ; *graduum* β et cet. *benedicere Dominum*] *b. Domino* β ; G om. *Dominum* ; *confiteri domino* B. 20 *Ergo*] *ecce* GI. 23. 25 *Ego*] *Ergo* β. 24 *mereri*] *ma(e* add. sup. lin.)*reri* C ; *merere* B. *Quomodo*] *Quomodo ?* β ; B add. *hoc dicit.* 26 *est*] om. βBG.

30. *facie ad faciem*] Numer. 12, 7 sq. Cf. supra p. 218, l. 9-11.

faciem. Ponamus exemplum. Dicamus esse aliquem dominum ditissimum: iste habet familiam, habet et servos qui sibi ministrant: numquid tantam habent fiduciam servi qui in villis sunt, quantam illi qui cotidie ministrant? Illi magna dignitas est, qui faciem domini videt, et ministrat ei. Denique ceteri servi, qui faciem non vident domini sui, si voluerint aliquid impetrare, conservum petunt. Hoc totum quare dixi? Dominus noster Iesus Xpistus habet et ipse multam familiam, habet quasi ad faciem suam qui sibi ministrant, habet et alios in agris. Monachos et virgines ego puto illos esse, qui ad faciem ministrant domino suo; saeculares autem, qui sunt quasi in agro, de familia. Denique illi qui sunt in agris, istos postulant ut rogent dominum, si quid necessarium habent. Quantam habent ergo dignitatem, qui cotidie vident faciem domini; tantam habent poenam, si neglegant ministerium domini. Solent enim mali servi, quando sunt in agro, magis timere dominum, quia non vident: si autem cotidie videre coeperint, contemnunt, et familiaritas superbiam facit. Et nos igitur non debemus de consuetudine contemnere bonitatem Domini nostri. Benedicite ergo Dominum, omnes servi Domini, qui non estis servi peccati, sed servi Domini: omnes servi Domini, qui solum Dominum habetis Deum: omnes servi Domini, quibus ira non imperat, quibus libido non regnat, quibus alia peccata non regnant. Quibus non dominantur vitia, illi dominantur a Domino. *Omnes servi Domini.*

Videtur hucusque stetisse: sed videte augmentum. Non sufficit solum servum esse Domini, nisi et ipsi servi stent. Alii enim sunt qui stant, alii qui cadunt, alii qui sedent, alii qui iacent. Ergo qui cadunt, qui sedent, qui iacent, illi non possunt laudare Dominum: vos laudate, qui statis. Sed dicat aliquis: Stant alii, multae sunt ecclesiae, multae sunt congregationes. Qui ergo stant? Arriani stant? Nominant Xpistum, et Eunomiani, et ceterae haereses: ergo stant? Ne videretur ergo illis dare licentiam laudandi Dominum, videte quid dicat. *Qui statis in domo Domini.* ' Ut, secundum quod ait apostolus, donec, inquit, veniam, ut scias quomodo disponas domum Dei, quae est ecclesia '. Ecclesia non in pa-

2 *ministrant*] *ministrent* βBI, C corr. 4 *ministrant. Illi*] *m. Illis* β; *ministrant illi* I. *videt et ministrat*] *vident et ministrant* βI. 6 *conservum*] *conservos* β. *petunt*] om. B; *petant* C corr; *petent* I, item S et omissis seqq. transit ad ps. CXXXV. 7 *multam*] om. G. 8 *qui sibi*] *quasi* C; B om. *sibi*. 10 *de familia*] β add. *sua*. 12 *habent ergo*] *ergo habent* G. 13 *si neglegant*] C; *si neclegent* G; *qui negligunt* β. 14 *in agro*] *in agris* β. 20 *quibus libido…quibus alia*] *in quibus* βB. 21 *i. dominantur*] *i. nominantur* I. 23 *servum*] BC; *servos* β. 26 *Stant alii*] *s. et alii* β; *non statis* I. 27 *et Eunomiani*] C mutat *et* in *ut*; *Eunominiani* G, C corr; *Eunominia* B. 30 *apostolus*] *apostulus* C. *veniam ut*] *venio ut* βB; *veniamus* G (om. *ut*). 31 *in parietibus*] βB om. *in*.

31. *ecclesia*] 1 Tim. 3, 15.

rietibus consistit, sed in dogmatum veritate. Ecclesia ibi est, ubi fides vera est. Ceterum ante annos quindecim et viginti omnes parietes ecclesiarum haeretici possidebant. Ante viginti enim annos omnes has ecclesias haeretici possidebant. Ecclesia autem vera illa erat, ubi vera fides erat. Ergo vos benedicite Dominum, qui estis servi Domini. ‘ Non est pulchra laudatio in ore peccatoris ’. Ergo vos laudate, qui estis servi Domini : et qui estis servi, et statis. *Qui statis.* ‘ Statuit, inquit, supra petram pedes meos ’. Et ad Moysen : ‘ Tu vero hic sta mecum ’. ‘ Deus stetit in synagoga deorum ’. Et qui statis, non ubicumque, sed in domo Dei. *In atriis domus Dei nostri*, in hebraicis voluminibus non habetur : sed in sequenti psalmo est. Quomodo enim sequitur in ipso psalmo ? ‘ Laudate nomen Domini, laudate servi Dominum : qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri ’. Quoniam ergo iste psalmus habet, Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri ; propterea quidam putavit, et in ipso psalmo qui praecessit, Qui statis in domo Domini, debere addere, In atriis domus Dei nostri. Quid autem significet, In atriis domus Dei nostri, et quae sit differentia domus et atriorum, in sequenti psalmo cum lectus fuerit disseretur.

In noctibus extollite manus vestras in sancta. ‘ Mundus iste in maligno positus est ’ et ‘ non est nobis pugna adversus carnem et sanguinem, sed adversus rectores tenebrarum istarum ’. Unde dicit et apostolus : ‘ Nox praecessit, dies autem adpropinquavit ’. Ergo hoc saeculum nox est : saeculum vero futurum dies est. Unde dicit apostolus : ‘ Nox praecessit , dies autem adpropinquavit. Sicut in die, inquit, honeste ambulemus ’.

1 *dogmatum*] *domatum* C corr. *veritate*] *verites* B. 2 *et viginti*] codd ; *aut vig.* β. *omnes parietes*] *parietes omnes hic* β. 3 *has ecclesias*] *eccl. has* β ; *animas eclesias* G ; *basilicas* A (om. *has*). 4 *illa*] *illic* β. *fides erat*] *f. est* GI. 9 *deorum*] *deorom* C corr. 10 *in sequenti psalmo*] BC om. *in* ; *sequentis psalmi* C sup. lin. 14 *putavit*] *putant* ABI. 15 *in ipso*] *in isto* C. *qui*] β et codd. pro *quia ?* 16 *significet*] *significat* G. 23 *Nox pr. d. a. a.*] non repet β. 24 *adpropinquavit*] C inser. *et*.

4. *haeretici possidebant*] Arianos intellege, Photinianos, Eunomianos ceterosque haereticos Nicaenae fidei infensos, qui Theodosii Magni imperatoris edicto IV id. Ianuar. a 381 dato basilicas catholicis restituere coacti sunt.

6. *peccatoris*] Eccli. 15, 9.

8. *meos*] Ps. 39, 3.

mecum] Deut. 5, 31. Hieron. ep. 21, n. 15 ‘ Peccatorum iacere, iustorum stare est. Ad Moysen dicitur : *Tu vero hic sta mecum.* Et in centesimo tricesimo tertio psalmo *Ecce nunc b. D.o. s. D. q. statis in domo Domini*, ad benedictionem Domini stantes propheta in domo Domini cohortatur ’.

9. *deorum*] Ps. 81, 1.

10. *non habetur*] Conf. Commentariol. h. ps. p. 91, l. 16.

13. *nostri*] Ps. 134, 1 sq.

20. *positus est*] 1 Io. 5, 19.

21. *istarum*] Ephes. 6, 12.

24. *ambulemus*] Rom. 13, 12 sq.

Quomodo victuri sumus in die, hoc est in futuro saeculo, sic nunc vivamus. *In noctibus extollite manus vertras in sancta.* Velimus nolimus, in noctibus sumus: quamdiu in isto saeculo sumus, in noctibus sumus. Nox tenebras habet: noctes autem istarum tenebrarum peccata sunt hominum. Videte ergo quid dicat, In noctibus extollite manus vestras in sancta. Dum, inquit, estis in isto saeculo et estis in noctibus, levate manus vestras. Nolite demittere, sed levate: levate cum Moyse. Si levaveritis manus vestras, vincitur Amalech: si autem demiseritis, superatur Iesus. Simulque considerate mysterium. Si nos levamus manus, vincit Iesus. Si levaverimus manus nostras in bonis operibus, per bona opera nostra Xpistus superat diabolum. Manus autem interpretantur in operibus. Unde scribitur: Factus est sermo Domini in manu Aggaei, Sermo qui factus est in manu Hieremiae prophetae. Utique sermo Domini non fit in manu, sed in ore fit. Sed videte scripturae mysteria. Deus non venit ad sermonem, nisi ad opera bona. Ceterum et homicida Xpistum confitetur, et non venit ad illum Dominus, quia manus ipsius Domini adventum non merentur. Unda scriptum est in alio loco: 'In manu linguae mors et vita'. Ergo lingua manus habet? Dicite, quare dicitur, In manu linguae mors et vita? Videte quid dicat. Deus non audit linguam, non verba, sed opera: ut quicumque aliquid loquitur, et faciat. Praecipitur ergo nobis in novissimo psalmo graduum, In noctibus extollite manus vestras in sancta. Levate, inquit, manus vestras, quia et Iesus eas levavit in cruce. *In noctibus extollite manus vestras in sancta.* Quare voluit addere, et dicere, In sancta? Et haeretici videntur levare manus, et gentiles videntur levare manus, et Iudaei videntur levare manus. Faciunt enim et ipsi elemosinas: si viderint pauperem, manum porrigunt. Quando Iudaeus dederit elemosinam, nonne tibi videtur levare manum? Levat quidem manum, sed non levat in sancta, quia Xpistum non confitetur. Vos autem qui estis in domo Domini, qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri: qui estis

1 *sic*] *si* C. *vivamus*] B add. *in nocte*; C add. *in saeculo.* 2 *Velimus nolimus*] *volumus noluemus* G. 6 *et estis in*] *et in istis* β. 8 *vincitur*] *vintitur* B; *vincetur* C sup. lin. *superatur*] *supera(bi* sup. lin.)*tur* C. 11 *diabolum*] *diabulom* C corr. *interpretantur*] *interpretatur* G. 12 *qui*] om. β. 15 *nisi ad opera bona*] BG; *sed ad o. b.* C; *sine opere bono* β. 19 *ut quicumque*] *utcumque* C corr.

15. *ad opera bona*] Hieron. in Agg. 1, 1 'Fit autem verbum Domini... in manu Aggaei prophetae, qui bona habebat opera, et in cuius factis poterat Dei sermo requiescere. Porro ubi manus sanguine plenae sunt,... ibi non fit sermo Dei' etc; in Eccle. 4, 5 (Migne 23, 1099 A) 'Manus crebro pro operibus accipiuntur, sicut ibi: *Verbum Domini quod factum est in manu Aggaei*, sive illius vel huius prophetae, quod talia opera gesserit, ut dignus exsisteret, in cuius opere fieret sermo Domini'.

17. *et vita*] Prov. 18, 21.

servi Domini, quibus dixeram ' Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum ' : sic levate manus, ut in sancto levetis, hoc est, ut confiteamini Xpistum, et quidquid facitis, pro Xpisto faciatis. Virtutes pro qualitate' facientis diversae sunt. Verbi causa, facit elemosinam Xpistianus, facit et gentilis, facit et Iudaeus, facit et alius Xpistianus vir sanctus. Invenias aliquos de Xpistianis ideo dare elemosinam, ut laudentur a populo. Si quando pauper rogat, huc illucque circumspiciunt; et nisi testem viderint, pecuniam non dant. Si solus fuerit, manus contractior est, non dat libenter. O tu Xpistiane, rogat te pauper ut des ei pecuniam : quare non das in occulto, sed das in publico? Si testem Deum quaeris, humanos oculos quid requiris? Elemosina tua apud inperitos videtur esse elemosina, ceterum apud Deum iniuria est : iniuriam enim facis fratri tuo, vis enim videntibus aliis mendicum ostendere. Quando ergo damus, non demus quasi de nostro, sed de Xpisti : non debemus dare quasi mendico, sed quasi fratri. Nos damus carnalia, ille dat spiritalia : plus dat pauper, quam accipit. Nos damus panem, qui in ipsa die consumitur; ille pro pane reddet nobis regna caelorum. Ergo hoc dico, ut quidquid facimus, faciamus in sancto; ut quod facimus, Xpisti causa faciamus. Ceterum multi sunt gentiles, qui faciunt elemosinam, si viderint aliquem praecisam habere manum, si viderint pedem habere cancerosum et putridum, statim anima illius dolet : vincitur humana anima naturali misericordia. Et quid dicit? Ecce ego si talis essem, miser quid facerem? Et fieri potest ut talis sim : quis mihi dabit? Et ego debeo ergo huic dare : ut et mihi det aliquis, si talis fuero. Iste quidem dat pauperi panem; sed in paupere sui miseretur, non illius. Ista misericordia non Xpisti misericordia, sed sui misericordia est. Omne ergo quod facimus, Xpisti causa faciamus, faciamus in sancto. ' Sive manducamus, sive bibimus, omnia in nomine Xpisti faciamus '. Scripturas legimus, psalmos edisci-

1 *dixeram*] BCG ; *dixerat* β. 2 *in sancto*] β et codd. 4 *verbi causa*] BC ; *v. gratia* G ; *ac si dicat* β. 6 *Invenias*] G ; *invenies* β et cet. *ideo*] *iudeo* I. 7 *populo*] *populis* β. *rogat*] β add. *buccellam*. 8 *manus*] *manu* A. *contractior est*] BC ; *contractor est* A ; *contracta est* I ; *contractio* G (om. *est*) ; *contrahit* β. 10 *pecuniam*] *aelimosinam* C. 14 *de Xpisti*] CG ; *de dono Xpisti* βB. 16 *consumitur*] *consumetur* G. 17 *reddet*] *reddit* C. 18 *ut quod*] scripsi ; *aut quod* β ; *ut quid* BG ; *ut quicquid* C. 19 *sunt*] om. β. 20 *praecisam*] *praeciosam* G. *cancerosum*] BCG ; *cancrosum* β. 21 *anima*] CG ; *animus* βB. *illius*] *illis* β. 23 *Et fieri*] *et si fieri* G. *Et ego*] expunt. in C. 26 *Omne*] *omnes* G. 28 *nomine Xpisti*] *Xpo nomine* G.

2. *in unum*] Ps. 132, 1.

8. *manus contractior est*] Hier. Dialog. contra Lucifer. l. 2, n. 11 ' Ad largiendum frustum panis et binos nummulos praeco conducitur, et extendentes manum huc illucque circumspicimus, quae, si nullus viderit, contractior fit '.

28. *faciamus*] 1 Cor. 10, 31.

mus; evangelia tenemus, prophetas edisserimus: non debemus hoc ita facere, ut gloriemur apud fratres, sed ut Xpisto placeamus, ut sermo ipsius in ore nostro resonet. Solent et viri, solent et monachi, solent et mulierculae hoc inter se habere certamen, ut plus ediscant scripturas; et in eo se putant esse meliores, si plus edidicerint. Ille plus edidicit, qui plus facit: ceterum quod tu ediscis, ego facio: magis mea opera scripturas retinet, quam tuus sermo qui vane resonat. *In noctibus extollite manus vestras in sancta.* Levate manus, crucis levate vexillum. In noctibus levate manus vestras in sancta: et cum levaveritis in sancta, et feceritis quae sancta sunt, quasi medicamentum bonorum operum vestrorum Xpistus sit. *Et benedicite Dominum.* Unde et apostolus dicit: ‘ In omni loco levantes manus inmaculatas’. Et benedicite Dominum. Quodcumque facitis, referte ad Dominum. Manus leventur, os Xpistum resonet. In noctibus levate manus vestras: da pauperi elemosinam. Et benedicite Dominum: gratias age Domino, qui tibi dedit, unde dares fratri. Magis tu agito gratias Xpisto, quando dederis, quam frater, qui a te accepit, tibi agit gratias. Grande nobis beneficium praestant pauperes. Peccata nostra quae iam aliter lavare non possumus, elemosina extinguit. Quid enim scriptum est? ‘ Sicut aqua extinguit ignem, sic elemosina extinguit peccata’. Hoc praestat elemosina, quod et baptisma. Quomodo baptisma nobis peccata dimittit, ita et elemosina nobis peccata dimittit. Sicut aqua extinguit ignem, sic elemosina extinguit peccata. Peccatis enim gehennae ignes praeparati sunt: hos autem extinguit elemosina.

Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit caelum et terram. Tu benedicis Dominum, et te Dominus benedicit. *Ex Sion*: de specula, de ecclesia, de veris dogmatibus, de fide pia. Benedicat te Dominus ex Sion. Istos versiculos Spiritus sanctus loquitur, sive certe propheta in Spiritu loquitur. Et quid dicit? O tu qui per quindecim gradus ad ultimum conscendisti,

1 *evangelia tenemus*] Codd. GI om. sqq. statim transeunt ad ps. CXXXVI. 4 *plus*] B, C in ras; *plures* β. 5 *putant*] om. C, et post ‘ meliores ’ sup. lin. suppl. *estimant*. *plus*] BC; *plures* β. *edidicerint*] *edicerint* C corr. *edidicit*] *e* expunct. in C; *ediscit* B. 6 *quod*] *si quod* β. *ediscis*] *e* item in C expunct. *scripturas*] *scribturam* C. 7 *retinet*] B; *tenent* βC. 8 *crucis*] B, C 1 m; *in cruce* C sup. lin; *in crucem* β. *vexillum*] *vixillum* B, C corr. 11 *sit*] BC inser. *et dicite*. *Et benedicite*] *benedite* B (om. *et*). 13 *os*] *hos* B. *Xpistum*] C sup. lin. mutat in *Xpo*. *resonet*] *resonat* C corr. 14 *da*] β C 1 m; *date* B, C sup. lin. *pauperi*] C; *pauperibus* βB. *benedicite*] *benedic* β. 15 *qui*] *quia* β. *dedit*] *dederit* β. *dares*] *des* β; *tu dares* B. 16 *agito*] *ageto* B. *qui a te*] *ex eo quod* B. *accepit*] *accipit* B, C corr.; *acceperit* β. 17 *agit*] *agat* B. 18 *nostra*] om. β. *quae*] *quas* B (mutat. in *quasi*). 19 *enim*] C; om. βB. 26 *Istos versiculos*] ABC; *istum versiculum* β.

12. *inmaculatas*] 1 Tim. 2, 8. 20. *peccata*] Eccli. 3, 33.

qui fecisti haec et haec, qui benedicis Dominum, qui in noctibus extollis manus tuas in sancta et benedicis Dominum, recipe et tu mercedem. Benedicat te Dominus ex Sion. Quod dedisti recipe. Tu dedisti elemosinam, tu fecisti virtutes : a Deo praemium et benedictionem consequeris. Benedicat te Dominus ex Sion. Ex Sion : de caelesti Hierusalem, in matre primitivorum, ubi sunt futura gaudia, ubi sunt archangeli, ubi virtutes ceterae, ubi apostoli, ubi prophetae, ubi sancti, ubi martyres, ubi secuntur angelorum multitudines et sanctorum, quocumque Agnus vadit. Denique vidit et Iohannes civitatem sanctam de caelo depositam, gemmis extructam, duodecim habere portas. Tota aurea erat : muros habebat aureos, habebat et plateas de diversis gemmis. In hac civitate Xpistus regnat, in hac civitate habitatores ipsi sunt et habitatores et portae, ipsi et domus sunt et habitatores. Vultis scire quoniam domus sunt? Xpistus habitat in eis, Xpistus deambulat in eis. 'Inhabitabo, inquit, in eis, et deambulabo'. Vide animam sanctam, quam grandis sit : Xpistum capit, quem caelum non capit. Vide quid dicat. Inhabitabo, inquit. Sed fieri potest, ut aliquis anguste habitet. Inhabitabo, et deambulabo in eis. Ubicumque deambulat, utique lata domus est, ubi deambulatur. 'Vos estis, inquit, templum Dei, et Spiritus sanctus habitat in vobis'. Praeparemus templum nostrum, ut Xpistus veniat, et habitet in nobis : ut et anima nostra Sion sit, ut sit specula, ut sit in summitatibus constituta, ut sit sursum, non deorsum. Legimus in Zacharia propheta : 'Et angelus, inquit, qui loquebatur in me, dixit ad me'. Si angelus loquebatur in propheta, quanto magis qui habitat in nobis, ipse nos habet et domos et confabulatores?

Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit caelum et terram. Si sanctus es, audi quid dicat, Qui fecit caelum : si peccator es, Qui fecit terram. Et caelum fecit, et terram. Interim dicamus secundum litteram. Hoc dixit ad distinctionem idolorum. Dii, inquit, qui caelum et terram non fecerunt,

2 *in sancta*] scripsi ; *et cetera* βC ; om. B. 4 *et*] om. C. *benedictionem*] *benediccionem* C (mutat in *benedictionis*]. 5 *Ex Sion*] βB om. *ex*. *in matre*] β et codd. pro *et matre*? 6 *gaudia*] om. C. 7 *ubi sancti, ubi martyres*] C ; *ubi sancti martyres* β ; *ubi martyres, ubi omnes sancti* B. 9 *extructam*] *structam* B. 10 *habere*] *habet* C (mutat in *habebat*). *erat*] *erant* C. 12 *habitatores* BC ; *habitantes* β. 15 *animam sanctam*] B ; *anima sancta* β ; *animam* (mutat in *animae*) *escam* C. 16 *Sed*] *sed si* C ; *si* B. 17 *aliquis*] *aliquid* C (*d* expunct.) *habitet*] B ; *inhabitet* β ; *habitent* C. *deambulabo*] *ambul.* β. 18 *deambulatur*] BC ; *deambulat?* β. 23 *in propheta*] BC inser. *et loquitur in propheta*. 24 *qui*] C add. sup. lin ; om. βB. *domos*] *domus* C. 25 *ex Sion*] *exion* C. 27 *dixit*] *dicit* β ; om. B.

6. *primitivorum*] Cf. Hebr. 12, 23.
10. *portus*] Apoc. 21, 10 sqq.
14. *deambulabo*] 2 Cor. 6, 16.
19. *in vobis*] 1 Cor. 3, 16.
23. *ad me*] Zach. 1, 9.

pereant de terra. ‘ Dominus autem caelos fecit ’. Hoc ad distinctionem dicit idolorum. Hoc interim secundum litteram. Ceterum secundum intellegentiam spiritalem quomodo dicitur peccatori ‘ Terra es et in terram ibis ’, sic et sancto dicitur, Caelum es et in caelum ibis. Hoc totum quare dixi ? Ut sanctos caelum probarem. ‘ Caeli enarrant gloriam Dei, et opera manuum eius adnuntiat firmamentum ’. ‘ Et aquae quae super caelos sunt, laudent nomen Domini ’. ‘ Caeli caelorum Domino ’. *Qui fecit caelum et terram.* Licet terreni simus, licet ambulemus in terra, tamen conversatio nostra in caelis est : ibi habemus municipationes nostras. Qui fecit caelum et terram. Licet peccator es, noli desperare : Dominus omnipotens est. Multi de terra caeli fiunt, et multi de caelo terra. Infelix Iudas caelum fuit, et terra factus est. Paulus apostolus eo tempore, quo persequebatur ecclesiam, terra erat : confessus est, et caelum factus est. Nec qui caelum est, debet esse securus ; nec qui terra est, debet desperare de vita. Iacob eo tempore, quando fugiebat in Mesopotamiam fratrem suum, venit ad Luzam : et ibi, inquit, posuit sibi lapidem ad caput. Sub capite ipsius lapis erat Xpistus. Numquam sibi posuit lapidem ad caput, nisi eo tempore, quando persecutorem fugit. Quando mansit in domo patris sui, quamdiu erat in domo patris sui, et habebat refrigeria carnis, lapidem non habebat ad caput. Recessit de domo sua nudus, recessit in virga ; et statim in ipsa nocte invenit lapidem, et posuit ad caput suum. Quia talem habebat pulvillum in quo refrigerabat, videte visionem eius. ‘ Vidit, inquit, scalam de terra pertingentem ad caelum ; et vidit, inquit, angelos descendentes et ascendentes ’. Vidit angelos de caelo venire ad terram, et alios de terra ad caelos ascendere. Vultis scire quia lapis ille, qui erat ad caput Iacob, Xpistus erat lapis angularis ? ‘ Lapis quem reprobaverunt aedificantes hic factus est in caput anguli’. Lapis ille, qui scriptus est in Regnorum libro, Abenezer. Lapis iste Xpistus est. Abenezer autem interpretatur lapis adiutorii. ‘ Consurrexit, inquit, Iacob mane ’. Et quid

9 *municipationes*] βA ; *municipacionis* B ; *municipitaciones* C. 10 *desperare*] *disp.* B ; om. C. *omnipotens est*] B, *omnia p. e.* C ; *omnia potest* β. 16 *sibi*] om. βB. 18 *Quando mansit i. d. p. sui*] om. β propter homoeoteleuton. 20 *sua*] om. β. 22 *Quia*] *Qui* β. 29 *adiutorii*] *adiutor* C.

1. *fecit*] Ps. 95, 5.
4. *ibis*] Gen. 3, 19.
6. *firmamentum*] Ps. 18, 2.
7. *Domini*] Ps. 148, 4 sq.
Domino] Ps. 113, 16.
9. *in caelis est*] Phil. 3, 20.
16. *ad caput*] Gen. 28, 11.
24. *ascendentes*] Ibid. 12.
27. *anguli*] Ps. 117, 22.
28. *in Regnorum libro Abenezer*] 1 Reg. 4, 1. — Hier. ep. 73, mans. 11 ‘ Sedet Moyses super lapidem dictum a Zacharia, qui septem habebat oculos, et in Samuelis volumine appellatur Abenezer, id est *lapis adiutorii* ’.
29 sqq. Genes. 28, 16-18.

dixit? 'Haec, inquit, domus Dei est'. Et quid fecit? 'Tulit, inquit, oleum, et unxit lapidem'. Nisi mysteria intellexerimus scripturarum, cuius rationis erat, ut ungueret lapidem de oleo?

DE PSALMO CXXXV.

Confitemini Domino quoniam bonus. Tamen et si haeretici dicunt, quia non est paenitentia; sed tamen propheta nos hortatur, ut confiteamur peccata nostra. Deus enim bonus est. Beatus ergo qui confitetur peccata sua, sicut et apostolus dicit: 'Qui non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei'. Si apostolus confitetur, quanto magis peccator? Et iterum: 'Iustus accusator est sui in principio sermonis'. Si ergo iustus, quanto magis peccator?

Confitemini Deo deorum. Deorum horum dicit, de quibus scriptum est: 'Ego dixi, dii estis'. Et iterum: 'Deus stetit in synagoga deorum'. Qui desinunt esse homines, et relinquunt vitia, et sunt perfecti: isti dii sunt, et filii Excelsi.

Confitemini Domino dominorum. Hoc refertur ad Filium, et *Deo deorum* ad Patrem. Patri ergo et Filio confitemur: Pater enim in Filio, et Filius in Patre.

Qui facit mirabilia magna solus. Prius dixit, confitemini Deo deorum; et iterum, Domino dominorum. Et quoniam dixit duas personas, nunc dicit, Qui facit mirabilia magna solus, ut non dicat duos deos. Scriptum est enim: 'Unus Deus, ex quo omnia; et unus Dominus Iesus, per quem omnia, et nos per ipsum'.

Qui fecit caelos in intellectu. Isti sunt caeli qui enarrant gloriam Dei, qui vestiti sunt imaginem caelestis: et sunt caeli, qui non sunt vestiti

2 *unxit*] *uncxit* B. 3 *de oleo*] C; βAB om *de*; β add. *Benedicat te D. e. S. q. f. c. et terram. Denis quinis Cantica graduum psalmis in benedictione concludens, ex voce prophetica nos admonet dicens*; C 2 m. in marg. infer. *Benedicat t. D. e. S. q. f. c. et terram. Denos quinos canticorum graduum psalmos in benedictione concludens.* Cf. commentariol. huius psalmi p. 91, l. 19-22. 4 *DE PSALMO CXXXV*] Mediam partem tantum convenit cum Brev. col. 1302 sq; in codicibus GI non legitur. 5 *Tamen et si*] litterae *en* in C expunctae sunt; *ita et si* S. 10 *sermonis*] S add. *sui*. 21 *dicat*] C sup. lin. mutat *t* in *s*. 22 *Unus Deus*] *U. est D.* β. 24 *Dei*] C sup. lin. repet. *sunt caeli*. 25 *imaginem caelestis*] AS; *imagine caelestis* C; *imaginem caelestem* B; *imagine coelesti* β.

9. *Dei*] 1 Cor. 15, 9.
10. *sermonis*] Prov. 18, 17.
13. *estis*] Ps. 81, 6.
deorum] Ibid. 1.
23. *per ipsum*] 1. Cor. 8, 6.
24. *Dei*] Ps. 18, 2.

imaginem terreni. *In intellectu*, in sapientia : Xpistus enim Dei virtus et Dei sapientia, sicut et in Proverbiis dicit ipsa sapientia : ' Quando faciebat caelos, cum ipso eram ' et cetera.

Qui firmavit terram super aquas. Licet dicatur terra super aquas pendere, hoc est, in mari pendere ; tamen terram nostram fundavit et firmavit in baptismate. Non dixit, sustulit, aut exaltavit, aut in caelos fecit ascendere. Baptisma enim peccata dimittit, et quasi, de carcere liberat : regna autem caelorum non potest donare. Si non enim aliquis per opera et fidem intraverit, non potest securus esse.

Qui fecit luminaria magna. Secundum litteram de stellis dicit. Licet parvas eas conspiciamus, sed tamen magnae sunt. Sicut enim nos si ascendamus in montem excelsum, et videamus in subiecta valle hominem, videtur nobis quasi parvum quiddam : ita et stellae magnae sunt, ex altitudine autem parvae nobis videntur. Stella enim quae videtur in Britannia, et ubique ipsa apparet. Hoc autem dicit ad eos quibus dixit : ' Vos estis lux mundi '.

Qui divisit mare Rubrum in divisiones. Dicunt Hebraei, quod in duodecim divisiones divisum est mare, hoc est, secundum tribum una via. Rubrum autem dicitur de sanguine.

Et excussit Pharaonem et exercitum eius in mari Rubro. Bene dixit, excussit : excussit enim eius peccata, et non egit paenitentiam ; propterea mortuus est. Sicut et ad Hierusalem dicit : ' Excute pulverem tuum '.

Qui percussit reges magnos. Primum percussit Pharaonem, qui intellegitur diabolus, et sic exercitum eius.

Quia in humilitate nostra memor fuit nostri. Non dixit, in sapientia :

1 *imaginem t.*] ABS ; *imagine t.* βC. 5 *in mari pendere*] scripsi ; *inmani pendere* C ; *inani pondere* βB. 6 *sustulit*] *sustollit* β. *in caelos*] *in caelo* S. 8 *per opera et fidem*] *p. operam e. f.* S ; *pro opere et fide* C sup. lin. 11 *parvas eas*] *parva ea* S, C corr. *conspiciamus*] *conspicimus* S. *magnae*] *magna* CS. 13 *quiddam*] *quoddam* C corr. *magnae*] *magna* C corr. 14 *autem*] *enim* C. 15 *Britannia*] *Brittania* BCS. 17 *Dicunt Hebraei*] et cetera quae sequuntur, hactenus ἀνέκδοτα erant. 18 *divisum est*] *d. sit* B. 19 *autem*] B inser. *mare.* 21 *enim*] om. B. 22 *Excute*] *exue te* S. 24 *sic*] om. S.

1. *terreni*] Cf. 1 Cor. 15, 49.
2. *Dei sapientia*] 1 Cor. 1, 24.
3. *eram*] Prov. 8, 27.
8. *non potest donare*] Hieron. Dialog. c. Pelag. 1, 22 ' Si baptismum statim iustum faceret, et omni plenum iustitia, nequaquam utique apostolus neophytum refutaret ; sed baptismus vetera peccata conscindit, novas virtutes non tribuit : dimittit e carcere, et dimisso si laboraverit praemia pollicetur ' ; ibid. 3, 1 ' Et tamen hoc scito, baptismum praeterita donare peccata, non futuram servare iustitiam, quae labore et industria, ac diligentia, et semper super omnia Dei clementia custoditur '.
16. *mundi*] Matth. 5, 14.
18. *una via*] Ita Origenes, Eusebius, veteresque nonnulli.
22. *tuum*] Is. 52, 2.

non dixit, in divitiis : non dixit, in doctrina ; sed, in humilitate memor fuit nostri. Licet enim et istae virtutes sint ; sed tamen nisi aliquis habuerit humilitatem, non recipitur a Deo. ' Superbis enim resistit Deus, humilibus autem dat gratiam '.

Et redemit nos ab inimicis nostris. Non dixit, liberavit, sed redemit, hoc est, suo sanguine

Qui dat escam omni carni. Considera mihi elephantum, camelum, bovem, cervum, et haec magna quadrupedia, quomodo unumquodque habet in facie oculos, nares, os, pedes. Considera autem et minuta, hoc est muscam, formicam, pulicem et cetera, et in istis minutis considera et oculos, et nares, et os, et pedes, et omnia similiter quomodo et in maiora, et glorifica Dominum : et omnibus his escam praestat. Aliter, sicut scriptum est : ' Et tollam illis cor lapideum, et dabo illis cor carneum ' hoc est molle, quo possint legem Dei suscipere. Si non enim quis duritiam suam convertat, et fiat mollis, non potest escam accipere, et panem qui de caelo descendit, ut possit dicere : ' Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie ' hoc est, qui est de tua substantia. In hebraico evangelio secundum Matthaeum ita habet : ' Panem nostrum crastinum da nobis hodie ' hoc est, panem quem daturus es nobis in regno tuo, da nobis hodie.

DE PSALMO CXXXVI.

Super flumina Babylonis illic sedimus et flevimus, cum recordaremur Sion. Si non aliquis aegrotat, nescit quantum valet sanitas. Et iterum claudus nescit quantum valet qui sanus est pedibus. Similiter et caecus

4 *autem*] om. S. 6 *suo*] *de suo* B. 7 *Considera mihi*] *consideramini* B. *elephantum*] *elephantem* C ; *elefantum* B. 9 *os, pedes*] *os habet et pedes et caudam* B. 10 *pulicem*] *publicem* B. 11 *et in maiora*] BC ; S om. *et in.* 12 *et omnibus*] BC ; *qui o.* S. *Aliter*] *taliter* B. 14 *molle quo possint*] C (mutat. in *qui possit*) ; *m. que possunt* B ; *mollis qui p.* S. 17 *hebraico*] *praeco* B ; *greco* A. 18 *evangelio*] *evangelii* B. *crastinum*] *cotidianum* AB. 19 *daturus*] *donaturus* C. 20 *hodie*] S add. doxologiam. 21 *DE PSALMO CXXXVI*] Brev. col. 1304 sqq. 23 *valet*] *valeat* S.

4. *gratiam*] Iac. 4, 10.
13. *carneum*] Ezech. 11, 19.
14. *legem Dei suscipere*] Hier. in Ezech. 11, 17 sqq. ' Et dabo, inquit, vobis cor carneum, molle, et tenerum, et quod possit Dei mandata suscipere '.
17. *hodie*] Matth. 6, 11.
In hebraico evangelio] etc. Hier. Comment. in Matth. 6, 11 ' In evangelio quod appellatur secundum Hebraeos, pro *supersubstantiali* pane reperi MAHAR, quod dicitur *crastinum* ; ut sit sensus : Panem nostrum crastinum, i. e. futurum da nobis hodie '.
23. *quantum valet sanitas*] Hieron. ep. 66. n. 1 ' Quid boni habeat sanitas lan-

videntem. Hoc totum dictum est, quoniam psalmus dicit, Super flumina Babylonis illic sedimus et flevimus, cum recordaremur Sion. Babylon confusio interpretatur : ergo Babylon hic mundus est. Peccator ergo qui cecidit de paradiso, et venit in vallem lacrimarum, hoc est in Babylonem, in istum mundum, dicit : magis autem propheta ex persona eius qui cecidit dicit : Super flumina Babylonis. Flumina autem Babylonis. Quando videris aliquem pulchrum ad horam, et aegrotans perdiderit pulchritudinem, et marcescat flos ipsius, hic sicut flumen transit, et aquae succedentes sibi venientes et recedentes pereunt, et iterum aliae oriuntur, et ipsae pereunt: ita et in hoc mundo, quod ad momentum aut ad aliquod tempus aut ditamur, aut fortes sumus, aut pulchri sumus, et post modicum transit sicut aqua, et perit. Ibi ergo sedimus et flevimus, cum recordaremur Sion. Licet quidem vitio nostro cecidimus de paradiso, tamen reminiscimur prioris felicitatis, et non obliviscimur. Et ille qui de Hierosolymis descendit in Hiericho, quae interpretatur luna, hoc est, quae semper mutatur — haec autem intellegitur in hunc mundum, — in latrones incidit, et Samarita tollit eum, et oleo et vino curat, miscens austeritatem cum misericordia.

In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Salix talem naturam habet : est quidem lignum infructuosum, et dicitur quod si quis ex illa accipiat potionem aut manducet, filios non facit. Ibi ergo suspendimus organa nostra. Organum autem hominis corpus est. Sicut enim organum ex multis fistulis conpositum est, unum autem modulatione melos mittit,

1 *videntem*] *videntur* G ; C serior manus sup. lin. add. *nescit quantum valeat videns.* *totum*] β inser. *quare.* 3 *est*] om. β. 4 *et venit*] β om. *et.* 5 *mundum, dicit*] *m. dicitur* G ; *m. ducitur* I ; β om. *dicit.* 6 *Flumina autem*] *flumen a.* βS. 9 *pereunt*] *periunt* B. *oriuntur*] S inser. *et remittuntur.* 10 *quod*] *quo* β. *ad aliquod*] βB om. *ad*, C suppl. sup. lin. 11 *aut ditamur*] *aut audaces* G. 12 *aqua*] *aquae* S. 16 *haec*] βBS ; *hoc* CG. *in hunc mundum*] *in hoc mundo* B : *praesens mundus* β. *Samarita*] *Samaritanus* β. 17 *tollit*] *tulit* βB. 18 *salicibus*] *sallic.* BC. 19 *ex illa*] *ex illo* CG. 20 *accipiat*] *acceperit* G. *ergo*] *enim* C. 22 *unum*] CGS ; *unam* I ; *et unam* AB ; *una* β. *autem*] eras. in A. *modulatione*] β ; om. S ; *modulationem* ceteri. *melos*] *mellos* B.

guor ostendit' ; ep. 122, n. 1 ' Scire non possumus aegrotationis mala, nisi cum fuerit sanitas consecuta '.

15. *in Hiericho*] Luc. 10, 30 sqq.

20. *filios non facit*] Hier. in Zach. 14, 16 ' Aiunt medici, et hi qui de arborum et herbarum scripsere naturis, quod si quis florem salicis sive populi mistum aqua biberit, omnis in eo frigescat calor, et libidinis vena siccetur, ultraque filios generare non possit ' ; in Is. 15, 3 sqq. ' Denique ducentur ad vallem sive torrentem salicum, ut nullus in eis fructus remaneat. Hanc enim seminis harum arborum dicunt esse naturam, ut qui illud in poculo hauserit, liberis careat. Unde et sancti qui propter peccata in confusione huius mundi esse coeperunt, in salicibus Babyloniorum fluminum suspendunt organa sua ' ; ibid. c. 44, 1 sqq. 'salici... cuius semen in cibo sumptum steriles facit '.

ita et organum nostrum habemus tactum : per ipsum, hoc est per opera, melos et canticum et hymnum referimus Deo. Similiter et per auditum, et per odoratum, et per gustum, et per visum, et per has omnes virtutes quasi de uno organo hymnum et canticum referimus Domino. Dicitur iterum salix radicem non habere ; sed si ramus absciditur, et plantatur secus aquam, statim virescit. Ita autem et peccator, licet peccaverit, licet ceciderit : tamen si sit secus aquas, hoc est, si legit sanctas scripturas, et audit verbum divinum a sancto viro, viret eius anima, et in paenitentiam convertitur.

Quia illic interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos, verba canticorum. Daemones, qui deceperunt nos et captivos duxerunt, nunc quasi deridentes nos et gloriantes dicunt nobis : Reddite nobis verbum de fide vestra, et quemadmodum quando eratis in Hierusalem, hymnum dicebatis Deo.

Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Respondent, qui peccaverunt et decepti sunt, et dicunt : Quomodo vobis cantabimus canticum Domini in terra aliena, in peccatis constituti, qui cecidimus de Hierusalem in Babylonem? Ergo non potest aliquis, si non sit sanctus, laudare Dominum. Peccator enim non debet cantare Domino, sed lugere peccata sua.

Si oblitus fuero tui Hierusalem, oblivioni detur dextera mea. Ergo quia peccavit et cecidit, reminiscitur prioris conversationis et Hierusalem, et proponit sibi quod nisi semper tui memor ero, et semper in mente habeam, oblivioni detur dextera mea, hoc est opera mea. Non dixit sinistra, sed dextera : sinistra enim semper in oblivione est. Vis ergo semper in memoria Domini esse? dexterae opera fac.

Adhaereat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. Hoc est, non habeam neque opera neque sermonem, si non iugiter memoria tui versetur in corde meo.

Memor esto Domine filiorum Edom, in diem Hierusalem. Edom interpretatur terrena et sanguinea. Quis ergo est, nisi diabolus? Videte ergo quid dicat. Hoc ex persona Adam dicitur : Domine, memento quemad-

5 *absciditur*] *abscind.* β. 6 *aquam*] *aquas* G ; *aquarum* S. *virescit*] *viriscit* G ; *viridescit* S. 8 *in p.*] *ad p.* C. 10 *canticorum*] *cantiorum* I ; *cantionum* B. 11 *et capt.*] *qui c.* C. *duxerunt*] C add. *nos.* 13 *et quemadm.*] omnes codd ; β om. *et.* 15 *Quomodo c. c. D. i. t. aliena?*] om. β. 16 *vobis*] om. βS. 19 *enim*] *autem* C. 22 *et proponit*] *proponitque* β ; B ita prosequitur : *quod nisi sibi meminerit et semper in mente habeat.* 23 *tui*] om. C. 24 *sinistra sed dextera*] *sinixtram sed dexteram* B. 25 *in memoria*] *im m.* C. 26 *dexterae*] *semper d.* S ; *dextera* C. *opera fac*] *operare* S. 30 *in diem*] (gr. τὴν ἡμέραν) B, C (*m* post. expuncta est). 32 *Hoc*] C inser. *enim.*

modum me decepit, et traxit me serpens diabolus, qui intellegitur Nabuchodonosor, et eiecit me de paradiso. Memento et retribue ei, et sentiat poenam, quam ipse sua malitia mihi induxit, trahens me et adducens in Babylonem et in Assyrios.

Filia Babylonis misera. Filia Babylonis anima est quae semper in motione est et in confusione, et non habet statum, sed est in vitiis et in peccatis, quae vere misera est. *Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis.* Beatus est, qui retribuet ei quod ipsa fecit. Verbi gratia, eiecit me de paradiso : ego illam per abstinentiam reduco ibidem. Decepit me in fornicationem : ego per castitatem reduco illam in Hierusalem, et ex vitiis in virtutem. Ergo non ut inimicus facio, sed ut amicus.

Beatus qui tenebit, et allidet parvulos tuos ad petram. Parvuli dicuntur cogitationes. Verbi gratia, vidi mulierem, concupivi eam : statim si non abscidero concupiscentiam illam, et sicut pedem tenuero, et allisero ad petram donec parva est concupiscentia, non potest postea abscidi quando creverit. Beatus ergo est qui statim abscidit, et allidit eam ad petram. Petra autem Xpistus est

DE PSALMO CXXXVII.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo. Qualia sunt vulnera, tale et inplastrum. Quemadmodum enim corpus habet diversa vulnera, ita et anima habet suas passiones et sua vulnera ; et adversus peccatum talem et paenitentiam debemus agere. Si quis pro omnibus peccatis suis confitetur, iste in toto corde confitetur Domino. Verbi gratia, fornicatus est

1 *Nabuchod.*] *Nabochod.*] B. 2 *et sentiat*] *ut senciat* S ; *et patiatur* β. 3 *et adducens*] *et adduxit* B ; *adduxit* β (om. *et*). 5 *in motione*] *in monitione* B ; *in municione* C corr. 7 *quae vere*] *quod v.* S. 8 *tuam*] om. βG. *ipsa*] *ipse* B, G corr. 10 *in fornicationem*] BCS ; *in fornicatione* GI ; *per fornicationem* β. 14 *Verbi gratia*] codd ; *ac si dicat* β. 15 *et sicut pedem*] β et codd. exc. S in quo legitur *et nisi conpete.* *allisero*] *alisero* B, C corr. 16 *abscidi*] *abscindi* β. 17 *allidit*] *alidit* B. *eam*] *ea* S ; om. β. *ad petram*] *ad patrem* B. 18 *Xpistus est*] S add. doxologiam. 19 *DE PSALMO CXXXVII*] Brev. col. 1306. 21 *inplastrum*] BG, C 1 m ; *inplaustrum* I ; *emplastrum* βS, C sup. lin. 22 *sua vulnera*] β add. *et diversa vulnera.* *adversus*] *quale* C sup. lin. *adversus* expuncto. 24 *Verbi gratia*] *Ac si dixisset* β.

18. *Xpistus est*] 1 Cor. 10, 4.—Hier. ep. 22, n. 6 'Audi psalmistam dicentem: *Filia Babylonis misera... Beatus qui tenebit, et allidet parvulos tuos ad petram.* Quia enim impossibile est in sensum hominis non irruere innatum medullarum calorem, ille laudatur, ille praedicatur beatus, qui ut coeperit cogitare sordida, statim interficit cogitatus, et allidit ad petram. *Petra autem Christus est*'. Cf. prologum Regulae S. Benedicti, et infra p. 272, l. 8.

aliquis, confitetur pro fornicatione; sed quoniam est aut avarus, aut iracundus, aut detractor, aut blasphemus, et plurima vitia habet, iste non confitetur in toto corde. Si quis autem pro omnibus vitiis et passionibus animae suae agit paenitentiam, iste potest dicere: Confitebor tibi Domine in toto corde meo. *Quoniam audisti omnia verba oris mei.* Iste versiculus in hebraico non habetur. Ceterum quod dicit, hoc est : Propterea confitebor tibi Domine in toto corde meo, hoc est, pro omnibus vitiis meis et peccatis, quoniam non pro uno vitio confessus sum tibi, et exaudisti me.

Et in conspectu angelorum psallam tibi. Vide provectionem paenitentis, quia post confessionem et paenitentiam cum angelis meretur psallere. Qui autem psallit, iam non agit paenitentiam, sed gratias agit, et benedicit. *Adorabo ad templum sanctum tuum.* Si hoc est templum, quod nunc videtur desertum, in quo oportet adorare : ergo non debent adorare Iudaei, quoniam eversum est templum. Templum autem dicit sanctam et caelestem Hierusalem.

Super misericordia tua et veritate tua. Peccator audiat misericordiam, iustus autem et superbus audiat veritatem.

Multiplicabis in anima mea virtutem. Multiplicabis : hoc est, multis sollicitudinibus subiacere animam.

Confiteantur tibi Domine omnes reges terrae. Reges terrae sunt isti qui regnant peccato. Ergo ipsi confiteantur, qui regnant peccato. Nec enim de regibus dicit huius mundi. Scriptum est enim : ‘ Cor regis in manu Dei ’. Putas, cor Iuliani impiissimi in manu Dei fuit? absit. Aut Neronis aut Maximiani et Decii persecutorum? absit. Sed de illis dicit, qui regnant peccato, quia isti qui vincunt vitia et passiones animae et regnant peccato, cor eorum in manu Dei est. *Quia audierunt omnia verba oris tui*: quia custodierunt mandata tua.

Et cantent in viis Domini. Philosophi huius saeculi non cantaverunt in viis Domini, sed nos cantamus in viis Domini, hoc est, in Moyse et Esaia et Hieremia : et de viis istis venimus ad illam viam quae dicit ‘ Ego sum via ’.

1 *fornicatione*] G add. *sua.* 2 *non*] om. G. 3 *in toto*] *ex t.* SG. 5 *omnia*] om. BC. 8 *non*] om. S. 9 *Et in conspectu*] codd. (gr. καὶ ἐναντίον); β om. *et.* *provectionem*] *profectionem* BC; *professionem* L. 11 *non agit paenitentiam*] *non est in paenitentiam* G. 12 *Adorabo*] *adhorabo* C. 16 *Super misericordia tua et veritate tua*] *supra* cum accusat. SG. 17 *iustus*] *iniustus* G. 19 *sollicitudinibus*] *solicit.* S; *solitudinibus* G, C corr. *subiacere*] BCS; *subiacentem* β; *subiecere* G; *subicere* I. 22 *dicit*] codd; om. β. *enim*] BCG; om. βS. 24 *Maximiani*] *Domiciani* L. *Decii*] *decim* C (sup. lin. mutat. in *decem*). 30 *venimus*] *veniemus* G. *via*] AB add. *et veritas.*

23. *Dei*] Prov. 21, 1. Cf. supra p. 48, l. 32. 30. *via*] Io. 14, 6.

DE PSALMO CXXXVIIII.

Eripe me Domine ab homine malo. Non in tantum potest nos decipere diabolus, quantum per organum hominis: ab hoc deprecatur propheta liberari.

Qui cogitaverunt iniquitates in corde. De haereticis dicit.

Venenum aspidum sub labiis eorum. Quoniam videntur amicitiae verba habere, et plena sunt veneno mortifero.

Iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Hoc est: de scripturis proferentes testimonia, quae quasi videbantur rationem aliquam habere, temptabant me decipere.

Dixi Domino: Deus meus es tu. Si non sanctus, non potest hunc versiculum dicere; qui non regnatur a peccato, qui dicit 'Pars mea Dominus'.

Non tradas me Domine a desiderio meo peccatori. Dicit scriptura, quod 'si quis viderit mulierem ad concupiscendum, iam moechatus est eam in corde suo'. Ergo hoc dicit propheta: Ne de conscupiscentia mea tradas me diabolo; sed bene mihi habet in opere iudicari, et non in cogitatione.

Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos. Quemadmodum serpens quando viderit aliquem venientem ad percutiendum, circulum facit totius corporis sui, et in medio celat caput, ubi scit habere se vitam: ita et isti haeretici per sermonem philosophorum et Aristotelis et ceterorum videntur se abscondere, et quasi protegere et defendere. Sed ecclesiasticus vir quasi in virga, hoc est in cruce, solvit circulum, et invenit caput latentem, et ibi eum percutit, hoc est, testimonium profert de scripturis.

Habitabunt recti cum vultu tuo. Vultum Dei quod est, nisi Xpistus? 'Qui non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo'.

1 *DE PSALMO CXXXVIIII*] Brev. col. 1307. 5 *Qui*] om. SG. 7 *et pl.*] *sed pl.* β. 11 *Si non*] CGI; βB add. *es*, S *est.* *non potest*] BIS; *non potes* β, C corr; *potest* G (om. *non*). 12 *qui non regnatur a peccato*] *cui non regnat peccatum* β. *qui dicit*] *hoc d.* β. 14 *concupiscendum*] C add. *eam.* *eam*] *in ea* G. 15 *hoc*] om. βG. 16 *diabolo*] *a diabolo* C. *iudicari*] S; *iudicare* βGI. 19 *habere se*] *se habere* CS; G om. *se.* 20 *vitam*] *virtutem* S. 23 *latentem*] CSGI; *latens* βB. 25 *Vultum*] SG; *vultus* β. *quod est*] S, G ex *quid est.* 26 *rapinam*] *rapina* C. *esse aequalis*] GI; *esse se aequalem* βS. *Deo*] CGI add. doxologiam; S *unde et nos auferamus istas cogitaciones terrenus, et sequamur xpi dni nri precepta. qui v. e. r. in s. s. Amen.*

12. *Dominus*] Thren. 3, 24. — Cf. pag. 233, l. 27 supra.
15. *suo*] Matth. 5, 28.
19. *habere se vitam*] Hier. in Matth. 10, 16 'Serpentis astutia ponitur in exemplum: quia toto corpore occultat caput, et illud in quo vita est protegit'.
26. *Deo*] Phil. 2, 6.

DE PSALMO CXL.

Domine clamavi ad te, exaudi me. Moyses stabat cum populo, et Pharao persequebatur post tergum eius, et undique angustia illi erat. In illo tempore lacrimatus est ad Deum, et continuo Deus ad eum: 'Quid clamas ad me?' Dum cum silentio orabat, auditus est; scriptura autem non meminit quod locutus sit, sed tantum quod lacrimatus sit. Et sanguis martyrum semper clamat ad Dominum, et exauditur. Et Dominus locutus est ad Cain: 'Sanguis fratris tui clamat ad me'. Et in Apocalypsi Iohannis animae iustorum sub altare dicebant ad Dominum: 'Usquequo Domine non nos defendis?' Simul autem consideremus quia animae iustorum altare sunt Domino. *Intende voci meae, cum clamavero ad te.* Hoc est, vide et considera o Domine quid te peto: quoniam non te peto corporale desiderium, aut aurum, aut tale aliquid huius mundi, sed ut misericordiam consequar. Propterea dicit, intende, hoc est, diligenter audi, quia nihil alienum peto.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Hoc est, recta ad te veniat oratio mea, non habens aliquas sordes aut vitia aut cogitationes diabolicas. Incensum autem orationes sanctorum sunt. Hoc autem cognoscimus de Apocalypsi, quando viginti quattuor seniores tenebant turabula et dicebant: 'Haec sunt orationes sanctorum'. *Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* Elevatio manuum Dominum demonstrat, et in elevatione manuum creatorem videmus. Vide autem quia non dixit, extensio manuum mearum. Extensio enim non est elevatio; sed extendit aliquis et post tergum et in latus, hoc est in vitia, quemadmodum dicit et Dominus: 'Quando extenderitis manus vestras ad me, non exaudiam vos'. *Sacrificium vespertinum*, undecimae horae: id est, in evangelio levo

1 *DE PSALMO CXL*] Brev. col. 1308; om. S. 3 *persequebatur*] *sequeb.* β. *post tergum*] *postergum* BC. 4 *ad Deum*] *ad dnm* C; *dno* B (om. *ad*). 6 *lacrimatus sit*] *l. est* G. 8 *ad Cain*] β om. *ad*. 11 *altare*] *altaria* β. *Domino*] GI; *Domini* βBC. *voci meae*] *vocem meam* G. 12 *te peto*] β om. *te*. 13 *corporale*] *corporalae* G; *corporali* βB. *desiderium*] *desiderio* β. *aurum*] *arum* C corr. *tale*] *talenta* G. *huius mundi*] BCG; *huiusmodi* β. 14 *misericordiam*] β add. *tuam*; *tuam mis.* B. *dicit i. h. est d. a.*] *dico i. h. et d. a.* I. 16 *recta*] om. G. 17 *veniat*] *perven.* β. *sordes*] *sorditas* G. 19 *turabula*] BC; *thurib.* β. 21 *et in*] G om. *in*. 22 *videmus*] *videamus* G. 25 *et*] om. β. *Dominus*] B add. *ei*. *Quando*] *Et quando* β.

5. *ad me?*] Exod. 14, 15.
8. *ad me*] Gen. 4, 10.
10. *defendis?*] Apoc. 6, 10.
20. *sanctorum*] Apoc. 5, 8.
26. *vos*] Is. 1, 15.

manus meas. Et iterum apostolus : ' Levate manus vestras ad orationes '. Et Moyses quando levabat manus, vincebat Iesus : quando autem deponebat, vincebatur. Si intellego scripturas secundum historiam et secundum litteram, Moyses deorsum habet manus: si autem spiritaliter, elevat manus suas in altum.

Pone Domine custodiam ori meo. ' Mors et vita in manibus linguae '. Et iterum : ' Amen dico vobis, quoniam de omni verbo otioso, quod locuti fueritis, reddetis rationem in die iudicii '. Hoc ergo postulat propheta, ut omne quod loquitur, non sit otiosum, sed sanctum et dignum Deo. *Et ostium circumstantiae labiis meis.* Ostium circumstantiae quasi murum in circuitu totius domus postulat, ut in nullo vincatur. Dicit enim Hieremias : ' Mors intravit per fenestras vestras '. Fenestras autem habemus quinque : hoc est, visus, auditus, gustus, odoratus et tactus. Si ergo videro mulierem ad concupiscendum eam, iam maechatus sum eam in corde meo ; et intravit mors per fenestram meam, hoc est per visum. Si lira aut organum aut calamus quasi dissolvat me, mors intravit per auditum meum. Si autem aliquid molle tangam, et solvar corporis mollitia, mors intravit per tactum meum, et cetera similiter. Ergo hoc deprecatur propheta, ostium circumstantiae, hoc est, ut muniatur tota eius domus, ut non habeat adversarius unde ingrediatur et dominetur hominibus. Dicitur enim in epistula sancti Petri : ' Adversarius noster diabolus sicut leo rugiens circuit quaerens quem devoret '. Diabolus non pugnat cito contra aliquem per grandia vitia, sed per parva ; ut possit quomodocumque intrare, et dominari hominis, et postea eum in maiora vitia inpellat. Non per fornicationem, non per avaritiam, sed per minora vitia ingreditur.

Non declines cor meum in verba malitiae, ad excusandas excusationes in peccatis. O infelicissimum humanum genus, qui peccata excusamus, dicentes, Victus sum a natura : cum in potestate nostra est et peccare et non

1 *Levate*] repet. G. 2 *autem deponebat*] CG ; *adponebat* B (om. *autem*). 3 *historiam et secundum*] om. C. 13 *visus ... et tactus*] *visum ... et tactum* β. *ergo*] pro *ego*? cf. infra p. seq., l. 11. 15 *per visum*] *per visus* G. *lira*] CI ; *lera* B, G corr ; *tibia* β. 16 *calamus*] *calamum* I. 17 *solvar*] β ; *salvar* G ; *solvat* B ; *solvas* C (sup. lin. mutat. in *solvam*). *corporis*] *corpori* G ; *corporim* C (sup. lin. mutat. in *corpus*). *mollitia*] scripsi ; *mollitie* β ; *mollia* G ; *molliciam* B ; *in molli*(*ti* om. in actu scriptionis)*am* C sup. lin. 18 *meum*] om. G. *hoc*] om. β. 19 *ut mun.*] G om. *ut*. 20 *Dicitur*] *dicit* G. 21 *sancti*] om. G. *circuit*] om. G. 23 *parva*] *pauca* G. 24 *dominari*] *dominare* BG. *hominis*] G ; *homini* β ; *hominibus* BC. *inpellat*] *impellit* β. 28 *Victus sum*] *victi sumus* C. *est*] *sit* β. 28 Ante *non peccare* β inser. *Domino adiuvante* ; quas voces codd. nostri non agnoscunt.

1. *ad orationes*] 1 Tim. 2, 8.
6. *linguae*] Prov. 18, 21.
8. *iudicii*] Matth 12, 36.
12. *vestras*] Ierem. 9, 21.
22. *devoret*] 1 Petr. 5. 8.

peccare. Semper excusamus nosmetipsos, et dicimus: Ego nolebam peccare, caro mea vicit. Illa mulier venit ad me, ipsa misit, ipsa me tetigit, ipsa mihi illud dixit, ipsa me vocavit; et pro quo deberemus paenitentiam agere et dicere, Domine peccavi, excusamus et iungimus peccata peccatis. Aequale corpus habemus omnes, diversos autem labores. ‘Non est personarum acceptor Deus’. Vis autem scire, quod aequale habemus et nos et sancti corpus? Paulus apostolus dicit: ‘Video autem aliam legem repugnantem legi mentis meae, et captivantem me in lege peccati’. Et iterum post haec: ‘Propterea castigo corpus meum, et servituti subicio, ut non aliis praedicans ipse reprobus inveniar’. Et iterum: ‘Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?’ Diversos ergo labores habemus; et quantum quis laborat, tantum et praemium accipit.

Cum hominibus operantibus iniquitatem. Ex communi subauditur: Non declines cor meum cum hominibus operantibus iniquitatem. *Et non communicabo cum electis eorum.* Sicut Dominus habet electos sanctos, ita et diabolus habet electos suos. Intellege mihi principes haereticorum, et non dubitas de electis eorum. Si enim dixisset electos, et non cum subdistinctione *eorum*, excludebat nunc electos Dei. *Communicabo*, dupliciter intellegitur: aut consentiam, aut secundus fiam, hoc est, inmundus. Scitis enim scripturam duo inmunda vocare. Dicit apostolus: ‘Ut condat utrumque, hoc est, duos homines in unum novum hominem’: duos, interiorem et exteriorem; hoc est, inmundum faciens sanctum. Et iterum Noe in arca munda septem septem introduxit secum, inmunda autem duo duo.

Corripiet me iustus in misericordia, et increpabit me. ‘Quem diligit Dominus corripit, castigat autem omnem filium quem recipit’. Beatus est

2 *mea*] BCG; *me* β; *mea me* I. 3 *illud*] om. G. *pro quo*] *per quod* G. *deberemus*] C, *deberimus* B; *debemus* GI; *debueramus* β. 6 *autem*] CG; *ergo* βB. 8 *in lege*] *in legem* C. 9 *servituti*] C; *servitutem* B; *in servitutem* βI. 10 *ut non*] BC; *ut cum* G; *ne* β; *ne cum* I. *praedicans*] *praedicavero* I. 11 *ego*] *ergo* BC. *homo*] om. G. 12 *accipit*] BC; *accepit* G; *accipiet* β. 13 *Cum*] *Et cum* β. *communi*] βI; *commune* ACG; *commone* B. 16 *et non dubitas*] C; *e. n. dubitabis* β; *e. n. dubitatis* B; *et novitas* G. 17 *de electis*] *dilectis* G. *subdistinctione*] *distinct.* GI. 18 *excludebat nunc*] BGI; C om. *nunc*; *exclusisset* β. 19 *Scitis enim*] *scit enim* C; *scit enim scit* B. 20 *scripturam*] *scriptura* BC; *in scriptura* I (*in* add. m. antiq. sup. lin.) *vocare*] *vocari* I. *condat*] BC; *confundat* β; *contra* GI. 22 *inmundum*] *mundum* GI. *faciens*] I; *faciem* G; *faciam* β. 23 *septem septem*] G (gr. ἑπτὰ ἑπτά); *septem et septem* C; *septena septena* I; *septima et septena* B; *septena* semel β. *duo duo*] G; *d. et d.* β.

6. *Deus*] Act. 10, 34.
8. *peccati*] Rom. 7, 23.
10. *inveniar*] 1 Cor. 9, 27.
11. *huius?*] Rom. 7, 24.
13. *Ex communi subauditur*] Hieron. in Matth. 5, 22 ‘Ἀπὸ κοινοῦ ex superioribus subauditur...’
21. *hominem*] Ephes. 2, 15.
23. *duo duo*] Gen. 7, 2.
25. *recipit*] Hebr. 12, 6.

qui hic corripitur : ' non retribuet Dominus bis in idipsum '. Magna ira est Domini, quando hic non nobis irascitur : reservat enim nos sicut vitulum in occisionem. Ad Hierusalem enim dicit : ' Multa sunt peccata tua et multae iniquitates, propterea non irascar tibi '. Hoc est, quando adultera eras tantum, zelabam te quasi diligens te ; quando autem multos habuisti amatores, contempsi te, et non irascar tibi. Quemadmodum vir zelat uxorem suam, quando eam diligit ; si autem non zelatur, odit eam, et non consequitur illius sermones qui dicit : ' Visitabo in virga iniquitates eorum '. Et iterum : ' Et non visitabo filias eorum, quando fornicatae fuerint '. *Corripiet me iustus in misericordia, et increpabit me.* Pone hic magistrum aliquem, aut patrem, aut medicum. Si viderit medicus in corpore carnes putridas, et dicat, Quid ad me pertinet ? scias quia crudelis est. Si autem praecidat, et cauterium inponat, misericors est : quia salvat hominem. Similiter et magister si dimittat puerum, et non eum exigat disciplinam, odit eum. Si autem exigat, et medicus curet ; quae putatur esse asperitas, clementia est. Et Achab arguitur a Domino de Naboth, quando occidit eum, et accepit vineam eius, et effudit sanguinem iustum. Helias propheta missus est ad eum, qui dixit : ' Occidisti, insuper et possedisti '. Statim conscientia percussus submisit cervicem et oculos : et hoc impius rex, et purpura indutus. Et postea dicit scriptura, quod vadens induit cilicium subtus purpura. Et videns Deus dixit : ' Quia reveritus est me Achab, non inducam malum in eum '. Vide ergo quantum valuit cilicium, et ieiunium, et modica lacrima quantum sanguinem lavit. Ita ergo oportet vestire cilicium et ieiunare, ut nemo videat. *Corripiet* dupliciter intellegitur : aut arguet, aut docebit. *Oleum autem peccatoris non inpinguet caput meum.* ' Populus meus, qui vos beatificant, seducunt vos '. Laus haereticorum et oleum ipsorum, quo ungunt capita hominum et

1 sq. *hic*] CG ; om. βB. 3 *Multa*] *mala* G. 4 *iniquitates*] C add. *tuae*. *irascar*] *irascor* β. 7 *zelat*] β et codd. *non zelatur*] BGI ; *non zelat* β, C corr. 11 *in corpore*] *in corpus* G. 12 *pertinet*] *pertinent* β. *scias*] β, C sup. lin ; *sciat* B, C corr ; *scit* G ; *scitur* I. 13 *salvat*] CG ; *sanat* βB. 14 *eum exigat*] BCG ; *ab eo exigat* I ; *ab eo exigit* β. 15 *disciplinam*] βB ; *lectionem* CGI. 16 *esse*] om. CG. *asperitas*] βB ; *crudelitas* CG. *Achab*] βG ; *Acab* B ; *Ahab* C. 18 *propheta*] om. CG. *missus est*] BC om. *est*. *qui*] om. G, C suppl. sup. lin ; *et* I. *insuper*] CG ; om. βB. 20 *purpura*] *purpora* G. *vadens*] codd ; *audiens* β. 21 *subtus purpura*] *s. purpora* G, C corr ; *s. purpuram* β. 22 *Achab*] *Acab* B corr ; *Ahab* C. *malum*] CG ; *mala* βB. 23 *quantum s.*] *quando s.* G. 24 *vestire*] BG ; *vestiri* βC. *cilicium*] *cilicio* β.

1. *in idipsum*] Nahum 1, 9 iuxta gr.
4. *non irascar tibi*] Ezech. 16, 42 ?
9. *eorum*] Ps. 88, 33.
10. *fuerint*] Ose. 4, 14.
19. *possedisti*] 3 Reg. 21, 19.
22. *in eum*] ibid. 29.
26. *seducunt vos*] Is. 3, 12.

repromittunt eis regna caelorum, inpinguat caput. Omne autem pingue reprehendit scriptura, sicut dicit: 'Et manducavit Iacob, et saturatus est, et recalcitravit dilectus, incrassatus est, inpinguatus est, dilatatus est'. Manna autem angelorum tenue est.

Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum. Hoc dicit: Ipsi quidem saeviebant; ego autem pro ipsis orabam, ut convertantur. *Absorti sunt iuncti petrae iudices eorum.* Sicut alibi dicit: 'Beatus qui tenebit et allidet parvulos tuos ad petram'. 'Petra autem erat Xpistus'. Parvuli autem, minores et parvae cogitationes antequam crescant. Et nunc ipsi haeretici, licet per Aristotelem et Platonem videantur simplicitatem ecclesiae contemnere, tamen quando venerint ad scripturas statim absorbuntur a petra, hoc est, a Xpisto, et convertuntur ad eum. Absortio enim pro victoria dicitur, sicut apostolus dicit: 'Absorta est mors in victoria. Ubi est, mors, victoria tua? ubi, inferne, stimulus tuus?' Victoriam autem dicit ipsam absortionem, quam victoriam habebat in absorbendo.

Audient verba mea, quoniam potuerunt. Ipse Dominus dicit: Qui ad me venerunt, victi sunt, et delectati sunt meis verbis, et conversi sunt ad me in ecclesia mea. *Sicut crassitudo terrae.* Omne crassum vicinum est terrae: et anima quae peccat, terrae haeret. Dominus enim ex initio omnia tenuia fecit. Suo ergo vitio unusquisque incrassatur, et deducitur in terram. Demus exemplum. Sicut vulnus in corpore tumens crassum est, et pus plenum est, quando venerit medicus secat ipsum, et sanat et

1 *inpinguat*] *inpinguant* B; β inser. *eis.* 3 *recalcitravit*] *calcitr.* β; G inser. *et.* 4 *tenue*] *tenua* C (mutat. in *tenuis*). 5 *Ipsi quidem*] *quidem ipsi* GI. 6 *saeviebant*] scripsi; *sapiebant* β et codd; *vel seviebant* C sup. lin. *convertantur*] *vel converterentur* C sup. lin. *Absorti*] codd; *absorpti* β. 8 *autem*] om. GI. *erat*] *est* C. 10 *per Aristotelem*] *per stotelam* B. *Platonem*] *plantonem* C corr. *videantur*] *videntur* G. 11 *absorbuntur*] codd (C ex *obsorbuntur*); *absorbebuntur* β. 12 *a petra*] *ad petra* G. *a Xpisto*] *ad Xpo* G. *convertuntur*] *convertentur* βB. *Absortio*] codd. 17 *Audient*] *audiant* G. *Qui ad*] *quia ad* β. 18 *ad me*] β inser. *et sunt*, C *et.* 19 *terrae*] GI add. *eructuat super terram.* *Omne*] *quoniam* G. 20 *terrae haeret*] *terra erit* G. *ex initio*] *exinanitio* I. 21 *tenuia*] *tenuae* GI. 22 *in corpore*] βB; om. CG. *crassum est et pus plenum est*] CG; *crassum est et plenum* B; *plenum est et crassum* β. 23 *quando*] *et quando* βG. *secat*] *s&* (*&* secundo add. sup. lin) C; *serit et gerit* B.

1. *regna caelorum*] Hieron. in Agg. 1, 11 'oleum quoque, repromissionem de caelestibus, quo quasi (haeretici) ungunt discipulos, et laborum praemia pollicentur: quae detestatur propheta dicens *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum*'; in Eccle. 9, 8 (M. 23, 1140 C) '*Oleum p. n. i. c. meum.* Hoc oleum haeretici habent, et eo cupiunt deceptorum capita perfundere'.

3. *dilatatus est*] Deut. 32, 15.

8. *ad petram*] Ps. 136, 9.

Xpistus] 1 Cor. 10, 4.

14. *tuus?*] 1 Cor. 15, 54 sq.

tenue facit, tunc redigitur in suam naturam, quomodo et creatum est. Ideo dicit : Sicut crassitudo terrae erupta est super terram.

Et Salvator — *Dissipata sunt ossa nostra secus infernum* — in vicesimo primo psalmo dicit : ' Dissipata sunt universa ossa mea '. Si secundum litteram intellegimus, non stat : siquidem crucifixus est tantum. Quando videris Arrium, Eunomium extra ecclesiam, intellege dissipata esse ossa Domini secus infernum. Os, quod forte est : ipsi maiores, qui videntur aliquid esse, per multiloquium ipsorum et philosophiam et contentionem inducuntur ab haereticis.

Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi. Semper nobis laqueos tendunt aut haeretici aut daemones. Vitia enim vicina sunt virtutibus. Laqueum mihi posuerunt in elemosina, si extendero manum meam ut videant homines, et quasi bonum faciens venero in vitium et in peccatum. Si autem dedero tunicam fratri, ut alter videat, laqueum mihi posuerunt. Semper cervis tenduntur retia et laquei ponuntur, ubi vestigia eorum conprehenderit venator. Cervus autem accipitur in sanctos : quia altus est, et cornua grandia habet, et interficit serpentes. Propterea dicitur alibi : ' Qui perfecit pedes meos tanquam cervorum '. Talis enim dicitur esse virtutis, ut spiritu narium suarum protrahere serpentes de cavernis et sic comedere. Ipsi ergo serpentes ponunt nobis scandala, hoc est daemones, in ipsis vestigiis nostris ubi gradimur : in virtutibus, in elemosina, ut coram hominibus faciamus propter vanam gloriam : in ieiunio, in oratione, vestiendo cilicium, et ostendere hominibus. Qui enim vestitur cilicium, debet lugere sua peccata, non gloriari et ostendere hominibus. *Et ab scandalis operantium iniquitatem.* Hoc est, ut non offendam.

1 *tunc*] *et tunc* β. 2 *erupta est*] β, B (mutat. in *erepta*) ; *eructa est* C ; *eructuat* GI. 3 *Et Salvator*] BCG, sed BC iungunt cum praecedentibus, G cum seqq ; *et salvatur* β, C sup. lin ; *et subditur* I. *vicesimo*] *vicissimo* C ; *vigessimo* B ; *vicimo* G. 4 *universa*] om. G. *mea*] *nostra* G. 7 *maiores*] β add. *sunt*. 10 *laqueos tendunt*] *laqueos ostendunt* BC. 12 *in elemosina*] *in aelimosinam* BC. 13 *venero*] *venio* β. *in vitium*] *manum meam* B. 15 *laquei*] β inser. *eis*. 16 *conprehenderit*] *depreh.* β. *in sanctos*] BC ; *in sanctis* G ; *in sancto* β, C *s* expuncta. 17 *dicitur*] C ; *dicit* βB ; om. G. 19 *suarum*] *suorum* G. *protrahere*] *trahere* C ; *protraheret* B. 20 *comedere*] *commedere* CG ; *comederet* B ; β add. *valeat*, sed alibi quoque in his tractatibus invenitur coniunctio *ut* cum infinitivo constructa. *ergo*] *enim* CG. 21 *in elemosina*] *in aelimosinam* B. 23 *et ostendere*] GI om. *et*. *cilicium*] *cilicio* β. 24 *debet*] *deberet* B.

4. *mea*] Ps. 21, 15.

11. *Vitia e. vicina sunt virtutibus*] Hieron. cont. Lucifer. 15 ' Vicina sunt vitia virtutibus ' ; Cont. Pelag. 3, 11 ' praesertim cum vicina sint vitia virtutibus ' etc.

18. *cervorum*] Ps. 17. 34.

20. *et sic comedere*] Hier. in Ierem. 14, 5 ' cervae.. quae odore narium serpentes extrahunt de cavernis ' ; ep. 130, n. 8 ' cervis, quorum colubri cibus sunt '.

Cadent in retiaculo eius peccatores. Superius dixit, Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi, de multis; nunc autem de uno, Cadent in retiaculo eius peccatores. Quemadmodum Dominus mittit rete, et conprehendit multitudinem piscium, et habet apostolos piscatores collegentes et adferentes ad eum, hoc est, eos qui per ipsos credunt: ita et diabolus habet daemones, qui ei subiecti sunt, qui et decipiunt homines et adferunt illi. *Singulariter sum ego donec transeam.* Dicit Hieremias: ' Solus sedebam, amaritudine enim repletus eram '. Hoc est, in paenitentia eram. Solus: mundus, non secundus. Et Moyses dicit: ' Transiens videbo hanc visionem magnam '. Si non transierit, hoc est omnia vitia, non potest videre magnam visionem. Magna autem visio, quia rubus ardebat, et non incendebatur: ardebant spinae, hoc est peccata. Huic igni mundatur et Esaias: iste enim est carbo qui tetigit labia eius, qui erat super altare. Huius carbonis meminit et propheta David: ' Sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatoriis '. Iste carbo desolator est: solitudinem facit, et peccatorum purgat.

DE PSALMO CXLI.

Intellectus David cum esset in spelunca, oratio. Praescribitur iste titulus secundum historiam quidem, quando fugiebat David a facie Saul in deserto Engaddi in spelunca absconsus; et ingressus est ignorans Saul, quasi sua causa. Sed quoniam habet in praescriptione *Intellectus David*, debemus spiritaliter intellegere psalmum. Accipitur quidem et in Dominum verum David iste psalmus; et intellegitur Saul in diabolum, spe-

1 *in retiaculo*] *in retiacula* B; *in reciaculum* CG. *dixit*] om. G. 4 *collegentes*] BG; *collig.* βC. 5 *hoc est eos qui per ipsos*] *hos ipsos qui per eos* β. 8 *Solus: mundus, non secundus*] BCI (conf. supra p. 270, l. 20); charta in G erasa est; *solus ego hos dolos caveo* β. 12 *Huic igni*] CG, *huic igne* B; *hoc igne* β. *mundatur*] βC; *mandatur* BG. 14 *potentis*] *potentes* G (om. *acutae*). 15 *et peccatorum*] BG; *peccatorum et* C; *et peccatorem* β. Codex B inser. *multitudinem*, sed conf. graecam locutionem τινά τινος καθαίρω. 17 *DE PSALMO CXLI*] Quae de titulo dicuntur, Breviario inserta invenies col. 1312 sq; integrum vero tractatum in appendice eiusdem Breviarii, ap. Migne col. 1376 (μ). 19 *quidem*] μ add. *est*. *facie*] om. μ. *in deserto*] *in desertum* I. 20 *Engaddi*] *Engadd* G; *Engaddae* S. *in spelunca*] *in spelluncam* G. *absconsus*] *absconsum* SGI. 21 *in praescriptione*] βC; *in sua p.* μ; *in praescriptionem* B; *inscriptionem* G; *in scriptionem* I; *in scripcione* S. 22 *in Dominum verum*] *in dno viro* G; *in dno verum* S; *in Domino verus* β. 23 *iste psalmus*] om. G. *in diabolum*] BC; *in diabulum* SG; *in diabolo* βμ. *spelunca*] *speluncam* G; *in spelunca* S.

8. *eram*] Ierem. 15, 17.
10. *magnam*] Exod. 3, 3.
15. *desolatoriis*] Ps. 119, 4.
20. *absconsus*] 1 Reg. 24.

lunca autem in hunc mundum, et quod diabolus non inmittit in hunc mundum aliquid boni, sed stercus, et si quid putridum. Spelunca autem intellegitur iste mundus, quia perfectum lumen non habet quantum ad conparationem futuri ; sed quasi lumen aliquod inluxit Dominus veniens in hunc mundum. Propterea dicit et apostolus : ' Qui est lumen gloriae eius '. Ergo sicut David intravit in speluncam abscondens se a Saul, ita et Dominus ingressus est in hunc mundum, et persecutionem passus est.

Effundo in conspectu eius orationem meam. Significantius dixit, effundo totum cor meum in conspectu Domini : quemadmodum aliquis medico confiteatur vulnus suum, et omnes quas habet passiones dicat illi, ut ita adhibeat ei curam. *Tribulationem meam ante ipsum pronuntio.* Haec est tribulatio quam apostolus numerat, quae numerata cum ceteris spem facit, spes autem non confundit.

In deficiendo in me spiritum meum. Si non deficiat ex nobis spiritus malus qui suffocabat Saul, non potest nosse semitas nostras Dominus. Quae autem sunt semitae iustorum ? Iustitia, opera bona, vita recta, castitas, continentia, et cetera his similia.

In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi. Prope sunt vitia virtutibus. In quacumque via voluerit aliquis ambulare, in ea ponunt laqueos : aut in ieiunio, aut in elemosina, aut in ceteris virtutibus.

Considerabam ad dexteram et videbam : et non erat qui cognosceret me. Si in Dominum fecerimus psalmum, ipse Dominus loquitur. Omnes discipuli mei dereliquerunt me, et fugerunt. Unus remanserat Petrus, qui se promiserat dicens ' Si oportet me pro te mori, non te derelinquam ' : et ipse negavit. Propterea dixit, Considerabam eum ad dexteram, et non dixit ad sinistram, quoniam egit paenitentiam Petrus.

Periit fuga a me. Quando conprehensus est a Iudaeis. *Et non est qui requirat animam meam.* Omnes enim clamabant : ' Crucifige crucifige '.

1 *in hunc mundum*] C ; *in hoc mundo* βμBSG. *inmittit*] *mittat* μ. *in hunc mundum*] βC ; *in hoc mundo* μ et cet. 2 *si*] om. S. *putridum*] βS add. *est.* 5 *in hunc mundum*] *in hoc mundo* SG. *gloriae ejus*] *gloria est* B. 6 *a Saul*] SG om. *a.* 7 *in hunc mundum*] *in hoc mundo* μB. 10 *dicat*] *dicit* μ ; *indicat* G. 11 *Haec est*] SG ; *hoc est* μ. 14 *in me*] μBSGI ; *ex me* C (gr. ἐξ ἐμοῦ). 15 *suffocabat*] *offocabat* G. 16 *Iustitia*] *iusticiae* B. *vita*] codd ; *via* μ. 18 *qua*] *quam* SG. 19 *ponunt*] S inser. *inimici.* 20 *in ieiunio*] *in ieiunium* B. *in elemosina*] *aelimosinam* B (om. *in*). 22 *in Dominum*] CS ; *in Deum* μB ; *in dno* GI. 23 *fugerunt*] *fugierunt* G. *se*] *de se* I. 24 *promiserat*] *promisit* μ. *oportet*] *oportuerit* C. 25 *dixit*] *ipse dixit* B ; *dixi* C. 28 *requirat*] *requiret* C (mutat. in *requireret*).

6. *eius*] Hebr. 1, 3.
13. *non confundit*] Rom. 5, 3-5.
19. *vitia virtutibus*] Idem dixit supra p. 273, l. 11.
24. *derelinquam*] Matth. 26, 35.

Intende ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis. Si non aliquis humiliatus fuerit, non exauditur a Domino. Quid enim prodest, verbis aliquem orare, et cervicem erectam habere? Si autem in Dominum intellegimus: 'Discite a me, quia mitis sum et humilis corde'.

Libera me a persequentibus me, quia confortati sunt super me. Qui contra nos pugnant, fortiores nobis sunt, hoc est, principes huius mundi.

Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo. Id est, de hoc corpore. *Ad confitendum*, id est, ad clarificandum, sicut dicit: 'Confiteor tibi Pater'. *Me expectant iusti, donec retribuas mihi.* Dominus dicit: Me expectant apostoli, donec resurgam a mortuis.

DE PSALMO CXLII.

Domine exaudi orationem meam. Humilis verba, et plena humilitatis et misericordiae. *Auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua.* Confidentis verba sunt. In veritate tua, hoc est, in Xpisto tuo. 'Ego sum via et vita et veritas'. *Exaudi me in tua iustitia.* Et hic, in Xpisto tuo. Hoc est, non confido mihi ego, sed veritatem et iustitiam tuam peto, ut ipsa mei misereatur.

Et non intres in iudicium cum servo tuo. Ecce manifestissime demonstravit quia misericordiam Xpisti praestolatur, dicens: Et non intres in iudicium cum servo tuo. Hic quasi aliquis iudicat inter Deum et prophetam, sicut et in quinquagesimo psalmo scriptum est: 'Ut iustificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris'. Et propterea intrat in iudicium Deus, ut iuste puniat. Tale quid fecit et Cyrus, rex Persarum et Medorum, regi Armeniorum, quando transgressus est amicitias eius. Vicit eum, et captivum accepit; et proprios illius cognatos, et uxorem, et filios fecit iudicare inter illos, ut iuste aut misereatur aut puniat. *Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.* 'Deus Abraham, et Deus Isaac, et

3 *erectam*] *rectam* SG. 6 *principes*] *princeps* G. 8 *hoc*] *isto* μ. 10 *expectant*] *expectabunt* I. *mortuis*] S add. doxologiam. 11 *DE PSALMO CXLII*] Brev. col. 1314. 12 *Humilis*] ABCIL, *humelis* G; *humilia* βS, C sup. lin. *humilitatis et misericordiae*] ablat. B. 13 *Confidentis*] β, *confidentes* B; *confitentis* CIS, *confitentes* G. 15 *Et hic*] BC; *et* β, G suppl. sup. lin; om. I. 16 *ego, sed*] CSG; *ego de me, sed* B; *sed ego* β. 19 *Xpisti*] *Dei* β. *praestolatur*] *praestul.* BG. 20 *iudicat*] *iudicet* βB. 24 *Armeniorum*] *Arminiorum* B; *Arminorum* C corr. 25 *uxorem*] *uxores* GI. 26 *ut iuste aut miser.*] *aut iuste miser.* C.

4. *corde*] Matth. 11, 29.
9. *Pater*] ibid. 25.
15. *veritas*] Io. 14, 6.
22. *iudicaris*] Ps. 50, 6.
26. *aut puniat*] E Xenophontis *Institutione Cyri* III, 1.

Deus Iacob : Deus viventium, et non mortuorum '. Ergo nec ipsi patriarchae iustificabuntur in conspectu Dei. ' Stellae enim non sunt mundae in conspectu eius '.

Quia persecutus est inimicus animam meam. Hoc interpretatione non indiget : nulli dubium quin diabolus. *Humiliavit in terra vitam meam.* Hoc est quod dicit. Antehac alas habebam, et volabam : nunc autem persecutus me est inimicus et conprehendit, et ligavit mihi pedes et manus ; quemadmodum volatile ab homine prehenditur, et quasi videtur mortuum esse, quia non habet licentiam alarum suarum ut volet. Ita et me, inquit, inimicus ligavit conscientia peccatorum meorum.

Conlocavit me in obscuris sicut mortuos saeculi. Sicut mortuos saeculi : adhuc necdum mortuus. Quare ? quia in paenitentia stat. Si quis autem peccans non agit paenitentiam, hic mortuus est saeculi, et non sicut mortuus, sed perfectus mortuus. Hoc ergo putavit inimicus, quia non ago paenitentiam pro peccatis meis, quae ipse mihi suggessit ut faciam. *Et anxiatus est super me spiritus meus.* ' Tu prior dic peccata tua, et salvus eris '. Et iterum : ' Si solum suspiraveris pro peccatis tuis, salvus eris '. *In me turbatum est cor meum.* Propter conscientiam meam, quia peccavi.

Memor fui dierum antiquorum. Dierum meorum priorum memor fui, quomodo habebam confidentiam : nunc autem mihi nox est.

Expandi manus meas ad te. Ligatus ab inimico nihil aliud possum facere, nisi paenitentiam agere, et manus meas levare ad te. *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* Sicut terra sine aqua sitit et quaerit imbrem, ita et anima mea desiderat et sitit te Deum suum.

Velociter exaudi me Domine, defecit spiritus meus. Anima mea defecit, caro mea defecit : spiritus meus tantum remansit in me, et ipsum defecit: sed velociter exaudi me, et miserere mei.

Notam fac mihi viam in qua ambulem. Xpistum tuum notum fac mihi, qui dixit ' Ego sum via '.

4 *interpretatione*] accusat. SG. 6 *Antehac*] BG ; *antea* IS ; *ante* β. 7 *me*] om. β. *inimicus*] β add. *animam meam.* *conprehendit*] *appreh.* β. 8 *prehenditur*] scripsi ; *prehentitur* G, *prenditur* C ; *conprehenditur* βB ; *si deprehendatur* S. *et quasi*] *ut quasi* β. *videtur*] *videatur* βS. 11 *Sicut mortuos saeculi*] non repet. BC ; *Si sicut m. s.* β. 12 *Quare*] om. β. 13 *non agit*] *non habens* B. *saeculi*] *seculo* B. 14 *perfectus*] *perfecte* β. 15 *meis*] om. β. 16 *anxiatus*] *ancxiatus* G ; *ansiatus* C corr. *prior dic*] *prius dic* B ; *dic prius* β. 17 *pro peccatis tuis*] *pro peccata tua* S. 20 *quomodo*] codd ; *quando* β. *habebam*] *habeam* B. 23 *sicut*] *velut* G. 26 *meus*] om. βBS. *et ipsum*] BC (τὸ πνεῦμα ?) *et ipse* β.

1. *non mortuorum*] Luc. 20. 37 sq.
3. *eius*] Iob 25, 5.
16. *salvus eris*] Is. 43, 26.
17. *salvus eris*] Ezech. 18, 21 ?
29. *via*] Io. 14, 6.

Spiritus tuus bonus deducet me in terra recta. Hic impiissimi Arriani proponunt nobis, et dicunt: 'Magister bone, quid faciam bonum, ut salvus fiam? Qui dicit: Quid me dicis bonum? Nemo est bonus, nisi unus Deus'. Ergo si Filius non est bonus, sed Pater, maior est Pater a Filio. Ergo secundum tuum sensum, impiissime Arriane, qui maior, Filius aut Spiritus sanctus? Utique dicis, Filius. Hic ergo dicit: Spiritus tuus bonus deducet me in terra recta. Ergo si Spiritus bonus est, qui minor est, sicut tu dicis: multo magis Filius bonus est, qui maior est, Xpistus. Evangelium autem ita habet: 'Et accedens unus de scribis temptans eum ait: Magister bone. Et ait, Quid me dicis bonum' et non confiteris? Sicut aliquis temptans episcopum suum, quem contemnit, dicat illi, Episcope; et ille respondeat, Tibi non sum episcopus, recede a me. Alibi autem non legistis: 'Bonus pastor ponit animam suam pro ovibus suis'? Quid autem melius Filio, qui carnem induit propter nos et passus est, novem menses in utero virginis fuit, et descendens de sua maiestate in sanguine fuit, in cunabulis fuit, passus est per momenta crescere, et verberari, et alapizari, et crucifigi? Quid hoc melius?

DE PSALMO CXLIII.

Propter eos qui ignorant latinam linguam, licet multa de evangelio dixerimus, tamen debemus et de psalterio quaedam dicere: ut aliis saturatis alii ieiuni non redeant. Quoniam autem longus est psalmus, et si voluerimus in singulis versiculis inmorari, dies praeterit: debemus breviter ad singula quaeque sensus magis quam verba replicare.

Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad proelium.

1 *in terra recta*] BCS; *in terram rectam* β; *in via recta* G; *in viam rectam* I. 2 *bonum*] *boni* β. 4 *a Filio*] *de F.* B; β om. praepositionem. 5 *Arriane*] *arriene* B corr. *qui*] *quis* β. *maior*] G inser. *est.* 6 *aut*] *an* β. *dicis*] *dicit* G. 7 *in terra recta*] *in terram rectam* βI. 8 *qui maior est Xpistus*] codd; *quem tu maiorem dicis* β. 9 *Evangelium*] *in evangelio* β. 10 *confiteris*] *me conf.* G. 11 *Sicut*] CS; *sicut si* β; *si* B; *si quis* G. 12 *Episcope*] *sps sce* G. *respondeat*] *respondet* β. 13 *suis*] om. SG. 15 *menses*] βB, *mensis* GL; *mensibus* CS. *fuit*] LS; om. BCG. *maiestate*] *magistate* G. 17 *alapizari*] *alapas pati* S; *colaphizari* β. *melius*] GI add. *in saecula*; S add. *eo qui nos redemit a morte* et doxologiam. 18 *DE PSALMO CXLIII*] Brev. col. 1315; S deficit. 21 *redeant*] *sedeant* I. 22 *in singulis*] GI om. *in.*

4. *Deus*] Luc. 18, 18 sq.
13. *suis*] Iohan. 10, 11. Conf. Hieron. in Matth. 19, 17 'Ne quis autem putet in eo quod bonus Deus dicitur, excludi a bonitate Filium Dei, legimus in alio loco: *Pastor bonus ponit animam suam pro ovibus suis*; et in propheta *Spiritum bonum* terramque bonam'.

Qui breviter interpretatur, hoc consequitur, ut ipse laudem non habeat, et tamen quodcumque in interpretatione est retineant illi qui audierunt. *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad proelium, et digitos meos ad bellum.* Levemus manus in sancta sine cogitationibus et disceptationibus, et levemus in omni loco; et cum levaverimus manus nostras, oratio nostra ad Deum arma sunt contra diabolum. *Qui docet manus meas ad proelium, et digitos meos ad bellum.* Haec est lyra nostra, haec cithara: in hac cantamus Deo.

Misericordia mea et refugium meum, susceptor meus et liberator meus: protector meus. In tantis nominibus appellatur Deus. Quot beneficia, tot nomina. *Qui subdis populum meum sub me.* Hoc potest ex persona Xpisti dici, hoc est, ex adsumpto homine. Potest autem ex persona apostolorum dici quae dicit: Qui subdis populum meum sub me. Dicit hoc et sanctus pater in monasterio, et gratias refert Deo, et dicit: Benedictus Dominus Deus meus, qui subdis populum meum sub me. Non enim mihi subicitur, sed tibi subicitur; ideo mihi servit, ut tibi serviat.

Domine quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum? Hoc ipsum et in octavo psalmo dicitur. 'Quid est homo quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum?' Domine quid est homo, quia innotuisti ei? De fragilitate corporis et humana condicione loquitur: et quid dicit? Si carnem aspicias, quid est homo? Si spiritum, grande est homo. Non despiciamus carnem, sed carnis opera contemnamus. Non despiciamus carnem, quae cum Xpisto regnat in caelo. 'Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt': non caro et sanguis, sed carnis opera. Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt. Et quomodo in Xpisto regnant? et quomodo sedemus cum Xpisto in caelestibus? *Domine quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum?* Gratias agit Deo, et quod dicit hoc est. Quantum ad huma-

1 *Qui breviter interpretatur*] *Breviter interpretatus* B (om. *qui*). *consequitur*] *sequitur* G. 2 *in interpretatione est*] *interpretationem* G (om. *in* et *est*). *retineant*] *reten.* G. 3 *ad pr.*] *in pr.* B. 5 *et levemus*] *elevemus* G; *levemus* β. 6 *oratio nostra*] CGL; *orationes nostrae* βB. *sunt*] *sint* L. 7 *lyra*] *lyri* B; *lira* CG. 8 *cantamus*] *canamus* C. 12 *ex ads.*] GI om. *ex*. 13 *quae dicit*] C; *quia dicitur* βB; *qui dicitur* G. 14 *refert*] *referens* β. *et dicit*] βB om. *et*. 15 *subdis*] *subdit* G. 17 *quia i.*] *quod* GI. *quia r.*] *quoniam* G. 18 *dicitur*] om. C. 20 *innotuisti*] *notuisti* G. 22 *grande*] β add. *quiddam*; *grandis* I. 24 sq. *possidebunt*] *possed.* C corr. 26 *regnant*] *regnat* BC.

4. *et disceptationibus*] 1 Tim. 2, 8.
19. *eum?*] Ps. 8, 5.
22. *Non despiciamus carnem* etc.] Hieron. in Is. 52, 2 sq 'Non quo carnis natura damnetur, cuius conditor Deus est, et in qua plurimi placuerunt Deo regnantque cum Christo; sed quo opera carnis repudientur' etc.
24. *non possidebunt*] 1 Cor. 15, 50.
26. *in caelestibus?*] Ephes. 2, 6.

nam conditionem homo nihil est. ‘ Vanitas vanitatum, omnia vanitas, dixit ecclesiastes ’. Si omnia vanitas, ergo et caelum, ergo et angeli. Si caelum et angeli vanitas, homo quantum vanitas? Et si vanitas angeli, si caelum vanitas, Deus ergo vanitatem quare operatus est? Vanitas ad conparationem Dei : ceterum per se non vanitas. Domine quid est homo quia innotuisti ei? Quia innotuisti ei. Grandis hominis felicitas, scire creatorem suum. Hoc a beluis et a bestiis distamus, quia nos intellegimus creatorem nostrum, illae non intellegunt. Sed et ipse status corporis suum quaerit artificem. Ceterum animalia terram respiciunt, et ibi venter ubi et oculus. Ceterum oculi nostri ad caelum erecti sunt : ut si mens fuerit obcaecata, tamen invitis oculis caelum videamus.

Homo vanitati similis factus est : dies eius sicut umbra praetereunt. Vere dies nostri quasi umbra. Fui infantulus, fui puer, fui adulescentulus, fui iuvenis, fui vir, hoc est, aetatis perfectae, fui mediae. Dum nescio, senex sum. Senectuti mors subrepit. Mutor cotidie, et nihil me esse non sentio. Ne uno quidem momento horae stamus in statu nostro, sed semper aut crescimus, aut decrescimus. Ergo homo per momenta mutatur, et dum nescit, interit. Ego senex recordor infantulus quid fuerim, quid fecerim, quomodo luserim, quomodo huc illucque discurrerim : nunc me video nimio pondere praegravatum. *Dies eius sicut umbra praetereunt.* Vita nostra umbra est : videtur, et substantiam non habet. Quod autem substantiam non habet, cito praeterit. Quia ergo homo tam miserabilis est, et quia sic est infirmus, quid deprecamur? quid rogamus? quid hic dicit propheta? quid deprecatur?

Domine inclina caelos tuos, et descende. Non poteris servare istam hominis vilitatem, nisi ipse indueris. Domine inclina caelos tuos, et descende. Ovis tua erronea sanari non poterit, nisi tuis humeris reportetur. *Tange*

1 *homo*] om. G. *vanitatum*] *vanitantium* BGL. 3 *quantum*] C add. *magis*; *quanta* β. 6 *Quia i. ei*] non repet. β. 7 *a beluis et*] om. β. 8 *illae*] *illa* β; *illi* C. 9 *Ceterum*] codd (G add. *et*); *caetera* β. *ibi v.*] *ubi v.* β. *ubi*] *ibi* β. 10 *oculus*] *oculos* G; *oculi* βB. *ad caelum erecti sunt*] *caelum respiciunt* G. *ut si*] *et si* β. 11 *invitis*] *invictis* βB. *videamus*] *videmus* G. 14 *mediae*] *in media* GI. 15 *Senectuti m. subrepit*] *s. m. subripit* C; *senectutem m. sequitur* I. 18 *Ego*] *ergo* I. 21 *est : videtur*] *esse videtur* β. 23 *deprecamur*] *inde precamur* β. *quid hic dicit*] *quid … dicit* C; *quis hoc dicit* B; *obdicit* G. 24 *quid deprecatur*] *et q. d.* C; *q. deprecamur* BG; *quid est quod precatur* β. 26 *ipse*] β inser. *eam.* *indueris*] *intueris* G. 27 *Ovis tua erronea sanari non poterit*] *oves tuae erant sanare n. poterint* B; *o. tua .. si … sanari n. poterat* C.

2. *ecclesiastes*] Eccle. 1, 2.

5. *per se non vanitas*] Hieron. in Eccle. 1, 2 ‘ Si cuncta quae fecit Deus valde bona sunt, quomodo omnia vanitas? … Possumus… bona quidem per se dicere; sed ad Deum comparata, esse pro nihilo ’.

montes, et fumigabunt. ' Amen dico vobis : si habueritis fidem ut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi, et transferetur '. Ibi de lunatico dicebatur. De illo monte, qui ab illis transferri non poterat, scriptum est in Hieremia : ' Date Domino Deo nostro gloriam, antequam offendant pedes vestri ad montes tenebrosos '. Hoc totum quare diximus ? Quoniam et nunc sequitur, Tange montes, et fumigabunt. Montes qui regnant, montes qui erecti sunt per superbiam, qui dicunt ' Mea sunt flumina, et ego feci ea '. Tange montes, et fumigabunt. Non dixit, inflammabuntur ; sed, fumigabunt. Habeant poenae indicium : non fulgoris, non splendoris.

Fulgora coruscationem, et dissipabis eos. Videte quid dicat. Non dixit, delebis eos : sed, dissipabis eos. Legimus in Genesi, eo tempore quo fabricabant turrem, dicit Deus : ' Venite descendamus et confundamus linguam eorum ' ne aliquando in se consensum habeant ; sed dispargantur, prodest illis.

Emitte manum tuam de alto ' Domine quis credidit auditui nostro ? et brachium Domini cui revelatum est ? ' Emitte manum tuam de alto. Domine inclina caelos tuos, et descende. Hoc ad Filium dicitur : Inclina caelos tuos, et descende. Et quomodo dicit, Emitte manum tuam de alto ? Si descendit, quomodo manum mittit de alto ? Sed licet in terra sit, tamen de caelo mittit manum : non enim recedit de caelo. *Eripe me et libera me de aquis multis.* Quoniam descendisti, quoniam inclinasti caelos, et misisti manum tuam de alto, et humanam carnem dignatus es adsumere, et multi in te crediderunt, pro una aqua plures aquae esse coeperunt. Videas disparsas in toto orbe esse haereses diversas. *Eripe me et libera me de aquis multis.* Hoc dicit catichumenus : Libera me de aquis multis, et praesta mihi fontem viventem. Unum enim baptisma est : ' una fides, unum baptisma '. Libera me de aquis multis. Illae enim aquae multae non generant filios tuos, sed filios alienos. Unde sequitur : *Libera me de aquis*

1 sqq. *fumigabunt*] *fumic.* G. 2 *sinapis*] *senabis* G ; *synabis* C. *dicetis*] *poteritis dicere* β. 3 *scriptum est*] G inser. *enim.* *in Hieremia*] *in geremiam* G. 6 *Montes qui regnant*] om. G ; *montes qui erecti sunt, qui regnant* C. 7 *erecti*] *recti* B, C corr. *per*] om. B, C suppl. sup. lin. 8 *inflammabuntur*] *inflammabunt* I. 9 *Habeant*] βB inser. *montes.* 11 *coruscationem*] codd. (gr. ἀστραπήν) ; plural. β. 13 *turrem*] *torrerem* B. 14 *linguam*] C (gr. τὴν γλῶσσαν) ; *lingua* G ; *linguas* βBI. *in se*] CI om. *se.* *sed*] *si* I, C sup. lin. *dispargantur*] *disperg.* βB ; *dispargentur* C corr. 24 *Videas*] *vide eas* CG. 26 *Hoc dicit ...... multis*] om. βB. *catichumenus*] *ca.ticumnos* C (mutat. in *ca.ticuminus*). 27 *Unum e. baptisma est*] codd ; *unus est enim Deus* β.

2. *transferetur*] Matth. 17, 19.
5. *tenebrosos*] Ierem. 13, 16.
8. *feci ea*] Ezech. 29, 9.
14. *eorum*] Gen. 11, 7.
17. *revelatum est?*] Is. 53, 1.
28. *baptisma*] Ephes. 4, 5.

multis, et de manu filiorum alienorum. Non sunt enim tui filii, qui nascuntur in multis aquis, sed alieni filii sunt.

Quorum os locutum est vanitatem. Scientiam sibi repromittunt,et erigunt os contra creatorem suum. ' Posuerunt in caelum os suum '. Quorum os locutum est vanitatem. Scientia illorum, vanitatis scientia est. *Et dextera eorum dextera iniquitatis.* Utrumque condempnatur, et os et manus, et scientia et opera. *Quorum os locutum est vanitatem* : hoc ad scientiam. *Et dextera eorum dextera iniquitatis.* Dextera, in opere. Dexteram habere se dicunt, sed toti sinistri sunt. Dextera iniquitatis est, et non est aequitatis. Unde et tali sinistrae dicitur : ' Stet diabolus a dextris eius '. Qui talem habet dexteram, et iniquitatis dexteram, stat diabolus a dextris eius.

Deus canticum novum cantabo tibi. Novus homo, novum canticum.Deus canticum novum cantabo tibi. ' Cantate Domino canticum novum '. Quam pulchre non dixit, canto, sed cantabo. In futuro repromisit ; in praesenti enim scit certamen esse, non canticum. Numquam cantat exercitus, nisi quando vicerit. Ergo quoniam in praesenti pugno, non mihi vacat cantare. Cum vicero, tunc cantabo. *In psalterio decachordo psallam tibi.* Tunc extendam utramque manum, et in talibus tibi chordis canam. Oratio mea psalterium tuum est.

Qui dat salutem regibus. Quibus regibus ? ' Cor regis in manu Dei '. Et Iuliani persecutoris, et Neronis, et Decii ? Cor regis in manu Dei. Qui regnant corpori suo, qui subiciunt corpus suum et servituti redigunt, ne aliis praedicantes ipsi reprobi inveniantur. Isti sunt reges de quibus dicit sapientia in Proverbiis : ' Dat regnum regibus '.

Eripe me et libera me de manu filiorum alienorum. Versiculi qui supra dicti sunt iterum repetuntur. *Quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filii sicut novella plantationis stabilitae*

3 *erigunt*] *eregunt* G. 7 *hoc ad scientiam*] *hoc est s.* β ; *hoc scientiam* C, quae voces postea sunt expunctae. 10 *et tali*] β ; *et qui tali* B ; *et alii* G ; *et alie* C. *dicitur*] *dicuntur* G. 11 *habet*] *habent* BC. 17 *Ergo*] *ego* G corr. 19 *in talibus*] codd ; *vitalibus* β. *chordis*] *cordis* codd. 21 *dat*] *das* β, C corr. 22 *Et Iuliani ...... manu Dei*] om. βB. *Decii*] C sup. lin. mutat. in *dicis*. *regis*] om. I. 23 *corpori*] *in corpore* β. *servituti*] *in servitutem* βI. *redigunt*] *redicunt* CG. 24 *inveniantur*] *invineantur* C corr ; *reperiant* G. 25 *Dat*] *date* C. 28 sqq. *novella plantationis*] *novellae plantationes* β. *stabilitae*] *stabilite* C (gr. ἱδρυμένα) ; om. β et cet.

4. *os suum*] Ps. 72, 9.
10. *eius*] Ps. 108, 6.
14. *novum*] Ps. 95, 1 etc.
21. *Dei*] Prov. 21, 1. Cf. supra p. 48, l. 32 ; p. 266, l. 22.
24. *inveniantur*] Cf. 1 Cor. 9, 27.
25. *regibus*] Prov. 8, 15.

in iuventute sua. De manu filiorum alienorum. Haereticorum filii videamus quales sint. Quorum ~~filii sicut~~ novella plantationis in iuventute sua. De manu filiorum alienorum. Diligenter animadvertite quid dicitur de haereticis.

Filiae eorum conpositae, circumornatae ut similitudo templi. Cellaria eorum plena, eructuantia ex hoc in illud. Oves eorum fetosae, abundantes in egressibus suis : boves eorum crassi. Non est ruina maceriae, neque transitus, neque clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt populum cui haec sunt. Hoc illi dixerunt. Ego quid dico? *Beatus populus cuius Dominus Deus eius.* Singula igitur vestris orationibus breviter disseremus. *Quorum filii sicut novella plantationis in iuventute sua.* Plantatio eorum non est vetus, sed novella est. Non est enim de veteri lege, non est de prophetis, non est de apostolis ; sed de novis magistris est. Filii eorum sicut novella plantationis in inventute sua. In iuventute sua : semper iuvenes sunt. Licet multae sunt haereses veteres, tamen cum cotidie mutantur, et nova cotidie inveniunt, novae sunt ipsae haereses. Licet veteres sunt, tamen cum cotidie doctrinas suas innovant, novae sunt. Non enim sunt veterum magistrorum errore contenti, sed cotidie ipsi nova reperiunt. Quorum filii sicut novella plantationis in iuventute sua. De ecclesia quid dicitur, de timente Dominum? 'Beati omnes qui timentDominum, qui ambulant in viis eius'. Quid dicitur de illis? 'Filii tui sicut novella olivarum in circuitu mensae tuae'. Circa mensam Xpisti sunt illi filii, non longe sunt a mensa Xpisti. Ibi non dicuntur filiae, sed tantummodo filii. Ceterum haeretici habent et filias, habent et fragiliorem sexum, voluptatis delicias. *Filiae eorum conpositae.* Sermo conpositus est, et sensus sordidus. In scripturis sanctis cogitationes semper filii dicuntur : verba, filiae. Vide ergo quid dicit. Cogitationes eorum, hoc est, filii novi sunt. Verba vero eorum, hoc est haereticorum, quae habent de sapientia saeculari, conposita sunt : habent enim verba conposita, lautum sermonem. Filiae eorum conpositae. Videntur quidem esse conpositae : sed quia filiae sunt, et non filii, vires

1 *in iuv.*] *a iuv.* C. *alienorum*] om. C. 3 *De m. f. alienorum*] om. C. *de haereticis*] *ad hereticis* I. 5-8 *Cellaria eorum ...... in plateis eorum*] om. β. 6 *eructuantia*] *eructantia* B, C *u* expuncta. *in illud*] *in illo* BG. *fetosae*] *foetose* BC ; *faedosae* G. *in egressibus*] *in gressibus* I, Ç corr ; *in gregibus* G. 7 *crassi*] B ; *cresse* C corr ; *grasse* G. 14 *In iuv. sua*] non repet. G. 15 *cum*] om. β. *nova cotidie inveniunt*] *novae quotidie inveniuntur* β. 19 *de timente*] CG ; *de timentes* B ; *de timentibus* β, C sup. lin. 21 *novella*] G inser. *plantatio.* 23 *dicuntur*] *dicitur* βB. 24 *voluptatis d.*] I ; *voluntatis d.* G ; *voluptates, delicias* β. 28 *quae h. de sapientia saeculari*] *qui h. sapientiam saecularem* I ; *qui h. sapientiam seculare* G. 29 *lautum*] I, *laudum* B, *laudatum* β, C corr.

21. *eius*] Ps. 127, 1. 22. *tuae*] ibid. 3.

non habent. *Circumornatae ut similitudo templi.* Pulchre dixit, similitudo templi : non habent veram ecclesiam, sed similitudinem ecclesiae.

Cellaria eorum plena, eructuantia ex hoc in illud. Parati sunt ad contendendum. Si illos tenueris in uno testimonio, ad aliud transeunt. Si in scripturis tenueris, ad Aristotelem fugiunt. Si Aristotelem tenueris, in Platonem transeunt. Cellaria eorum plena, eructuantia ex hoc in illud. Cellarium proprie dicitur, quod divitias conpositas habet. Haeretici cellaria habent : habent enim praeparata verba quibus contendunt. Ceterum ecclesiastici simplices sunt, nihil habent praeparatum. Aperiunt os, et repletur a Domino, secundum quod dicitur : ' Aperi os tuum, et inplebo illud ' et ' Nolite cogitare quid respondeatis illis, dabit enim vobis Pater vester in illa hora quid dicatis '. Videtis quoniam non habemus cellaria praeparata, sed divitiae nostrae subitae sunt. Dicat aliquis : Da testimonium, quomodo sancti cellaria non habent. ' Respicite, inquit, aves caeli, quoniam non habent cellaria neque horrea : et Pater vester caelestis pascit illas '. Aves istae specialiter monachi sunt : non habent cellaria, non habent apothecas, sed habent apothecarum et cellariorum dominum ipsum Xpistum. Non habent horrea, sed horreorum dominum. Non habent divitias diaboli, sed habent paupertatem Xpisti. Diabolus quid dicit ? ' Haec omnia mea sunt : si procidens adoraveris me, dabo tibi ea '. Xpistus quid dicit ad suos ? ' Qui non vendiderit omnia sua quae habet et dederit pauperibus, non potest esse meus discipulus '. Ille regna et divitias pollicetur, ut occidat : hic paupertatem pollicetur, ut salvet. Nihil grande facimus, si nostra relinquimus : Xpistus Patrem reliquit et regna caelorum propter nos. Nemo putet me blasphemasse, quia dixi, Patrem reliquit. Secundum dispensationem loquor, secundum quod mittitur, secundum quod dicit : ' Pater, qui me misit, maior me est '. Deus non mittitur, Deus non subicitur, non servit : sed dispensatio mittitur. Si Deus ubique est, et omnia in Deo sunt, quomodo Deus ad aliquid mittitur, cum

3. 6 *in illud*] *in illo* G. 7 *Cellarium*] *cellaria* C corr. G corr ; G add. *eorum.* 8 *contendunt*] C sup. lin. mutat in *se ostendunt* ; *contendant* β. 12 *in illa*] C om. *in.* *dicatis*] *loquamini* G. 13 *subitae*] scripsi ex coniectura ; *subditae* β et codd. 16 *illas*] *illa* BC. 17 *dominum*] om. BC. 21 *vendiderit*] *vindiderit* C corr ; *vinderit* B. *habet*] *habebet* C corr. 24 *relinquimus*] C ; *relinquemus* BG ; *relinquamus* β. 25 *putet me*] *potit me* G ; *potest* B. *blasphemasse*] *blasphemare* βB. 27 *dicit*] CI ; *dicitur* βB. 28 *non subicitur non servit*] *n. s. n. servicium* B ; *non subjicitur servituti* β.

11. *illud*] Ps. 80, 11.
12. *quid dicatis*] Matth. 10, 19.
16. *illas*] Matth. 6, 26.
20. *tibi ea*] Matth. 4, 8 sq.
22. *discipulus*] Matth. 19, 21 ; Luc. 14, 33.
27. *est*] Io. 14, 28.

Dei sint omnia? Xpistus igitur pro nobis pauper factus est. Hoc totum quarè diximus? Quia nunc lectum est, Cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Pulchre dixit, eructantia: de saturitate nimia. Illi eructant de saturitate, et pereunt: nos de ieiunio salvamur.

Oves eorum foetosae. Multos habent filios: multus enim numerus haereticorum est. Oves eorum foetosae. Unde dicitur et in Osee propheta: 'Domine da illis. Quid dabis illis? Vulvam sterilem et ubera arentia'. Hoc de quibus dicitur? De haereticorum magistris, qui sibi in numero discipulorum adplaudunt. *Oves eorum foetosae, abundantes in egressibus suis.* Non dixit, in ingressibus suis; sed, in egressibus. Non enim ingrediuntur in ecclesiam, sed egrediuntur de ecclesia. 'Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum'. Abundantes in egressibus suis. Cotidie egrediuntur de ecclesia. Abundantes in egressibus suis. De ecclesia quid dicitur? 'Omnis gloria eius filiae regis ab intus'. *Boves eorum crassi.* Vidit et Pharao in somnio boves crassos aegyptios. Boves eorum crassi. Israhelitici populi tenues sunt, Aegyptii crassi sunt. Videas enim magistros haereticorum nihil aliud facere, nisi studere divitiis. Divitiis student, et pauperem Xpistum contemnunt. Boves eorum crassi. Pulchre dicit, boves crassi: 'quorum Deus venter est, et gloria in confusione eorum'.

Non est ruina maceriae, neque transitus. Nonne vobis videtur obscurum esse quod dicitur, *Non est ruina maceriae, neque transitus, neque clamor in plateis eorum?* Difficile haereticos invenies inperitos: omnes enim haeretici magistri instructi sunt scientia saeculari. Non habent retem apostolicum, sed catenulas dialecticas. Non est ruina maceriae, neque transitus. Si quando sunt in disputationibus, quando tecum coeperint disputare, sic verba eorum brevia sunt, sic artifici sermone conclusa, ut evadere inde difficile sit. Cum enim te ligaverint syllogismis suis, et te clauserint, et quasi maceriam syllogismum tibi texuerint et aedificaverint, non potes conruere, non potes

1 *Dei sint*] BC, *Dei sunt* G; *Deus sit* β. 3 *in illud*] *in illo* CG. 4 *pereunt*] *periunt* B corr. *salvamur*] CG; *et salvamur* B; *ut salvemur* β. 6 *est*] om. G. 9 *adplaudunt*] *adplaudent* BC. 9 sqq. *in egressibus*] *in gregibus* G. 11 *de ecclesia*] β inser. *id est.* 15 *ab intus*] *ubi i.* G. 15 sqq. *crassi*] *grassi* G. *in somnio*] β; *in somnium* B, C *i* add. sup. lin; *in somnum* G, C 1 m. 16 *aegyptios. B. e. crassi*] BC; *aegyptium b. e. grassi* G; *egyptiorum b. e. c.* I; om. β. 17 *Videas*] BC; *viduas* G; *videtis* β. 23 *haeretici magistri*] I, C (*ci* add. sup. lin.); *magistri hereticorum* B; β om. *haeretici.* 24 *retem*] *ritem* B; *rectem* G; *rete* βC. 28 *clauserint*] *cluserint* G. *maceriam*] *maceria* C; *macheria* B. 29 *texuerint*] *texerint* BC; *exiberint* G. *potes ... potes*] *potest ... potest* I, C corr. *conruere*] scripsi (subintellege *in maceriam*); *corruere* BC; *convertere* β; *non ruere* I.

7. *arentia*] Os. 9, 14.
13. *nobiscum*] 1 Io. 2, 19.
15. *ab intus*] Ps. 44, 14.
20. *eorum*] Phil. 3, 19.

transire, teneris inclusus. Non est ruina maceriae, neque transitus. Cumque ibi te tenuerint quasi quodam gyro inclusum, tunc non eris in angusta via quae ducit ad vitam, sed in lata quae ducit ad mortem. Neque clamor in plateis eorum. Clamitat Iesus, et vocat ad se, et dicit : ' Qui sitit, veniat et bibat '. Clamor Iesu in via angusta est, in plateis haereticorum non est.

Beatum dixerunt populum cui haec sunt. Multi nescientes beatos tales putant. Ceterum nobis simplicitas xpistiana : nolumus eloquentiam Platonicam, sed volumus simplicitatem apostolicam piscatorum. Iste rete tenet, lutatos habet pedes et manus ex opere ; iste ex opere callosam manum habet. *Beatus populus cuius est Dominus Deus eius.* Beatus est populus, qui pro omnibus divitiis Xpistum habet. Illi habent filios et filias, et cellaria, oves foetosas, boves crassos et nitidos atque formosos. Ceterum nos non habemus multitudinem, sed scimus illud dictum in evangelio : ' Ubicumque fuerint duo aut tres congregati in nomine meo, ibi in medio sum '. Ne timeas, grex parvule : quia conplacuit Deo habitare in te. Ne dicant monachi : Ecce tantae multitudines, civitates plenae sunt, omnis orbis : nemo ergo salvatur, nisi qui in monasterio est ? Ecce tantae multitudines : nos ergo soli salvamur ? Quando hoc cogitaveris, audi : Ne timeas, grex parvule, quia conplacuit Patri habitare in te. Et nunc lectum est in evangelio, quod una anima salvatur, ut duo milia porcorum pereant. Hoc totum quare dico ? Quoniam pretiosior est unius sancti anima, quam infinitae multitudines peccatorum. De toto mundo duodecim elegit apostolos : de duodecim unus recessit, remanserunt undecim. Venit crux, decem fugerunt : remansit unus Petrus, unus cum uno. Et ipse unus fugit, atque utinam fugisset : et negat. Ergo dicamus, universum genus humanum periit. Quoniam perierat, propterea Dominus crucifixus ait : ' Torcular calcavi solus, et de gentibus vir non fuit mecum '. Eo tempore conpletus est psalmus : ' Salvum me fac Domine, quoniam

4 *Clamitat*] CG ; *clamat* B ; *clamor* β. *et vocat*] *revocat* β. 6 *non est*] I om. *non*. 8 *xpistiana*] β add. *est*. 9 *piscatorum. Iste*] ABCG ; *p. Isti* I ; *Piscator iste* β. 10 *lutatos*] *lutosos* β. *iste ex opere*] om. β. 14 *scimus*] *discimus* G. 16 *medio*] βC inser. *eorum*. 17 *multitudines*] *multitudinis* C. *civitates*] *civitatis* B. 18 *omnis orbis*] βI ; *omnes urbes* BC. 19 *Quando*] βB inser. *ergo*. 25 *cum*] *com* C corr. 26 *et negat*] B ; *sed negat* A (*sed* add. sup. lin.) ; *negat* C ; *et non negasset* βI. 27 *periit*] *periet* G. *Dominus*] C sup. lin. add. *dixit*. 28 *crucifixus ait*] *crucifixus est* BG ; *crucifixus* ... C. *vir non fuit*] *non est vir* β. 29 *tempore*] G inser. *qui*.

3. *ad mortem*] Matth. 7, 13 sq.
5. *bibat*] Io. 7, 37.
16. *sum*] Matth. 18, 20.
21. *in evangelio*] Marc. 5, 2 sqq.
28. *mecum*] Is. 63, 3.

defecit sanctus '. ' Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum '. Ille qui promiserat dicens ' Si me necesse est mori, aut ire in carcerem, non te negabo ', negavit. Hoc totum quare dico? Quoniam monachus non debet aspicere ad multitudinem peccatorum, sed ad conversationem et paucitatem sanctorum. Universa Iudaea ducebatur in captivitatem. Venerat Nabuchodonosor, tanta hominum milia ducebantur captiva in Babylonem. Solus Hieremias erat qui confitebatur Deum, et ipse mittebatur in lacum luti; et tamen pretiosior erat unius illius anima, quam omnis populi. Vultis scire quid faciat unus homo? Iesus filius Nave, cum universa terra habitaretur, solus erat. Utique erant infinitae multitudines, et ille solus erat. Solus imperat soli et lunae, et stat; homo iubet, et caelum audit. Audit illum caelum, quia ipse audiebat Dominum. Hieremias erat in captivitate; erant autem et multae multitudines. Et quid dicit? ' Solus sedebam, quia amaritudine repletus sum '. Quomodo solus in civitate eras? Sed ideo solus, quia propositi mei socium non habebam.

DE PSALMO CXLV.

Lauda anima mea Dominum. Psalmus iste titulum habet: *Aggaei et Zachariae.* Et hoc primum scire debemus, quia in hebraico non habetur, sed in septuaginta interpretibus. Dicamus autem et de editione vulgata, Aggaei et Zachariae. Quia instauratio hic dicitur Hierusalem ' Regnabit Dominus in saecula Deus tuus, Sion, in generationem et generationem ', quasi de instauratione Hierusalem dici putant, quae facta est sub Aggaeo et Zacharia.

Lauda anima mea Dominum. Non dixit, lauda corpus, sed, lauda anima; non quod corpus dampnaverit, sed carnis opera condempnavit. Lauda anima mea Dominum. Anima ipsa se cohortatur. Quomodo si dicat David, Lauda David Dominum; sic et ipsa anima dicit ad se, Lauda anima mea Dominum. *Laudabo Dominum in vita mea.* Videte quid dicat:

2 *qui prom.*] G om. *qui.* 3 *te*] om. G. 7 *Babylonem*] *Babyloniam* B. 11 *Solus i. s. e. l. e. stat*] C om. *et lunae*; *solem et lunam stare* B (reliqua om.) 14 *in civitate*] βBG; *in captivitate* C. 15 *eras*] *eram* C; om. G. 16 *DE PSALMO CXLV*] Brev. col. 1323. 18 *Et hoc*] *sed hoc* β. 19 *editione*] *dictione* B. 20 *instauratio*] *de instauracione* C. 26 *cohortatur*] *coortatur* B; *coartatur* G; *coartat* I; *hortatur* β.

1. *sanctus*] Ps. 11, 2.
ad unum] Ps. 13, 1.
3. *negabo*] Marc. 14, 31.
14. *repletus sum*] Ierem. 15, 17.
25. *condempnavit*] Cf. supra p. 279, l. 22.

ipsa se hortatur, et ipsa respondet. Quid dicit? Dicit mihi, Lauda anima mea Dominum: ego ipsa respondeo, Laudabo Dominum in vita mea. Modo laudare non possum, peccatis premor. Quotienscumque labia in laudes Dei aperio, totiens illa conglutinat conscientia peccatorum. Laudabo Dominum in vita mea. Pulchre dixit, laudabo, non laudo. Quando cum Domino meo fuero, tunc laudabo Dominum meum in vita mea. Nunc in morte sum, laudare non possum. Laudabo in vita mea. Vita nostra Xpistus est: Dominum laudemus in vita. *Psallam Deo meo quamdiu ero.* Videte quid dicat. Quando iuste aliquid agimus, sumus: quando vero peccamus, esse desistimus. Multa sunt quae dicantur, sed ad finem festinat oratio.

Nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum, quibus non est salus. Hoc generaliter ad omnes dicit: Nolite confidere in principibus, non in imperatore, non in praefectis, non in iudicibus saeculi. Nolite confidere in principibus. Qui sunt principes? filii hominum. Qui sunt filii hominum? quibus non est salus.

Exibit spiritus eius, et revertetur in terram suam. Cum autem regressus fuerit in terram suam, quid fiet? *In illa die perient omnes cogitationes eius:* omnis principum confidentia. Peribunt omnes cogitationes eorum. Nolite confidere in principibus. Multi confisi sunt in principibus. Hodie fuit, cras non est. Hodie illum praecedit exercitus, et sero in sepulcro iacet. Post tantum magnitudinem, tantam claritatem, nulla intercedunt tempora: in eodem momento Xpisti est operatio. In filiis hominum, quibus non est salus. Qui sunt principes? filii hominum. Si ipsi homines nihil sunt, quid sunt filii eorum? Exibit spiritus eius. Cuius? hominis. Exibit spiritus. Hic spiritum pro anima ponit. 'Pater, in manus tuus commendo spiritum meum'. Exibit spiritus eius, et revertetur in terram suam. Non spiritus revertetur in terram suam, non enim est spiritus de terra: sed egredietur spiritus, et homo revertetur in terram suam. In illa die perient omnes cogitationes eorum. Nos ipsi, qui non sumus principes, quanta cotidie cogitamus, et dicimus: Die crastina illud faciam, destruam horrea

1 *ipsa se*] G om. *se*. *respondet*] *respondit* C corr. *Dicit*] βB; *dic* CG. Legendumne *dicis*? 2 *respondeo*] *respondit* C corr. 12 *neque*] B; *nec* β; om. C. 12. 23 *quibus*] *in quibus* β. 18 *fiet*] *figetur* B. *perient*] GI; *peribunt* βA. *eius*] BGI; *eorum* β, C corr. 19 *confidentia*] β add. *periet, et*. *Peribunt*] β et codd. hic. 20 *Multi c. s. i. principibus*] om. β. 22 *tantam claritatem*] *tanta claritas* G, C corr. *intercedunt tempora*] *intercidente tempore* I. 25 *eius*] om. β. 26 *commendo*] *conmendo* G; *comendo* C. 27 *revertetur*] *revertit* G. 29 *perient*] GI; *peribunt* β. 30 *non*] suggerit β in marg; *nunc* omnes codd. 31 *horrea*] *horream* G (om. *mea*).

27. *meum*] Luc. 23, 46.

mea, et rursum die crastina aedificabo illa. Dicitur mihi : ' Stulte, hac nocte rapietur anima tua : quae autem praeparasti, cuius erunt ? ' Hoc de illis dicitur, qui confidunt in principibus. Ceterum de sancto quid dicitur ?

Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius. ' Hii in curribus, et hii in equis : nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus '. Illi plures habent adiutores : sed principes sunt, sed homines sunt, sed corruunt. Nos unum habemus, qui salvare potest. *Spes eius in Domino Deo ipsius.* Videamus tres pueri quid dicunt in fornace Babylonia, quando vocat eos Nabuchodonosor, et conpellit ut adorent Bel : quid respondent Nabuchodonosor ? ' Rex, non necesse est nos de hoc verbo respondere tibi. Potens est quidem Deus nos liberare de fornace ardente : sed et si non liberaverit, scito, rex, quia imaginem quam constituisti non adoramus '. Videte fidem. Credimus, inquit, quod liberare potest : sed si forte peccata nostra prohibuerint, tamen credimus et in eum qui non vult liberare. Non enim credimus in hac vita, sed in futura : non propterea credimus in illum ne hic ardeamus, sed ne per ista incendia ad alia transeamus. Incende igitur, praepara caminum : iste ardor, ista conbustio, nostra purgatio est. Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius. Videte significantiam verborum. Adiutor eius. ' Et non poterat ibi ullum signum facere propter incredulitatem eorum '. Deus adiutor noster est. Volentes et laborantes liberat, et conlaborat : dormientes et iacentes et nolentes non liberat. *Spes eius in Domino Deo ipsius.* Egregie dixit, spes : etsi in praesenti non liberat, tamen spes de futuro est. *Qui fecit caelum et terram.* Iste Deus qui fecit caelum et terram, *mare et omnia quae in eis sunt.* Ad conparationem caeli et terrae et maris nos homines secundum conditionem carnis sic sumus quasi formicae et pulices. Qui ergo caelum fecit et terram, hominem non potest liberare quem fecit ?

1 *illa*] *illam* G. 7 *Nos*] G inser. *autem.* 9 *quid dicunt*] *qui dicuntur* G. *Babylonia*] *babyllonia* B ; *babillonia* G ; *babylloniae* C ; *babilonica* I. *quando*] *quoniam* β. 10 *et conpellit u. a. B. q. r. Nabuchodonosor*] om. β. *conpellit*] *conpellet* B ; *conpellent* G, I (*n* post expunct.) 11 *Potens est*] *potest* β. 12 *ardente*] *ignis ardentis* B. 14 *sed si*] G om. *si.* 16 *non*] om. I. 17 *sed*] om. G. *Incende igitur*] *i. ergo* G (om. *praepara*) ; *incendeamus igitur* B. 18 *conbustio*] *conbuscio* G ; *conbussio* B. 19 *significantiam*] *significationem* C. 22 *iacentes*] *tacentes* β. 24 *Iste D. q. f. c. e. terram*] om. G.

2. *erunt ?*] Luc. 12, 20.
6. *invocabimus*] Ps. 19, 8.
10. *et conpellit ut adorent Bel*] Verba haec, ut dixi, compositor Breviarii ex sententia omisit : pudori scilicet fuit, senilis memoriae lapsum ante oculos omnium denuo palam facere.
13. *non adoramus*] Dan. 3, 18.
21. *eorum*] Matth. 13, 58.

Qui custodit veritatem in saeculum. Si nos obpremit mendacium, non contristemur : custodit Dominus veritatem in saeculum. Nescio quis contra nos mentitus est, et magis illi creditur mentienti, quam nobis verum dicentibus. Non debemus desperare : custodit Dominus veritatem in saeculum. Pulchre dixit, custodit. Custodit illam, et habet in thesauro suo : reddet nobis quod servavit. Qui custodit veritatem in saeculum. Xpistus veritas est : veritatem loquamur, et veritas nobis servat veritatem. *Facit iudicium iniuriam patientibus.* Etiamsi tarde venit, non desperes : veniens veniet, et salvabit. Facit iudicium iniuriam patientibus. Hoc solum sit in nostra conscientia, quia iniuste patimur. Hoc habeamus in conscientia, quia non propter peccata nostra patimur, et non facimus illud quod arguimur. *Dat escam esurientibus.* Et secundum litteram aedificat ; et si simpliciter intellegatur, aedificat audientem. ' Respicite volatilia caeli, quia non serunt neque metunt, et Pater vester caelestis pascit illa '. Dat escam esurientibus. Esurientibus dat, non ructantibus. Qui ergo non habet monachus, confidenter accipiat : qui habet et ructans est, non accipiat. Scis quia esuris, scis quia non habes : si esurieris et non habes, magis das beneficium, si accipias, quam tribuitur tibi. Si autem habes et non esuris, non debes cibum esurientium tollere, ut tu accipias saturatus. Accipe quod in ventrem mittas, non quod in sacculum : accipe tunicam quae corpus tegat, non quae arcas impleat. *Dat escam esurientibus.* Hoc secundum litteram. Dicamus et aliter. Esuriamus Xpistum, et ipse nobis dat caelestem panem. ' Panem nostrum cotidianum da nobis hodie '. Hoc qui dicunt, esuriunt : qui panem desiderant, esuriunt. Qui dicit, Panem nostrum cotidianum da nobis hodie, utique esuriens loquitur. Dat escam esurientibus. Putat aliquis quod panem caelestem de mysteriis dicat. Et hoc quidem accipimus, quia vere caro Xpisti est, et vere sanguis Xpisti est. Ceterum dicamus et aliter. Panis Xpisti et caro eius sermo divinus

2 *N. quis*] *n. qui* G. 3 *verum*] *vera* G. 6 *quod servavit*] *quod semper servat* C. 7 *loquamur*] *loquimur* G. 8 *tarde venit*] BC ; *tarde venis* GI ; *tardaverit* β. 9 *salvabit*] GI add. *te.* 10 *quia iniuste*] *q. iuste* C corr ; *quia pro iniustitia* I ; *iniustitiae* G (om. *quia*). 11 *quia non*] codd ; *quia nos* β. *quod arguimur*] C, *quod arguemur* B ; *pro quo arguimur* β ; *quod arguitur* I, *quod arguetur* G. 14 *quia*] *que* G. 15 *non ructantibus*] *non ructuantibus* C corr ; *non eructuantibus* β. *Qui ergo*] *quae e.* B. 16 *monachus*] GI add. *est.* *et*] om. CGI. *ructans*] *ructuans* C corr ; *eructuans* β. 17 *esurieris*] *esuris* I. 18 *quam*] codd ; *quod* β. 19 *non esuris*] I om. *non.* *non debes*] *non habes* G. *ut tu accipias*] C ; *ut tu acciperes* BG ; *et accipere* β. *saturatus*] *saturaturus* B. 21 *arcas*] *arcam* I ; *arca* G. 27 *vere caro*] *vero c.* BG. *et vere sanguis Xpisti est*] βCGI ; om. A. 28 *Ceterum*] om. G.

9. *veniens veniet*] Habac. 2, 3.
14. *illa*] Matth. 6, 26.
23. *hodie*] Matth. 6, 11.

est et doctrina caelestis. Quicumque panem istum acceperit et saturatus fuerit, quid fiet? Quid?

Dominus solvit conpeditos. Si animam nostram iste panis refecerit, hoc est sermo divinus et doctrina caelestis, statim pedes nostri, qui conligati fuerant, solvuntur. Dominus solvit conpeditos. Et Lazarus ligatus erat; et dixit: 'Solvite eum'. Dominus solvit conpeditos. Et filia Abraham decem et octo annis incurvata fuerat et vincta; solvitur, et in caelum respicit. Videte quid ibi dicitur in evangelio. 'Et ecce, inquit, quaedam erat mulier, quae spiritum infirmitatis habebat decem et octo annis: et non poterat, inquit, elevare cervices'. Quoniam spiritum infirmitatis habebat, cervicem sursum levare non poterat. Dominus solvit conpeditos. Ipsi sunt conpedes, quae et opera: siquidem eadem peccata, quae cervices nostras excipiunt, et ligant pedes. Quicumque conpeditus est, currere non potest. Quicumque conpeditus est, in stadio Xpisti currere non potest: praegravantur enim pedes conpedibus, et premuntur in terra, et configunt nos in terra. Dominus solvit conpeditos. Videte ordinem. Dat escam esurientibus: primum esurimus, deinde accipimus cibum. Cum autem saturati fuerimus, solvuntur pedes nostri, qui conpediti fuerant. Cum autem coeperint ambulare libere, quid sequitur? *Dominus inluminat caecos.* Videte quid dicat. Si de caecis istis loqueretur, debuit dicere, Dominus inluminat caecos. Sed non dixit hoc: sed secundum hebraicam et graecam veritatem quid dixit? 'Dominus sapientes facit caecos'. Si de istis oculis loqueretur carnis, debuit dicere, Dominus inluminat caecos: nunc vero dicit, Dominus sapientes facit caecos. 'Si caeci, inquit, essetis, peccatum non haberetis'. Cor nostrum obcaecatum est tenebris peccatorum. Insipientia et stultitia tenebrae oculorum nostrorum sunt. Cum ergo esurientes refecti fuerimus, et pedes nostri liberati fuerint, tunc incipiet et oculus cordis nostri videre lumen quod aliquando perdiderat, et habere sapientiam. Si effectus fuerit sapiens, quid sequitur?

1 *panem istum*] GI om. *panem.* 2 *fiet*] C add. *ei.* *Quid?*] om. GI. 4 *conligati*] *cumligati* B. 6 *Abraham*] *habrahae* C; β inser. *quae.* 8 *ibi*] om. G. 10 *elevare*] *levare* BG. *cervices*] BC; *cervicis* G; *cervicem* β. 13 *nostras*] *nostrae* C (*e* add. sup. lin.). 15 *premuntur in terra*] *p. in terram* C; *p. a terra* I; *non p. ad terram* G. 16 *configunt nos*] *configuntur* β. *in terra*] *in terram* CI. 20 *loqueretur*] *loquitur* GI. 23 *carnis*] *carneis* I. 24 *dicit*] BC; *dicitur* β; *dixit* G; *dixit et verum dixit* I. 25 *obcaecatum*] *abcaecatum* G. 26 *Insipientia*] *in insip.* BC. *oculorum nostrorum*] codd; *non oculorum sed morum* β. 29 *fuerit*] C sup. lin. mutat *t* in *s.*

6. *eum*] Io. 11, 44.
10. *cervices*] Luc. 13, 11.
22. *sapientes f. caecos*] Hieron. in Is. 54, 15 'De quibus in psalmis dicitur *Dominus sapientes facit caecos*, sive ut in latinis codicibus legitur *Dominus inluminat caecos*'.
25. *non haberetis*] Io. 9, 41.

Dominus erigit allisos. Et si iacebas, securus esto : Dominus porrigit manum. *Dominus diligit iustos.* Res duas video : diligit, et custodit. Qui diligit, quasi suum diligit : qui autem custodit, eum custodit, qui in periculo constitutus est. Dominus diligit iustos. Quicumque iustus est et perfectus, ille diligitur ; quicumque autem peregrinus est, et non venit ad servitutem Domini, ille servatur.

Dominus custodit advenas : pupillum et viduam suscipiet. Et secundum litteram prodest. Pupillum et viduam suscipiet. O martyr, qui teneris ut pro me fundas sanguinem, noli de filiis esse sollicitus, noli de uxore : me habent pro te. Dicamus et secundum spiritum. Pupillum et viduam suscipiet. Pupillum suscipiet, qui patrem Deum perdiderat per peccata. Et viduam suscipiet. Viduam, hoc est, eam animam, quae Xpistum virum perdiderat. Sed vide quid dicat. Pupillam et viduam : non dixit, custodiet: non dixit, salvabit : sed, suscipiet, si revertatur ad patrem, si redeat ad maritum. *Et viam peccatorum disperdet.* Non dixit, peccatores disperdet : secundum primum psalmum ' Et iter impiorum peribit '. Si iustorum via Xpistus est, peccatorum diabolus est. Et viam peccatorum disperdet. Omnium ergo peccatorum via diabolus est, illum perdet : ceterum nos salvabit, qui ambulamus per eam, et ambulare desuemus.

Regnabit Dominus in saecula. Quando via peccatorum perierit, tunc regnabit Dominus in saecula. Non dixit, in saeculum : sed, in saecula. Quamdiu via non perit, Xpistus non regnat in nobis : quamdiu via peccatorum non perit, Xpistus non regnat in nobis. Quamdiu pedes nostri ambulant in via diaboli, Xpistus non regnat in nobis. Irascor sine causa fratri meo : in via diaboli ambulo, Xpistus non regnat in me. Detraho fratri meo : in via diaboli ambulo, Xpistus non regnat in me. In quocumque peccato ambulavero, in via diaboli ambulo, Xpistus non regnat in me. Mens mea vana est, et in diversa distrahitur. In uno loco sum, et mens mea per totum orbem vagatur. Angelos in mundo capit, reges capit, exercitus capit, mundum capit : monachum unum non capit. Hoc totum

1 *allisos*] C 1 m ; *alisos* B ; *alisus* G ; *elisos* β, C sup. lin. 5 *ille*] *ab illo* β. *non venit*] negatio in β omissa est, in I expuncta. 7 *advenas*] *advenam* GI. 8 *prodest*] *prodeest* G. *martyr*] *ma tur* G. 9 *pro me fundas*] *profundas* G. 12 *eam*] om. G. 15 *disperdet*] β inser. *sed.* 17 *peccatorum*] β repet. *via.* 18 *perdet*] *disperdet* C. 19 *ambulamus*] codd ; *ambulabamus* β. *desuemus*] B ; *desidemus* C 1 m ; *desideramus* I, C sup. lin ; *desivimus* β. 20 *Quando*] I ; *quoniam* ceteri. 29 *Angelos*] *angelus* B. *in mundo*] BC ; *mundus* β. 30 *mundum capit*] BC ; om. β.

16. *peribit*] Ps. 1, 6.

24. *sine causa*] Hieron. contra Pelag. 2, 5 ' Et in eodem evangelio legimus : *Qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio.* Licet in plerisque codicibus antiquis *sine causa* additum non sit ' etc.

quare dico? Propter eos qui in toto orbe vagantur, et in uno loco sedere non possunt. *Deus tuus, Sion, in generatione et generatione*. Deus tuus, Sion. Frequenter diximus Sion speculam aut ecclesiam interpretari, aut animam contemplantem Deum. Deus tuus, Sion, in generatione et generatione. In prima generatione, Iudaeorum; in secunda, ex gentibus. In omnibus scripturis et in omnibus psalmis generatio et generatio dicitur, ut duos populos significet. Dicere autem et aliter possumus: Regnabit Dominus in saecula Deus tuus, Sion, in generatione ista et in generatione ventura. Regnet Xpistus in nobis: ' non regnet peccatum in corpore nostro '. ' Cor regis in manu Dei '. Simus reges: imperemus corpori nostro, et subiciamus illud, et cor nostrum sit in manu Xpisti. Cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO CXLVI.

Laudate Dominum, quoniam bonum psalmus. Centesimus quadragesimus sextus psalmus *Alleluia* titulo praenotatur. Solent hii qui hebraeam ignorant linguam, quando viderint in psalmorum titulo esse praepositum alleluia, quaerere quid significet. Psalmus igitur iste non solum in titulo, sed et in exordio psalmi alleluia habet. Ubi autem dicitur Laudate Dominum, in hebraico dicitur alleluia. Deus enim apud Hebraeos decem habet nomina: dicitur Sabaoth, dicitur Saddai, dicitur Eloim, dicitur El, dicitur etiam Iao, dicitur Eser Iaia. Inter cetera nomina unum est nomen, quod dicitur Ia. Ia autem interpretatur invisibilis. Ubi ergo nos dicimus, laudate, in hebraeo dicitur, allelu. Sic dicitur hic allelu Ia, quomodo si diceretur, allelu Sabaoth, allelu Saddai, allelu Eloim: sic ergo et nunc dicitur allelu Ia. Denique Theodotion, qui unus est de interpretibus, volens interpretationis edicere veritatem, ait αἰνεῖτε τὸν Ἰά. Hoc totum

2 sqq. *in generatione et generatione*] C; *in generatione et generationem* B; *in generationem et generationem* βG. 7 *duos*] *duo* G. 11 *subiciamus*] *subiciemus* C. *Xpisti*] *Dei* β; GI om. doxologiam. 13 *DE PSALMO CXLVI*] In Brev. col. 1328. 14 *bonum*] A (Cf. pag. sq. l. 4); *bonus* CG; *bonus est* βBI. 17 *quid significet. Psalmus*] *quod digne fecit psalmus* I. 20 *dicitur Saddai*] *d. sadda* B; *d. etiam S.* C; *dicitur adoni* G; *dicitur adonω* I. 21 *Eser Iaia*] *eserlaia* B. *cetera*] β inser. *autem*. 22 *nos dicimus*] codd; *dicitur* β. 25 *Theodotion*] scripsi; *Theodosion* B; *Theodotio* β; *Theodocio* C; *Deudocion* G. 26 *edicere*] BC; *ediscere* β. αἰνεῖτε] AINITE C.

10. *nostro*] Rom. 6, 12.
Dei] Prov. 21, 1.
22. *dicitur allelu Ia*] Hieron. ep. 26, n. 3 ' Igitur *alleluia* exprimitur *laudate Dominum*. Ia quippe apud Hebraeos unum de decem Dei nominibus est. Et in illo psalmo ubi legimus *Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus*, apud Hebraeos legitur ALLELUIA CHI TOB ZAMMER '.

quare diximus? Ut sciamus in isto psalmo alleluia esse praepositum. Laudate Dominum. Haec interpretatio, cum egressi fuerimus, considerabitur in cordibus vestris; ceterum sermo dilatabitur.

Laudate Dominum, quoniam bonum psalmus Non dixit, bonus psalmus, sed absolute, bonum psalmus: hoc est, bona res est psallere. Psallere autem, non voce, sed corde. Quanti bonam vocem habent, et quoniam peccatores sunt, male psallunt. Bene psallit qui cantat in corde, qui cantat Xpisto in conscientia. *Deo nostro sit iocunda laudatio.* Sit iocunda laudatio, non voce, sed conscientia. Denique et Noe obtulit hostias ' et odoratus est Dominus odorem suavitatis '. Multa sunt quae dicantur: sed nos breviter debemus summa quaeque perstringere, ut sensum magis indicemus, quam verba latiora.

Aedificans Hierusalem Dominus, dispersiones Israhel congregabit. Quomodo aedificetur Hierusalem, quomodo dispersio congregetur, iam dictum est. Quoniam igitur de istis duobus versiculis dissertum est, et super alienum fundamentum non debemus aedificare, ad reliqua transeamus. Videamus igitur quomodo aedificetur Hierusalem: in reliquis enim propheticus sermo descripsit.

Qui sanat contritos corde. Videtis quomodo aedificatur Hierusalem: sanantur contriti corde. Cor contritum et humiliatum Deus non spernit. *Et alligans contritiones eorum.* Tu cor tuum contere, et Dominus colligat contritiones tuas. Samaritanus ille qui descendebat de Hierusalem in Hiericho, quando vidit vulneratum iacentem in itinere, conligavit vulnera eius. Iste est de quo et nunc dicitur, Et alligans contritiones illorum. Hoc dicitur de his qui agunt paenitentiam. Ceterum de his qui non agunt paenitentiam, dicitur: ' Non est malagma inponere, neque oleum, neque alligaturas '.

Qui numerat multitudinem stellarum. Quae consequentia iuxta litteram, Et alligans contritiones eorum: qui numerat multitudinem stellarum?

2 *interpretatio*] β inser. *est*. 3 *in*] om. B. *vestris*] *nostris* β. 4 *quoniam bonum psalmus*] *q. bonus p.* C; *q. bonus est p.* GI; *q. bonum psalmum* B. 5 *res est*] GI om. *est*. 6 *non voce*] *in voce* G. 12 *latiora*] *laudatiora* G; *lau..tiora* I, ex *lautitiora* (cf. supra p. 283, l. 29). 14 *dispersio*] om. β. 17 *Hierusalem*] I inser. *et ad reliqua transeamus*. 19 *Videtis q. ae. H. s. c. corde*] β om. *aedificatur*] *aedificetur* C corr. 20 *spernit*] βB; *despicit* C, *dispicit* G, *dispiciet* I. 21 *alligans*] B; *alligat* β et cet. *colligat*] B; *colligit* β; *collegit* G; *colliget* I; *alligat* C. 22 *Samaritanus*] *Samaritis* G. *in Hiericho*] G om. *in*. 24 *alligans*] BGI; *alligat* βC. 29 *Et alligans*] *et alligat* β et codd. hic; I om. *et*.

10. *suavitatis*] Gen. 8, 21.
20. *non spernit*] Ps. 50, 19.
24. *Iste est de quo et nunc* etc.] Hieron. Commentariol. h. ps. p. 100 'Iste est de evangelio Samarites' etc.
27. *alligaturas*] Is. 1, 6.

Sed quoniam sanavit contritos corde et alligavit contritiones eorum, illos qui ante contriti fuerant, et postea sanati, vertit in stellas. Qui numerat multitudinem stellarum. *Multitudinem.* Multi enim fuerant qui peccaverunt : multi sunt qui curati sunt. Qui numerat multitudinem stellarum. Non numerat vulneratos, sed eos numerat qui iam in stellas versi sunt : non numerat Deus, nisi qui numero eius digni sunt. *Et omnibus eis nomina vocans.* Quia de Lucifero dicit et de Orione, de eis quae videmus in caelo, et hoc quidem potest intellegi: mirabilis enim Deus, qui fecit caelum et terram et omnia quae in eis sunt. Ceterum nos sic intellegamus, ut nobis prosit quod cotidie fit. Et omnibus eis nomina vocans. Vultis scire quomodo de contritis stellae fiant? Scriptum est in Genesi, quia eduxerit Deus Abraham, et ostenderit ei stellas, et dixerit ei : ' Sic erit semen tuum '. Et omnibus eis nomina vocans. De Abram vocat Abraham : Abram dicebatur in Chaldaea, et in caelo vocatur Abraham. Eo tempore quando factus est stella, et vocatur Abraham. Qui ante erat Saulus, postea vocatur in caelo Paulus. Iohannes et Iacobus, filii tonitrui : tonitruum utique in caelo est. Numerantur itaque stellae, numerantur infiniti sancti : et Xpistus unus non potest numerari.

Magnus Dominus noster et magna virtus eius, et sapientiae eius non est numerus. Magna virtus : Xpistus Dei virtus et Dei sapientia. Et sapientiae eius non est numerus. Xpistus sapientia est : et una sapientia non potest numerari.

Suscipiens mansuetos Dominus. Quae sunt istae stellae? Suscipiens mansuetos Dominus. Mansueti vertuntur in stellas. ' Iusti autem fulgebunt quasi stellae caeli ': Danihel loquitur. *Humilians autem peccatores usque ad terram.* Videte differentiam rerum. Angeli in terram corruunt : homines ad caelum vadunt. Suscipiens mansuetos Dominus. Mansuetudo ad caelum vocat : superbia in terram detrahit. Humilians autem peccatores usque ad terram.

Praecinite Domino in confessione. Hoc implevit David : qui nobis iustitiae exempla praebuerat, praebuit et paenitentiae. Docuit enim nos

1 *quoniam*] *quando* β. *sanavit ... alligavit*] BC ; *sanat ... alligat* βI. 2. 3 *fuerant*] *fuerunt* C. 3 *Multitudinem*] non repet. β. 5 *in stellas*] *in stellis* C. 6 *numero*] *in numero* C. 7 *et*] om. BC. *de Orione*] β ; *de origine* BCGI. *de eis*] scripsi ; *dei* B ; *de ea* C ; *denique* I ; om. β. *quae*] BC ; *quem* β. 10 *quod cotidie fit*] *cotidiae fiat* I. 15 *quando*] *quo* β. *et voc.*] β om. *et*. *ante*] *antea* β. *erat*] *fuerat* B. 21 *et una*] GI inser. *virtus et*. 26 *differentiam rerum*] *differentias eius* I. 28 *vocat*] *currat* G. *in t. detrahit*] *ad t. deiecit* G. *Humilians*] *humiliat* GI.

13. *tuum*] Gen. 15, 5. 25. *caeli*] Dan. 12, 3.
20. *Dei sapientia*] 1 Cor. 1, 24.

quomodo debeamus agere paenitentiam, ipse agens. Videte sancti prophetae quia non solum iustitia eorum nobis profuit, sed et peccatum. *Psallite Deo nostro in cithara.* Nulla virtutum corda rupta sit, totae virtutum cordae concinant. Psallite Deo nostro in cithara. Cithara multas cordas habet: si una rupta fuerit, sonus reddi non potest. Sic et sanctus vir, quamvis sanctus sit, si una virtus defuerit, vocalem sonum emittere non potest.

Qui operit caelum nubibus. Caelum hoc, quod cernimus, nubibus operiri non potest. Sed aliud est caelum, et aliae sunt nubes. 'Et veritas tua usque ad nubes'. Ergo veritas Dei usque ad istas nubes, quae vento flante cito dissolvuntur? Veritas Dei Xpistus est. 'Ego sum via et vita et veritas'. Ergo veritas Xpisti in his nubibus est, quae non habent in se substantiae veritatem? Fieri ergo potest, ut ibi sit veritas, ubi ventus dissipandi habet potestatem? 'Mandabo, inquit, nubibus ne pluant super eos imbrem' hoc est, super populum Iudaeorum. Nubes prophetae sunt: mandavit illis Dominus ne pluerent super Israhel imbrem. Ad nos prophetiae sermo conversus est. Nubes istae si sibi conlisae fuerint, tonitruum faciunt et fulgora. Qui operit caelum nubibus. Quare dixit, Operit caelum nubibus? Si nubes prophetae sunt et apostoli: quomodo autem apostolis et prophetis caelum tegitur? Caelum mysteria sunt divina. Quoniam igitur mysteria, quaecumque divina sunt, caelum appellantur: quicumque indignus fuerit, istae nubes protegunt sacramenta. Si quis indignus est, sacramenta accipere non potest: teguntur a nubibus. *Qui parat terrae pluviam.* Terra pluviam indiget: terra nostra, nisi pluviam acceperit, doctrinarum fontem, fructum non afferet. Terra cum umecta fuerit istiusmodi doctrinarum fonte, quid sequitur?

Qui producit in montibus fenum. Si de feno solo loqueretur, utique fenum magis in convallibus nascitur, quam in montuosis: ubicumque enim pluvia amplior fuerit, ibi magis fenum nascitur. De montibus defluunt aquae in convallibus, et magis herba nascitur.

1 *sancti prophetae*] CGI; *sanctis prophetis* B; *sanctum prophetam* β. 2 *eorum*] *eius* β. 3 *totae v. cordae*] *tota v. corda* B; *tota v. chorda* β. 4 *concinant*] *concinnant* C; *concinat* β. 6 *emittere*] BC; *reddere* β. 16 *si sibi*] *si ibi* β; *sibi* G (om. *si*). 21 *indignus*] ABCG; *dignus* β, C (*in* expuncto); *digni* I. *fuerit*] *fuerint* I. *istae*] C 1 m; *iste* BG; *isti* I; *istum* β, C 2 m. sup. lin. *nubes*] *nobis* GI. *sacramenta*] post 'protegunt' om. β, expunct. in C. 22 *non potest: teguntur*] *n. p. tegitur* AB; *non potest tegi* β, C 2 m. sup. lin. 23 *Terra pluviam*] *t. pluvia* GI; om. β. *acceperit*] *habuerit* GI; β inser. *id est*. 24 *fontem*] *fonte* GI. *afferet*] *afferit* G. *umecta*] BC; *humecta* βI. 25 *fonte*] om. B, C sup. lin. supplet post 'istiusmodi'. 26 *Si de*] *sed de* G. 28 *defluunt*] *fluunt* B, C (litteris *de* expunctis).

9. *ad nubes*] Ps. 35, 6.
10. *et veritas*] Io. 14, 6.
14. *imbrem*] Is. 5, 6.

Et dat iumentis escam ipsorum. Scriptura ista quam legimus, quam tractamus, quam habemus in manibus, montes dicuntur; in scripturis mons vocatur Abraham, mons vocatur Isaac, mons Hieremias, montes sancti prophetae. Montes isti habent et frumenta, habent et fenum. Si homo es, accipis ab ipsis frumentum : si pecus es, fenum accipis. ' Homines et iumenta salvos facies Domine '. Si iumentum es, fenum accipis ; si homo es, frumentum accipis : secundum fidem tuam salvaris. Qui producit in montibus fenum, et dat iumentis escam ipsorum. Si homo es, in scripturis sanctis accipis spiritalem intellegentiam : si iumentum es, secundum litteram more Iudaico. Rem magnam video. Deus, qui tantis praeconiis conlaudatus est, deducitur ad viliora, et dicitur : *Et pullis corvorum invocantibus eum.* Si de avibus diceret, magis aquilas nominaret aut vultures. Et pullis corvorum invocantibus eum. Nulla alia avis nuncupatur, nisi pulli corvorum ; et non ipsi corvi, sed pulli corvorum. Non salvatur corvus, sed pullus qui de eo natus est. Nos pulli corvorum sumus : de parentibus enim idolatris nascimur. Legimus in Salomone, quoniam oculus qui inridet patrem et sermonem matris, effodiant eum corvi de convallibus. Non dixit, pulli corvorum, sed ipsi corvi. Qui enim corvus est, salvari non potest. Corvus de arca dimittitur, et non revertitur. In diluvio cum ceteris est : post diluvium in felicitate proicitur, hoc est, eo tempore quando tranquillitas est, non potest esse in arca Dei. Si quando tempestas est, si quando diluvium, corvus in medio est : tranquillitas redit, et corvus fugit. Qui sunt isti corvi ? qui sunt pulli corvorum ? Ego puto corvos nigri coloris, qui semper persequuntur cadavera mortuorum, qui semper voce raucissima rixas conparant, daemones esse ; et quicumque daemonibus servierint, iuxta corvos et ipsi colorem corvorum accipiunt. Igitur nostri parentes, sicut iam diximus, qui idolis serviebant et daemonibus, corvi erant. Non enim inveniuntur nisi ubi cadavera et inluvies et spurcitia et cadavera mortuorum. Nos vero qui de corvis nati sumus, non

1 *scriptura*] *scripturam* G. 2 *montes*] C mutat in *mons*; *montibus* B ; β inser. *sancti*. *dicuntur*] *dicitur* C 2 m. sup. lin. 4 *et frumenta*] *et frumentum* C. 6 *salvos facies*] *salvabis* C. 9 *sanctis*] om. G. 12 *avibus*] β inser. *caeli*. *nominaret*] *nominasset* βI. *vultures*] *vultores* C. 14 *pulli*] *pullus* β. 16 *idolatris*] I ; *idololatris* β ; *idolatriae* BCG. 17 *inridet*] *ridet* B. 20 *in felicitate*] BG, C 1 m ; *in infelicitatem* β ; *in infelicitate* C sup. lin. 21 *tempestas est, si quando*] om. β. 22 *corvus*] *corpus* β. *redit*] *rediit* B, C corr. 25 *quicumque*] *qui cum* G. 28 *cadavera et*] om. β. *inluvies*] B ; *illuvies* β ; *ingluvies* CI, *ingluviis* G. 29 *spurcitia*] *spurcitiae* I. *mortuorum*] β add. *fuerint*.

6. *Domine*] Ps. 35, 7.

15. *de parentibus e. idolatris nascimur*] Hieron. contra Vigilant. n. 7 ' Non diffiteor, omnes nos qui in Christo credimus de idololatriae errore venisse. Non enim nascimur, sed renascimur Christiani '.

17. *de convallibus*] Prov. 30, 17.

cadavera expectamus, sed rorem. Pulli enim corvorum dicuntur de rore vivere. Sic enim physiologi dicunt, quod de rore vivant pulli corvorum. Vultis et aliud scire mysterium de corvis? Helias, qui interpretatur Deus Dominus: Helias, hoc est, Dominus noster atque Salvator a Iudaeis persecutionem patitur; et a corvis, gentium populo, pascitur. Et pullis corvorum invocantibus eum. Si invocas, pullus es: si taces, corvus es. Et pullis corvorum invocantibus eum. Legimus in propheta: 'Et omnis qui invocaverit nomen Domini salvus erit'. Igitur si de corvis simpliciter accipimus, ergo et corvi salvi erunt? Responde, Iudaee: responde, qui Iudaice litteram tantum sequeris. Dicis istos corvos vere corvos esse, non interpretaris spiritaliter, sed carnaliter: dicis enim scriptum esse de corvis. Si ergo de pullis corvorum scriptum est, et hic dictum est, Et pullis corvorum invocantibus eum: et scriptum est, Omnis qui invocaverit nomen Domini salvus erit: ergo et pulli corvorum salvi erunt in resurrectione? Nos ergo pulli corvorum invocamus atque salvamur. Denique et Paulus apostolus scripsit ad sanctorum ecclesiam, scripsit et ad eos qui invocant nomen Domini.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit. Brevitatem promisimus, et necessitate conpulsi sumus latius disputare. Mentiti sumus, sed mendacium utilissimum est. Utinam Herodes mentitus esset et periurasset. Et nos igitur minora promisimus, et orantibus vobis maiora praebuimus. Hora conpellit ut taceam: magnitudo mysteriorum conpellit ut loquar. Non in fortitudine equi voluntatem habebit. Audio equum, et hinnientem equum: non possum praeterire. Scriptum est in psalterio: 'Fallax equus ad salutem' et in alio loco: 'Equum et ascensorem deiecit in mare'. Praecipitur et regi Israhel, ne equos nutriat. Denique Salomon, qui quadrigas adducebat ex Aegypto, voluptate superatus est. Non in fortitudine equi voluntatem habebit. Equum et ascensorem deiecit in mare. 'Equi insanientes in feminas facti sunt mihi, unusquisque in uxorem proximi sui hinniebat' loquitur Hieremias. Super ergo tales equos Deus non habet

2 *physiologi*] C; *philosophi* β et cet. 3 *qui*] CI; *quod* BG; om. β. 5 *persecutionem*] om. G. *corvis*] β inser. *id est*. 6 *invocas*] β add. *eum*. 8 *si*] om. BC. 9 *Iudaice*] *Iudaicam* β. 10 *sequeris*] *requiris* I. 12 *et hic*] G om. *et*; *hac et* I. 14 *salvi*] *salvati* C corr. 16 *scripsit*] non repet. GI. *et*] om. β. *eos*] *Iudaeos* C. 19 *periurasset*] B; *peierasset* β; *non perisset* CGI. 22 *et hinnientem equum*] β om. *et*, non repet. *equum*; *et invenientem e.* ABG; *et inveniens e.* I. 23 *non possum*] codd; *et non possumus* β. 25 *regi*] om. β. *nutriat*] *nutriant* β. *qui*] *quia* β. 29 *hinniebat*] *inniebant* G. *Super ergo*] CGI; *ergo super* βB.

8. *salvus erit*] Ioel. 2, 32.
16. *nomen Domini*] 1 Cor. 1, 2.
24. *ad salutem*] Ps. 32, 17.
in mare] Exod. 15, 1.
25. *nutriat*] Deut. 17, 16.
26. *ex Aegypto*] 3 Reg. 10, 26 sqq.
29. *hinniebat*] Ierem. 5, 8.

voluntatem. Diximus de equo. Equum et ascensorem deiecit in mare. Diximus qui sunt equi: dicamus qui sunt equites. Ego puto equos homines esse peccatores, et equites daemones qui equitantur in eis. Si quando ergo viderimus aliquem fratrem persecutorem: eum, qui frater vocatur, nos persequi et esse inimicum: sciamus quia ille equus est. Et equus ille est: ceterum eques diabolus est, qui sua lancia nos percutit. Iste currit, et ille percutit. Sed et ipse equus calcaneis ducitur, confoditur, et invitus insanit. *Nec in tibiis viri beneplacitum est ei.* Videte quid dicat: non dixit, in capite viri: non dixit, in manibus viri: sed, in tibiis, quae deorsum sunt. Nec in tibiis viri beneplacitum est ei. Tibiae hic, sicut et femora, semper in libidines accipiuntur. Denique et in Iezechiel Deus videtur a lumbis usque sursum electrum, a lumbis usque deorsum igneus. Si quid sursum est, hoc aurum est: si quid deorsum, hoc gehennae praeparatur. Nec in tibiis viri beneplacitum est ei. Dicamus secundum litteram. Quoniam dixerat, Non in fortitudine equi voluntatem habebit, et quasi bellatorem virum descripserat: videtur mihi hic, ubi dixit, non in tibiis, non vocare tibias, sed περικνημίδας. Videmus ergo quodcumque tibias tegit non placere Deo, sed illud quod sursum est. Non placet Deo in fortitudine, non placet in tibiis viri: placet autem in timore suo. Virtus non placet, timor placet. Bellantem destruit, rogantem elevat, humiles exaltat, superbos deicit.

Beneplacitum est Domino super timentes eum. Unus timor plures timores proicit. Nonne melius est unum timere, ut plures non timeas, quam plures timere, ut unum non timeas? *Et in eis qui sperant super misericordia eius.* Sperant non in operibus suis, sed in misericordia iudicis. Laudate Dominum, quoniam bonum psalmus; quoniam in eis, qui sperant super

3 *equitantur*] codd; *equitant* β. 4 *persecutorem*] BC; *persequentem* βGI, et omittunt *eum q. f. v. n. persequi.* 5 *Et equus ille est*] om. β. 6 *lancia*] B; *lantia* CG; *lancea* β. 7 *calcaneis*] codd; *calcaribus* β. 8. 10 *beneplacitum est*] codd. (gr. εὐδοκεῖ); *b. erit* β. 11 *in libidines*] *in libidine* β. 12 *electrum*] *electreus* β. 12 sq. *Si quid ... hoc*] *si quis ... huic* β. 13 *aurum*] *aureus* β. *gehennae praeparatur*] G; *g. praeparatum* C corr; *g. praeparatus* B; *gehenna praeparata est* β. 14 *b. est*] *b. erit* BCG. 16 *videtur*] *videte* G. *hic*] om. G. 17 περικνημίδας] *perignimis* C al. manu in rasura. *tegit*] BC; *tetigerit* GI; *texerit* β. 19 *viri*] om. G. 20 *elevat*] *levat* C. 23 *Nonne*] om. β. 24 *ut unum*] *et u.* G. *super*] *in* G. 25 *iudicis*] βBC; *iudicii* I, G ex *iudicia.* 26 *bonum*] *bonus* I, C 2 m. sup. lin; βI add. *est.* *in eis*] om. β.

12. *igneus*] Ezech. 1, 27 sq. — Hieron. in h. l. 'A lumbis et desuper electro comparatur... a lumbis vero et deorsum ignis erat resplendens in circuitu; ut ostenderet ea quae supra lumbos sunt, ubi sensus versatur et ratio, non indigere igne nec flammis... ea vero quae a lumbis deorsum, ubi coitus, ubi generatio, ubi incentiva vitiorum, purgatione indigere flammarum'.

misericordia eius, sola salvatio est. Cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO CXLVII.

Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. Modo audivimus sanctum presbyterum praedicantem, propter praevaricationem legis populum Iudaicum esse desertum : et quomodo nunc dicitur, Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion ? Deinde quid sequitur ?

Quoniam confortavit seras portarum tuarum. Ergo de ista Hierusalem loquitur ? de ista Sion ? Lauda Deum tuum. Quare ? Quoniam confortavit seras portarum tuarum. Non sunt portae : et quomodo serae salvae sunt ? *Benedixit filios tuos in te.* Quomodo benedixit, qui dixit ' Relinquetur vobis domus vestra deserta ' ?

Qui posuit fines tuos pacem. Ubi pax posita est, quae bello subversa est ? *Et adipe frumenti satians te.* Frumentum adipes habet ? O Iudaee responde, frumentum adipes habet ? Si ergo frumentum adipes non habet, et conpelleris necessitate spiritaliter intellegere, secundum istum versiculum et cetera intellegenda sunt. Lauda Hierusalem Dominum. Hierusalem, visio pacis. Lauda Deum tuum Sion. Sion specula interpretatur. Videtis ergo quid dicat, Lauda Hierusalem Dominum. Ubicumque visio pacis est, ubicumque contemplatio Dei, ibi laus Dei sit. Lauda ergo ecclesia Dominum, quando coeperis in illum credere et habere pacem, et coeperis videre pacem : hoc est Hierusalem, visio pacis. Qui prius eras idolorum, factus es servus Dei : lauda ergo Deum tuum. Quando vero coeperis iam habere scientiam, et esse speculatorium, hoc est Sion, lauda Dominum : hoc est, tu lauda Hierusalem, tu lauda Sion, tu ecclesiastica anima, tu ecclesia. Non laudent haeretici, non laudet synagoga, sed tu lauda. Quare ? Quoniam confortavit seras portarum tuarum. ' Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob '. Portas Sion diximus prophetas. Quoniam ergo portas Sion novimus prophetas

1 *salvatio est*] *salvatione sanantur* β ; GI add. *in secula*, et omittunt doxologiam. 3 *DE PSALMO CXLVII*] Brev. col. 1333. 5 *sanctum presbyterum praedicantem*] CI (*presbit.*) ; *sco presbytero praedicante* AB cod. Gratianop. 218 ; *sco prespitero predicantem* G ; *s. prophetam p.* β ; *sco spu praedicante* S. 10 *salvae sunt*] I om. *sunt*. 11 *filios tuos*] *filiis tuis* BC. 14 *satians*] CSG ; *satiat* βB, C sup. lin. 19 *Videtis*] *videte* I. 20 *sit*] BC ; *fit* β ; *est* ISG. 21 sq. *coeperis*] *coeperit* β. 22 *visio*] C 1 m ; *visionem* β et cet ; C sup. lin. 23 *eras*] β inser. *servus*, item S post ' idolorum '. 24 *speculatorium*] *speculatorum* B ; *speculator* A ; *specula* β. 26 *n. laudet synagoga*] *n. laudent synagogae* β.

12. *deserta*] Luc. 13, 35.
14. *Frumentum adipes habet ?*] Conf. supra p. 73, l. 29.
28. *Iacob*] Ps. 86, 2.

dici, videamus quae sint serae portarum. Vere enim ecclesiae portae prophetae sunt: nisi per prophetas ecclesiam ingredi non possumus. Manichaeus intrare voluit sine portis, et non intravit. Marcion non recipit vetus testamentum, et sine portis veteris testamenti in evangelium intrare non potuit. Nos ergo recipimus portas prophetas, et per portas ingredimur. Sed videamus quae sint serae portarum. Multi latrones, multi fures cupiunt intrare per portas. 'Omnes qui ante me venerunt, fures fuerunt et latrones'. O si et mihi concederet Dominus, ut sera essem de portis Sion! Si quis haereticorum per illas in evangelii dispositionem vellet intrare, ego starem in portis, et prohiberem illum. Quoniam confortavit seras portarum tuarum. Confortavit. Da mihi aliquem ecclesiasticum virum scripturis caelestibus eruditum: venire Eunomium, venire Arrium, velle tollere aliquid de prophetis contra nos: non stat quasi sera? non vincit quasi sera? Quoniam confortavit seras portarum tuarum. Pulchre dixit, confortavit: ut quando videris virum ecclesiasticum disputantem, non putes illum esse qui disputat, sed qui confortat ecclesiasticum. Et adipe frumenti satians te. 'Nisi, inquit, granum tritici ceciderit, ipsum solum salvum erit: si autem ipse ceciderit, multos salvos facit'. Dominus noster granum tritici in terram cecidit, et nos multiplicavit. Sed istum granum frumenti pinguissimum est, medullam habet, adipem habet, pinguedinem habet. Et adipe frumenti satians te. Felix est, qui in frumento isto adipem intellegit. Legimus sanctas scripturas. Ego corpus Iesu evangelium puto; sanctas scripturas puto doctrinam eius. Et quando dicit 'Qui non comederit carnem meam et biberit sanguinem meum', licet et in mysterio possit intellegi, tamen vere corpus Xpisti et sanguis eius

1 *Vere*] I; *verae* β et cet. 2 *nisi per prophetas*] codd; *sine prophetis* β. 3 *sine portis*] *si non per portas* G (pro *sed non per portas*?) *et non*] *sed non* S. *Marcion*] *Martion* CS; *Marchion* GI; *Marciam* B. 4 *recipit*] *recepit* BSG, C corr. 7 *ante me*] SG om. *me*. 9 *in*] om. SGI. *dispositionem*] *dispositiones* I; *disputationes* S. Cf. inscriptionem cod. G in adnot. crit. ad p. 1, l. 1 'dispositio sci hieronimi sup. sal.' 11 *Confortavit*] B add. *seras*; non repet. β; expunct. in C. 12 *scripturis*] *de scripturis* C. *caelestibus*] *divinis* GI. *eruditum*] β inser. *si viderit*. 13 sq. *non* ... *non*] *nonne* ... *nonne* β. 18 *salvum*] om. I. *ipse*] CS; *ipsum* β. 19 *istum*] BG, C 1 m; *istud* βS, C sup. lin. 20 *pinguedinem habet*] om. β. 24 *comederit*] *commederit* C corr. 25 *vere*] ABCGIS; *verius* β.

8. *latrones*] Io. 10, 8.

17. *Nisi, inquit* etc.] Conf. Iohan. 12, 24 sq.

24. *meum*] Io. 6, 54.

25. *vere corpus Xpisti e. s. e. sermo scripturarum est*] Hieron. in Eccle. 3, 13 (M. 23, 1092 A) 'Porro quia caro Domini verus est cibus et sanguis eius verus est potus, iuxta ἀναγωγήν hoc solum habemus in praesenti saeculo bonum, si vescamur carne eius et cruore potemur, non solum in mysterio, sed etiam in scripturarum lectione. Verus enim cibus et potus, qui ex verbo Dei sumitur, scientia scripturarum est'.

sermo scripturarum est, doctrina divina est. Si quando imus ad mysterium — qui fidelis est intellegit — si micula ceciderit, periclitamur. Si quando audimus sermonem Dei, et sermo Dei et caro Xpisti et sanguis eius in auribus infunditur, et nos aliud cogitamus, in quantum periculum incurrimus? Et adipe frumenti satians te. Pinguissimus sermo divinus est, omnes habet in se delicias. Quidquid volueris, ex sermone divino nascitur: sicut tradunt Iudaei, quoniam manna quando comedebant, secundum voluntatem uniuscuiusque, sic sapiebat in ore. Verbi causa, qui manna comedebat, si desiderabat mala, si pirum, si uvam, si panem, si carnes, secundum qualitatem et voluntatem comedentis, ita et sapor in manna erat. Sic et in carne Xpisti, qui est sermo doctrinae, hoc est, scripturarum sanctarum interpretatio, sicut volumus, ita et cibum accipimus. Si sanctus es, invenis refrigerium : si peccator es, invenis tormentum. Et adipe frumenti satians te. Non dimittit aliquas reliquias. Benedixit filios tuos in te. 'Quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri'. Qui posuit fines tuos pacem. In alio psalmo legimus : 'Et factus est in pace locus eius'. 'Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis'. Pacem meam : non sicut mundus habet pacem, siquidem mundi pax nostrum bellum est. Meam pacem do vobis. Bellum habetote cum mundo, et meam pacem habebitis. Qui posuit fines tuos pacem. Qui ergo non est in pace cum fratre, iste non est in finibus Hierusalem. Dicat aliquis : Quid facio? non vult mihi reconciliari frater, ergo extra fines sum Hierusalem? 'Quantum, inquit, ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes'. 'Cum his qui oderant pacem, eram pacificus'. Tu habeto pacem : si alius irascitur, ille bellum habet, et per bellum illius tibi pax nascitur. Vultis scire quomodo et bellum et pax sit? Infelix Iudas veniebat ad proditionem, et Dominus ei pacem ab osculo porrigit : ille de osculo bellum creat.

2 *si micula*] S ; *si macula* ABCGI ; *si in maculam* β. *periclitamur*] *periclitatur* β ; *periculamur* G. 3 *et sermo Dei*] om. GI. 4 *auribus*] βB add. *nostris*. 8 *Verbi causa*] *ac si dixisset* β. 10 *qualitatem*] *quantitatem* BCSG. *comedentis*] *commed.* C corr. 12 *cibum*] om. G. 13 *invenis*] *invenies* GI. *tormentum*] *tormenta* BC. 14 *dimittit*] *dimittat* B. 15 *filios tuos*] *filiis tuis* BC. 18 *Pacem meam*] non repet. βB. *mundi*] *mundo* G. 19 *nostrum*] *nostra* G. 24 *oderant*] *oderunt* βG. 25 *si alius irascitur*] om. C. 26 *et bellum et pax*] BCGI ; *et bellum pax* β ; *in bello et pax* S. 27 *pacem ab osculo*] I ; *p. obusculo* G ; *pacem osculo* C ; *pacem et osculum* S ; *pacis osculum* βB. *porrigit*] *porregit* BG. *de osculo*] S ; β et cet. om. *de*.

16. *fieri*] Io. 1, 12.
17. *eius*] Ps. 75, 3.
18. *vobis*] Io. 14, 27.
24. *habentes*] Rom. 12, 18.
pacificus] Ps. 119, 7.

Qui emittit eloquium suum terrae. Responde Iudaee : si de frumento dicebat, Et adipe frumenti satiat te, quomodo nunc dicit, Qui emittit eloquium suum terrae? 'In principio erat Verbum'. Hoc Verbum in carne mittitur. 'Et verbum caro factum est, et habitavit in nobis'. Qui emittit eloquium suum terrae. Eo tempore conpletum est 'Terra dedit fructum suum'. Qui emittit eloquium suum terrae. De praedicatione loquitur evangelica, de doctrina apostolorum. Denique sequitur : *Velociter currit sermo eius.* In omni enim terra auditus est sermo eius, et in orbe terrarum apostolica doctrina. Unus homo pauper iam senex praedicavit ab Hierusalem usque ad Illyricum, et velociter currit sermo eius. Quoniam ergo venerat de Hierusalem usque ad Illyricum, et velociter cucurrerat sermo eius, deinde sequitur, et dicit ipse sermo qui praedixerat, De Hierusalem usque ad Illyricum : 'Volo autem ire et ad Hispanias'. Hoc loquitur apostolus Paulus. Videte velocitatem sermonis. Non est contentus ad orientem : ad occidentem currere desiderat.

Qui dat nivem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit. Mittit crystallum suum sicut buccellas. Videte quanta sit difficultas, quam obscura sint quae dicuntur. Ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Cuius? nihil dicitur. Deinde dicitur :

Emittet eloquium suum, et liquefaciet ea. De illo de quo dixerat, Emittit eloquium suum terrae : Emittet verbum suum. Quis emittet? Deus Pater. 'Et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum'. Diximus Patrem, diximus Filium : non possumus in duplici numero credere, nisi conpleatur Trinitas. *Flabit spiritus eius, et fluent aquae.* Videtis quoniam ubi Pater et Verbum Dei, statim et Spiritus sanctus est. Videamus ergo ab initio quid dicitur. Et adipe frumenti satiat te : emittit eloquium suum terrae, velociter currit sermo eius. Repente quid sequitur? Qui dat nivem sicut lanam. Sermo Domini, qui velociter currit, sic datur quasi nix, et ipsa nix est quasi lana. Videte misericordiam Domini. Cibus Domini nobis in vestimentum vertitur. Dixerat Iohannes de Domino Salvatore : 'Ecce

3 *in carne*] *in carnem* C (*m* add. sup. lin.). 8 *In omni e. terra*] *In omnem e. terram* G. *orbe*] *orbem* SG. 10 *et velociter*] IS om. *et*. 11 *cucurrerat*] C ; *curreret* B ; *currat* S ; *cucurrit* β. 12 *qui pr.*] *quem pr.* I. 13 *ire*] om. I. *Hispanias*] *Spanias* BSG. 14 *sermonis*] *sermonum* S ; *sermonem* G. 16 *sicut cinerem*] *sicut qui c.* G. 17 *suum*] omnes codd. 18 *sint*] *sunt* SGI. *sustinebit*] *subsistit* G. *nihil*] *hic non* S. 20 sq. *Emittet*] *emittit* saepe codd. qui tamen non sibi constant. 23 *in duplici numero*] *i. duplo n.* β ; *in duplici numerum* G ; *in duplicem numerum* C al. manu. 26 *emittit*] *qui e.* SG.

3. *Verbum*] Io. 1,1.
4. *in nobis*] ibid. 14.
6. *suum*] Ps. 66, 7.
10. *ad Illyricum*] Rom. 15, 19.
13. *ad Hispanias*] ibid. 24.
22. *Verbum*] Io. 1, 1.

Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi '. Et in alio loco Esaias: 'Quasi ovis ad victimam ductus est '. De isto igitur agno et de ista ove lana ista est quasi nix. Dicit Esaias : ' Si fuerint peccata vestra quasi coccinum, quasi nix dealbabuntur '. ' Asparges me hysopo, et mundabor : lavabis me, et super nivem dealbabor '. Qui dat nivem sicut lanam. Tolle Domine sordes meas, tolle quodcumque vitii est. Nivem tuam et puritatem tuam tribue mentibus Xpistianis. Nisi tu nobis nivem dederis munditiarum tuarum, vestimentum tuum habere non possumus. Xpistus vestimentum nostrum est. Si volumus Xpisti habere vestimentum, mundi simus quasi nix. *Nebulam quasi cinerem spargit.* Male interpretatus est latinus, *nebulam* : quod enim ὁμίχλη dicitur in graeco, in hebraico habet *pruinam*. Denique ita sequitur : Pruinam sicut cinerem spargit. Docet nos, et facit nobis vestimentum quasi nivem ; et cum nos vestierit vestimento suo, tunc nobis tribuit alimenta. Pruinam sicut cinerem spargit. Vide quid dicit, sicut cinerem. Vis esse mundus ? age paenitentiam. ' Panem meum sicut cinerem manducavi, et potum meum cum fletu miscebam '. Nonne vides quomodo pruinam suam sicut cinerem spargit ? Grandis rerum mutatio : de cinere nix fit, de paenitentia mundus efficitur.

Mittit crystallum suum sicut buccellas. Quomodo panes eius franguntur, et buccellae fiunt; sic et crystallum hoc frangitur, et in buccellas vertitur. Crystallum naturam hanc habet, si quando aquae congelantur : quod nos glaciem dicimus. Inter crystallum ergo et aquam hoc interest, quod est inter aquam et glaciem : quoniam aqua quasi latissime funditur, ceterum crystallus quasi conpingitur in se, et in unam formam redigitur. Si quando aqua congelescit, crystallum efficit. Quoniam ergo nos toto verbo

1 *peccata*] βIS ; *peccato* G ; *peccatum* C. 2 *de ista ove*] *de ista lana quae est de ove illa, ipsa est quasi nix* I. 4 *nix dealbabuntur*] *nivem dealbabo* βI. 6 *vitii*] *viti*(*osum* add. sup. lin.) C ; *inutilae* B. 17 *quomodo*] *quoniam* G. 19 *Mittit*] *mittens* S. *eius*] om. β. 20 *crystallum hoc*] *crystallus* β. 21 *Crystallum*] *crystallus* β ; *cristallus* BI ; *chrystallus* C. *si quando aquae*] CSG ; *si quandoque* B ; *sicut aquae quando* β ; *sicut aqua* I. *congelantur*] *congelascit* I. 22 *quod est*] β, C sup. lin ; *hoc est* ISG, C corr ; om. B. 23 *aqua*] om. G. *quasi*] ISG ; om. βB ; expunct. in C. 24 *crystallus*] *christallum* C (*m* in *s* sup. lin.) 25 *congelescit*] B ; *congeliscit* S ; *congeliscet* G ; *congelascit* β. *efficit*] *efficitur* S. *toto verbo carnes*] C sup. lin. ex *tota verbo carnis* ; *toto verbo carnis* B ; *toto ergo verbo carnis* G ; *tota verba* S (om. *carnes*) ; *in totum Verbi carnes* β.

1. *mundi*] Io. 1, 29.
2. *ductus est*] Is. 53, 7.
4. *dealbabuntur*] Is. 1, 18.
5. *dealbabor*] Ps. 50, 9.
11. *in hebraico habet pruinam*] Psalt. hebr. Hieron. ' pruinas quasi cinerem spargit '.
16. *miscebam*] Ps. 101, 10.
21. *Crystallum naturam hanc habet* etc.] Hieron. in Ezech. 1, 22 sqq. ' habens speciem crystalli, quod est purissimum et ex aquis mundis atque lucentibus nimio frigore concrescere (*al. mss.* congelascere) dicitur : in tantum ut

carnes capere non possumus, frangitur, ut per partes illas capiamus. Res sunt obscurae, et interpretationis difficultas non nobis concedit latius loqui. *Ante faciem frigoris eius quis sustinebit?* Cuius? Dicunt alii crystalli, alii vero dicunt Dei. Mihi autem videtur, Ante faciem frigoris eius quis sustinebit? de Deo dici. De Deo dico, Ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Quae tormenta dicuntur in scripturis sanctis peccatori praeparata? Nihil gehenna calidius est, et tamen ipsa frigida est. Gehenna ex igne est: sed si quis satis refrixerit, mittitur in gehennae ignem. Scriptum est, quoniam in novissimis diebus ' refrigescet caritas multorum '. Quicumque ergo sic infrixerit, iste mittitur in ignem. Dominus nobis praestet, ne quando frigus ingrediatur corda nostra: non peccamus, nisi ante refrixerit caritas. Denique quid loquitur et apostolus? ' Spiritu ferventes '. ' Deus noster ignis est '. Si ergo Deus ignis est: propterea ignis est, ut frigus diaboli eiciat. ' Aquilo, ventus frigidissimus; nomine autem dexter vocatur '. Pulchre dixit, vocatur: adsumpsit sibi nomen, cum sinister sit. Si cuius ergo anima refrixerit, ut aquilo ventus frigidissimus: si quando autem calor caritatis in corde nostro refrigescat, si peccaverit, si refrixerit, si mortuus fuerit... Diligenter adtendite quod dico: si refrixerit, si mortuus fuerit. Frigescere autem mortuorum est, calere viventium. Si quis ergo refrixerit, et mortuus fuerit, mittet Deus verbum suum, et liquefaciet eum. Dominus praestet, ut et nostrum frigus liquefiat, ut crystallum illud solvatur et molle fiat. *Emittet verbum suum, et liquefaciet ea.* Da mihi peccatorem, qui Deum non respicit, non habere calorem, sed

1 *frangitur*] B; *franguntur* β et cet. *per*] om. C. 3 *loqui*] om. B. 4 *vero dicunt*] om. β. 5 sq. *De Deo dico ... sustinebit*] om. β. 7 *Nihil gehenna calidius est*] *n. gehenne adlidius e.* B; *gehenna calida est* C. 8 *si quis satis*] codd; *si quis a caritate* β. *refrixerit* CGI; *refrixerint* S; *refrigeret* B; *refriguerit* β. *mittitur*] *miletur* C; *mittuntur* BSG. 9 *refrigescet*] *refrigescit* S; *refrigessit* B; *refrigescat* IG, C corr. 10 *infrixerit*] BS; *infriguerit* β; *restixerit* C. 12 *refrixerit*] BC; *refrixerat* G; *frixerit* S; *refriguerit* β. 16 *ut aquilo*] β; *et aquilo* BCSG; *est aquilo* I; *aquilo* A, et suppl. *est* sup. lin. *frigidissimus*] β add. *est.* 17 *si quando*] I; om. β et cet. *refrigescat*] BCSG; *frigescat* I; *refrigescit?* β. 19 *Frigescere*] *refrigescere* βI. 21 *liquefiat*] *liquefaciat* SG. 23 *qui Deum*] S; *qui dnm* CGI; *quem Dominus* βB.

etiam gelu constricta aqua graeco sermone χρύσταλλος nominetur '.

1. *illas capiamus*] Hieron. in Is. 48, 20 sqq. ' Scinditur autem sermo divinus et in multas partes dividitur, ut quem totum suscipere non possumus, sumamus in partibus '.

9. *multorum*] Matth. 24, 12.

12. *ferventes*] Rom. 12, 11.

13. *ignis est*] Deut. 4, 24.

15. *vocatur*] Prov. 27, 16 sec. LXX.

cum sinister sit] Hieron. ep. 78, mans. 4 ' possessor aquilonis venti frigidissimi... qui cum sit frigidissimus, nomine dexter vocatur, falsum sibi assumens vocabulum virtutis et dextrae, cum totus sit in sinistra '.

totum esse frigidum, et mortuum : si ad sermonem Dei conpunctus fuerit, et coeperit agere paenitentiam, et durissima cordis illius emollita fuerint, eo tempore conpletur, Emittet verbum suum, et liquefaciet ea. Emittit Pater, Verbum mittitur, iungitur Spiritus sanctus. *Flabit spiritus eius.* ' Spiritu ferventes '. Frigus non expellitur, nisi calore Spiritus sancti. Ubi sunt Eunomii, Arrii, ubi sunt Macedoniani, qui dicunt : Spiritum sanctum non numeramus cum Patre et Filio? Deus Pater mittit, Verbum mittitur : et tamen plena sanitas non est, nisi Spiritus sanctus flaverit. *Flabit spiritus eius, et fluent aquae.* Aquae. Quod ante durum erat, molle fiet. Qui ante iustitiam ulli dare non poterat, iste discipulus est.

Quoniam autem multa loquuti sumus, et quae secuntur manifesta sunt, oremus Dominum, ut et nostra duritia mollescat, ut et nostra peccata purgentur, ut efficiamur quasi ignis, ut et frigus diaboli, quodcumque est in cordibus nostris, expellatur, ut caleamus Spiritu sancto. Est quippe et malus calor. ' Omnes adulterantes, quasi clibanus corda eorum '. Sed ille calor calore Spiritus sancti expellitur. Cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO CXLVIII.

Iste psalmus duo *alleluia* habet in titulo ; et hoc multi putant, quoniam in titulo sint psalmi ipsius. Scire autem debemus, quoniam unum alleluia de fine superioris psalmi est, aliud alleluia initium sequentis psalmi est. Et hanc regulam debemus accipere, et scire, quoniam omnes psalmi, qui in principio habent alleluia, et in fine habeant. Multi autem putant, quoniam alterius psalmi principium sit. Non est ita : sed ille psalmus, qui in principio habet alleluia, ipse et in fine habet alleluia. Hoc totum quare dixi? Ut sciatis quare in isto psalmo duo alleluia praeposita sint.

2 *durissima cordis*] CS ; *durissima corda* G ; *durissimum cor* βBI. *emollita fuerint*] CS ; *emollitum fuerit* βBIG. 4 *iungitur*] codd ; *ungit* β. 6 *Eunomii*] BC ; *eunumii* G ; *semi* S ; *Eunomiani* β ; *eunominiani* I. *Arrii*] BS, C (sup. lin. add. *an*) ; *arrium* G ; *arriani* I ; *Ariani* β. *Macedoniani*] *machedoniani* SG ; *machidonae* B. 7 *non numeramus*] CS ; *non enumeramus* G ; *non meramus* B ; *non enumeremus* I ; *non numerari* β. 9 *Aquae*] non repet. CS. *Quod a. durum erat*] BCS ; *quod a. dure erant* G ; *quae a. durae erant* β. 10 *molle fiet*] BS ; *m. fiat* C corr ; *mollefiet* A ; *mollefiant* G ; *molles fiant* I ; *molles fient* β. *ante iustitiam*] *antitiam* G. *ulli dare*] scripsi ; *ulli dari* A ; *illi dare* BCI ; *ille dare* G ; *audire* S ; *audire vel dare* β. *iste*] β add. *nunc*. 13 *ignis*] β ; *nix* codd. 14 *ut caleamus*] *et cal.* βB. 16 *expellitur*] GI om. doxologiam. 18 *DE PSALMO CXLVIII*] In Brev. col. 1337, ubi tamen nonnulla suppositicia in fine adduntur. 20 *sint*] *sit* BCG. *ipsius*] codd ; *posita* β. *debemus*] *debes* C. 23 *habeant*] *habent* B, I (*a* erasa). 26 *sciatis*] *siatis* B corr.

15. *eorum*] Os. 7, 4.
25. *et in fine habet alleluia*] Conf. Commentariol. ps. 104, p. 77, l. 6-13.

Laudate Dominum de caelis, laudate eum in excelsis. Ad laudem Dei sola hominum natura non sufficit: iungantur et caeli. Laudate Dominum de caelis. Non dixit, laudate caeli; sed vos laudate qui estis in caelis, hoc est, qui habitatis in caelis, throni, dominationes, potestates, seraphin, cherubin, et omne nomen quod nominatur, non solum in praesenti saeculo, sed et in futuro. Laudate Dominum de caelis. Qui estis in caelis, qui estis in excelsis, laudate eum in excelsis. Excelsi, laudate Excelsum. Non dixit humilibus et deorsum positis, laudate: sed vos qui in sublime estis.

Laudate eum omnes angeli eius. Vides in quo gradu sunt angeli? Primum throni dicuntur: throni, sedes. Non putemus cathedras esse, in quibus Deus sedeat: sed virtutes aliquas in caelestibus, in quibus Deus semper sedeat quasi in quadriga sua. Laudate eum omnes angeli eius. Omnes angeli eius. Qui angelus est, laudet: qui daemon est, laudare non potest. *Laudate eum omnes virtutes eius.* Quia ad laudes Dei angelos provocavimus, et homo cunctarum virtutum nomen scire non possum, generaliter dico: Laudate eum omnes virtutes eius. Hucusque de invisibilibus. Laudate, ea quae estis invisibilia, quae humanus oculus non potest intueri. Nunc venit ad creaturas quas oculis cernimus.

Laudate eum sol et luna. Videte, gentiles: videte, Manichaei. Sol laudat, non laudatur. Laudate eum sol et luna. Vos solem deum dicitis. Ecce post quanta laudat. Laudate de caelis, laudate in excelsis, laudate angeli, laudate omnes virtutes. Deus vester in quinto gradu laudans ponitur. Laudate eum sol et luna. Non dixit, luna et sol: sed, sol et luna. Quod maius in lumine est, prius laudat. Videte ordinem visibilium. Laudate eum, sol: post solem, luna: post lunam, omnes stellae. Omnes stellae: non tantum lucifer, non tantum maiores stellae, sed et minores pariter laudent Dominum. Dicat aliquis: Quomodo sol et luna et stellae laudant Deum? In eo quod a suo officio et servitio non recedunt. Servitium ipsorum, laus Dei est. Grandem honorem habes, humana anima. Sol et luna et stellae pro te currunt, pro te serviunt. Angeli, throni, dominationes non

2 *sufficit*] *sufficiet* I. *iungantur*] *iungatur* SG. *caeli*] *caelu* S. 4 *seraphin*] *syrabin* B. 5 *cherubin*] *cerubim* C. 8 *in sublime*] *in sublimi* βI. 10 *sunt*] *sint* BC. *Primum*] *primi* B. 11 *throni sedes*] C interser. *sunt* sup. lin; S add. *interpretantur.* 13 *sedeat*] *sedet* S. 14 *Omnes a. eius*] non repet. βI. *laudet*] *laudat* β. *Qui daemon est*] *qui non est angelus* I. 15 *provocavimus*] *provocamus* C. 16 *non possum*] CSG; *n. possumus* I; *n. potest* β. 18 *ea quae*] CS; *ea qui* B; *eum quae* I; *ei qui* G; *eum qui* β. *invisibilia, quae*] codd; *invisibiles. Invisibilia* β (om. *quae*). 25 *maius in lumine est*] *magis inluminat* I.

6. *in futuro*] Ephes. 1, 21.

habent solem necessarium, non lunam, non stellas: super solem enim et lunam sunt in caelestibus. Sol ergo et luna et stellae propter nos sunt, nobis serviunt. Dicit et apostolus, quod et ipsa creatura congemiscit, et parturit in liberationem filiorum Dei. Quando autem filii Dei adsumpti fuerint, et ipsa creatura de hoc servitio liberatur. Dicat aliquis: Quomodo sol servit, et liberatur? quomodo luna? quomodo stellae? Liberatur sol, ne Iudaeos videat, ne gentiles, ne blasphemantes Dominum suum. Videt parricidas, videt homicidas: et tamen servit imperio eius qui iussit. 'Solem enim suum oriri facit super iustos et impios'. Laudate eum, omnes stellae et lumen. Dicat aliquis: Quod est lumen sine sole, sine stellis, sine luna? Dicere possumus, inter noctem et diem, vel inter diem et noctem, quod absque sole lucent: licet multi putent ipsum splendorem solis esse. Dicit igitur, Laudate eum omnes stellae et lumen, ut quomodo de invisibilibus dixerat, Laudate eum omnes virtutes eius, sic et de visibilibus dicat, Laudate eum omne quod lucet.

Laudate eum caeli caelorum. Plures caelos dicimus. Denique et Paulus in tertium caelum raptum se esse dicit. Videte igitur quantus fulgor est, ut caelum caeli sit. Et cetera, quae secuntur, dixit de visibilibus.

Quia ipse dixit, et facta sunt. Dei iussisse, fecisse est: imperium fabrica est. Quia ipse dixit, et facta sunt: secundum illud quod in Genesi scriptum est, Et dixit Deus, et fecit Deus: hoc est, dixit Deus Pater, fecit Deus Filius. Dicat aliquis: Ergo maior est ille qui iubet, et minor iste cui iubetur. Dicunt hoc Arriani, dicunt hoc Eunomiani, et dicunt hoc Macedoniani. Respondeo tibi secundum sensum tuum, o haeretice. Dicis: maior est Pater qui iubeat, et minor est Filius in eo quod iubeatur ab illo. Si hoc secundum sensum humanum, responde mihi: quid est maius, iubere, an facere? Dico, Fiat domus: et alius facit domum. Dicere nihil grande est: facere difficile. Maior ergo ille qui facit, quam qui praecipit. Sed et hoc impium est: non enim Filius maior est Patre. Sicut enim hoc impium est de Filio contra Patrem credere, sic et illud impium est de Patre contra Filium credere. *Quia ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit,*

2 *ergo*] *enim* β. 3 *congemiscit*] *congemescit* IS, C corr. 4 *in liberationem*] *in liberatione* βI. *filiorum*] S; *servorum* β et cet. 5 *liberatur*] *liberabitur* I (*bi* add. manu antiq. sup. lin). 11 *possumus, inter*] BC om. *inter*. 12 *lucent*] codd; *lucet* β. *putent*] *putant* B. 16 *et Paulus*] CGI (C add. *usque*); *apostolus* βBS. 18 *de visibilibus*] *de invis.* CS. 21 *Deus Pater*] S om. *Deus*. 22 *Deus Filius*] βBI non repet. *Deus*. 23 *Eunomiani*] *eunominiani* B, C corr, G (*ni* add. sup. lin.). 25 *iubeat*] βBG; *iubet* CS. *quod iubeatur*] *q. ei i.* I; *a* in C expuncta est. 26 *humanum*] β inser. *accipis*. 28 *difficile*] C add. *est*.

4. *Dei*] Rom. 8, 22. 19. 17. *in tertium caelum*] 2 Cor. 12, 2.
9. *impios*] Matth. 5, 45.

et creata sunt. Una natura iubet et facit : Deus iubet, Deus facit. Iubet pictor ut pingat pictor, et pictor pingit quod pingi praeceperat.

Statuit ea in saeculum, et in saeculum saeculi : praeceptum posuit, et non praeteribit. Grandis hominis honor, et grandis infelicitas. Sol tibi currit, elementa tibi serviunt : et tu ignoras creatorem tuum. Praeceptum posuit, et non praeteribit. Praeceptum soli posuit : ecce per tantos annos praeceptum Dei numquam praeteriit. In tantum non praeteriit, ut cursus eius et humana observatione conprehensus sit. Praeceptum posuit, et non praeteribit. Lunae praeceptum posuit, ut per triginta dies crescat atque decrescat : numquid cursus suos aliquando mutat ? In caelo praeceptum Dei servatur, et in terra non servatur. Mari praeceptum posuit, ut litora sua non egrediatur : venit oceanus tumens fluctibus, et in se redit, et praeceptum Dei meminit. Totus mundus Deo servit, et praeceptum eius meminit : et homo solus non meminit. Ideo dicimus et in oratione dominica : ' Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra '. Sicut in caelo angeli tibi serviunt, et creatura servit, ita serviat et homo. O infelix hominum genus ! Descendit ad te Deus, quoniam tu ad caelum non vis ascendere Non tibi sufficit quod non suscipis, sed occidis : occidis, crucifigis, blasphemas, flagellas. Non tibi sufficit quod occidis : sed nec paenitentiam agis, quod occideris. Dixit de invisibilibus, dixit et de visibilibus, sed de visibilibus caelestibus : nunc etiam de terra. Videte ordinem laudationis. Primum laudant invisibilia, deinde visibilia : et ipsa visibilia dividuntur in duo, in caelestia et in terrestria. Dixit de caelestibus, nunc dicit de terrestribus.

Laudate Dominum de terra. Quoniam laudaverunt angeli, laudavit caelum : laudet et terra. Videamus de terra qui prius laudent. *Dracones et omnes abyssi : ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quae faciunt verbum eius : montes et omnes colles, ligna fructifera, et omnes cedri : bestiae, et universa pecora, serpentes et volucres pennatae.* Post tanta quid dicitur ? Post dracones, post serpentes, post ignem, post grandinem, post bestias et universa pecora ? O homo, qui tibi grandis videris, de te dicitur : et non de simplici homine, sed de his hominibus qui inter homines

8 *et hum.*] CSG ; *ex h.* β ; *in h.* B ; *ab h.* I. *observatione*] *racione* S. 11 *litora*] codd ; *litt.* β. 12 *in se*] *ipse* BC. 14 *non meminit*] *non memorat* G. 18 *occidis*] non repet. βBS. 21 *nunc*] BC inser. *dicit.* *laudationis*] *laudantis* βB. 26 *laudent*] β, C (*n* add. sup. lin) ; *laudet* BS ; *laudit* G. 32 *hominibus*] om. C.

15. *in terra*] Matth. 6, 10.
16. *serviat et homo*] Hier. in Matth. 6, 10 ' *Fiat voluntas t. s. i. c. e. in terra.* Ut quomodo angeli tibi inculpate serviunt in caelis, ita et in terra serviant homines '.

maximiores sunt. *Reges terrae, et omnes populi : principes, et omnes iudices terrae.* Deinde sequitur : *Iuvenes et virgines, senes cum iunioribus laudent nomen Domini : quia exaltatum est nomen eius solius,* et cetera quae secuntur. O quanta in istis mysteria continentur ! Laudaverunt caelestia, laudaverunt invisibilia, laudaverunt visibilia : nunc ad terrena descendit, et ad laudationem Dei primum dracones et abyssi concitantur. ' Ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia '. Qui primum draco eras, qui habebas venena serpentis : o tu qui primum abyssus eras, et tenebrae super abysso ferebantur. Videte quid dicat. Ubi dracones, ibi venena : ubi abyssus, ibi tenebrae. Ne desperes igitur, o tu qui draco eras, qui tenebrosus eras, et Deum laudare non audebas ; age paenitentiam, et statim converteris. Licet in hebraeo non habeat dracones, sed habeat THANNINIM, quod interpretatur cete. Dicitur autem cetus infinitae esse magnitudinis. Denique ipse cetus in abyssis esse dicitur. Dicamus igitur primum secundum litteram. Videte quid dicat. Laudate ea quae in mari sunt, et laudate ea quae extra mare sunt : dracones et omnes abyssi. A parte totum συνεκδοχικῶς. Deinde sequitur ignis. Videte concordationem discordiae : aqua et ignis simul laudant Dominum. *Dracones et omnes abyssi, ignis.* Universa quae nascuntur ex aqua, nascuntur et ex igne, hoc est, ex umore et calore : nec ignis solus generare potest sine umore, nec umor sine igne. Non est tam contrarium, quam umor calori, et calor umori ; tamen voluntate Dei haec, quae inter se diversa sunt, in nostra nativitate concordant. *Grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quae faciunt verbum eius.* Multa sunt quae dicantur, et in singulis inmorari non possumus. Grando, nix, glacies, spiritus procellarum. Omnia quae videmus in mundo, nobis serviunt. Serpentes et abyssi, ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum videntur sine ratione esse : sed nobis serviunt. Die hesterna tempestas fuit, videbatur nobis esse contrarium : erat frigus, erat umor, erant pluviae. Hoc quod ad horam nobis videtur esse contrarium, pro

1 *maximiores*] ACGI, *maximioris* B ; *maximi...* S ; *maiores* β. 5 *laudaverunt visibilia*] SG ; om. β et cet. 9 *super abysso*] *super abyssum* C ; *super abysos* S. 9 sq. *ibi ... ibi*] scripsi ex coniectura ; *ubi ... ubi* β et codd. 12 *THANNINIM*] scripsi ; *thaninim* β ; *theminim* S ; *tennim* C ; *tenin* I ; *enim* G. 13 sq. *cetus*] codd ; *cete* β. 17 *concordationem discordiae*] ACS ; *c. discordiam* G ; *concordantem discordiam* β ; I om. *discordiam*. 18 *aqua*] C ; *aque* SG ; *aquae* βI. 21 *Non*] codd ; *nihil* β.

7. *gratia*] Rom. 5, 20.

12. *THANNINIM q. interpretatur cete*] Hieron. in Is. 27, 1 ' Secundo enim loco in praesenti capitulo in hebraico non appellatur Leviathan, sed *thannim*, quod proprie cetum sonat ' ; ibid. 43, 16 sqq. ' Pro *draconibus*, quos solus Theodotio, ut in hebraico scriptum est, appellavit *thannim* ' etc.

17. συνεκδοχικῶς] Conf. not. supra p. 200, l. 20.

nobis est: fructum enim nobis parit. Videte enim quid dicat: illa et illa, quae faciunt verbum eius. Erubesce, homo: serpentes et abyssi, nix, pluviae et tempestas verbum Dei faciunt, et tu non facis. *Montes et omnes colles.* Nec montes mutantur in colles, nec valles in montes: servant naturam suam. *Ligna fructifera, et omnes cedri.* Lignum vides quasi siccum amissis foliis: et statim cum ver venerit, tibi mittit germen, tibi fructus parturit. Lignum tibi fructum parit, et tu Deo fructus non paris. *Et omnes cedri.* Imitare cedrum: cedri nituntur ad alta, quasi ad caelum ire festinant. Et tu imitare ligna inrationabilia. *Bestiae, et universa pecora.* Nihil mutant naturam suam: omnia stant in ordine suo, absque solo homine, cui omnia subiecta sunt. *Serpentes, et volucres pennatae.* Neque ea quae de terra sunt ad caelum vadunt, neque ea quae in caelo sunt ad terram veniunt: tibi serviunt. Dicat aliquis: Secundum historiam loqueris, non dicis allegorice: si secundum historiam dicis, quare primum abyssi, et nix, et grando, deinde ligna fructifera, et cetera inrationabilia laudant Dominum, et extremum homo? Legamus Genesim, et secundum ordinem nativitatis et creaturarum, ita et videbimus cuncta laudare. Ibi enim scriptum est, primum eas animantes factas esse, quae in aqua sunt: deinde ea facta, quae in terra sunt: deinde facta volatilia: et postea hominem unum fecit. Igitur sicut primum factum est, sic laudet Dominum. Sed alius sensus est. O homo, universa haec quae dixi, cuius causa facta sunt? Bestiae, serpentes, ligna fructifera, volucres pennatae: haec universa in eo laudant Deum, quia non mutant naturam suam. *Praeceptum enim posuit, et non praeteribit.* Imitare ergo ea quae tibi serviunt. Illa facta sunt, ut tibi serviant: tu factus es, ut Deo servias. Illa tibi serviunt: imitare servientia tibi, et servi Deo, sicut et illa tibi serviunt, et per Deum serviunt. Cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO CXLVIIII.

Centesimus quadragesimus nonus psalmus lectus est, qui habet in principio: *Cantate Domino canticum novum.* Dixit sanctus presbyter,

1 *parit*] *parant* C. 6 *et statim cum ver venerit*] CSGI; *et statim cum venerit estas* A; *aestas cum venerit* β. 10 *Nihil mutant*] GIL; *non mutant* β; *nihil mutat* CS. 11 sq. *Neque e. q. de terra ... vadunt*] om. β. 12 *de terra*] CS; *ad terram* G, *a terra* L; *in terra* I. 13 *tibi*] codd; *sed ibi Deo* β. 16 *extremum*] *ad extremum* β. 19 *ea facta*] *eas facta* G. 20 *laudet*] codd; *laudat* β. 21 *haec*] *ista* β. 23 sqq. *Praeceptum enim* etc] Clausula in β longior est, et ab Hieronymo prorsus aliena. 26 *servientia*] S; *servienti* G, C (mutat. in *servientes*); *servientem* L. 27 *serviunt*] GI om. doxologiam. 28 *DE PSALMO CXLVIIII*] Brev. col. 1341. 30 *Dixit sanctus presbyter*] *d. s. propheta* C; *d. scy pr.* G; om. βS.

quia et nonagesimus quintus psalmus et nonagesimus septimus eadem habent principia. Nonagesimus quintus psalmus hoc titulo praenotatur: 'Psalmus David quando domus aedificabatur post captivitatem'. Domus Xpisti aedificatur post captivitatem, id est, post paenitentiam. Quoniam igitur dixit de primo, Cantate Domino canticum novum, ut novus populus cantet canticum novum, et bene dixit, nos ad reliqua percurramus.

Laetetur Israhel in eo qui fecit ipsum. Ille laetetur, qui sensu videt Deum: Israhel enim hoc interpretatur, sensu videns Deum. *Et filii Sion exultent in rege suo.* Filii ecclesiae, filii novi populi, exultent in rege suo: in Xpisto, qui regnat eis. Videtis quomodo leviter summa quaeque perstringimus.

Laudent nomen eius in choro. Ubicumque chorus est, ibi diversae voces in unum canticum congeruntur. Quomodo enim diversae cordae unam vocem efficiunt cantici; sic et diversae voces, hoc est, cum simul fuerint congregatae, chorum Domini efficiunt. Laudent nomen eius in choro: ubi dissensio est, ubi invidia, ibi chorus non est. *Laudent nomen eius in choro: in tympano et psalterio psallant ei.* Chorus iste canticum habeat, et tympanum habeat et psalterium. Crucifigamus corpora nostra Xpisto, et tali tympano canamus Deo. In tympano et psalterio psallant ei. Tympanum non habet carnes, sed pellem: et nos quamdiu carnei sumus, non sumus tympanum. Tympanum non est, nisi quod non habet carnes, nisi quod tenditur: tympanum non potest esse contractum, sed extensum. Et nos peccata non contrahant, sed iustitia dilatet. Ad reliqua percurramus. In tympano et psalterio psallant ei. Quod in choro dicimus, hoc dicamus in psalterio. Psalterium proprie genus organi est musici, quod est quasi cithara. Similitudinem habet citharae, sed non est cithara. Inter psalterium et citharam hoc interest: cithara deorsum percutitur, ceterum psalterium sursum percutitur, quod verbo vulgari dicitur polyphthongum. Hoc est ergo psalterium. Hic ergo praecipitur nobis, ut in cantico novo non canamus Domino deorsum de cithara, sed de sursum, hoc est de psalterio.

1 *quia et*] om. S. 2 *habent*] *habuerint* C. 3 *Domus Xpisti ae. p. captivitatem*] om. βS. 4 *paenitentiam*] β inser. *domus Christi aedificatur.* 5 *de primo*] β om. *de*; *de principio* A. *ut n. p. cantet*] *et n. p. cantat* β. 6 *percurramus*] *recurramus* S; *curramus* β. 8 *hoc*] *hic* β; om. G. *sensu*] *sensus* S. 10 *eis*] *in eis* βI. 17 *canticum*] *cantantium* I. *habeat*] CS; *habet* βGI. 18 *tympanum*] *tymphanum* GI. *habeat*] CS; *habet* GI. 19 sqq. *tymp.*] *tymph.* C; codices sibi non constant. 20 *carnes*] *carnem* β. 21 *non habet*] *non habeat* βC. 23 *non contrahant*] *non traat* G; S om. *non*. 28 *polyphthongum*] β; *pholyphtongum* S; *polithongum* CG, *politongum* I. 29 *non canamus D.*] *canamus Deo non* β. 30 *de sursum*] *de rursum* S. *de psalterio*] *in ps.* β.

3. *post captivitatem*] Ps. 95, 1.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo, et exaltabit mansuetos in salute. ' Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram '. Si ergo ibi dicitur, Beati mites, hoc est mansueti, quoniam ipsi possidebunt terram : et hic dicitur, Et exaltabit mansuetos in salute : et isti mansueti hereditate possidebunt terram : ergo ista terra non est deorsum, sed sursum est. Quid enim dicit ? Exaltabit mansuetos in salute. Si enim mansueti isti terram possiderent quae deorsum est, non diceret, Exaltabit.

Exultabunt sancti in gloria. In qua gloria ? ' Exurge gloria mea, exurge psalterium et cithara : exurgam diluculo '. In gloria. ' Necdum enim erat Spiritus datus, quia Iesus necdum fuerat glorificatus ' hoc est, necdum fuerat crucifixus. Hoc scriptura dicit, Necdum erat Spiritus datus, quia Iesus non fuerat glorificatus, hoc est, non erat crucifixus. Exultabunt sancti in gloria. Hoc totum quare dico ? Quia dicitur, Exultabunt sancti in gloria. Hoc ergo dico : exultabunt sancti in cruce. ' Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Xpisti '. Ecce voce apostoli prophetia conpleta est. Exultent sancti in gloria. *Laetentur in cubilibus suis.* ' Lavabo per singulas noctes lectum meum, in lacrimis meis stratum meum rigabo '. Illud peccatoris est, illud paenitentis est ; hoc vero quod dicitur, Laetabuntur in cubilibus suis, ad sanctos pertinet, ad iustos pertinet. Quis de nobis in cubili suo laetatur ? Quis non pugnat cum carne sua ? Ego cum in lectulo meo vigilavero, non laetor, sed pugno: non regnum caelorum suspiro, sed cum carne pugno. Incendium carnis rigo lacrimis, et extinguo. Propterea dicitur, Lavabo per singulas noctes lectum meum, in lacrimis meis stratum meum rigabo. Lectulus meus, qui ardet libidine, extinguitur lacrimis. Felices isti, de quibus dicitur, Laetabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum. Utique qui clamat, non in gutture clamat, sed in labiis : hoc est, non clamat in gutture, sed clamat in labiis. Et quomodo hic dicit, Exaltationes Dei in gutture eorum ? ' Clamantes

1 sqq. *in salute*] S constanter (gr. ἐν σωτηρίᾳ) ; *in salutem* β et cet. 5 *possidebunt*] *possident* C. *sursum*] *desursum* β ; *rursum* G. 6 *isti*] SG ; *istam* β. 9 *In gloria*] codd ; *i. qua gl.* β. 11 sq. *Hoc scriptura .... crucifixus*] om. β ; I non repet. *hoc est non erat crucifixus.* 13 sq. *Hoc totum .... in gloria*] om. β. 14 *ergo*] *ego* C. 16 *Exultent s. i. gloria*] om. β. 17 *in lacrimis*] G (gr. ἐν δάκρυσί μου) ; β et cet. om. *in.* 21 *in lectulo*] *e lectulo* β ; S om. praepositionem. 22 *regnum*] *regno* S. 23 *extinguo*] *extingo* C. 24 *in lacrimis meis*] S add. *in* sup. lin ; om. *meis.* 27 sqq. *Exaltationes*] *exsultationes* β, *exult.* C. *gutture*] *guture* C ; *guttor* S. 28 *hoc est n. c. i. g. s. c. i. labiis*] om. β. 29 *hic*] om. β.

2. *terram*] Matth. 5, 4.
9. *diluculo*] Ps. 107, 3.
10. *glorificatus*] Io. 7, 39.
15. *Xpisti*] Gal. 6, 14.
18. *rigabo*] Ps. 6, 7.

in cordibus nostris, Abba pater'. Vox quae clamat ad Deum, non est labiorum, sed cordis est. Denique dicit Dominus ad Moysen: 'Quid clamas ad me?' Et certe Moyses nihil dixerat. *Et gladii ancipites in manibus eorum.* Isti qui exultant in cubilibus suis, — de sanctis dicitur, de perfectis viris dicitur — quid habent aliud? Et gladii ancipites in manibus eorum. Gladii ancipites. Gladii sanctorum ancipites sunt. Legimus in Apocalypsi Iohannis, quae in ecclesiis legitur, et recipitur — neque enim inter apocryphas scripturas habetur, sed inter ecclesiasticas — dicitur ergo ibi de Domino Salvatore: 'Et gladius, inquit, ex utraque parte acutus egrediebatur de ore eius'. Vides ergo quod isti sancti gladios istos ancipites, quos habent in manibus, de ore Domini susceperunt. Dominus ergo gladium de ore suo donat discipulis suis: gladium ancipitem, hoc est, sermonem doctrinae suae. Gladium ancipitem: et secundum historiam et secundum allegoriam, et secundum litteram et secundum spiritum. Gladium ancipitem: qui et adversarios occidit, et defendit suos. Gladium ancipitem. Gladius iste anceps duo capita habet: et de praesenti saeculo loquitur, et de futuro: et hic occidit adversarios, et in caelo aperit regna caelorum. Gladios istos quare habent sancti?

Ad faciendam, inquit, *vindictam in nationibus.* O si et ego gladium istum ancipitem habere possim, ut facere possim vindictam in nationibus, ut diversas gentes possim interficere, ut possim interficere Arrium, possim Eunomium, possim Manichaeum, possim universas haereses! Et vide quid dicat, Ad faciendam vindictam in nationibus. Ut occidantur? ut pereant? Non hoc dicit. *Increpationes in populis.* Increpa, ut salventur populi, ut salventur qui inducti sunt a malis magistris. Non autem possunt populi liberari, nisi magistri obligati fuerint. Unde sequitur:

Ad alligandos reges eorum in conpedibus. Vis populos liberari? magistros liga. Ad alligandos reges. Non vocavit magistros, sed reges: regnant enim miseriis eorum. Ad alligandos reges eorum in conpedibus. Bene di-

3 *Et certe*] β om. *et.* 4 *Isti*] *istud* β. *exultant*] *exultabunt* S. 5 *quid habent aliud*] *et q. h. a.* C; *qui habent* S (om. *aliud*). *Et gladii*] *et gladios* β; *gladios* S (om. *et*). 6 *eorum*] *suis* βIS. 12 *gladium*] *gladios* βI. *discipulis*] *sanctis* β. 15 *Gladium a. q. e. a. o. e. d. suos*] om. β. 20 sqq. *possim*] CS; *possem* βI. 21 *ut diversas*] C; *et d.* S; om. β. 22 *haereses*] S add. *sive vicia et peccata.* 24 *Non hoc*] S om. *non.* *Increpa*] C; *increpat* βI. 28 *populos*] *populum* β. *liberari*] *liberare* βI. 30 *miseriis*] CS; *in miseriis* I; *in peccatis et miseriis* β.

1. *pater*] Rom. 8. 15.
3. *ad me?*] Exod. 14, 15.
8. *sed inter ecclesiasticas*] Conf. supra, p. 5, l. 20 sqq.
10. *eius*] Apoc. 1. 16.

xit, in conpedibus : ne magistri multum currerent, ne multos decipiant, sed conligentur et stent. *Et nobiles eorum in manicis ferreis.* Nobiles eorum. Videas inter haereticos dicere illos : Iste vir doctus est, ille signa facit, iste daemones eicit. Sancti Domini, qui habent gladios ancipites, hoc est, duorum capitum, et de veteri et de novo testamento, ligant illos magistros, et praepediunt pedes ipsorum, ne possint currere. Et nobiles eorum in manicis ferreis. Ligant, non occidunt ; non interficiunt, sed ligant. Vinciunt manus, et captivos ducunt ad ecclesiam vinculis ferreis. Catenae istae non fiunt nisi de testimoniis scripturarum, dum testimonium iungo testimonio. Si vis ut non rumpantur istae catenae, non sint simplices, sed hinc inde contextae. ' Funiculus triplex non rumpitur '. Hoc autem totum quare fit ?

Ut faciant in eis iudicium conscriptum. Quod est iudicium conscriptum? Ut qui primum negaverant Deum, revertantur postea per paenitentiam. Iudicium conscriptum : ut captivos suos solvant, ut quos ligaverant, ut quos vinctos de ecclesia duxerant, in ecclesia postea dissolvant. Ut faciunt in eis iudicium conscriptum. Verbis simplicioribus loquor. Ut faciant in eis iudicium conscriptum : hoc est, ut sic eos iudicent, quomodo in scripturis sanctis digestum est. *Gloria haec est omnibus sanctis eius.* Vere non gloria est, ubi est aurum, ubi est argentum, ubi gemmae, ubi vestes siricae. Quicumque habet istos gladios, quid habet aliud necessarium ? Vide quid dicat, Gloria haec est omnibus sanctis eius. Rogemus Dominum, ut hanc habeamus gloriam : ut gladium de ore nostri Salvatoris egrediens armet nostras manus, et possimus dicere : ' Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad proelium, et digitos meos ad bellum '. Qui hanc romphaeam habet, saeculi gladium non timet. Qui istum gladium habet, saeculi gladium non timet. Rem vobis dico novam. Frequenter gladium saeculi istius concedit illum gladium : frequenter evenit ut saeculi gladius donet nobis illum gladium. Si enim istum non timueri-

1 *decipiant*] *deciperent* β. 2 *conligentur*] *conligantur* S ; *alligentur* C. 3 *illos*] CS ; om. β. *ille*] *illa* S. 4 *eicit*] *eiecit* S. *qui habent*] CIS ; *quia h.* β. 10 *ut*] om. C. 11 *Funiculus*] β inser. *enim*. *non*] S add. *facile*. *rumpitur*] *rumpetur* S. 14 *per paenit.*] I ; *post p.* CS ; *ad p.* β. 15 *solvant*] *salvent* CIS. 16 *vinctos*] scripsi ; *victus* S ; om. βCI. *de ecclesia*] AS ; *ab ecclesia* β ; *ad ecclesiam* IC. 20 *non gloria*] CS om. negationem. 21 *vestes siricae*] CS ; *vestimenta sunt serica* β. *Quicumque*] *ubicumque* S. 23 *ut gladium*] CI (ita antiqui, teste Varrone ' De lingua latina ' 8, 49) ; *ut gladius* β. 24 *et possimus ...... ad bellum*] om. β. 26 *Qui istum ...... non timet*] om. β. 28 *gladium*] CS ; *gladius* β. *concedit*] β ; *concedet* S ; *concidit* ACI. *illum*] om. C. 29 *non timuerimus*] CIS ; β om. negationem ; *tenuerimus* A (om. *non*).

11. *non rumpitur*] Eccle. 4, 12. 25. *ad bellum*] Ps. 143, 1.

mus, illum accipimus. Gratias igitur agamus ei, qui habet istum gladium, et benedicamus eum in saecula saeculorum. Amen.

1 *accipimus*] CIS; *non accipiemus* βA. *ei*] & S. 2 *Amen*] *Expliciunt psalmi tractati a beato ieronimo psbro* Cod. Grationop. 218; cod. Cantabrig: *Finit tractatus psalmorum sci hieronimi prbi infra scriptis psalmis numero LXVIIIJ* (sic) *Havere te in dno semper optamus pater dilectissime.*

II.

TRACTATUS
IN MARCI EVANGELIUM.

F = codex Parisinus lat. 12140 saec. X (ol. Fossatensis) fol. 113v.

L = cod. Paris. lat. 2651 saec. XI (ol. Lemovicensis) fol. 62.

O = cod. Oxon. Bodl. Laud. 452 saec. X ex. fol. 93.

χ = Opp. D. Io. Chrysostomi ex recens. Desid. Erasmi edit. Venet. a. 1549 (t. II, fol. 263-271).

Codices FLO continent primam homiliam tantum; reliquas exhibet χ ex cod. Dionysiano qui iam dudum intercidit.

DE PRINCIPIO MARCI (I, 1-12).

Animal illud, quod in Iohannis Apocalypsi et Iezechielis videtur principio τετράμορφον, quod habebat faciem hominis, et faciem vituli, et faciem leonis, et faciem aquilae, in praesenti quoque loco significat: in Matthaeo faciem hominis, in Luca vituli, in Iohanne aquilae; in Marco leonem in heremo personat. *Initium evangelii Iesu Xpisti filii Dei. Sicut scriptum est in Esaia propheta: Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.* Qui in heremo personat, utique leo est, ad cuius vocem omnia animalia pertimescunt, et concurrunt, et fugere non audent. Simulque considerate quod Iohannes Baptista vox dicitur, et Dominus noster Iesus sermo: servus praecedit dominum. *Initium evangelii Iesu Xpisti filii Dei.* Ergo non filii Ioseph. Initium evangelii, finis legis est: finitur lex, et incipit evangelium. *Sicut scriptum est in Esaia propheta: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam.* Sicut scriptum est in Esaia. Quantum in memoria est, et in mea mente pertracto, tam septuaginta interpretes quam Hebraeorum volumina diligentissime ventilans, numquam hoc in Esaia propheta scriptum esse reperire potui, quod ponitur, Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam: sed in Malachiae prophetae fine scriptum est. Si autem in Malachiae fine scribitur: quomodo nunc Marcus evangelista ponit, Sicut

2 *Apocalypsi*] *apocalipsin* L; *apochalipsin* F; *apocalysin* O. *Iezechielis*] L; *ezaehihelis* F; *aezechihelis* O. 3 τετράμορφον] ΤΕΤΡΑΜΟΡΦΟ FLO. *habebat*] χF; *habeat* LO. 4 *in Matthaeo*] χ inser. *quidem*. 5 *hominis*] FL add. *praedictus est*. *vituli*] FL add. *demonstratus est*. *leonem i. h. personat*] FL; *leonis qui i. heremo ad hunc personat modum* χ. 11 *sermo*] L add. *est*; χ *et iure quidem: nam*. 13 *incipit*] *incipitur* χ. 19 *Si*] *sic* χ.

1. Habitus die dominica, et quidem una totus, etsi tribus in χ constat homiliis. Cf. tractatus sequentis exordium.

2. *Apocalypsi*] 4, 6 sqq.

Iezechielis v. principio] 1, 5 sqq. Cf. Hieron. h. l. et Prolog. Comment. in Matth.

5. *in heremo personat*] Hieron. ep. 60, n. 3 'Ioannes Baptista in eremo personat'.

15. *Quantum in memoria est*] Hieron. in Ezech. 32, 17 sqq. (Migne 25, 329 A) 'quantum in mea memoria est, nullum sanctorum lacum, id est, cisternam fodisse scriptura testatur'.

19. *in Malachiae p. fine*] c. 3, v. 1.

20. *quomodo nunc Marcus evangelista etc*] Hieron. ep. 57, n. 9 'Marcus discipulus Petri ita suum orditur evangelium: *Principium evangelii... semitas eius.* Hoc exemplum ex duobus prophetis compositum est, de Malachia videlicet et Isaia... Et quomodo Marcus statim in principio voluminis sui posuit *sicut scriptum est in Isaia propheta, Ecce ego mitto angelum meum*, quod non scribitur in Isaia, ut diximus, sed in Malachia novissimo duodecim prophetarum?'; in Malach. 3, 1 'Marcus quoque evangelista duo testimonia Malachiae et Isaiae sub unius prophetae sermone contexens' etc.

scriptum est in Esaia propheta? Evangelistae de sancto Spiritu locuti sunt. Marcus iste qui scribit, non parvus est. Denique Petrus apostolus in epistula sua ait: 'Salutat vos illa coelecta, et Marcus filius meus'. O apostole Petre, Marcus filius tuus, filius non carne sed spiritu, instructus spiritalibus hoc ignorat; et quod alibi scriptum est, alibi memorat. Sicut scriptum est in Esaia propheta: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam. Locum istum impius ille Porphyrius, qui adversum nos concripsit, et multis voluminibus rabiem suam evomuit, in quarto decimo volumine disputat, et dicit: 'Evangelistae tam inperiti fuerunt homines, non solum in saecularibus, sed etiam in scripturis divinis, ut testimonium quod alibi scriptum est, de alio ponerent propheta'. Hoc ille obicit: nos ergo quid ei respondebimus? Orationibus vestris ista mihi videtur solutio. Sicut scriptum est in Esaia. Quid scriptum est in Esaia propheta? *Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.* Hoc in Esaia scriptum est: expositio autem ipsius capituli in alio propheta melius dicitur. Et ipse dicit evangelista: Iste est, inquit, Iohannes Baptista, de quo etiam Malachias dixit: *Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam.* Ergo quod dicit, scriptum est, ad hoc capitulum refertur: Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Ut autem probaret istum esse angelum qui missus est, noluit ex suo probare sermone, sed ex prophetia prophetae.

Fuit Iohannes in deserto baptizans et praedicans. Iohannes fuit: Deus noster erat. Quod fuit, esse desivit: quod fuit, ante quam esset, non fuit: ceterum qui erat, ante erat, et semper erat, et erat non habet aliquando principium. Ergo de Iohanne Baptista dicitur *fuit*, id est ἐγένετο: de Domino autem Salvatore, *erat*. Ubi dicitur, erat, nullum habet initium. Ipse est qui dixit: 'Qui est, misit me': non enim esse habuit aliquando principium. Fuit Iohannes in deserto baptizans et praedicans. In deserto

3 *ait*] om. F. *illa*] *ille* FL. *coelecta*] scripsi (gr. συνεκλεκτή); *cum electa* FL atque ita legisse videtur Sophronius ap. Hieron. De vir. inlustr. c. 8 (σὺν τῇ ἐκλεκτῇ); *collecta* χ. 4 *n. carne s. spiritu*] χ; *n. carnis s. spiritus* FL. *instructus*] χ; *structus* FL. 11 *ponerent*] *poneret* FL. 12 *videtur*] χ inser. *esse*. 20 *probaret istum*] F; *p. is ipsum* χ; *probaretis eum* L, et sup. lin. m. rec. add. *non*. 21 *sermone*] *sermonem* FL. 23 *desivit*] FL; *desinit* χ. 24 *et erat*] FL; *et erit* χ. 25 *id est* ἐγένετο] *i. e.* εγενετω FLO; om. χ. 28 *principium*] FL; *initium* χ.

3. *meus*] 1 Petr. 5, 13.

7. *Locum istum impius ille Porphyrius* etc] Hieron. in Matth. 3, 3 'Porphyrius istum locum Marci evangelistae principio comparat... Cum enim testimonium de Malachia Isaiaque contextum sit, quaerit quomodo velut ab uno Isaia exemplum putemus assumptum. Cui ecclesiastici viri plenissime responderunt'.

27. *misit me*] Exod. 3, 14.

fuit vox Dominum praedicatura: aliud ante personare non debuit, nisi Salvatoris adventum. Fuit Iohannes in deserto. Felix ista conversatio, despicere homines, angelos quaerere: urbes deserere, et in solitudine invenire Xpistum. Fuit Iohannes in deserto baptizans et praedicans: baptizare manu, docere sermone. Baptismum Iohannis praecessit baptismum Salvatoris. Sicut Iohannes Baptista praecursor fuit Domini Salvatoris, sic et baptismum Iohannis Baptistae praecursor fuit baptismi Salvatoris. Illud datum est in paenitentia, hoc in gratia. Ibi paenitentia tribuitur, ibi venia: hic victoria.

Et egrediebatur ad illum omnis Iudaea. Ad Iohannem Iudaea concurrit, Hierosolyma concurrit: ad Iesum vero Dominum Salvatorem omnis concurrit orbis. 'Notus in Iudaea Deus, in Israhel magnum nomen eius'. Ad Iohannem ergo concurrit Iudaea et Hierosolyma: ceterum ad Salvatorem omnis orbis. Veniebant universi, ***et baptizabantur ab illo in Iordane flumine, confitentes peccata sua.*** Baptizabantur a Iohanne. Iohannes Baptista legis umbram praefert: ergo ad legem tantum Iudaei baptizantur. Hierosolyma veniebant, et baptizabantur ab illo in Iordane, fluvio descendente. Lex enim descendit: licet baptizat, tamen deorsum est. Iordanis hoc interpretatur, fluvius descendens: ceterum Dominus noster et Trinitatis mysterium desursum est. Dicat aliquis: Si deorsum est, ergo Dominus deorsum est, qui baptizatus est in Iordane? Et recte in Iordane baptizatus est, legis enim praecepta servavit: quia circumcisus lege est, et baptizatus lege est.

Et erat Iohannes vestitus de pilis camelorum et zona pellicia, et cibus eius locustae et mel silvestre. Sicut sacerdotum principes sunt apostoli, sic monachorum princeps, Iohannes Baptista est. Et quantum tradit Hebraeo-

5 *Baptismum*] FL; *baptismus* χ. 7 *baptismum*] *baptismus* χ, L corr. 14 *omnis orbis*] *omnes urbes* FL cf. supra adnot. crit. ad p. 286, l. 18. *universi et baptizabantur*] *et baptiz. univ.* L. 16 *praefert*] *praeferet* F. *baptizantur*] F; *baptizabantur* χL. 17 *veniebant*] FL; *veniebat* χ. 18 *baptizat*] *baptizet* χ. 19 *hoc*] FL; *hic* χ. 20 *Dicat*] *dicet* χ. 24 *pellicia*] FL; *pellicea* χ. 25 *locustae*] *lucustae* codd. infra. *sunt*] χ inser. *sacerdotes*, quae vox omittitur in F, erasa est in L.

7. *sic et baptismum Iohannis* etc] Hieron. contra Lucif. n. 7 'Ioannis baptisma non tam peccata dimisit, quam paenitentiae baptisma fuit in peccatorum remissionem, id est, in futuram remissionem, quae esset postea per sanctificationem Christi subsecutura... Ut enim ipse ante praecursor Domini, sic et baptisma eius praevium Dominici baptismatis fuit'.

12. *eius*] Ps. 75, 2.

19. *Iordanis h. i. fluvius descendens*] Hieron. ep. 78, mans. 41 'Post montes enim plurimos ad campestria Moab et Iordanis fluenta descendimus, qui interpretatur *descensio*'.

26. *monachorum princeps Iohannes*] Hieron. ep. 22, n. 36 'Huius vitae

rum scriptura et usque hodie in memoria est, inter nomina sacerdotum inter pontifices et Iohannes nominatur. Ita virum illum et sanctum et sacerdotem fuisse perspicuum est. Sed et nos legimus in evangelio secundum Lucam, de genere illum fuisse sacerdotali. 'Fuit, inquit, sacerdos Zacharias nomine, et iste in vice sua...' Hoc autem proprie non deferebatur nisi principibus sacerdotum, hoc est pontificibus. Hoc totum quare dixi? Ut sciamus istum esse pontificem, qui sciebat Xpistum esse venturum, et Xpistum non quaerebat in templo, sed in deserto separaverat se a multitudine. Oculis expectantibus Xpistum nihil aliud dignum est aspicere nisi Xpistum. Et erat Iohannes vestitus pilis cameli: non lana, ne delicatas vestes putares. Denique et ipse Dominus noster in evangelio ἀσκήσεως ipsius testis est. 'Ecce, inquit, qui mollibus vestiuntur in domo regum sunt.' Nunc veniamus orationibus vestris ad intellegentiam spiritalem. *Et erat Iohannes vestitus pilis cameli, et zona pellicia circa lumbos eius.* Ipse dicit Iohannes: 'Illum oportet crescere, me autem minui. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi gaudio gaudet, si videat sponsum.' Et deinde ipse dicit: 'Venit fortior post me, cuius non sum dignus solvere corrigiam calciamentorum'. Quod dicit, Illum oportet crescere, me autem minui: oportet evangelium crescere, me autem legem minui. Erat igitur Iohannes, hoc est, lex in Iohanne, vestitus pilis cameli: non poterat habere tunicam de agno, de quo dicitur 'Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi', de quo iterum dicitur 'Sicut ovis ductus est in occisionem'. De illo in lege tunicam habere non possumus. Et zonam pelliciam habebat in lege, quia Iudaei hoc solum putant peccatum esse, quod opere peccant: ceterum Dominus noster Iesus in Apocalypsi Iohannis, qui videtur inter septem candelabra, et habebat zonam auream, non in lumbis, sed in pectore. Lex in lumbis cingitur: ceterum Xpistus, hoc est evangelium, et monachorum

1 *inter nomina*] FL om. *inter.* 2 *inter p. et*] FL; *et i. p.* χ. 12 ἀσκήσεως] FLO; om. χ. 13 *regum sunt*] Hoc loco interposita doxologia incipit in χ homilia secunda. 18 *corrigiam*] χ inser. *eius.* *Quod dicit*] F; *qui dicit* L; *quasi dicat* χ. 24 *habebat*] *habeat* FL (cf. supra p. 319, l. 3).

(anachoretarum)... princeps Ioannes Baptista fuit'.

5. *sua*] Luc. 1, 5. 8.

9. *Oculis expectantibus Xpistum nihil aliud dignum est aspicere*] Hieron. contra Lucifer. n. 7 'oculis spectantibus Christum nihil aliud est dignatus aspicere'; ep. 125, n. 7 'oculis desiderantibus Christum nihil aliud dignabatur aspicere'.

13. *regum sunt*] Matth. 11, 8.

16. *minui*] Io. 3, 30.

17. *sponsum*] ibid. 29.

18. *calciamentorum*] Marc. 1, 7.

22. *mundi*] Io. 1, 29.

23. *in occisionem*] Is. 53, 7.

26. *in Apocalypsi*] 1, 13.

virtus, non solum in libidine sed in mente condempnatur. Hic me cogitare quidem expedit: ibi, qui fornicatus fuerit, tenetur in crimine. 'Amen amen dico vobis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo'. 'Scriptum est, inquit, in lege, Non adulterabis'. Haec est zona pellicia circa lumbos haerens. 'Ego autem dico vobis: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo'. Haec est zona aurea, quae in pectore cingitur. Vestitus pilis cameli. *Et lucustas et mel silvestre comedebat.* Lucusta animal parvulum est, et inter volatile et reptile medium est. Neque enim a terra satis tollitur: quia si paululum elevatur, non tam volat quam salit, et cum a terra se paululum elevaverit, iterum pennis deficientibus cadit in terram. Ita et lex videbatur quidem quasi ab idolatriae errore paululum recedere, sed ad caelum volare non poterat. Regna enim caelorum numquam legimus in lege. Vultis scire quia regna caelorum in evangelio tantum praedicatur? 'Paenitentiam, inquit, agite: adpropinquavit enim regnum caelorum'. Ergo lex tollebat homines de terra paululum, et ad caelum perducere non poterat. 'Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilae'. *Lucustas.* Mel quoque ipsum comedebat non domesticum sed silvestre, inter feras, inter bestias: non in domo, non in ecclesia, sed extra ecclesiam. Silvestre enim mel conficiebat in lege; unde et mel in sacrificiis numquam oblatum legimus. Miretur aliquis et dicat: Quare cum oleum, cum simila, cum aries, cum agnus, cum sanguis pecudum, cum cetera offeruntur in sacrificio Dei, mel tantum non offertur? Denique quid dicit? Et quodcumque offertur,

1 *cogitare*] *cogitari* FL. 4 *in lege*] *legem* F (om. *in*). 6 *conc. eam*] χ om. *eam*. 7 *quae*] χ et codd. (pro *qua*?). 9 *enim*] om. F. 10 *quia si*] *quasi* F corr. 11 *salit*] *sallit* FL. 12 *cadit*] *cadet* F. *quidem quasi*] *quasi quidem* χ. 13. 14 *regna*] FL; *regnum* χ. 18 *aquilae. Lucustas*] FL; *et aquilae. Locustas et* χ. *ipsum*] FL; *ipse* χ. 20 *mel conficiebat*] *melle conficiebat* F; *mel.. confitiebat* L; *mel deficiebat* χ.

4. *suo*] Matth. 5, 28.
Non adulterabis] ibid. 27.

8. *Lucusta animal parvulum* etc] Hieron. in Ion. 4, 6 'locustae... quibus vescebatur Ioannes... animal parvum, infirmas habens alas, de terra quidem consurgens, sed altius non valens avolare: ut plus sit quam reptile, et tamen avibus non aequetur'.

13. *Regna e. caelorum numquam legimus in lege*] Hieron. contra Pelag. 1, 31 'Addis praeterea, regnum caelorum etiam in testamento veteri repromitti; ... cum perspicuum sit, regnum caelorum primum in evangelio praedicari'.; in Matth. 3, 2 'Primus baptista Ioannes regnum caelorum praedicat' etc.

16. *caelorum*] Matth. 3, 2.

18. *aquilae*] Matth. 24, 28.

24. *mel tantum non offertur*] Hieron. ep. 128, n. 2 'in sacrificiis Domini mel non offerunt, ceraque contempta, quae mellis hospitium est, oleum accenditur in templo Dei'; in Ioel. 1, 5 'mel distillat de labiis mulieris meretricis: et idcirco in Dei sacrificio non offertur';

sale conditum offertur in sacrificio. 'Sermo vester sit sale conditus'. Mel penitus non offertur. 'Et quodcumque contigerit, inquit, inmundum erit'. Mel voluptatis indicium est et suavitatis: semper enim voluptas mortificat, semper voluptas Deo non placet. Quodcumque dulcedinem habet, in Dei sacrificiis non offertur. Mel quidem ipsum videtur dulce esse et sensum suavitate demulcens: sicut et voluptas, sicut et libido, sicut et lasciviae. Mel videtur quidem hinc inde confectum esse de floribus: sed si respicias inter ipsos flores et cadavera et putredines habere, et cetera istius modi... Ergo mel non solum de floribus, sed et de quodcumque voluptuosum est. Videtur quidem suave esse: sed si discrimen respicias, mortiferum est. Hoc totum quare dixi? Quoniam in lege initia erant, in evangelio perfectio.

Venit fortior me post me, cuius non sum dignus procumbens solvere corrigiam calciamentorum eius. Videtur quidem esse humilitatis indicium: quasi dicat, non sum dignus servus eius esse. Sed in istis verbis simplicibus demonstratur aliud sacramentum. Legimus in Exodo, legimus quoque in Deuteronomio, legimus et in libro Ruth, quoniam si quis cognatus erat, et eam quae de genere eius veniebat accipere nolebat uxorem, veniebat alius qui secundus erat in genere, praesentibus iudicibus et maioribus natu, et dicebat: Tibi conpetit matrimonium, tu debes eam accipere. Si nolebat, veniebat illa quam nolebat accipere, et tollebat, inquit, calciamentum eius, et percutiebat in faciem eius, et conspuebat eum, et sic alteri nubebat. Hoc fiebat propter ignominiam (interim secundum litteram), ut si forte pauperiorem contempsisset, hac ignominia terreretur. Ergo hic sacerdotium demonstrat. Dicit ipse Iohannes: 'Qui habet sponsam, sponsus est'. Ille habet sponsam ecclesiam, ego autem amicus sponsi sum: non possum solvere corrigiam calciamenti eius in lege, quoniam ipse ecclesiam duxit uxorem. *Ego baptizo vos aqua*, ego minister sum: ille auctor et Dominus est. Ego aquam praebeo, ego qui creatura sum creaturam praebeo: ille qui increatus est, increaturam praestat. Ego baptizo vos aqua, ego praebeo quod videtur: ille, quod non videtur. Ego, qui visibilis sum, do aquam visibilem: ille invisibilis dat Spiritum invisibilem.

3 *Mel*] χ inser. *sane.* 6 *sensum*] *sensu*(*s* add. sup. lin.) L. 7 *hinc*] *hic* FL. 9 *quodcumque voluptuosum*] *quocumque voluptuoso* χ. 10 *si discrimen*] *si discriminen* F; *si crimen* L. 30 *increaturam*] FL; *increata* χ. 33 *invisibilem*] Post doxologiam incipit in χ homilia tertia.

ep. 31, n. 1 'Et quoniam mel in Dei sacrificiis non offertur' etc.
1. *in sacrificio*] Levit. 2, 13.
conditus] Coloss. 4, 6.
16. *in Exodo*] ?
17. *in Deuteronomio*] 25, 7 sqq.
in libro Ruth] 4, 7.
26. *sponsus est*] Io. 3, 29.

Et factum est in diebus illis venit Iesus a Nazareth Galilaeae. Videte iunctiones significationesque verborum. Non dixit, venit Xpistus: non dixit, venit filius Dei, sed venit Iesus. Dicat aliquis: Quare non dixit, Xpistus? Secundum carnem loquor: ceterum Deus semper sanctus est, nec sanctificationem indiget: sed iam de carne Xpisti loquimur. Nondum fuerat baptizatus et ab Spiritu sancto unctus fuerat. Secundum carnem loquor, secundum formam servi loquor, nemo scandalizetur: de eo loquor, qui quasi peccator venit ad baptismum. Non quod Xpistum dividam, non quod alius Xpistus, et alius Iesus, et alius filius Dei: sed quod unus atque idem pro varietate temporum nobis diversus est. *Iesus a Nazareth Galilaeae.* Videte mysterium. Ad Iohannem Baptistam primum venit Iudaea et Hierosolyma. Dominus noster initium evangelici baptismi et legis sacramenta commutavit in evangelii sacramenta: non venit de Iudaea, non venit de Hierosolyma, sed venit de Galilaea gentium. Iesus a Nazareth Galilaeae. Nazara interpretatur florem. Flos venit ex flore. *Et baptizatus est in Iordane a Iohanne.* Grandis misericordia: qui peccata non fecerat, baptizatur quasi peccator. In baptisma Domini omnia peccata dimittuntur. Sed quasi praevium quoddam est baptismi Salvatoris: ceterum vera remissio peccatorum in Xpisti sanguine est, in Trinitatis mysterio.

Et statim ascendens de aqua vidit apertos caelos. Hoc totum quod scribitur, nobis scribitur. Ergo ante quam baptismum accipiamus, clausos habemus oculos, caelestia non videmus. *Et Spiritum tamquam columbam descendentem et manentem in ipso. Et vox facta est de caelo: Tu es filius meus dilectissimus, in quo conplacui.* Iesus Xpistus baptizatur a Iohanne, Spiritus sanctus descendit in specie columbae, Pater de caelis dat testimonium. Vide Arriane, videte haeretici, et in baptismo Iesu mysterium Trinitatis: Iesus enim baptizatur, Spiritus sanctus descendit in specie columbae, Pater de caelo loquitur. *Vidit apertos caelos.* Quando dicitur,

2 *iunctiones*] scripsi ex coniectura; *unctiones* FL; *unitiones* χ. 4 *loquor*] *locor* F. 5 *sanctificationem*] F, L 1 m (*m* post. erasa est); *sanctificatione* χ. *sed iam*] *sed etiam* χ. 6 *et*] χ; om. FL. Negatio *nondum* ad utrumque orationis membrum refertur, ut supra p. 44, l. 10 'peccatores non erigebantur et in saeculo obtinebant divitias'. 7 *loquor*] *locor* F. 8 *venit*] *veniat* F. 15 *Nazara*] FL; *Nazareth* χ. *interpretatur*] pro *interpretantur*? *florem*] codd; *flos* χ. 17 *In baptisma*] FL; *in baptismate* χ. 18 *praevium*] χ; *praelium* FL. *est*] χ; *et* FL. 19 *Salvatoris*] *domini salv.* χ. *in Trin.*] A om. *in*. 27 *Vide Arriane*] *Videte Ariani* χ. 28 *Trinitatis*] χ add. *est*.

15. *Nazara interpretatur florem*] Hieron. ep. 46, n. 12 'Ibimus ad Nazareth, et iuxta interpretationem nominis eius florem videbimus Galileae'. Cf. comm. in Matth. 21, 10.

18. *quasi praevium quoddam* etc] Cf. not. ad p. 321, l. 7.

vidit, ostenditur quod alii non vidissent: neque enim omnes vident apertos caelos. Denique et Iezechiel quid dicit in principio suo? 'Et factum est, inquit, cum sederem secus fluvium Chobar, in medio captivorum, vidi, inquit, apertos caelos'. Ego vidi: ceterum alii non videbant. Ne quis putet caelos simpliciter et carnaliter apertos: nos ipsi, qui modo hic sedemus, secundum diversitatem meritorum aut apertos caelos videmus, aut clausos. Plena fides apertos habet caelos: ceterum dubia, clausos. *Et spiritum tamquam columbam descendentem.* Solent nobis Manichaei et Marcionitae et ceterae haereses obicere, et dicere: Ergo si Xpistus in corpore est, et ipsa caro quam adsumpsit non est deposita, neq deposuit eam, ergo et Spiritus sanctus, qui descendit, in columba est. Videtis sibila serpentis antiqui? Videtis illum colubrum, qui de paradiso eiecit hominem, et nos velle de paradiso fidei eicere? Non dixit, sumpsit corpus columbae: sed Spiritum tamquam columbam. Ubi dicitur *tamquam*, non veritas sed similitudo monstratur. In Dominum autem Salvatorem non scriptum est, natus est quasi homo, sed natus est homo: hic vero dicitur, tamquam columbam. Ergo quod visum est, similitudo monstrata est: ceterum veritas non fuit.

Et statim Spiritus expulit eum in desertum. Spiritus, qui descenderat in specie columbae. Vidit, inquit, apertos caelos, et Spiritum tamquam columbam descendentem et manentem cum ipso. Videte quid dicat: manentem, hoc est perseverantem, hoc est numquam recedentem. Denique et ipse Iohannes dicit in alio evangelio: 'Et qui misit, inquit, me, dixit mihi: Super quem videris Spiritum sanctum descendentem et manentem'. In Xpisto Spiritus sanctus descendit, et permansit: ceterum in hominibus descendit quidem, sed non permanet. Denique in volumine Iezechielis, qui proprie Iezechiel in typo Salvatoris est — denique ad nullum alium

9 *Marcionitae*] FL; *Marcionistae* χ. 12 *colubrum*] *colubrem* FL. 15 *in Dominum*] scripsi; *in Deum* χ et codd. 16 *quasi*] *tamquam* χ. 23 *in alio evangelio*] codd; *in alio loco evangelii* χ. 25 *in Xpisto*] *in Christum* χ.

4. *apertos caelos*] Ezech. 1, 2. Quem ad locum Hieronymus in Comment. 'Apertosque caelos non divisione firmamenti sed fide credentis intellege: eo quod caelestia sint illi reserata mysteria. Unde et in baptismate Salvatoris quando Spiritus sanctus in specie columbae descendit super eum, apertos caelos legimus'; in Matth. 3, 16 'Aperiuntur autem caeli non reseratione elementorum sed spiritualibus oculis, quibus et Ezechiel in principio voluminis sui apertos eos esse commemorat' etc.

11. *Videtis sibila serpentis* etc] Hieron. advers. Iovin. 1, 4 'Haec sunt sibila serpentis antiqui; his consiliis draco de paradiso hominem expulit'.

24. *et manentem*] Io. 1, 33.

27. *in typo Salvatoris*] Hieron. in Ezech. 47, 6 sqq. 'Vocat autem (Ezechielem) filium hominis, vel in figuram Domini Salvatoris'.etc.

prophetarum; loquor de maioribus, dicitur 'Fili hominis' sed proprie ad Iezechiel dicitur — in Iezechiel ergo non transeunt viginti versus aut triginta, et statim dicitur: 'Et factus est sermo Domini ad Iezechiel prophetam'. Dicat aliquis: Hoc quare tam crebro ponitur in propheta? Quoniam Spiritus sanctus descendebat quidem in prophetam, sed rursum recedebat. Quando dicitur, Et factus est sermo, ostenditur quia Spiritus sanctus, qui recesserat, rursum veniebat. Quando enim irascimur, quando detrahimus, quando tristitiam habemus quae ducit ad mortem, quando cogitamus ea quae carnis sunt, putamus quia Spiritus sanctus permanet in nobis? Speramus quia Spiritu sancto manente in nobis fratrem odiamus? quia mala aliqua cogitemus? Si quando ergo boni aliquid cogitamus, sciamus quia Spiritus sanctus habitat in nobis: si vero aliquid mali, signum est quod Spiritus sanctus recessit a nobis. In Salvatore autem propterea dicitur: Super quem videris Spiritum sanctum descendentem et manentem in eo, ipse est.

Et statim Spiritus expulit eum in desertum. Quanti monachi habitant cum parentibus suis, si descenderit Spiritus sanctus et manserit super eos, ipse Spiritus expellit eos in desertum. Spiritus sanctus expellit eos de domo, et ducit in solitudinem. Spiritus sanctus non libenter habitat, ubi turbae et frequentia et dissensiones et rixae sunt: sed Spiritus sanctus proprie sedem habet solitudinem. Denique et Dominus noster atque Salvator quando orare volebat 'Solus, inquit, recedebat in montem, et

1 *loquor*] *locor* F. *Fili*] F; *filius* χ. 3 *versus*] *versas* F. 5 *in prophetam*] *in prophetas* F. 6 *recedebat*] L; *secedebat* χF. *sermo*] χ add. *domini.* 11 *odiamus*] χ; *odimus* FL. *quia mala aliqua cogitamus*] FL; *aut mali quidpiam cogitemus* χ. *Si quando*] χ om. *si.*

7. *rursum veniebat*] Hieron. in Ezech. 25, 1 sqq. (M. 25, 349 B) 'Si semper in prophetis esset sermo Dei, et iuge in pectore eorum haberet hospitium, numquam tam crebro Ezechiel poneret *Et factus est sermo Domini ad me dicens.* Sed quia ob humanam fragilitatem et vitae huius necessitates interdum recedebat ab eis, propterea Ioannes Baptista loquitur: *Qui misit me baptizare, ipse mihi dixit: Super quem videris Spiritum sanctum in specie columbae descendentem et manentem in eo, ipse est.* Numquam enim proprium esset in Christo quod additur, et manentem in eo, nisi ab aliis nonnumquam recederet'; Prolog. comment. in ep. ad Philem. 'Hoc autem non solum apostolis sed prophetis quoque similiter accidisse, unde saepius scriptum feratur: *Factum est verbum Domini ad Ezechiel* sive ad quemlibet alium prophetarum: quia post expletum vaticinium rursum in semet revertens homo communis fieret e propheta; et excepto Domino nostro Iesu Christo in nullo sanctum Spiritum permansisse. Quod signum et Ioannes Baptista acceperat' etc.

15. *ipse est*] Hucusque locus ille, quem Cassiodorius Praefat. in Psalter. c. 1 *Hieronymi esse exponentis evangelistam Marcum* insigni testimonio confirmat.

ibi tota nocte orabat'. Erat in die cum discipulis: in nocte orationem suam pro nobis Patri dedicabat. Hoc totum quare dico? Quia solent aliquanti fratres dicere: Si in coenobio mansero, solus orare non possum. Numquid Dominus noster dimittebat discipulos? Utique erat cum discipulis: sed quando volebat orare intentius, solus secedebat. Et nos ergo si volumus orare plus quam in publico, habeamus cellulam, habeamus agros, habeamus deserta. Possumus et virtutes habere de fratribus, et solitudinem habere.

[IN MARC. I, 13-31]

Ad finem superioris lectionis est scriptum: *Eratque cum bestiis, et angeli ministrabant illi.* Et quoniam praeterita dominica non fuit spatii satis, ut usque ad istum locum veniremus, debemus finem praeteritae lectionis hodiernae lectionis facere principium. Scriptura enim sancta haeret sibi tota, et uno spiritu copulata est: et quasi una catenula est, atque ut circulus in circulum innectitur, et quidquid aliud sumpseris, aliud late pendet. Eratque cum bestiis, et angeli ministrabant illi. Erat Iesus cum bestiis, et ideo angeli ministrabant ei. 'Ne tradas, inquit, bestiis animam confitentem tibi'. Istae sunt bestiae, quas calcabat Dominus evangelico pede, et calcabat super leonem et draconem. Et angeli ministrabant ei. Non quod videri debeat grande atque mirabile, si angeli ministrabant Deo: neque enim grande est, si servi obsequuntur domino: sed hoc totum de adsumpto homine disputatur. Eratque cum bestiis. Deus esse cum bestiis non potest; sed caro ista, quae humanis temptationibus subiacet, hoc corpus, haec caro quae sitivit, quae esurivit: ipsa temptatur, ipsa superat, in ipsa nos vincimus.

Postquam autem traditus est Iohannes, venit Iesus in Galilaeam. Historia manifesta est, et absque nostra interpretatione audientibus patet. Rogemus ergo eum qui habet clavem David, qui aperit et nemo claudit, qui claudit et nemo aperit, ut nobis aperiat evangelica adyta, ut et nos quoque dicamus cum David: 'Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua'. Turbis Dominus in parabolis loquebatur, et loquebatur foris: non intrinsecus, id est, in spiritu: sed foris, in littera. Et nos ergo rogemus

1 *tota nocte*] *totam noctem* F corr. 8 *habere*] FLO; non repet. χ, sed add. seq. clausulam: *praestante Christo domino nostro, qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen.*; FLO *Explicit omelia in Marco evangelista.* 9 *Homilia quarta* χ.

1. *orabat*] Luc. 6, 12. 29. *aperit*] Apoc. 3, 7.
18. *tibi*] Ps. 73, 19. 31. *tua*] Ps. 118, 18.

Dominum, ut introducat nos in mysteria sua, ut introducat nos in cubiculum suum, et dicamus cum sponsa in Canticis canticorum: ‘ Introduxit me rex in cubiculum suum ’. Dicit apostolus, quod velamen fuit positum super oculos Moysi. Ego dico, quod non solum in lege velamen sit, sed etiam in evangelio nescienti est. Iudaeus audit, et non intellegit : velamen positum est illi in evangelio. Gentiles audiunt, haeretici audiunt, et velamen habent. Dimittamus ergo litteram cum Iudaeis, et sequamur spiritum cum Iesu : non quod litteram evangelii condemnemus — factum est enim omne quod scriptum est — sed quod quibusdam gradibus ad maiora scandamus.

Postquam autem traditus est Iohannes, venit Iesus in Galilaeam. Et in praeterita dominica diximus interpretantes Iohannem intellegi in lege, Iesum in evangelio. Iohannes enim dicit : ‘ Venit fortior me post me, cuius non sunt dignus procumbens solvere corrigiam calciamentorum eius ’. Et in alio loco : ‘ Illum oportet crescere, me autem minui ’. Hic conparationem dicit legis et evangelii. Et deinde : ‘ Ego baptizo vos in aqua ’ hoc est lex ; ‘ ille vero baptizabit vos in Spiritu sancto ’ hoc est evangelium. Venit ergo Iesus, quia Iohannes traditus est in carcerem. Clausa est enim lex, et iam praeteritam non habet libertatem : sed de lege transivimus ad evangelium. Videte quid dicat, Postquam autem traditus est Iohannes, venit Iesus in Galilaeam : nequaquam in Iudaeam, neque in Hierosolymam, sed in Galilaeam gentium. Venit Iesus in Galilaeam. Galilaea in lingua nostra interpretatur κατακυλιστή. Non enim ante adventum Salvatoris erat ibi sublime aliquid, sed totum deorsum ferens : ibi luxuria, ibi sordes, ibi inmunditia, ibi porcorum vitia volutabantur.

Praedicans evangelium regni Dei. Quantum in meo corde est, legens legem, legens prophetas, legens psalterium, numquam regnum caelorum audivi nisi in evangelio. Postquam enim venit ille de quo dictum est ‘ Et regnum dei intra vos est ’, apertum est regnum Dei. Praedicans evangelium regni Dei. ‘ A diebus Iohannis Baptistae regnum caelorum vim patitur, et violenti diripiunt illud ’. Ante enim adventum Salvatoris et evangelii claritatem, antequam Xpistus aperiret paradisi ianuam cum

4 *Moysi*] scripsi ; *Mosi* χ. 5 *in evangelio*] *in evangelium* χ.

3. *suum*] Cant. 1, 3 iuxta gr.
4. *Moysi*] 2 Cor. 3, 13 sqq.
13. *in evangelio*] p. 322, l. 19 sqq. supra.
15. *eius*] Marc. 1, 7.
minui] Io. 3, 30.
17. *sancto*] Marc. 1, 8.
26. *Quantum in meo corde est* etc.] Cf. supra p. 319, 15 et 323, 13.
29. *intra vos est*] Luc. 17, 21.
31. *illud*] Matth. 11, 12.

latrone, omnes sanctorum animae ad inferos deducebantur. Denique dicit et Iacob : ' Lugens et gemens descendam ad inferos '. Si Abraham ad inferos, quis non ad inferos ? In lege Abraham apud inferos : in evangelio latro in paradiso. Non detrahimus Abrahae, in cuius sinu omnes cupimus conquiescere : sed Xpistum praeferimus Abrahae, evangelium legi praeferimus. Legimus quod post resurrectionem Xpisti multi sanctorum apparuerunt in sancta civitate. Dominus noster atque Salvator et in terra praedicavit, et apud inferos praedicavit. Ideo mortuus est, ideo descendit ad inferos, ut animae quae ibi vinctae fuerant laxarentur.

Praedicans evangelium regni Dei, et dicens : quoniam adimpletum est legis *tempus*, venit principium evangelii, *adpropinquavit regnum Dei.* Non dixit, iam est regnum Dei : sed, adpropinquavit regnum Dei. Antequam ego patiar et sanguinem fundam, non est apertum regnum Dei : propterea adpropinquavit, quia necdum passus sum. *Paenitemini, et credite evangelio* : nequaquam legi, sed evangelio, immo per legem evangelio, sicut scriptum est ' Ex fide in fidem '. Fides legis fidem evangelii corroboravit.

Et praeteriens secus mare Galilaeae, vidit Simonem et Andream fratrem eius mittentes retia in mare : erant enim piscatores. Simon, necdum Petrus, — necdum enim secutus fuerat Petram, ut appellaretur Petrus — Simon igitur et Andreas frater eius, cum essent iuxta mare et mitterent retia in mare... Scriptura non dicit quia miserunt et ceperunt pisces. Vidit inquit, Simonem et Andream fratrem eius mittentes retia in mare : erant enim piscatores. Refert enim evangelium quod retia mitterentur : tamen non dicit quia aliquid ceperint. Igitur ante passionem dicitur quod scilicet miserint retia : tamen non scribitur quod prendiderint. Post passionem vero mittunt rete et prendunt : et tantum prendunt, ut retia rumpantur. Mittentes retia in mare, erant enim piscatores.

2. *ad inferos*] Gen. 37, 35.

Si Abraham ad inferos] Luc. 16, 22 sq. — Hieron. ep. 129, n. 2 ' Haec est, ut diximus, terra viventium ... quae ante adventum in carne Domini Salvatoris nec Abraham nec Isaac nec Iacob nec prophetae et alii iusti viri consequi potuerunt. Denique et Abraham, licet diversis locis, cum Lazaro videtur apud inferos ; et Iacob vir iustus dicit : *Lugens et gemens descendam ad infernum* ' etc.

3. *quis non ad inferos ?*] Hieron. ep. 60, n. 3 : ' Si Abraham Isaac et Iacob in inferno, quis in caelorum regno ? '

In lege Abraham apud inferos etc.] Hieron. ibid. ' Ante Christum Abraham apud inferos ; post Christum latro in paradiso ' ; ep. 78, mans. 34 ' In lege descensus ad inferos ; in evangelio ad paradisum transmigratio ' etc.

7. *civitate*] Matth. 27, 52 sq.

16. *in fidem*] Rom. 1, 17.

27. *ut retia rumpantur*] ' Apparet, hoc loco inquit Erasmus, impositum esse memoriae auctoris '. Cf. Luc. 5, 6 et Io. 21, 11.

Et dixit eis Jesus : Venite post me, et faciam vos piscatores hominum. Felix piscationis mutatio : piscatur eos Iesus, ut ipsi piscentur alios piscatores. Ipsi primum pisces efficiuntur, ut piscentur a Xpisto, postea ipsi alios piscaturi. Et dicit Iesus : Venite post me, et faciam vos piscatores hominum. *Et protinus relictis retibus secuti sunt eum.* Et protinus. Vera fides non habet intervallum : statim audit, statim credit, statim sequitur, statim piscator efficitur. Et protinus relictis retibus. Ego puto quod in retibus vitia saeculi reliquerint. Et secuti sunt eum. Neque enim fieri poterat, ut sequentes Iesum habuerint retia.

Et progressus inde pusillum, vidit Iacobum Zebedaei et Iohannem fratrem eius, et ipsos in navi conponentes retia. Ubi dicitur, conponentes, ostenditur quod scissa fuerant. Mittebant enim retia in mare : sed quoniam scissa erant retia, pisces prendere non poterant. Conponebant retia in mari : sedebant in mari, sedebant in navicula, sedebant cum patre Zebedaeo, et legis retia conponebant. Hoc interim diximus secundum intellegentiam spiritalem. Et ipsos in navi conponentes retia : et ipsos qui in navi erant. In navi erant, non in litore, non in statione solida : sed in navi hinc inde fluctibus conlidebantur.

Et statim vocavit illos : et relicto patre suo Zebedaeo in navi cum mercenariis, secuti sunt eum. Dicat aliquis : Temeraria fides est. Etenim quid signi viderant, quid maiestatis aspexerant, ut vocarentur et statim sequerentur eum ? Sane hic ostenditur nobis, quod oculi quoque ipsius Iesu et vultus divinum quiddam spirabant, et ad se contuentium oculos facile convertebant. Alioqui numquam dicente Iesu, Sequimini me, secuti fuissent eum. Hoc enim, si secuti fuissent eum sine causa, non tam fides erat quam temeritas. Nunc si sedenti mihi quivis praeteriens dicat, Veni sequere me, et sequar, numquid fides est ? Hoc totum quare dico ? Quia sermo ipse Domini operatorius erat : et quodcumque dicebat, opere efficiebat. Si enim 'ipse dixit et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt' : certe idem ipseque vocavit, ideo secuti sunt.

Et statim vocavit illos, et statim relicto patre suo Zebedaeo et cetera. 'Audi filia et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum et domum patris tui : et concupiscet rex decorem tuum'. Et relicto patre suo Zebedaeo in navi. Audi monache, imitare apostolos : audi vocem Salvatoris, et ignora carnalem patrem. Vide verum patrem et animae et spiritus, et relinque patrem corporeum. Relinquunt patrem apostoli,

24. *convertebant*] Cf. infra ad Marc. 11, 15 sqq. Ipse Erasmus in marg. lectorem remittit ad Hieronymum in Matth. 9, 9.

29. *creata sunt*] Ps. 148, 5.

33. *tuum*] Ps. 44, 11 sq.

relinquunt navem, relinquunt totas in momento divitias: relinquunt mundum et infinitas divitias. Totum enim quod habebant dimiserunt. Deus non magnitudinem divitiarum considerat, sed animum dimittentis. Qui parum dimiserunt, utique et magna similiter dimisissent. Relicto patre Zebedaeo in navi cum mercenariis, secuti sunt eum. Hoc quod paulo ante in aenigmate diximus de apostolis, quod legis retia conponebant... Iam enim scissa fuerant, prendere non poterant, iam salsugine maris exesa fuerant, iam non poterant instaurari, nisi venisset sanguis Iesu et innovasset ea. Relinquunt ergo patrem Zebedaeum, relinquunt legem quae vere eos generaverat: et relinquunt in navi, in mediis maris fluctibus constitutum. Et videte aliud quid sequatur. Relinquunt, inquit, patrem, hoc est legem, cum mercenariis. Omnia enim quae faciunt Iudaei, propter praesentem vitam faciunt: propterea mercenarii sunt. 'Qui enim fecerit legem, vivet in ea.' Non dixit, vivet in ea, hoc est, ut ex lege vivat in caelo: sed vivet in ea, hoc est, quod facit, in praesenti recipit. Denique scriptum est in Iezechiele: 'Dedi, inquit, eis praecepta non bona et mandata non optima, quae facientes vivent in eis'. Vivunt in eis Iudaei: nihil aliud quaerunt, nisi habere filios, divitias possidere, se sanos esse. Omnia terrena quaerunt, nihil de caelestibus cogitant: propterea mercenarii sunt. Vultis scire quia Iudaei mercenarii sunt? Filius ille, qui substantiam suam consumpserat, et interpretatur in gentibus, dicit: 'Quanti mercenarii sunt in domo patris mei'. *Relicto patre in navi cum mercenariis, secuti sunt eum.* Dimiserunt patrem, hoc est legem, cum mercenariis in navi. Usque hodie Iudaei navigant, et in lege navigant, et sunt in mari, et ad portum pervenire non possunt. Non crediderunt in portum: propterea non veniunt ad portum.

Et ingrediuntur Capharnaum. Felix et pulchra mutatio: dimittunt mare, dimittunt navem, dimittunt vincula retium, et ingrediuntur Capharnaum. Prima mutatio dimittere mare, dimittere navem, dimittere pristinum patrem, dimittere pristina vitia. In retibus enim, et in vinculis

14 *N. d. vivet*] scripsi; *N. d. vivit* χ. 26 *ad portum*] χ addit: *quem ut omnibus nobis contingat, gratia faciat et benignitas domini nostri Iesu Christi, cui cum patre et spiritu sancto gloria, imperium, honor sit, nunc et semper et in secula seculorum, Amen* et incipit homil. v.

14. *in ea*] Levit. 18, 5; Rom. 10, 5.
17. *in eis*] Cf. Ezech. 20, 25.
22. *patris mei*] Luc. 15, 17. — Hieron. ep. 21, n. 14 'Mercenarios secundum alium intellectum eos animadvertimus ex Iudaeis, qui ob praesentia tantum bona legis praecepta custodiunt ... Sensus itaque iste est: Quanti ex Iudaeis ob praesentia tantum bona a Dei obsequio non recedunt'; et paulo post n. 17 '*Fac me sicut unum de mercenariis tuis.* Fac me, inquit, sicut unum ex Iudaeis, qui te ob praesentium tantum rerum promissa venerantur'.

retium, omnia vitia relinquuntur. Videte ergo mutationem. Dimittuntur illa: et quia illa dimiserunt, quid inveniunt? Ingrediuntur, inquit, Capharnaum: in agrum consolationis. CAPHAR enim dicitur ager, NAUM dicitur consolatio. Si autem volumus, Naum — quoniam lingua hebraea multiplices habet intellegentias, et secundum diversitatem pronuntiantis diversus quoque sensus efficitur — Naum ergo et consolatio dicitur, et decorus. Ergo Capharnaum interpretari potest et ager consolationis, et ager pulcherrimus. Ibi ubi nos legimus 'Ecce quam bonum et quam iocundum': ubi, inquam, nos dicimus τερπνόν, et Aquila interpretatur εὐπρεπές, in hebraeo habetur NAUM, quod interpretatur pulchrum.

Ingrediuntur Capharnaum, et statim sabbatis ingressus synagogam docebat eos: ut sabbati otium relinquerent, et evangelii opera sumerent. *Erat docens eos quasi potestatem habens, et non sicut scribae.* Non enim dicebat, Haec dicit Dominus; et, Qui misit me, haec loquitur: sed ipse loquebatur, qui prius locutus fuerat in prophetis. Aliud est dicere, scriptum est: aliud est dicere, haec dicit dominus: et aliud est dicere, amen dico vobis. Videte in alio loco. 'Scriptum est, inquit, in lege: Non occides, non dimittes uxorem'. Scriptum est. A quo scriptum est? A Moyse, mandante Deo. Si digito Dei scriptum est, tu quomodo audes dicere, Amen dico vobis, nisi ipse es, qui prius legem dedisti? Nemo audet mutare legem, nisi qui et ipse rex est. Legem autem Pater dedit, an Filius? Responde, haeretice. Quidquid volueris, libenter adsumo: utrumque pro me est. Si Pater dedit, et inmutat: Filius ergo aequalis est, qui inmutat cum illo qui dedit. Si autem ipse dedit aut ipse mutat, aequalis auctoritatis est et dedisse et mutasse: quod nemo potest facere, nisi rex. *Stupebant super doctrina eius.* Quid, quaeso, novum docuerat? quid novum dixerat? Eadem loquebatur per se, quae locutus fuerat per prophetas. Sed ideo stupebant, quia erat doctrina eius quasi potestatem habens, et non sicut scribae. Non loquebatur ut magister, sed ut Dominus: non loquebatur auctoritatem referens ad maiorem, sed ipse quod suum erat loquebatur. Denique sic loquebatur, quia quem locutus fuerat in prophetis, praesens dicebat. 'Ego qui loquebar, ecce adsum'.

31 *quem*] χ pro *quae*? Cf. Io. Baptistae Morel 'Elementa critices' ap. Migne, Dictionn. de diplomatique, col. 1061.

7. *et ager pulcherrimus*] Hieron. De nom. hebr. (M. 23, 888) 'Capharnaum, ager vel villa consolationis'; in Matth. 11, 23 sq. 'In Capharnaum autem quae interpretatur villa pulcherrima' etc.

8. *iocundum*] Ps. 132, 1. Hieron. in Psalterio iuxta hebr. sequitur Aquilam *Ecce q. b. et quam decorum.*

32. *adsum*] Is. 52, 6.

Spiritus inmundus, qui prius fuerat in synagoga, qui illos duxerat ad idolatriam, de quo scriptum est ' Spiritu fornicationis seducti estis ' : spiritus qui egressus fuerat de homine et ibat in desertum, et quaesivit sibi locum et invenire non potuit, et alios daemones septem secum tulit et reversus est in domum pristinam : eo tempore isti spiritus erant in synagoga, et praesentiam Salvatoris ferre non poterant. ' Quae enim communicatio Xpisto et Beliae ? ' Non poterant Xpistus et Belias in uno concilio commorari. *Et erat in synagoga eorum homo in spiritu inmundo, et exclamavit dicens : Quid nobis et tibi ?* Qui dicit, Quid nobis et tibi ? unus est, et de pluribus confitetur. In eo enim quod vincitur, intellegit et suos secum esse superatos. *Et exclamavit dicens.* Exclamavit, quasi tormenta sustinens, quasi in dolore positus, quasi flagella ferre non valens. *Et exclamavit dicens : Quid nobis et tibi, Iesu Nazarene ? venisti perdère nos ? Scio qui sis, sanctus Dei.* Et in tormento positus, et tormentorum magnitudinem clamore demonstrans, tamen dolos ipsos non intermittit. Cogitur verum dicere, tormenta cogunt : sed malitia vetat. *Quid nobis et tibi, Iesu Nazarene ?* Quare non confiteris Filium Dei ? Nazarenus te torquet, et non filius Dei ? Sentis poenas, et non confiteris nomen ? Iesu Nazarene. Venisti perdere nos ? Verum est, quod tu dicis : venisti perdere nos. Scio qui sis. Videamus quid dicas. Sanctus Dei. Moyses sanctus Dei non fuit? Esaias sanctus Dei non fuit ? Hieremias sanctus Dei non fuit ? ' Prius, inquit, quam nascereris, in vulva sanctificavi te '. Hoc dicitur ad Hieremiam, et sanctus Dei non fuit ? Ergo nec illi qui sancti erant ? Sed quare non dicis ad eos : scio qui sis, sanctus Dei ? O perversitas mentis : inter flagella et tormenta positus, et scit verum, et tamen confiteri non vult. Scio qui sis, sanctus Dei. Noli dicere sanctus Dei : sed, sanctus Deus. Fingis te scire, sed nescis. Aut enim scis, et dolose taces, aut certe ignoras. Non est enim sanctus Dei, sed sanctus Deus. Hoc totum quare dico? ut non adquiescamus testimoniis daemonum. Numquam enim verum loquitur : siquidem mendax est, sicut pater eius. ' Pater, inquit, vester mendax est, et ab initio mendax est, sicut et pater eius '. Pater, inquit, mendax est, et veritatem non loquitur, sicut et pater eius, qui est pater Iudaeorum. Utique diabolus ab initio mendax est. Et quis est pater diaboli ? Vide quid dicat. Pater enim vester mendax est, ab initio menda-

18 *non confiteris nomen ? Iesu Nazarene*] scripsi ; *n. c. nomen Iesu Nazareni ?* χ. 23 *qui sancti*] χ pro *quidem sancti ?*

2. *seducti estis*] Ose. 4, 12.
5. *pristinam*] Matth. 12, 43 sqq.
7. *et Beliae*] 2 Cor. 6, 15. Lege sis not. ad p. 12, l. 17.
22. *sanctificavi te*] Ierem. 1, 5.
31. *pater eius*] Io. 8, 44.

cium loquitur, sicut et pater eius. Quod dicit, hoc est: diabolus mendax est, et mendacium loquitur, et pater est ipsius mendacii. Non quod diabolus alium patrem habeat, sed quod mendacii pater diabolus est Propterea dicit, Mendax est, et ab initio mundi veritatem non loquitur: hoc est, mendacium loquitur, et est pater eius, hoc est, ipsius mendacii. Hoc in transitu dixerimus, quoniam non debemus testimoniis credere daemonum. Dicit Dominus atque Salvator: 'Hoc genus, inquit, non exit nisi in multis ieiuniis et orationibus'. Et ecce video multos vacare ebrietatibus, ructare vinum, et inter epulas exorcizare, et clamare daemones: et credimus Xpistum esse mentitum. Dixit enim: Hoc genus non exit nisi in multis ieiuniis et orationibus. Hoc totum propterea loquor, ne facile credamus testimoniis daemonum. Denique quid dicit Salvator? *Et comminatus est ei Iesus, dicens: Obmutesce, et exi ab homine.* Non indiget veritas testimonio mendacii. Non veni ut tuo testimonio conprobarer, sed ut te eicerem de creatura mea. 'Non est pulchra laudatio in ore peccatoris'. Non indigeo eius testimonio, cuius tormenta desidero. Obmutesce. Laus mea sit silentium tuum. Nolo me laudet vox tua, sed tormenta tua: poena tua laus mea est. Non quia laudas gratulor, sed quia exis gratulor. Obmutesce, et exi de homine. Quasi diceret: Exi de domo mea: quid facis in hospitio meo? Ego intrare desidero: obmutesce, et exi de homine. De homine, de rationali animali. Exi de homine: relinque mihi hospitium praeparatum. Dominus desiderat domum suam: exi de homine, de rationali animali. Exi de homine. Dixit et in alio loco ad legionem, ut egrediatur de homine, et ingrediatur in porcos. Vide quam pretiosa sit anima hominis. Hoc adversus eos, qui putant et nos et animalia unam animam habere, et unum spiritum trahere. De uno homine expellitur, et in duo milia porcorum mittitur: hoc enim pretiosum est quod servatur, illud est vile quod perditur. Exi de homine: vade in porcos, vade in animalia, vade quocumque alio volueris, vade in abyssos.

1 *Quod dicit, hoc est*] scripsi; *quasi dicat h. e.* χ. 5 *Hoc in transitu dixerimus*] χ. Suspicor scriptum fuisse in codice, quemadmodum supra saepissime, *Hoc interim diximus.* 13 *Non indiget*] scripsi; *nam dicit* χ. Cf. Morel. op. cit. col. 1004, 1018 et 1029.

2. *Non quod diabolus a. patrem habeat*] Hieron. in Is. 14, 22 sq. 'Legimus in evangelio quod diabolus ab initio mendax sit et pater eius, id est mendacii; quod multi non intellegentes patrem diaboli volunt esse draconem qui regnet in mari' etc.

8. *orationibus*] Matth. 17, 20.

16. *peccatoris*] Eccli. 15, 9.

24. *in porcos*] Matth. 8, 32.

25. *Hoc adversus eos* etc] Hieron. in Matth. 8, 31 sqq 'Erubescat Manichaeus. Si de eadem substantia et ex eodem auctore hominum bestiarumque sunt animae, quomodo ob unius hominis salutem duo milia porcorum suffocantur?'

Hominem relinque, hoc est, possessionem proprie meam. Exi de homine: nolo te hominem possidere : iniuria mea est te versari in homine, cum ego verser in homine. Ego adsumpsi corpus humanum, ego habito in homine : caro ista, quam possides, meae carnis portio est : egredere de homine.

Et discerpens illum spiritus inmundus. Dolorem suum his signis ostendit. Discerpens eum. Quoniam animam laedere non poterat, corpus quidem laedit : sed quoniam alio modo non poterat intellegi egrediens daemon, signis corporeis ostenditur quod egressus sit. Et discerpens eum spiritus inmundus. Quia spiritus mundus stabat, propterea fugit spiritus inmundus. *Et exclamans voce magna, exivit ab eo.* Exeuntem se et clamore vocis et discerptione corporis protestatus est. *Et mirati sunt omnes, ita ut conquirerent inter se* et cetera. Legamus Acta apostolorum, legamus signa quae fecerunt veteres prophetae. Facit signa Moyses, et quid dicunt incantatores Pharaonis ? ' Digitus Dei est '. Moyses facit, et illi potentem alium confitentur. Deinde faciunt apostoli signa. ' In nomine Iesu surge et ambula '. ' Et in spiritu, inquit, Iesu egredere '. Semper Iesus nominatur. Hic vero quid dicit ? Exi de homine. Non nominatur alius ; sed ipse est, qui cogit eos exire. *Mirati sunt omnes, ita ut inter se conquirerent dicentes : Quidnam est hoc ? quae doctrina haec nova ?* Quia daemon egressus fuerat, nihil novum hoc : nam et exorcistae Hebraeorum facere consueverant. Sed quid dicit ? Quae est haec doctrina nova ? Quae nova ? *Quia in potestate spiritibus inmundis imperat.* Non alium nominat, sed ipse praecipit : non in alterius nomine dicit, sed in sua potestate.

Et processit statim rumor eius in omnem regionem Galilaeae. Non in Iudaeam, non in Hierosolymam : doctores enim Iudaeorum invidentes Iesu rumorem egredi non sinebant. Denique et Pilatus et alii noverant quod Pharisaei Iesum propter invidiam tradidissent. Rumor ergo ingreditur in eas aures, quae invidia non clauduntur. Hoc totum quare dico ? Quia rumor eius egressus est in omnem Galilaeam. In totam Galilaeam pervenit, et in unum viculum Iudaeae non pervenit. Hoc totum quare dico ? Quia anima quae semel possessa fuerit ab invidia, difficile est ut virtutes recipiat. Inpossibile paene est remediari animam, quam invidia possederit.

6 *his*] scripsi ; *hic* χ. Cf. Morel, col. 1010. 9 *corporeis*] scripsi ; *corporis* χ. 27 *egredi*] χ (pro *ingredi*? cf. l. sq.).

15. *Dei est*] Exod. 8, 19.
17. *ambula*] Act. 3, 6.
egredere] ibid. 16, 18.
21. *exorcistae Hebraeorum*] Hieron. in Matth. 12, 27 ' Filios Iudaeorum, vel exorcistas gentis illius ex more significat, vel apostolos ' etc.
28. *tradidissent*] Matth. 27, 18.

Denique primum homicidium et parricidium fecit invidia. Duo erant homines in mundo, Abel et Cain: Abel munera suscepit Dominus, Cain non suscepit. Qui virtutem imitari debuerat, adeo non fecit: sed statim interfecit eum, cuius Dominus munera susceperat.

Et protinus egredientes de synagoga venerunt in domum Simonis et Andreae cum Iacobo et Iohanne. Instruxerat Dominus quadrigam suam, et super cherubim ferebatur: et ingreditur in domum Petri. Digna enim erat anima eius, quae tantum hospitem susciperet. Venerunt, inquit, in domum Simonis et Andreae. *Discumbebat autem socrus Simonis febricitans.* Utinam ad nostram domum veniat et ingrediatur, et febres peccatorum nostrorum sua iussione sanet. Unusquisque nostrum febricitat. Quando irascor, febricito: quot vitia, tot febres sunt. Sed rogemus apostolos, ut precentur Iesum, et accedat ad nos, et tangat manum nostram: si enim manum nostram tetigerit, statim fugit febris. Egregius medicus, et verus est archiater. Medicus Moyses, medicus Esaias, medici omnes sancti: sed iste archiater est. Novit diligenter venas tangere, et morborum arcana scrutari. Non tangit aurem, non tangit frontem, non tangit aliam partem corporis: sed manum tangit. Propterea enim febricitabat, quia bona opera non habebat. Primum itaque sanantur opera, et postea febris tollitur. Non potest fugere febris, nisi opera sanentur. Quando manus nostra habet mala opera, iacemus in lectulo, allevare nos non possumus, ambulare non possumus: toti siquidem in aegritudine sumus. *Et accedens* ad illam quae aegrotabat... Surgere enim ipsa non potuit, quia iacebat in lectulo, ideo venienti occurrere non potuit: sed iste misericors medicus ipse vadit ad lectulum, qui oviculam morbidam suis humeris portaverat, ipse venit ad lectulum. Et accedens. Ultro accessit, ut ultro sanaret. Et accedens. Vide quid dicat. Debueras quidem mihi venienti occurrere, debueras venire ad ostium et suscipere me, ut sanitas tua non tantum misericordiae meae esset, sed et voluntatis tuae: sed quoniam magnitudine febrium opprimeris, et levare te non potes, ipse venio. *Et accedens elevavit eam.* Quia surgere ipsa non poterat, levatur a Domino. *Et elevavit eam adprehendens manum eius.* Manum quidem prendit. Et Petrus quando periclitabatur in mari et submergebatur, manus ipsius tangitur, et elevatur. Et levavit eam adprehensa manu eius. Manu sua adprehendit manum.

4 *susceperat*] χ addit: *Quam invidiam utinam fugiamus omnes, et virtutem sequamur, praestante domino, cui honor in secula seculorum, Amen* et incip. homil. VI. 26 *accessit*] scripsi; *accersit* χ. Cf. Morel, col. 1040.

14. *verus est archiater*] Hieron. Translat. homil. XIII Orig. in Luc. ' eveniat aliquis archiater qui habeat summam in arte notitiam ' etc.

O beatam amicitiam, o pulchrum osculum! Elevavit eam adprehensa manu eius: manum illius sanavit sua manu. Adprehendit manum eius quasi medicus, tentavit venas, vidit magnitudinem febrium, ipse et medicus et medicamentum. Tangit Iesus, et fugit febris. Et in nobis tangat manum, ut mundentur opera nostra. Ingrediatur domum nostram: levemus nos aliquando de lectulo, non iaceamus. Iesus stat ante lectulum, et nos iacemus? Surgamus, et stemus: ignominia nostra est, nos ante Iesum iacere. Dicat aliquis, Ubi est Iesus? Hic est in praesenti. ' Medius, inquit, inter vos stat, quem vos nescitis'. ' Regnum Dei intra vos est '. Credamus, et videmus praesentem Iesum. Si manum eius tangere non possumus, advolvamur pedibus. Si non possumus ad caput pervenire, saltem pedes ipsius lacrimis lavemus. Nostra paenitentia unguentum Salvatoris est. Vide quanta sit misericordia Salvatoris. Peccata nostra mali odores sunt, putredo sunt: tamen si agamus paenitentiam propter peccata, si ploremus, peccata nostra putrida unguentum efficiuntur Domini. Rogemus ergo Dominum, ut adprehendat manum nostram. *Et confestim*, inquit, *dimisit eam febris*. Statim ut manus adprehenditur, febris fugit. Videte quid sequitur. Et continuo dimisit eam febris. Spem habeto, peccator, si tamen de lectulo surrexeris. Denique et sanctus David, qui corruerat, qui cum Bersabee uxore Uriae Chettaei iacebat in lectulo, et adulterio febricitabat, postquam Dominus sanavit eum, postquam dixerat ' Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam ' et ' Tibi soli peccavi et malum coram te feci ' ' Libera me de sanguinibus Deus Deus meus '... Sanguinem enim Uriae fuderat, quia fundendum mandaverat. ' Libera me, inquit, de sanguinibus Deus Deus meus, et spiritum rectum innova in visceribus meis '. Vide quid dixit, innova. Eo siquidem tempore quo adulterium feci, quo homicidium perpetravi, Spiritus sanctus in me veteratus est. Et quid dicit? ' Lavabis me, et super nivem dealbabor '. Quoniam ergo lavasti me per lacrimas meas, lacrimae meae et paenitentia mea mihi fuerunt pro baptismate. Ergo de paenitente videte quid efficitur. Egit paenitentiam et flevit: ideo mundatus est. Statim quid sequitur? ' Doceam iniquos vias tuas, et impii ad te convertentur '. De paenitente magister est effectus. Hoc totum quare dixi? Quoniam in

20 *Chettaei*] scripsi; *Cethaei* γ. 32 *Doceam*] = *docebo*. Cf. Clement. epist. latin. p. 19, l. 18; 52, 19 etc.

9. *nescitis*] Io. 1, 26.
est] Luc. 17, 21.
22. *tuam*] Ps. 50, 3.
23. *feci*] ibid. 6.
24. *meus*] ib. 16.
26. *meis*] ib. 12.
28. *dealbabor*] ib. 9.
32. *convertentur*] ib. 15.

praesenti scriptum est: *Et confestim dimisit eam febris, et ministrabat eis.* Non ei sufficit quod eam dimiserit febris, sed in ministerium Xpisti tollitur. Et ministrabat eis. Ministrabat pedibus, ministrabat manu, huc illucque currebat, eum a quo sanata fuerat venerabatur. Et nos ministremus Iesu. Libenter suscipit ministerium nostrum, licet pollutas habuerimus manus: et quia ipse sanavit, quod sanavit dignatur aspicere. Ipsi sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

[IN MARC. V, 30-43]

Quis me tetigit? Interrogat circumspiciens, ut videret eam quae hoc fecerat. Nesciebat Dominus quis tetigisset? quomodo ergo quaerebat eam? Quasi sciens, ut indicaret. *Mulier autem timens et tremens, sciens quod factum esset* et cetera. Si non interrogasset et dixisset, Quis me tetigit? nemo sciisset factum esse signum. Dicere enim poterant: Non fecit signum, sed iactat se, pro gloriae causa loquitur. Propterea interrogat, ut mulier illa confiteatur, et Deus glorificetur. *Et procidit ante eum, et dixit ei omnem veritatem.* Videte gradus, videte profectus. Quamdiu sanguinem fluebat, in ante venire non poterat: sanata est, et in ante venit. Et procidit ante pedes eius. Necdum audebat vultum aspicere: modo ut sanata fuit, sufficit ei ut pedes teneat. Et dixit ei omnem veritatem. Xpistus veritas est. Et quoniam sanata fuerat a veritate, confessa est veritatem. *Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te salvam fecit.* Digna quae vocetur filia, quae sic crediderat. Turba, quae conprimit, filia non potest appellari: ista vero, quae ante pedes cadit, et confitetur, filiae nomen meretur accipere. Fides tua te salvam fecit. Videte humilitatem: ipse sanat, et illi refert, quod sanavit. Fides tua te salvam fecit. *Fides tua te sanavit: vade in pace.* Antequam crederes in Salomonem, hoc est in pacificum, non habebas pacem: nunc autem vade in pace. ' Ego vici mundum '. Pacem habes, esto secura: quia sanatus est gentium populus.

Veniunt ab archisynagogo dicentes quia filia tua mortua est: quid ultra vexas magistrum? Revixit ecclesia, et synagoga mortua est. Licet mortua sit puella, tamen Dominus loquitur ad archisynagogum: *Noli timere, tantummodo crede.* Loquamur et nos usque hodie ad synagogam, loquamur ad Iudaeos: Mortua quidem est archisynagogi filia: sed credite, et

8 *Homilia septima*] χ.

27. *mundum*] Io. 16, 33.

suscitatur. *Et non admisit quemquam sequi se nisi Petrum et Iacobum et Iohannem fratrem Iacobi.* Quaerat aliquis et dicat: Quare isti semper adsumuntur, et ceteri dimittuntur? Nam et in monte quando transformatus est, isti tres adsumpti sunt. Eliguntur ergo tres, Petrus Iacobus et Iohannes. Primum et in isto numero mysterium Trinitatis est, qui numerus per se sanctus est. Nam et Iacob secundum hebraicam veritatem tres virgas ponit in canalibus. Scriptum est et in alio loco: ' Spartum triplex non disrumpetur '. Eligitur ergo Petrus super quem fundata est ecclesia, et Iacobus qui primus de apostolis martyrio coronatus est, et Iohannes qui virginitatis est exordium.

Et venit in domum archisynagogi, et vidit tumultum et flentes et heiulantes. Usque hodie in synagoga tumultus est. Licet psalmos David promittant se dicere, tamen canticum eorum luctus est. *Et ingressus ait eis: Quid turbamini et ploratis? puella non est mortua, sed dormit.* Puella, quae vobis mortua est, mihi vivit: vobis mortua, mihi dormit. Et quod dormit, suscitari potest. *Et inribedant eum.* Non enim credebant ab Iesu posse suscitari filiam archisynagogi. *Ipse vero abiectis omnibus adsumpsit patrem et matrem puellae.* Loquamur ad sanctos homines qui signa faciunt, quibus Dominus concessit virtutes aliquas. Ecce Xpistus suscitaturus filiam archisynagogi omnes foras eicit, ne iactantiae causa id facere videretur. Ipse vero abiectis omnibus, adsumpsit patrem et matrem puellae. Et istos forsitan eiecisset, nisi propter adfectum parentum, ut viderent puellam suscitatam. *Et ingreditur ubi erat puella iacens, et tenens manum puellae* et cetera. Primum manum tetigit, sanavit opera, et sic suscitavit. Vere eo tempore conpletum est: ' Cum intraverit plenitudo gentium, tunc omnis Israhel salvus fiet '. Ait ergo *Talitha kumi*: quod interpretatur, Puella surge mihi. Si diceret, Talitha kum, interpretaretur, Puella surge: nunc vero quia dixit, Talitha kumi, interpretatur de syra et hebraea lingua, Puella surge mihi. Kumi, hoc est, surge mihi. Videte ergo myste-

11 *et flentes*] scripsi (gr. καὶ κλαίοντας); *et fletus* χ. 25 *intraverit*] scripsi; *intravit* χ.

2. *Quare isti s. adsumuntur*] Hieron. in Matth. 17, 1 ' Quare Petrus et Iacobus et Ioannes in quibusdam evangeliorum locis separentur a ceteris, aut quid privilegii habeant extra alios apostolos, crebro diximus '.

7. *tres virgas ponit*] Gen. 30, 37. — Hieron. Hebr. quaest. in Genes. h. l. ' *Tres* enim virgas... ex parte decorticans ' etc.

Spartum triplex etc.] Eccle. 4, 12 ubi in edit. Vulgata et apud ipsum Hieronymum in comment. legitur *funiculus triplex*. Cf. tamen eiusdem ep. 82, n. 11 ' Cunctarum virtutum mater est caritas; et quasi *spartum triplex* apostoli sententia roboratur dicentis: Fides, spes, caritas '.

26. *salvus fiet*] Rom. 11, 25 sq.

rium in ipsa lingua hebraea et syra. Quasi diceret: Puella, quae mater esse debebas, propter infidelitatem puella facta es. Et aliter possumus dicere: Quia renasceris, puella vocaberis. Puella surge mihi: non tuo merito, sed mea gratia. Mihi ergo surge: quod sanaris, non [est] ex tuis virtutibus. *Et confestim surrexit puella, et ambulabat.* Et nos tangat Iesus; et statim ambulabimus. Licet paralytici simus, licet mala habeamus opera, et ambulare non possumus, licet in lectulo iaceamus peccatorum et corporis nostri: si tetigerit nos Iesus, statim sanabimur. Socrus Petri laboraverat febribus: tetigit Iesus manum, et surrexit, et statim ministrabat illi. Videte quanta differentia. Illa tangitur, et surgit, et ministrat: isti sufficit, quia tantum ambulat. *Et obstupuerunt stupore maximo, et praecepit illis vehementer ut tacerent et nulli dicerent.* Videtis causam, qua eiecerat turbam signa facturus? Praecepit, et non solum praecepit, sed vehementer praecepit, ut nemo sciret. Praecepit tribus apostolis, praecepit et parentibus, ut nemo sciret. Praecepit Dominus omnibus: sed puella tacere non potest, quae surrexit. *Et dixit dari ei manducare:* ne resurrectio phantasma putaretur. Et ipse propterea post resurrectionem comedit de pisce et de favo. Et dixit dari ei manducare. Obsecro Domine, et nobis iacentibus tange manum, et nos resuscita de lectulo peccatorum nostrorum, ambulareque nos facias. Cum ambulaverimus, iube nobis dari manducare: iacentes manducare non possumus: nisi steterimus, corpus Xpisti accipere non valemus. Cui gloria una cum patre et spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

[IN MARC. VIII, 1-9]

In diebus illis, cum turba multa esset cum Iesu, nec haberet quod manducaret, convocatis discipulis ait illis: Misereor turbae, quia ecce triduo sustinuit, nec habent quod manducent. In superiori parte legimus quoniam Dominus paverit de quinque panibus quinque milia hominum; et de reliquiis levati sunt duodecim cophini fragmentorum. In illa parabola quidquid visum fuerat illo tempore disputavimus. Haec vero historia quae nunc lecta est, et alia est, et ipsa est: ex parte enim similis est, et

4 *est ex*] scripsi; χ om. *est*. Cf. Morel. op. cit. col. 1055 et 1078-80. 7 *possumus*] ita χ. 24 *Homilia octava* χ.

1. *et syra*] Hieron. De nomin. hebr. (M. 23, 888) '*Talita cumi*: puella surge. Syrum est'.
18. *de favo*] Luc. 24, 42.
27. *In superiori parte*] Marc. 6, 35 sqq.
30. *disputavimus*] Intercidit illa homilia.

ex parte dissimilis. In illa historia legimus, quod qui pasti sunt, pasti sunt in deserto: in ista vero legimus, quod qui pasti sunt, in monte pasti sunt. Primum volo dicere quid sit dissimile. Debemus enim scire venas ipsas carnesque scripturarum, ut cum intellexerimus ipsam scripturam, postea sensum videre possimus. Ibi legimus quia quinque milia fuerint qui pasti sunt: hic vero legimus quod quattuor milia fuerunt. Ibi legimus quod quinque panes fuerint: hic legimus quod septem panes fuerint. Ibi legimus, secundum evangelium Iohannis, quod quinque panes hordeacei fuerint: hic vero legimus quod isti panes septem frumentarii sunt. Videtis differentiam: videtis quia ipsum est, et non ipsum est. Non debemus igitur scripturas neglegenter legere. Hoc solum est dissimile? nihil est aliud? Videamus quid scriptura dicat. Ibi legimus quoniam populus qui pascitur una die tantum fuit cum Iesu: et pascuntur, non ad meridiem, sed ad vesperam, declinante sole. Isti vero, hoc est quattor milia qui septem panibus pascuntur frumenticiis: quid dicit de illis ipse Iesus, non apostoli sicut in superiori? Ibi enim apostoli dicunt: Ecce die tota expectant te; hic vero ipse Salvator loquitur: Ecce iam triduo sustinent me. Videte quae sit differentia inter unum diem et tres. Ibi ab apostolis Dominus rogatur ut pascat: hic apostolos commonet Dominus ut pascant. Hic quid dicit? *Si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient.* Digni erant sollicitudine Domini, qui tribus diebus expectaverant Dominum. Deinde videamus et alia. Quinque milia hominum quinque panes comedunt, et de quinque panum reliquiis inplentur duodecim cophini. Hic quattuor milia hominum — minor quidem est numerus: ibi enim quinque milia, hic quattuor — quattuor milia ergo hominum comedunt septem panes. Minor scilicet numerus plus comedit: 'multi enim sunt vocati, pauci vero electi'. Videte quid dicat. Quattuor milia hominum comedunt septem panes. De quinque panibus inplentur duodecim cophini: de septem panibus inplentur septem sportae. De minori numero minus remanet, de maiori numero plus remanet. Isti enim quattuor milia, minor quidem in numero: ceterum maior in fide. Qui maior in fide, plus comedit; et quia plus comedit, minus ei remanet. Utinam et nos panes frumenticios de scripturis plus comedere possimus, ut minus nobis remaneat in scientia. Multa sunt quae dicantur. Ceterum quia in priori parabola iam explicata sunt, tantum voluimus differentiam parabolarum dicere: etenim sensus in priori dictus est. Sequamur autem vestigia san-

6 *fuerunt*] ita χ. 9 *frumentarii*] χ (pro *frumentacii*?) 15 *frumenticiis*] *frumentitiis* χ. 31 *Qui maior*] χ (pro *Quia maior*?)

27. *electi*] Matth. 20, 16.

cti presbyteri: et quoniam ipse de principio psalmi plenius disputavit, nos reliqua percurremus.

[IN MARC. VIII, 22-26]

Quoniam sanctus presbyter de psalmo divina cantavit, nos evangelium dividimus; et quod dicturi eramus in psalmum, in parte evangelii dicimus.

Et veniunt Bethsaidam: et adducunt ei caecum, et rogant illum ut eum tangeret. Veniunt Bethsaidam apostoli, veniunt quibus dixerat ' Nondum intellegitis? ' Praeterita enim historia hoc continet. Veniunt ita Bethsaidam, in viculum Andreae et Petri, Iacobi et Iohannis. Bethsaida interpretatur domus venatorum: de ista enim domo missi sunt in totum orbem venatores et piscatores. Considerate quid dicitur. Historia manifesta est, littera patet: spiritus requiratur. Quia venerit in Bethsaida, quia caecus ibi loci fuerit, quia discesserit: quid hoc magnum? Magnum quidem est quod fecit: sed nisi cotidie fiat, quod olim factum est, nobis quidem magnum esse cessavit. Et veniunt Bethsaidam. Veniunt apostoli in domum suam, ubi nati fuerant. Et adducunt ei caecum. Diligenter rem advertite, notate quod dicitur. In domo apostolorum caecus est: ubi nati sunt apostoli, ibi caecitas est. Intellegitis quod dico? Caecus iste populus Iudaeorum est, qui in domo apostolorum erat. Et adducunt ad eum caecum. Iste est caecus, qui in Hiericho secus viam sedebat: non in via, sed secundum viam: non in lege vera, sed in lege litterae. Et rogant eum ut illum tangeret. Ille qui erat in Hiericho, cum audiret Iesum praetereuntem, coepit clamare et dicere ' Miserere mei, fili David ', et increpabant illum praetereuntes. Ceterum Iesus non increpat: non enim venit nisi ad oves perditas domus Israhel. Iussit eum ad se adduci. Ille audiens quod Iesus vocaret se ' Exilivit, inquit, et sua vestimenta dereliquit, et sic cucurrit '. Non potuit ire cum vestimentis suis. Quid causae

2 *percurremus*] χ (pro *percurramus*?) Cf. Morel. col. 1003; χ addit *praestante Domino qui vivit* etc. 3 *Homilia nona* χ. 8. 9 *Bethsaidam*] scripsi; *Bethsaida* χ. 14 *loci*] ab edit. add. esse suspicor.

2. *percurremus*] Cf. supra p. 312, l. 6.
9. *intellegitis*] Marc. 8, 21.
12. *venatores et piscatores*] Hieron. in Ezech. 28, 20 sqq. ' Sunt autem et in bonam partem his contrarii venatores, de quibus scribit et Ieremias *Ecce ego mittam piscatores et venatores*... Unde et viculus Petri et Andreae hoc appellatur vocabulo: Bethsaida enim in lingua nostra interpretatur *domus venatorum* '.
23. *in Hiericho*] Cf. Marc. 10, 47.
26. *Israhel*] Matth. 15, 24.
27. *dereliquit*] Marc. 10, 50.

fuit, ut vestimenta dimitteret, et sic ad Iesum curreret? Non potuit ire cum veteribus vestimentis, nudus cucurrit ad Dominum. Caecus erat: sordida habebat vestimenta, conscissa et dirupta. Cucurrit itaque quasi caecus, et sanatus est. Quia ita erat in Hiericho caecus ille secundum viam, qui et sanatus est: iste nunc curatur in Bethsaida.

Et rogant eum, ut illum tangeret. Rogant discipuli Dominum Salvatorem, ut illum tangeret. Ille enim quia prae caecitate ignorabat viam, ambulare non poterat, ut tangeret Xpistum. Rogant dicentes ei: Tange, et sanabitur. *Et adprehendit manum caeci, et eduxit eum extra vicum.* Adprehendens manum eius. Quia manus eius sanguine plena erat, adprehendit manum, et purgavit eam. Adprehendit manum eius quasi caeci, ipse via et ductor, et eduxit eum extra vicum. Putatis nos vim scripturae sanctae facere? Forsitan aliquis dicat in tacita cogitatione: Iste semper allegorias sequitur, vim scripturae sanctae facit. Quid causae est, respondeat mihi qui hoc cogitat, quid causae est, ut ingrediatur in Bethsaida, ut offeratur ei caecus? Non eum curat in viculo, sed extra vicum: non enim sanari potest et videre in lege, sed in evangelio. Usque hodie Iesus si ingrediatur Bethsaidam, hoc est, in synagogam Iudaeorum: Iesus, id est, sermo divinus ingrediatur in synagogam Iudaeorum, hoc est, in concilia Iudaeorum: caecus ille quamdiu in synagoga est et in littera, sanari non potest, nisi foras adducatur. *Eduxit eum extra vicum et expuens in oculos eius, inpositis manibus suis.* Saliva Xpisti medicina est. *Et expuens in oculos eius, inpositis manibus suis, interrogavit eum si aliquid videret.* Scientiae semper profectus sunt. Non potest aliquis in una hora perfectam sapere sapientiam, quamvis prudens is sit. Non nisi multo tempore et eruditione diu quaesita ad perfectam scientiam potest quis pervenire. Primum tolluntur sordes, et caecitas tollitur: et ita lumen venit. Saliva Domini perfecta doctrina est: quae ut perfecte doceat, a dominico ore procedit. Saliva Domini, ut ita dicam, quasi de substantia Domini scientia est. Sicut enim sermo, qui de ore procedit. medicina est: sic saliva videtur quasi de Dei, hoc est, ipsa exire substantia. Hic ergo quod dicit, hoc est: secretiore doctrina abstersit errorem oculorum ipsius. Et expuens in oculos eius, inpositis manibus suis. Saliva oculos sanat, manus ponuntur in capite: saliva caecitatem propellit, manus inponunt benedictionem.

31 *de Dei*] videtur deesse aliquid, fortasse graeca dictio, quam supra in χ desiderari iam adnotavi (v. gr. p. 320, l. 25, p. 322, l. 12). *Hic*] scripsi; *hoc* χ.

11. *ipse via et ductor*] 'fecit eos ut in se ambularent, ipse et ductor et via'. Hieron. in ps. 106, supra 177, 24.

Et interrogavit eum si quid videret. Sciebat quid videret, et quid non videret. Dixit tamen, si aliquid videret. Quando interrogat si aliquid videret, scit quod adhuc non perfecte conspiceret. *Et suspiciens ait.* Pulchre dixit ἀναβλέψας, hoc est suspiciens, qui quamdiu caecus erat deorsum aspiciebat: sursum aspexit, et sanatus est. *Suspiciens ait: Video homines veluti arbores ambulantes.* Nec caecus est, nec oculos habet. Video homines veluti arbores ambulantes. Umbram adhuc video, necdum veritatem. Quod dicit, video homines veluti arbores ambulantes, hoc dicit: Video aliquid in lege, sed clarum evangelii lumen necdum aspicio. Usque hodie Iudaei vident homines veluti arbores ambulantes: vident Moysen, et non vident eum: legunt Esaiam, et non intellegunt. Vident homines: homo est enim Esaias. Hieremias, omnes prophetae homines sunt ad conparationem iumentorum. 'Homo cum in honore esset non intellexit: adsimilatus est iumentis insipientibus, et similis factus est eis'. Ergo rationabiles prophetas non vident quasi homines, sed quasi arbores, id est inrationabiles, inintellegibiles.

Deinde inposuit iterum manus super oculos eius. Qui me putas vim facere scripturae: qui dicis, Vim facis, hoc habet tantum quod sonat in littera: nihilne intrinsecus est? Manus tenet super oculos ipsius, et interrogat an aliquid videat.

Et posuit iterum manus suas super oculos eius, et coepit videre. Videte quid dicitur. Inposuit manus super oculos eius, et coepit videre. Si humana esset virtus, utique etsi videret, manibus super oculos inpositis videre non poterat. Sed manus Domini omnibus oculis clarior est. Et inposuit manus super oculos eius, et coepit videre. *Et restitutus est, ut videret clare omnia.* Omnia, inquam, haec videret quae nos cernimus: videret mysteria Trinitatis, videret omnia quae in evangelio sacramenta sunt. Ut videret clare. Nisi essent aliqui qui viderent, et tamen non clare viderent, numquam hoc diceret, Ut videret clare. Nunc ergo quod dicitur, videret clare, et nos omnes videmus: credimus enim in Xpistum, qui verum lumen est: sed inter videntes et videntes magna distantia est. Secundum enim fidem uniuscuiusque credentis est Iesus aut magnus aut parvus. Si peccator sum, et ago paenitentiam, pedes tango: si sanctus sum, caput lavo.

Et misit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam, et in

4 ἀναβλέψας] *anaulepsas* χ. *qui*] χ (pro *quia*?) 19 *nihilne*] Particulam *ne* ab edit. additam esse suspicor.

15. *eis*] Ps. 48, 13.

vicum ne introieris, et nemini dixeris. Videte diligenter. Caecus iste in in Bethsaida erat, educitur foras: ibi sanatur, non in Bethsaida, sed extra Bethsaidam. Et quia sanatus est, dicitur ei: Revertere in domum tuam, sed non vadas in vicum. De Bethsaida tollitur: ibi erat, ibi invenitur. Et quomodo non est Bethsaidae ipsius domus? Videte quid dicitur. Si secundum litteram intellegimus, penitus stare non potest. Si enim caecus iste invenitur in Bethsaida, et de Bethsaida tollitur foras, et ibi curatur, et dicitur ei, Revertere in domum tuam: utique dicitur ei, Revertere in Bethsaidam. Si autem revertitur in Bethsaidam, quomodo dicitur ei: Ne introieris in vicum? Vides ergo quod spiritalis intellegentia est. Educitur de domo Iudaeorum, de viculo Iudaeorum, de lege Iudaeorum, de littera Iudaeorum, de traditionibus Iudaeorum. Qui non poterat sanari in lege, sanatur in gratia evangelii, et dicitur ei: Revertere in domum tuam, non in istam domum quam tu putas, unde egressus est, sed in domum unde fuit et Abraham. Si quidem Abraham pater credentium est. 'Abraham vidit diem meum, et laetatus est'. In domum tuam revertere: hoc est, in ecclesiam. 'Dum venio, inquit, ut scias quomodo gubernare debeas ecclesiam, quae est domus Dei'. Vides ergo quoniam domus Dei ecclesia est. Dicitur ergo ei, Vade in domum tuam, hoc est in domum fidei, hoc est in ecclesiam: ne revertaris in viculum Iudaeorum.

[IN MARC. VIIII, 1-7]

Amen dico vobis, quia sunt quidam de hic adstantibus qui non gustabunt mortem. Amen dico vobis. Iurat Xpistus: debemus Xpisto iuranti credere. Quod enim in veteri testamento dicitur 'Vivo ego dicit Dominus', in novo testamento dicitur 'Amen amen dico vobis'. Amen amen dicitur vere vere. Veritas loquitur veritatem, ut vincat mendacium. Amen dico vobis, quia sunt quidam de hic adstantibus. Dico vobis discipulis, Iudaeis autem non loquor: clausas enim habent aures, et meus sermo eas penetrare non potest. *Quia sunt quidam de hic adstantibus qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei.* Pulchre de his qui stant dicitur, Non gustabunt mortem: qui enim stat, in eo quo stat, non gustat mortem. Nam et Moyses loquitur in Deuteronomio: 'Quadraginta,

20 *Iudaeorum*] χ more suo add. hanc clausulam: *In qua ecclesia utinam semper maneamus, concedente domino, qui vivit* etc. Sequitur homilia decima. 31 *quo stat*] pro *quod stat*?

16. *laetatus est*] Io. 8, 56. 18. *Dei*] 1 Tim. 3, 15.

inquit, diebus et quadraginta noctibus steti in monte cum Deo'. Solus stetit quadraginta diebus: et ideo meruit legem accipere. Stantibus datur, iacentibus non datur. Singula verba discutimus, ut ad lectionis mysteria perveniamus. Si enim pulchra vestibula sunt, qualis ipsa domus erit?

Qui non gustabunt mortem. Mortis plura sunt genera: alii gustant mortem, alii vident, alii comedunt, alii saturantur, alii reficiuntur. Ceterum et apostoli, quoniam stabant, et apostoli erant, propterea ne gustaverunt quidem mortem. Et hoc interim diximus secundum tropologiam, secundum et illum sensum 'Quis est homo qui vivat et non videat mortem?' In eo quod dicit, quis? aut inpossibile dicit, aut difficile. Qui non gustabunt mortem. Sunt quidam, qui non gustabunt mortem: qui vero mortem non videant, difficile reperitur. Hic autem mortem peccati intellegere debemus. 'Anima enim quae peccaverit, ipsa morietur'. Difficile est ergo, ut quis vivat et non videat mortem. Inter videre et gustare differentia est. Qui videt, videt quidem, sed non gustat: qui autem gustat, necesse est ut videat. Videamus quid sit gustare mortem, quid sit videre mortem. Vidi mulierem pulchram, voluit anima mea eam concupiscere, Dei timor expellit desiderium: vidi mortem, sed non gustavi. Si autem videro et concupivero, iam moechatus sum in corde meo: ecce gustavi mortem. Hoc est gustare mortem: non comedere, non refici, sed quasi paululum animo degustare. Apostoli, quasi apostoli, ne gustaverunt quidem mortem. Si vero et secundo et tertio rem perfecero, et frequentavero in fornicatione, iam non solum gustavi, sed et saturatus sum. Propheta ergo videte quid dixerit. Non dixit, Quis est homo qui vivat, et non gustet mortem? sed dixit, Quis est homo qui vivat, et non videat mortem? Difficile enim est esse, quem concupiscentia non tentet, quem tentamenta non quatiant. Hoc interim diximus secundum sublimiorem sensum: ceterum dicamus de historia. Dixit Dominus ad discipulos, quoniam sunt multi de hic adstantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute sua. Quod dicit, hoc est: Nisi me ante regnantem viderint, non morientur. Hoc secundum historiam. Et sequitur:

Et post dies sex adsumpsit Iesus Petrum et Iacobum et Iohannem, et ducit illos in montem excelsum seorsum solos, et transfiguratus est coram eis. Et hoc esse dicunt: hoc est, viderunt apostoli qualis regnaturus esset Xpistus. Videntes illum in monte transfiguratum, viderunt illum apo-

1. *cum Deo*] Deut. 10, 10.
14. *morietur*] Ezech. 18, 4.
10. *mortem*] Ps. 88, 49.

stoli transfiguratum in gloria sua qualis regnaturus esset. Et hoc est ergo quod aiunt, Non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei: quod factum est post dies sex. In evangelio habes secundum Matthaeum: 'Et factum est die octava'. Videtur itaque secundum historiam esse distantiam: Matthaeus enim octo dies dicit, Marcus sex dicit. Sic ergo debemus intellegere, quod Matthaeus et primam dixerit et novissimam, Marcus vero medias tantum dixerit. Secundum historiam hoc dicitur: quoniam ascendit in montem, quoniam transformatus est, quoniam Moyses et Helias visi sunt conloquentes cum eo, quoniam Petrus ei dixit delectatus visione pulcherrima: *Domine vis ut tria tabernacula faciamus, tibi unum, Moysi unum, et Heliae unum?* Et statim dicit evangelista: *Non enim sciebant quid loquerentur, erant enim timore perterriti.* Et deinde dicitur quod facta est nubes, et ipsa nubes candida obumbrans eos, et venit vox de caelo dicens: *Hic est filius meus carissimus, hunc audite. Et statim circumspicientes neminem viderunt nisi Iesum.* Historia hoc continet. Qui amant historiam, qui solum Iudaicam sequuntur sententiam, qui sequuntur occidentem litteram et non vivificantem spiritum... Non historiam denegamus, sed spiritalem intellegentiam praeferimus. Nec haec nostra sententia est: sequimur apostolorum sententiam, et maxime vasis electionis, qui ea verba, quae Iudaei intellexerunt in mortem suam, intellexit in vitam suam, apostolus videlicet, qui dicit quod Sarra et Agar in duo testamenta interpretentur, scilicet mons Sina et mons Sion. Hoc interpretatur in duo testamenta. 'Haec autem sunt duo testamenta'. Numquid non fuit Agar? numquid non fuit Sarra? numquid mons Sina non est? numquid mons Sion non est? Historiam non negavit, sed sacramenta prodidit; nec dixit, Quae intelleguntur duo testamenta: sed, Quae sunt, inquit, duo testamenta.

Et post dies sex adsumens Iesus Petrum et Iacobum et Iohannem. Post dies sex. Orate Dominum, ut eodem spiritu quo dicta sunt exponantur. Et factum est post dies sex. Quare non post dies novem? quare non post

2 *aiunt*] χ (pro *ait*?) *quod f. e.*] scripsi; *quid f. e.* χ. 19 *sequimur*] scripsi; *sequuntur* χ. 21 sqq. *Sarra*] *Sara* χ.

3. *secundum Matthaeum*] Notat Des. Erasmus, quod in Luca scriptum est c. 9, v. 28 Matthaeo hic adscribi, qui tamen 17, 1 per omnia consentit Marco; porro id fere contingere iis, qui ad populum declamant homilias, ut unum pro alio subiciant.

7. *medias tantum dixerit*] Hieron. in Matth. 17, 1 'Nunc quaeritur quomodo post dies sex assumpserit eos et duxerit in montem excelsum seorsum, cum Lucas evangelista octonarium numerum ponat. Sed facilis responsio est, quia hic medii ponuntur dies, ibi primus additur et extremus'.

23. *testamenta*] Gal. 4, 24.

dies decem? quare non post dies viginti? quare non post quattuor? quare non post quinque, nec ante aliquis numerus adsumitur, nec postea, sed sextus eligitur? Et factum est, inquit, post dies sex. Hi qui stant cum Iesu, de quibus dicitur quia sunt quidam de hic adstantibus: hi regnum Dei non vident, nisi post dies sex. Nisi enim mundus iste transierit, qui in sex diebus intellegitur, verum regnum non apparebit. Cum autem pertransierint sex dies, qui fuerit Petrus, hoc est, qui ut Petrus a petra Xpisto nomen acceperit, regnum videre merebitur. Quomodo enim a Xpisto dicimur Xpistiani, ita a petra dictus est Petrus, hoc est πέτρινος. Si quis ergo de nobis fuerit πέτρινος, et talem, hoc est, eam fidem habuerit, ut super illum aedificetur ecclesia Xpisti: si quis fuerit ut Iacobus et Iohannes, fratres non tantum sanguine quantum spiritu: si quis fuerit Iacobus πτερνιστήρ id est subplantator: et Iohannes, id est, gratia Domini (cum enim subplantaverimus adversarios nostros, tunc merebimur gratiam Xpisti): si quis habuerit sublimiora dogmata et intellegentiam excellentiorem, et meruerit vocari filius tonitrui: necesse est ut ab Iesu ducatur in montem. Simulque considerate quod Iesus, donec deorsum est, non transfiguratur: ascendit, et transmutatur. *Et ducit illos in montem excelsum seorsum solos, et transfiguratus est coram ipsis, et vestimenta eius facta sunt splendentia et candida nimis.* Usque hodie Iesus aliis deorsum est, aliis sursum est. Qui deorsum sunt, et deorsum habent Iesum, et turbae sunt, et in montem ascendere non valent — in montem enim soli discipuli ascendunt, turbae deorsum remanent — si quis ergo deorsum est, et de turba est, non potest videre Iesum in candidis vestimentis, sed in sordidis. Si quis litteram sequitur, et deorsum est totus, et terram respicit more brutorum animalium, hic non potest videre Iesum in veste candida. Qui autem sequitur sermonem Dei, et ad montana, id est, ad excelsa conscendit, isti Iesus statim commutatur, et vestimenta Iesu candidiora fiunt. Hoc quod legimus, si secundum litteram intellegimus, quid habet in se candidum, quid habet in se splendidum, quid sublime? Si autem spiritaliter intellegimus, statim scripturae sanctae, hoc est, vestimenta sermonis mutantur, et candida fiunt velut nix: *qualia fullo non potest in terra facere.* Tolle quodvis propheticum testimonium, tolle evangelicam parabolam: si secundum litteram intellegis, nihil in se habet splendidum, nihil candidum. Sin autem apostolos sequeris, et spiritaliter intellegis, statim vestimenta sermonis mutantur et candida fiunt: et Iesus totus inmutatur in monte, et vestimenta eius candida nimis quasi nix, qualia fullo super terram facere non potest sic candida. Qui in

10 *hoc est eam*] fortasse de suo addidit editor. 19 *solos*] scripsi (μόνους gr.); *solus* χ.

terra est et deorsum, hic non potest vestimenta candida facere : qui autem cum Iesu ascendit in montem, et quasi terram deorsum relinquit, meditatur ad montana et ad caelestia conscendere, iste potest talia facere vestimenta, qualia fullo super terram non potest facere.

Dicat mihi aliquis : licet non dicat, tamen tacitus secum cogitet : Interpretatus es quid sit mons, dixisti sermonem Dei : dixisti vestimenta, scripturas sanctas : dic mihi qui sunt isti fullones, qui non possunt talia facere vestimenta qualia habet Iesus ? Fullonum hoc opus est, ut quod sordidum est candidum faciant ; et ut candidum faciant, non possunt sine labore facere, sed necesse est ut calcent vestimenta, ut lavent, ut ad solem expandant. Nisi enim multo labore de sordido in candidum colorem non mutantur vestimenta. Voluit Plato, voluit Aristoteles, voluit Zeno stoicorum princeps, voluit et Epicurus voluptatis adsertor dogmata sua sordida sermonibus quasi candidis candidare : sed non potuerunt talia facere vestimenta, qualia Iesus in monte possidet. Quoniam super terram erant, totum de terrenis disputabant. Nullus igitur fullonum, hoc est, disceptatorum saecularis litteraturae potuit talia facere vestimenta, qualia in monte possidet Iesus.

Et apparuit illis Helias cum Moyse, et erant loquentes cum Iesu. Nisi Iesum vidissent transformatum, nisi vestimenta illius candida, Moysen et Heliam videre non poterant. Loquentes cum Iesu. Quamdiu iudaice intellegimus et litteram sequimur occidentem, Moyses et Helias cum Iesu non loquuntur, evangelium nesciunt. Sin autem Iesum sequuti fuerint, et videre Dominum meruerint transformatum, et candida vestimenta eius, et omnia spiritaliter intellegere quae scripta sunt : statim Moyses et Helias veniunt, id est lex et prophetae, et conloquuntur evangelio. Et apparuit illis Helias cum Moyse, et erant loquentes cum Iesu. In evangelio secundum Lucam etiam hoc additum est : ' Et adnuntiabant, inquit, illi quo genere passurus esset in Hierusalem '. Hoc Moyses loquitur et Helias : et loquuntur ad Iesum, hoc est ad evangelium. Et adnuntiabant illi quo modo passurus sit in Hierusalem. Lex enim et prophetae Xpisti passionem adnuntiant. Videtis quomodo prodest animae nostrae intellegentia spiritalis ? Sed et ipsi Moyses et Helias videntur in candidis vestimentis. Quamdiu non sunt cum Iesu, non habent candida vestimenta. Si enim legas legem, hoc est Moysen, si prophetas

6 *mons*] scripsi ; *mors* χ.

11. *Nisi enim multo labore* etc.] Cf. supra p. 101, l. 8 sqq.

13. *Zeno Stoicorum princeps*] Hieron. ep. 133, 1 'quae de...Zenonis principis Stoicorum fonte manarunt'.

29. *in Hierusalem*] Luc. 9, 31.

legas, hoc est Heliam, et non illos intellegas in Xpisto, et non intellegas quomodo Moyses loquitur cum Iesu, quomodo Helias loquitur cum Iesu, sed intellegas Moysen sine Iesu, et Heliam sine Iesu, et quomodo ei non adnuntiant passionem : nec in montem conscendunt Moyses et Helias, nec habent candida vestimenta, sed tota sordida sunt. Si enim litteram iudaice sequaris, quid tibi prodest legere quod Iudas concubuerit cum Thamar nuru sua? quid tibi prodest, quod Noe inebriatus est et denudatus est? quid tibi prodest, quia Onan filius Iudae fecit rem turpissimam, quam dicere erubesco: quid, inquam, tibi prodest? Sin autem spiritaliter intellegas, vides quomodo vestimenta sordida Moysi vertuntur in candida? Petrus igitur et Iacobus et Iohannes, qui sine Iesu ante Moysen et Heliam viderant, quia viderunt illos cum Iesu conloquentes, et habere vestimenta candida, vident se esse in monte. Vere enim in monte consistimus, quando spiritaliter intellegimus. Si lego Genesim, si lego Exodum, si Leviticum, si Numeros, si Deuteronomium, quamdiu carnaliter lego, deorsum mihi esse videor : si spiritaliter intellexero, ad montana conscendo. Vides ergo quomodo Petrus et Iacobus et Iohannes videntes se esse in monte, hoc est in intellegentia spiritali, humilia et humana contemnunt, excelsa et divina desiderant: nolunt ad terram descendere, sed toti in spiritalibus inmorari.

Et respondens ait Petrus Iesu: Rabbi bonum est nos hic esse. Et ego quando scripturas lego, et spiritaliter aliquid intellego excelsius, nolo inde descendere, nolo descendere ad humiliora : volo in pectore meo tabernaculum facere Xpisto et legi et prophetis. Ceterum Iesus, qui propterea venit ut quod perditum erat salvaret, qui non venit salvare eos qui sancti sunt, sed qui se male habent : scit quia si in monte genus humanum fuerit, non salvabitur, nisi ad terrena descenderit. *Rabbi, bonum est nos hic esse : faciamus tria tabernacula, tibi unum et Moysi unum et Heliae unum.* Numquid arbores erant in monte illo? Deinde etiam si essent arbores et vestimenta, speramus quod hoc voluerit Petrus facere, ut illis faceret tentoria ut habitarent ibi, et hoc est totum quod Petrus facere desiderabat? Vult tria facere tabernacula, Iesu unum, Moysi unum, et Heliae unum : ut legem separaret, et prophetas, et evangelium, quae non possunt separari. Et quodammodo hoc dicit, Faciamus tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, et Heliae unum. O Petre, licet in montem conscenderis, licet Iesum videas transformatum, licet vestimenta eius candida : tamen quia Xpistus necdum pro te passus est, adhuc scire non possis veritatem. Aliquis dicat : Faciamus tria tabernacula, tibi unum, Moysi

8 *Onan*] *Onam* χ. 37 *non posssis*] χ, timeo ut recte.

unum, et Heliae unum. Aliquis loquatur ad Dominum: Facio tibi tabernaculum, facio et servis tuis similia tabernacula. Si quando inaequales aequaliter honorantur, maioris iniuria est. Faciamus tria tabernacula. Tres erant in monte apostoli, et volunt facere tria tabernacula. Erat Petrus, erat Iacobus et Iohannes: vult unus unum capere, alter alterum, et tertius tertium. Non enim sciebat quid diceret, cum Dominum cum servis aequaliter honoraret. Unum siquidem est tabernaculum evangelio et legi et prophetis. Nisi simul habitaverint, non possunt habere concordiam.

Et facta est nubes obumbrans eos. Nubes secundum Matthaeum φωτινή. Mihi videtur ista nubes esse gratia Spiritus sancti. Tabernaculum tegit utique, et obumbrat qui sunt in tabernaculo. Quod igitur solent facere tabernacula, hoc fecit nubes. O Petre, qui vis tria facere tabernacula, respice unum tabernaculum Spiritus sancti, qui nos pariter protegit. Si fecisses tabernacula, utique fecisses humana: et utique illa fecisses, quae lucem excluderent, et umbram includerent. Nubes autem ipsa lucida et obumbrans, hoc est unum tabernaculum non excludit solem iustitiae, sed includit. Et dicet tibi Pater: Quid facis tria tabernacula? ecce habes unum tabernaculum. Vide mysterium Trinitatis, secundum meam tamen intellegentiam. Ego enim omne, quod intellego, sine Xpisto et Spiritu sancto et Patre nolo intellegere. Nisi intellexero in Trinitate quae me salvabit, dulce mihi non potest esse quod intellego. *Facta est nubes* φωτινὴ *lucida, et venit vox de nube, dicens: Hic est Filius meus carissimus, ipsum audite.* Quod dicit, hoc est: O Petre, qui dicis, Faciam vobis tria tabernacula, tibi unum, et Moysi unum, et Heliae unum: nolo ut facias tria tabernacula. Ecce ego tibi dedi tabernaculum, quod vos protegat. Noli aequaliter Domino et servis facere tabernacula. Hic est Filius meus carissimus, ipsum audite. Hic est Filius meus: non Moyses, non Helias. Isti servi sunt, hic Filius est. Hic est Filius meus: de mea natura, de mea substantia, in me manens, et totus quod ego sum. Hic est Filius meus carissimus. Et illi quidem cari sunt, sed iste carissimus est: hunc igitur audite. Illi istum praedicant, vos autem hunc audite: ille Dominus, isti conservi sunt. Moyses et Helias de Xpisto loquuntur, con-

18 *dicet*] pro *dicit*?

7. *aequaliter honoraret*] Hieron. in Matth. 17, 4 ' Erras, Petre ... nescis quid dicas. Noli tria tabernacula quaerere, cum unum sit tabernaculum evangelii, in quo lex et prophetae recapitulanda sunt. Si autem quaeris tria tabernacula, nequaquam servos cum Domino conferas ' etc.

10. φωτινή] Matth. 17, 5.

servi vestri sunt: hic est dominus, hunc audite. Nolite conservos sic honorare, quomodo dominum: Dei Filium solum audite.

Dum hoc loquitur Pater, et dicit: Hic est Filius meus carissimus, hunc audite, non apparuit qui loqueretur. Nubes enim erat, vox audiebatur. Dicebatur, Hic est Filius meus carissimus, hunc audite. Fieri poterat ut Petrus diceret: De Moyse dicit, de Helia dicit. Ne igitur illi dubitarent, dum loquitur Pater, illi subtrahuntur duo, et solus Xpistus remanet. Hic est Filius meus carissimus, hunc audite. Dicit Petrus in corde suo: Quis est Filius eius? Tres video: putas, de quo loquitur? Dum quaerit quem eligat, unum respicit. Et statim circumspicientes, dum tres quaerunt, unum inveniunt: immo tres perdentes, unum inveniunt: immo, ut amplius dicam, in uno tres reperiunt. Magis enim invenitur Moyses et Helias, si in Xpisto conglobentur.

Et statim circumspicientes neminem amplius viderunt. Ego quando lego evangelium, et video ibi testimonia de lege, testimonia de prophetis, solum Xpistum considero: sic vidi Moysen, sic vidi prophetas, ut de Xpisto intellegerem loquentes. Denique quando venero ad splendorem Xpisti, et quasi splendidissimum lumen clari solis aspexero, lucernae lumen non possum videre. Numquid lucernam si incendas in die, lucere potest? Si sol luxerit, lux lucernae non paret: sic et Xpisto praesente conparata lex et prophetae penitus non adparent. Non detraho legi et prophetis, quin potius laudo, quia Xpistum praedicant: sed sic lego legem et prophetas, ut non permaneam in lege et prophetis, sed per legem et prophetas ad Xpistum perveniam.

[IN MARC. XI, 1-10.]

Iste, qui ligatus fuerat, quomodo iste pullus multos habebat dominos secundum evangelium Lucae? quomodo a multis dominis tollitur, et ad unum dominum adducitur? quomodo ante portam erat, et in amphodo erat? Ante portam quidem erat, paratus erat ad fidem: sed sine apostolis intrare non poterat, et erat in amphodo, id est, inter gentilitatem et Iudaismum, et quid sequeretur ignorabat. Quomodo pullus ille secundum Marcum dicitur talis esse, cui numquam aliquis sederat? Vere numquam

20 *praesente*] leg. *praesenti*? 24 *perveniam*] 7 add. doxolog. *cui cum patre et spiritu sancto honor et gloria et maiestas per infinita secula seculorum, Amen.* Sequitur homilia undecima.

27. *Lucae*] 19. 33. — Hieron. in Matth. 21, 1 sqq. 'secundum evangelium Lucae multos habebat dominos, non uni errori et dogmati subditus'.

insederat huic pullo aliquis. Omnes voluerant illum domare, et sedere: sed nemo potuerat. Non poterant sedere, quia edomitus non fuerat. O rem novam: vinctus erat, et tamen domari non poterat. Diversum longe facit Iesus: solvit enim, et sic domat. Et iste ipse pullus adducitur a Bethania, et adducitur ad Bethphage. Iesus autem erat in Bethania. Diversi enim evangelistae aliter atque aliter dicunt. Alii dicunt, quod erat Iesus in Bethania: alii, quod erat in Bethphage. Bethania locus est, viculus est, ubi hodie Lazarus est, viculus Marthae et Mariae, viculus Lazari. Simulque considerate. Illuc adducit istum pullum indomabilem, ubi Lazarus fuerat suscitatus: in Bethania, quod interpretatur domus oboedientiae. Indomabilis erat: adducitur ad oboedientiam, ut sedeat in illo Iesus.

Diximus de Bethania: dicamus de Bethphage. Bethphage interpretatur domus maxillae. Videte ordinem fidei. Primum credimus, et venimus in Bethaniam, hoc est, in domum oboedientiae: et postea venimus in domum maxillarum, in domum confessionis, in domum sacerdotalem. Σιαγόνα enim accipere solebant sacerdotes. Dicat aliquis: Sacerdotes quare non accipiunt [nisi] σιαγόνα, hoc est maxillam? Nihil aliud accipit sacerdos, nisi σιαγόνα et pectusculum et umerum. Videte quid accipiant sacerdotes: maxillam, pectusculum, et umerum. Videte quid accipiant. Sacerdotalis enim officii est, posse docere populos. Unde dicitur et in propheta: 'Interroga sacerdotes legem Dei'. Sacerdotum est enim interrogatos respondere de lege. Accipiunt ergo sermonem, qui in maxilla est: accipiunt pectusculum, hoc est, scientiam scripturarum. Nihil enim prodest habere verba, si scientiam non habueris. Cum acceperis σιαγόνα, cum acceperis pectusculum, tunc accipis et brachiola, hoc est opera. Nihil prodest habere te verba, habere te scientiam, si non habueris opera. Hoc totum quare dixi? Quoniam iste pullus asinae adducitur ad domum

18 *nisi*] om. χ, at vero sententia exigit; nisi forte pro *non* legere malueris *nunc* (= ergo, igitur).

8. *ubi hodie Lazarus est*] Hieron. De situ et nom. loc. hebr. (M. 23. 931 A) 'Bethania, villa... ubi Salvator Lazarum suscitavit, cuius et monumentum ecclesia nunc ibidem exstructa demonstrat'.

10. *domus oboedientiae*] Hieron. in Matth. 21, 17 'ivit Bethaniam, quod interpretatur domus oboedientiae'.

14. *domus maxillae*] Hieron. ep. 108, 12 'et Bethphage, villam sacerdotalium maxillarum'.

16. *in domum confessionis*] Hier. in Matth. 21, 1 'Cumque... venisset Bethphage, ad *domum maxillarum*, qui sacerdotum viculus erat, et confessionis portabat typum' etc.

22. *Dei*] Agg. 2, 12. Hieron. h. l. 'considera sacerdotum esse officii, de lege interroganti respondere... Sacerdotis enim est scire legem, et ad interrogationem respondere de lege'.

27. *opera*] Cf. Hieron. ep. 64, n. 1 et 2; in Malach. 2, 3 sq.

maxillarum, quod interpretatur Bethphage. Non adducitur primum ad brachiola, non adducitur primum ad pectusculum : sed adducitur ad maxillam, ad sermonem qui doceat eum.

Ascendit itaque istum pullum Salvator : ascendit, quia lassus erat. De Samaria Galilaeae venerat Hiericho, de Hiericho venerat usque Bethaniam, montem tantum ascenderat, lassus non fuerat : pro duobus tamen millibus lassatur, et quaerit asinum. De Hierusalem ibat in Galilaeam, usque Samariam pedibus ambulans : et duo milia ambulare non potuit. Sed omne quod fecit Iesus, sacramenta sunt, salus nostra est. Si enim dicit nobis apostolus ' Sive manducatis sive bibitis sive quid aliud facitis, omnia in nomine Domini facite' : quanto magis Salvator sive ambulat sive sedet sive comedit sive dormit, nostra sunt sacramenta ? Ascendit itaque asinam. Sed dicit alius evangelista quod pullum ascendit : alius vero dicit quod pariter et in asinam et in pullum ascendit. Rem dico ridiculam. Numquid singulos pedes in ambobus asinis habere poterat ? Hoc totum loquor contra Iudaeos. Si enim venit in asina, non venit in pullo. Universa quidem facta sunt, sed aliud praecessit in signum. Sedit pullo asinae indomabili, qui frenos accipere non poterat, cui numquam aliquis sederat, in populo gentium : sedit in asina, in his qui credebant de synagoga. Et vide quid dicat. Et sedit, inquit, in asina subiugali, quae collum et cervices lege habebat tritas.

Et occurrit, inquit, ei multitudo. Quamdiu erat in monte, multitudo ei occurrere non poterat : coepit descendere, et occurrit turba. *Et clamavit*, inquit, *turba praecedens et sequens : Osanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini, osanna in excelsis.* Et qui praecedebant et qui sequebantur consona voce clamitant. Qui sunt qui praecedunt ? patriarchae et prophetae. Qui sequuntur ? apostoli et gentilium populus. Sed et in praecedentibus et in sequentibus una vox Xpistus est : ipsum laudant,

9 *Si*] *sic* γ. 17 *Sedit*] scripsi ; *sed et* γ. 24 *Osanna*] *Hoschiah-na* χ. 25 *osanna*] *osianna* γ.

11. *facite*] 1 Cor. 10, 31.

14. *Rem dico ridiculam* etc.] Hieron. in Matth. 21, 4 ' Nunc stringendum breviter, quod secundum litteram in parvo itineris spatio super utrumque animal sedere non quiverit. Aut enim sedit asinae, et pullus absque sessore fuit ; aut si pullo, quod magis competit, usus est ad sedendum, asina ducta est libera. Ergo cum historia vel impossibilitatem habeat vel turpitudinem, ad altiora transmittimur : ut asina ista, quae subiugalis fuit et edomita, et iugum legis traxerat, synagoga intellegatur ; pullus asinae lascivus et liber, gentium populus ' etc.

26. *consona voce clamitant*] Hieron. ibid. 9 ' utrumque ostendit populum, et qui ante evangelium et qui post evangelium Domino crediderunt, consona Iesum confessionis voce laudare '.

ipsum voce consona concrepant. Et quid dicunt? Osanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini, osanna in excelsis. Tria dicunt: Osanna filio David, hoc ad incipientes: Benedictus qui venit in nomine Domini, hoc ad perfectos: Osanna in excelsis, hoc ad regnantes.

Nemo nos putet dividere Xpistum. Hoc enim solent aestimare calumniatores, quod nos in Xpisto duas personas faciamus, alium hominem, et alium Deum. Nos in Trinitate credimus: non credimus in quaternitate, duas in Xpisto esse personas. Si enim Xpistus duas personas habet, pariter et Filius, id est Xpistus, duplex est: ergo quattuor personae sunt. Nos ergo credimus in Patrem et Filium et Spiritum sanctum. De Patre et Spiritu nulla dubitatio est: non enim adsumpserunt corpus, non adsumpserunt aliquam vilitatem. Nunc vero de Xpisto dicimus Deo nostro, filio Dei et filio hominis, de uno filio Dei. Ipse Dei filius, et filius hominis. Quidquid magnum est refer ad filium Dei: quidquid parvum est, refer ad filium hominis: et tamen unus filius Dei est. Hoc qua necessitate conpulsus sum dicere? Quoniam audivi quosdam calumniari, qui forsitan habent animam arrianam. Quoniam et iniuriam humanitatis ad Deum referre nolui, non divido Xpistum. Ipse enim et in inferno est, et in caelo est: uno atque eodem tempore et descendit ad inferos, et cum latrone intravit in paradisum. Omnia elementa tenet in pugillo suo. Si autem in pugillo illius sunt: ubi non est, qui omnia tenet?

Haec orationibus vestris, ut potuimus, disseruimus. Osanna autem sciatis esse, quod graece dicimus σῶσον δή. Quod enim dicitur in editione Septuaginta ὦ κύριε σῶσον δή in hebraeo habetur אָנָּא יְהוָה הוֹשִׁיעָה נָּא hoc est, Domine salvum fac obsecro. Cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

[IN MARC XI, 11-14.]

Et intravit Dominus Iesus Hierosolymam in templum: et circumspectis omnibus, cum iam vespera esset hora, exivit in Bethaniam cum duodecim. Ingreditur Dominus Hierosolymam in templum. Ingreditur: ingressus quid facit? Circumspectis omnibus. Quaerebat in templo Iudaeorum, ubi caput possit reclinare, et non inveniebat. Et circumspectis omnibus.

7 *Nos*] scripsi; *non* χ. Cf. Morel, col. 1084 sq. 8 *pariter*] scripsi ex coniectura; *pater* χ. 22 *Osanna*] *Hoschiah-na* χ. 24 אָנָּא] scripsi; om. χ. — Hieron. ep. 20, n. 3 ' in hebraeo legitur ANNA ADONAI OSIANNA '. 27 *Homilia duodecima* χ. 32 *possit*] ita χ.

25. *obsecro*] Cf. ep. 20 ad Damasum; comm. in Matth. 21, 9; commentariol. ps. 117 etc.

Quid dixit, circumspectis omnibus? Respiciebat sacerdotes, volebat esse cum illis, sed non poterat: quia semper sacerdotibus serviebat. Circumspectis ergo omnibus: quasi cum lucerna quaereret. Illud est quod dicitur in Sophonia propheta: ' Et scrutabor Hierosolymam cum lucerna '. Sic ergo et Dominus cum lucerna circumspexit omnia, quaerens in templo, et nihil quod eligeretur invenit. Cum iam vespera esset, circumspectis omnibus. Vide quid dicat, circumspectis omnibus. Licet non inveniret, tamen quamdiu lux fuit, non recessit de templo: cum autem facta esset vespera, cum templum Iudaeorum ignorantiae tenebrae obcaecassent, cum vespera esset hora, intravit in Bethaniam cum duodecim. Quaesivit Salvator, quaesierunt apostoli: in templo nihil invenerunt, egressi sunt de templo. Gaude monache, gaude qui in deserto versaris: quod in templo non invenitur, invenitur foras. Intravit in Bethaniam cum duodecim. Bethania interpretatur domus oboedientiae. Recessit igitur de templo Iudaeorum, ubi erat superbia: venit in domum oboedientiae. Oboedientia, ubi humilitas. Dimisit superbiam Iudaeorum, venit ad humilitatem gentium.

Et in alia die cum exirent. Videte quid dicitur. In alia die, videlicet cum exirent a Bethania. Qui autem alia die egreditur, ergo mansit in Bethania. Videte ergo templum, in quo non manet: in Bethaniam venit et manet. *Et alia die cum exirent a Bethania, esuriit.* Mansit quidem in Bethania: sed egrediens de Bethania esurivit salutem Iudaeorum. ' Non veni, inquit, nisi ad oves perditas domus Israhel '. Usque hodie Xpistus esurit: de gentibus quidem saturatus est, in Iudaeis vero esurit. Et de nobis sic sunt aliqui credentes, alii non credentes. De credentibus autem refectus est, in non credentibus esurit.

Cumque vidisset a longe ficum habentem folia. Infelix Iudaeus. ' Notus in Iudaea Deus, in Israhel magnum nomen eius '. Hoc aliquando apud patriarchas, hoc apud prophetas: nunc vero Deus ille, qui dicebat in Hieremia ' Deus adpropinquans ego, et non de longe ' [dicit], nunc idem Dominus recedit a Iudaeis et longe eos videt: tamen ut salvet, adpro-

30 Vox *dicit* redundat.

4. *cum lucerna*] Sophon. 1, 12.
16. *ad humilitatem gentium*] Hier. in Matth. 21, 17 ' ivit Bethaniam, quod interpretatur domus oboedientiae, iam tunc vocationem gentium praefigurans, ibique mansit, quia in Israel permanere non potuit '.
22. *salutem Iudaeorum*] Ibid. 18 sqq. ' esuriit, vel veritatem humanae carnis ostendens, vel esuriens salutem credentium, et aestuans ad incredulitatem Israelis '.
23. *Israhel*] Matth. 15, 24.
28. *eius*] Ps. 75, 2.
30. *de longe*] Ierem. 23, 23.

pinquabat. Cumque vidisset a longe ficum habentem folia: folia, non fructus: verba, non sensus: scripturas, non intellegentiam scripturarum. Illi enim habent scripturas, nos vero intellegentiam scripturarum. Vidit ergo ficum habentem folia. Semper ista ficus folia habet, et numquam fructus habet ista ficus, quae in paradiso fuit. Denique et Adam eo tempore texit verenda sua, quando conruit: habebat enim folia. Ficus ista synagoga Iudaeorum est, quae habet tantum verba, et non intellegentiam scripturarum. Videamus ubi alibi sit scriptum de ista ficu. In evangelio secundum Lucam legimus: ' Homo erat, inquit, quidam, qui in vinea sua plantavit ficum. Cumque inquit, venisset, et requisisset fructus in ea, dicit ad agricolam: Ecce iam tertio venio huc, et fructum quaero, et non invenio; dimitte me, et succidam eam '. Dimitte me. Quando dicit ad Moysen: ' Dimitte me, et interficiam populum istum '... Nemo te tenet: et dicis, Dimitte me? Quando tu dicis, Dimitte me, provocas agricolam, ut te teneat. Dimitte me, et succidam illam. Ecce inquit, tertio venio, et fructum non invenio. Veni primum in lege cum Moyse: veni secundo in prophetis: novissime ipse per me venio, et fructum non invenio. Ficus ista non est plantata inter spinas, non est plantata foris, sed in vinea domus Israhel. Rem novam video. Spinae gentium uvas adferunt, et ficus ficos non adfert. Ecce, inquit, venio tertio, et fructum non invenio: dimitte me, et succidam illam. Provocatus agricola intellexit quod possit tenere dominum, si rogaret. Rogat, et quid dicit? ' Dimitte domine adhuc et istum annum, et circumfodiam illam et mittam stercus, et si quidem fecerit fructum... ' Quid? Nihil dicit. Si non fecerit, tunc, inquit, venies et succides eam. Agricola deprecatur, facit dominus quod voluerat.

Rem dico novam. Ignoscit dominus rogatus: quod fecisset, etiam si rogatus non fuisset. Dimitte, inquit, adhuc unum annum. Statim enim ut passus est Salvator, non est subversa Iudaea: quadraginta enim et duo anni dati sunt ad paenitentiam. Iste est unus annus, hoc est, breve tempus; id est, datus ei locus paenitentiae. Agricola circumfodit, misit stercus. Qui sunt isti agricolae? Apostoli, qui circumfodiunt, et miserunt stercus. Ficus autem fructus non attulit. Sed videte quid dicat ipse agricola. Et si quidem fecerit fructum. Nihil intulit. Neque enim dixit: aut dimitte eam, aut non dimittes: aut habebis in vinea tua, aut deseres illam. Nihil tale dixit. Et si quidem fecerit fructus. Nescio quid sit futurum, tuo arbitrio derelinquo. Non enim dixit, permanebit in vinea ficus

9. *secundum Lucam*] 13, 6 sqq. Cf. supra p. 156, 5.
13. *populum istum*] Exod. 32, 10. —

ista. Et si fecerit fructum, non permanet in Iudaea Israhel, sed transfertur in ecclesiam gentium. Si vero non fecerit fructum. Succisam ficum oculis nostris aspicimus: ruinas istas lapidum quas cernimus, radices sunt ficus succisae.

Hoc totum quare diximus? Voluimus ostendere de illa parabola, quae sit ista ficus, de qua Dominus fructum desiderat. *Vidit*, inquit, *ficum habentem folia*: secus viam, non in via: in lege, non in evangelio. Propterea fructus non habebat, quia in via non erat, sed iuxta viam. Venit ergo Iesus, fructus quaerit. Quoniam ipsa ire non poterat, venit ad ficum. *Et cum venisset ad eam, nihil invenit praeter folia.* Usque hodie nihil aliud invenimus in Iudaeis, praeter verba de lege. Legunt Moysen, legunt Esaiam, Hieremiam, et reliquos prophetas. Legunt, Haec dicit Dominus: et non intellegunt quid dicat Dominus. *Non enim erat tempus ficorum.* Grandis quaestio. Non enim erat tempus ficorum. Dicat aliquis: Si tempus non erat ficorum, non peccavit ficus, quae fructum non habebat. Si autem non peccavit, non est iuste siccata: non enim erat tempus ficorum. Ficus haec habebat folia, fructus non habebat. Habebat folia, longe promittebat speciem virens: sed fructus non habebat. Non erat tempus ficorum. Istum locum apostolus interpretatur ad Romanos: 'Nolo vos ignorare, fratres, quoniam caecitas ex parte contigit in Israhel, ut subintraret plenitudo gentium. Cum autem intraverit plenitudo gentium, tunc omnis Israhel salvus fiet'. Si Dominus fructus invenisset in ista ficu, non subintrasset plenitudo gentium. Quoniam autem subintravit plenitudo gentium, in novissimo salvabitur omnis Israhel.

Dicat aliquis: Ubi hoc lectum est, quia omnis Israhel salvabitur? Primum quidem ipse dicit apostolus: 'Cum intraverit plenitudo gentium, tunc omnis Israhel salvus fiet'. Deinde dicit et Iohannes in Apocalypsi sua: de tribu Iudae credituri duodecim milia, de tribu Ruben credituri

28 *credituri*] *creditura*?

2. *in ecclesiam gentium*] Hieron. in Abac. 3, 17 'Haec est ficus ad quam tertio venit paterfamilias... Si fecerint, inquit fructum. Non dixit quid sustinerent; neque dixit, Si fecerint fructum, permanebunt ut erant; sed, si fecerint fructum. Suspensa sententia est, ut subaudiatur: Transferes eos in ecclesiam gentium, et in alteram vineam transplantabis... Et post passionem datis ad paenitentiam quadraginta duobus annis' etc.

19. *ad Romanos*] 11, 25 sq.

22. *non subintrasset p. gentium*] Hier. in Matth. 21, 18 sqq. 'Unde et alius evangelista dicit *Nondum enim erat tempus*: sive quod tempus nondum venerat salvationis Israel, eo quod nondum gentilium populus subintrasset; sive' etc.

27. *in Apocalypsi*] 7, 5 sqq.

duodecim milia, et de reliquis tribubus eadem loquitur; et fiunt omnia quae credunt centum quadraginta quattuor milia. Unde et in psalmo centesimo quadragesimo quarto, qui litteratus est [intellegit], de isto numero disputatur. Si credidisset Israhel, Dominus noster crucifixus non fuisset: si Dominus noster crucifixus non fuisset, gentium turba salva non esset. Credituri ergo sunt Iudaei, sed in fine mundi credituri sunt. Non enim erat tempus, ut in cruce crederent. Si enim illi credidissent, Dominus crucifixus non fuisset. Non enim erat tempus, ut crederent. Illorum infidelitas, nostra fides est: illorum ruina, nostra sublevatio est. Illorum non fuit tempus, ut esset tempus nostrum. Diximus quia in fine mundi credituri sint, et interpretati sumus *nondum enim erat tempus*. Sed hoc quod sequitur, *Dicit ei Dominus: Iam non amplius in aeternum quisquam ex te fructum manducabit*: si credituri sunt Iudaei, quomodo nullus de eis fructus manducabit? Non dixit, in futuro saeculo: non dixit, in saeculis, sed in presenti saeculo. Quod dicit, hoc est: In praesenti saeculo non credes; sed cum saeculum istud finitum fuerit, tunc crediturus es. Credes quidem, sed non in humilem, sed in regnantem credes, et videbis eum quem conpunxeras. In praesenti ergo saeculo nemo de te fructum comedet, sed in futuro.

[IN MARC. XI, 15-17.]

Et veniunt Hierosolymam. Et cum intrasset in templum, coepit eicere vendentes et ementes de templo: et mensas nummulariorum et cathedras vendentium columbas subvertit. In evangelio secundum Iohannem legimus hanc ipsam historiam, et ibi manifestius dicitur quo tempore hoc

3 Heic quoque verbum *intellegit* perperam ab editore additum esse putaverim. Monet quippe Hieronymus in Commentariolis p. 98. l. 10 psalmum CXLIIII apud Hebraeos secundum ordinem litterarum esse; rursus ipse in tract. de ps. CXVIIII 'Centesimus, inquit, decimus octavus psalmus, ut frequenter diximus, *litteratus* est, hoc est, *alfabetites* est'; et Comment. Is. lib. 17 initio tricesimum sextum psalmum *litteratum* esse commemorat. 12 *in aeternum*] χ, pro *in saeculum*? 19 *in futuro*] χ add. *per Christum dominum nostrum, Amen* et incip. homil. XIII.

15. *sed in praesenti saeculo*] Hieron. in Abac. 3, 17 'Et diligenter considera quid dixerit, *Non afferes fructum in saeculum*. Non ait, usque in saecula saeculorum; sed cum saeculum istud pertransierit, et intraverit plenitudo gentium, tunc etiam haec ficus afferet fructus suos, et omnis Israel salvabitur'.

18. *quem conpunxeras*] Cf. Apoc. 1, 7; Io. 19, 37; Zach. 12, 10.

20. Tractatus habitus die dominica, ineunte iam quadragesimali ieiunio.

24. *hanc ipsam historiam*] 'Locus hic, inquit Erasmus, confragosus simul et dilemmaticus'. Et iure lectorem monet, non unam tantum eiectionem fuisse, sed duas.

factum est. ' Et ecce, inquit, in azymis venit Iesus' hoc est in Pascha, eo tempore quo azyma manducare consueverant. ' Et fecit sibi, inquit, flagellum, et coepit eicere eos '.. Vides ergo quoniam eo tempore quo eiciebat eos de templo, erant dies Paschae, hoc est dies azymorum. In diebus autem Paschae lege praeceptum erat, ut omnes venirent in templum, et si quis non veniret in templum, exterminaretur anima illa de populo suo. Considerate ergo de tota provincia Palaestina, de Cypro, de aliis provinciis, de omnibus in circuitu regionibus universum huc populum congregatum : considerate, et in animo vestro depingite, quanta tunc ibi fuerit multitudo.

Primum interim secundum historiam disputamus. Mirantur ceteri quod Lazarus suscitatus est, mirantur quod viduae filius suscitatus est, mirantur ceteri in aliis signis. Et revera mirandum est mortuo corpori animam reddere. Ego praesens signum magis miror. Unus homo, qui putabatur filius fabri, mendicus non habens domum, non habens ubi caput reclinaret, non habens exercitum : non erat dux, non erat iudex. Quam itaque habuit potestatem, ut faceret sibi flagellum de funibus, et tantam eiceret multitudinem : unus, inquam, homo eiceret tantam multitudinem ? Et quam multitudinem eiciebat ? Quae vendebat, quae lucra sua in templo redimebat. Nemo contradixit, nemo ausus est contradicere : Filio enim defendenti Patris sui iniuriam nemo fuit ausus resistere. Videtur mihi in ipsis oculis et in ipso vultu Domini Salvatoris quidquam fuisse divinum. Et hoc mihi quare videatur, ratio ista est, quam dicturus sum. ' Et factum est, inquit, cum transiret Iesus secundum mare Galilaeae : vidit, inquit, duos conponentes retia sua, filios Zebedaei, et dixit eis : Dimittite eos, et venite, sequimini me. Et illi, inquit, statim relicto rete, nave, et patre Zebedaeo, statim secuti sunt eum '. Nisi aliquid divinum fuit in vultu Salvatoris, inrationabiliter fecerunt, sequi eum de quo nihil viderant. Dimittit aliquis patrem, et eum sequitur, in quo nihil plus videt quam in patre suo ? Sed dimittunt patrem carnalem, ut sequantur

1. *venit Iesus*] Io. 2, 13.
3. *eos*] ibid. 15.
14. *Ego praesens signum magis miror*] Apte quoque ad hunc falsi Chrysostomi locum Erasmus : ' Hanc ipsissimam sententiam iisdem prope verbis reddit Hieronymus in Matthaeum ' (21, 15). Cuius verba, ut meus est mos, exscribam. Sic igitur ille : ' Plerique arbitrantur maximum esse signorum, quod Lazarus suscitatus est, quod caecus ex utero... Mihi inter omnia signa quae fecit hoc videtur mirabilius esse, quod unus homo, et illo tempore contemptibilis ... potuerit ad unius flagelli verbera tantam eicere multitudinem... Igneum enim quiddam atque sidereum radiabat ex oculis eius, et divinitatis maiestas lucebat in facie '.
27. *eum*] Marc. 1, 16-20. Cf. supra p. 331, l. 20 sqq.

patrem spiritalem: non dimittunt patrem, sed inveniunt patrem. Hoc totum quare dixi? Ut ostenderem in vultu Salvatoris aliquid fuisse divinum, quod videntes homines sequebantur. Dicamus et aliud testimonium. ‘ Et ecce, inquit, cum transiret, vidit quemdam hominem nomine Matthaeum, et dixit ei, Sequere me. Et dimisit omnia, et secutus est eum’. Non vidit signum: sed auctoritas in iubendo signum fuit.

Coepit eicere vendentes et ementes in templo. Si hoc in Iudacis, quanto magis in nobis? Si hoc in lege, quanto magis in evangelio? Coepit eicere vendentes et ementes. Pauper Xpistus divites Iudaeos eicit vendentes et ementes. Et qui vendit, et qui emit, similiter eicitur. Non debet aliquis dicere: Ego quod meum est offero, munera sacerdotibus do ego, sicut Deus praecepit. Legimus in alio loco scriptum: ‘ Gratis accepistis, gratis date’. Gratia enim Dei non venditur, sed donatur. Non tantum ille in culpa est qui vendit, sed et qui emit. Denique Simon magus non quia vendidit, sed quia emere voluit, damnatus est. Usque hodie in templo multi sunt qui vendunt. Infelix est qui vendit, infelix est qui emit. Gratia enim Xpisti auro et argento non potest conparari. *Et mensas nummulariorum.* Mensas. Ubi debebant esse panes propositionis et gratiarum Dei, ibi avaritiae victimae sunt. Et mensas nummulariorum. Avaritia sacerdotum altaria non sunt altaria, sed mensae nummulariorum. *Et cathedras vendentium columbas subvertit.* Columbae non includuntur utique in cathedris, sed in caveis. Nemo columbas in cathedris includit, sed in caveis. Et quomodo nunc dicit, Et cathedras vendentium columbas subvertit? Videte quod dicit: qui vendebant, in cathedris sedebant. ‘ Super cathedram, inquit, Moysi sederunt scribae et Pharisaei’. De istis cathedris et psalmus loquitur: ‘ Et in cathedra pestilentiae non sedit’. Vere cathedra pestilentiae, quae vendit columbas, vendit gratiam Spiritus sancti. Multae cathedrae sunt usque hodie, quae vendunt columbas. Qui vendit columbas, non stat, sed sedet: non est erectus, sed contractus est. In eo enim quod vendit gratiam Dei, contractus est, et humilis est. Sed Dominus noster, qui venit ut salvaret quod perierat, subvertit non eos qui vendebant, sed cathedras vendentium: auctoritatem subvertit, salvabit autem homines. *Et non*, inquit, *dimittebat ut deferrent quod-*

27 *Vere*] scripsi; *vera* ℤ.

6. *eum*] Matth. 9, 9.
13. *date*] Matth. 10, 8.
22. *sed in caveis*] Hieron. in Matth. 21, 12 sq. ‘ Iuxta simplicem intellegentiam columbae non erant in cathedris, sed in caveis, nisi forte columbarum institores sedebant in cathedris. Quod penitus absurdum est, quia in cathedris magistrorum magis dignitas indicatur’ etc.
25. *Pharisaei*] Matth. 23, 2.
26. *non sedit*] Ps. 1, 1.

quam vas per templum. Eo tempore in carnali templo non dimittebat ferri vas : et hodie quanta in templo Dei vasa morantur inmunda? Eo tempore transferri non licebat vasa, et non dicit inmunda, sed vasa quaecumque simpliciter nuncupavit : nunc vero quanta vasa morantur intrinsecus?

Scriptum est, inquit : Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus. Hoc in propheta legitur. *Vos autem fecistis eam speluncam latronum.* O infelicitatem nostram, o nos omni lacrimarum fonte plangendos! Domus Dei facta est spelunca latronum. Ista est domus, de qua dicitur in Hieremia : 'Numquid spelunca hyaenae facta est domus mea mihi?' Quod hic dicitur, Vos autem fecistis eam speluncam latronum, hoc est, domum meam : in Hieremia dicitur, spelunca hyaenae. Debemus nosse naturam animalis istius. Ex natura enim bestiae scire poterimus, quare vocaverit domum quondam Dei, speluncam hyaenae. Hyaena numquam videtur in die, sed semper in noctibus : numquam videtur in luce, sed semper in tenebris. Et hanc naturam habet, ut effodiat corpora mortuorum, et ipsa caedat. Denique si quis neglegenter sepelierit mortuum, effodit nocte, et tollit corpus, et comedit : ubicumque sepulcra sunt, ubicumque ossa mortuorum sunt, ibi cubile hyaenae est. Et hanc naturam habet : maxime canibus delectatur, et ipsos rapit et devorat. Videte quid dicat : diligenter animadvertite. Hyaena, bestia sanguivora, bestia quæ corporibus delectatur, bestia quae semper in nocte, numquam in die est : non delectatur nisi cadaveribus mortuorum et canibus : eos vult occidere qui servant domum. Hyaena et hanc dicitur habere naturam, quia spinam unicam habet, quae flecti non possit. Denique si vertere se voluerit, tota convertitur : non potest se flectere, sicut cetera animalia. Videtis ergo quia ista quae semper in nocte, semper in tenebris est, numquam convertitur. Hoc autem dicitur de sacerdotibus Iudaeorum. Iudaeum enim facile potes adducere ad paenitentiam de plebe, de sacerdotibus vero et doctoribus non potes : quoniam semper delectantur cadaveribus mortuorum, eorum quos induxerint. Et non sufficit eis

17 *caedat*] χ pro *comedat*? 21 *animadvertite*] *enim advertite* χ.

7. *in propheta*] Is. 56, 7.
11. *mihi*] Ierem. 12, 9 iuxta gr.
16. *Et hanc naturam habet* etc.] Hieron. in Is. 65, 4 sq. 'speluncas diligunt, quas Ieremias mystico sermone condemnat : *Facta est hereditas mea mihi quasi spelunca hyaenae*... quod animal semper cadavera prosequitur, et vivit succo ac sanie corporum mortuorum'; in Ierem. 12, 9 'Sin autem, ut Septuaginta et alii interpretes transtulerunt, legatur *Numquid spelunca hyaenae hereditas mea mihi*, referamus ad immunditiam nocturnae bestiae quae vivit cadaveribus mortuorum, et de sepulcris solet effodere corpora'.

quoniam ipsi non sunt in luce: sed eos qui in luce latent conantur occidere. Unam spinam habent, non convertuntur: non enim agunt paenitentiam, quoniam occupati sunt in cadaveribus mortuorum.

Quod hic legimus, *Vos autem fecistis eam speluncam latronum*, in evangelio secundum Iohannem legimus: ' Vos autem fecistis eam domum negotiationis '. Domum negotiationis. Ubicumque latrones sunt, ibi domus negctiationis. Utinam de praeterito populo esset tantum dictum. Utinam de Iudaeis legeretur, non item de Xpistianis. Ploraremus quidem illos, sed de nobis gauderemus. Nunc vero in multis locis domus Dei, domus Patris fit domus negotiationis. Videtis quam trepide loquor. Res tam manifesta est, ut expositione non indigeat. Utinam esset obscurum, et non intellegeremus. In multis locis domus Patris, domus negotiationis. Ego ipse qui lcquor, et unusquisque de vobis, sive presbyter sive diaconus sive episcopus, qui heri pauper, hodie dives, et dives in domo Dei: nonne vobis videtur fecisse domum Patris domum negotiationis? De istis loquitur et apostolus: ' Existimantes quaestum esse pietatem '. De istis ergo loquitur et apostolus. Xpistus pauper est, erubescamus: Xpistus humilis est, erubescamus: Xpistus crucifixus est, non regnavit: cruxifixus est, ut regnaret. Vicit mundum, non in superbia, sed in humilitate: occidit diabolum, non ridens, sed plorans: non flagellavit, sed flagellatus est: accepit alapam, non percussit. Et nos igitur imitemur Dominum nostrum.

Ecce dies ieiuniorum in foribus sunt. Ecce dies ieiuniorum, dies paenitentiae, dies purgationis: laetemur atque gaudeamus nunc. Ille homo, qui in evangelio dicitur lagenam portare, egreditur de domo, et vadit ad cenaculum. Vos qui recepturi estis baptismum, iam die crastina praeparate vos similiter. Qui ituri sunt ad pugnam, diligenter ante se praeparant. Videt si scutum habeat, si spatham habeat, si habeat hastam, si sagittas habeat, si equus ipsius refectus est: ut pugnare possit, ante praeparat armaturam. Vestra arma, ieiunia sunt: vestra pugna, humilitas est. Si quis aliquid habet adversus aliquem, dimittat, ut dimittatur ei. Nemo enim cogitat venire ad baptismum ut dimittantur ei peccata, et ipse fratri ante non dimittat. Si ergo habetis aliquid adversus fratrem, dimittite. Non dixi, si quid ille habeat, dimittat: sed, tu si quid habes,

6. *negotiationis*] Io. 2, 16.

14. *sive episcopus*] Hieron. in Matth. 21, 12 sq. ' secundum mysticos intellectus, cotidie Iesus ingreditur templum Patris, et eicit omnes tam episcopos et presbyteros et diaconos, quam laicos ' etc.

16. *pietatem*] 1 Tim. 6, 5.

21. *non percussit*] Conf. supra p. 16, l. 17 sq.

25. *ad cenaculum*] Marc. 14, 13 sqq.

dimitte. Dimittere ab illo, vel non dimittere, in illius est potestate: tu quod in te est dimitte, ut dimittatur tibi. Venturus es ad baptismum. O te felicem, qui renasciturus in Xpisto es, qui indumentum Xpisti accepturus es, qui sepeliendus es cum Xpisto, ut resurgas cum Xpisto. Diebus ergo reliquis secundum ordinem ea quae ad mysteria pertinent auditurus es: nunc interim dixi vobis, ut sciatis vobis a die crastina maxime laborandum. Deus autem omnipotens ipse corroboret corda vestra, ipse vos dignos faciat lavacro suo, ipse in vos descendat in baptismate, ipse aquas sanctificet, ut sanctificemini. Nemo dubio corde accedat, nemo dicat: Putas mihi dimittuntur peccata? Qui sic accedit, non dimittuntur ei peccata. Melius est non accedere, quam sic accedere: maxime vos qui sic accepistis baptismum ut Deo serviatis, ut sitis in monasterio.

[IN MARC. XIII, 32-33 et XIIII, 3-6]

Evangelica lectio magnam desiderat expositionem. Ante enim quam veniamus ad sacramenta, debemus scandalum tollere, ne quid in mentibus resideat eorum qui accepturi sunt sacramenta. Si enim qui accepturi sunt baptisma, credituri sunt in Patrem, Filium, et Spiritum sanctum: nunc autem de Filio dicitur *De die autem illo et hora nemo scit, neque angeli in caelo, neque Filius, nisi Pater:* si aequaliter accipimus baptisma in Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, et unum nomen eius, Patris et Filii et Spiritus sancti, quod est Deus, credere debemus: si unus Deus est, quomodo in una divinitate diversa scientia est? Quid est plus, Deum esse, an scire omnia? Si Deus est, quomodo ignorat? Dicitur enim de Domino Salvatore: 'Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil'. Si omnia per ipsum facta sunt: ergo et dies iudicii, quae ventura est, per ipsum facta est. Potestne ignorare quod fecit? potest artifex ignorare opus suum? Legimus in apostolo de Xpisto: 'In quo omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi'. Videte quid dicat, omnes thesauri sapientiae et scientiae. Non aliqui sunt, et aliqui non sunt: sed omnes thesauri sapientiæ et scientiæ sunt, sed absconditi sunt. Quod ergo est in illo, non illi deest, etiam quod nobis absconditum

12 *accepistis*] *accipitis?* *in monasterio*] χ addit: *Ipse igitur vos servet et nos: cui sit gloria secula seculorum, Amen.* Sequitur homilia decimaquarta.

12. *ut sitis in monasterio*] De competentibus monasterii sui loquitur Hieronymus, contra Iohannem Hierosolym. n. 42.

13. Tractatus habitus in Quadragesima feria quarta post anteriorem.

25. *nihil*] Io. 1, 3.

28. *absconditi*] Coloss. 2, 3.

est. Si autem sunt in Xpisto thesauri sapientiae et scientiae absconditi, debemus inquirere quare sint absconditi. Si sciremus nos homines diem iudicii, verbi causa, quod futura esset dies iudicii post duo milia annorum, et hoc nos sciremus ita futurum, neglegentiores hinc essemus. Diceremus enim : Quid ad me pertinet, si post duo milia annorum dies ventura est iudicii? Quod ergo dicitur, Filium ignorare diem iudicii, nobis prodest, quia ignoramus diem iudicii quando sit ventura. Denique videte quid sequitur. *Videte et vigilate et orate : nescitis enim quando tempus sit.* Non dixit, nescimus, sed nescitis. Videmur hucusque vim facere scripturae, et sensum non exponere. Post resurrectionem interrogant apostoli Dominum Salvatorem : 'Domine quando restituturus es regnum Israhel?' O apostoli, audistis ante resurrectionem, De die illo et hora nescio : et quod nescio, iterum interrogatis? Sed apostoli non credunt Salvatori, quod nesciat. Sed videte mysterium. Qui ante passionem nescit, post resurrectionem novit. Denique quid dicit ad apostolos, post resurrectionem interrogatus de temporibus : Quando restituturus es regnum Israhel? 'Non est vestrum, inquit, scire tempora, quae Pater posuit in sua potestate'. Non dicit hic, Nescio : sed, Non est vestrum scire, non vobis prodest scire diem iudicii. Vigilate ergo : nescitis enim quando dominus domus veniat. Multa sunt quae dicantur : hoc autem de evangelio diximus, ne cui scandalum resideat in animo, quod ignoraret aliquid ille in quem crediturus esset.

Dicitur autem in eadem evangelii lectione : *Et cum esset Bethaniae in domo Simonis leprosi et recumberet, venit mulier habens alabastrum unguenti pistici pretiosi.* Mulier ista specialiter ad vos pertinet, qui baptisma accepturi estis. Fregit alabastrum suum, ut vos Xpistus faciat xpistos, id est unctos. Hoc est quod dicitur in Canticis canticorum : 'Unguentum effusum est nomen tuum, propterea adulescentulae desideraverunt te, post te in odorem unguentorum tuorum currimus'. Quamdiu clausum

12. *Israhel*] Act. 1, 6.
18. *postestate*] ibid. 7.
19. *diem iudicii*] Hieron. in Matth. 24, 36 'Cum omnia tempora fecerit Iesus, hoc est, Verbum Dei, *Omnia enim p. i. f. s. e. s. i. factum est nihil*, in omnibus autem temporibus etiam dies iudicii sit : qua consequentia potest eius ignorare partem, cuius totum noverit? ... Apostolus super Salvatore scribit : *In quo sunt omnes thesauri s. e. s. absconditi.* Sunt ergo omnes thesauri in Christo sapientiae et scientiae, sed absconditi sunt. Quare absconditi sunt? Post resurrectionem interrogatus ab apostolis de die manifestius respondit : *Non est vestrum scire tempora vel momenta, quae Pater posuit in sua potestate.* Quando dicit, non est vestrum scire, ostendit quod ipse sciat, sed non expediat nosse apostolis ; ut semper incerti de adventu iudicis, sic cotidie vivant, quasi die alia iudicandi sint'.
29. *currimus*] Cant. 1, 2 sq.

erat unguentum : quamdiu notus tantum erat in Iudaea Deus, in Israhel solum magnum nomen eius, adulescentulae Iesum non sequebantur. Quando vero effusum est unguentum in omnem terram, adulescentulae animae credentium secutae sunt Salvatorem.

Et cum esset Bethaniae in domo Simonis leprosi. Bethania interpretatur in lingua nostra, domus oboedientiae. Et quomodo in Bethania, hoc est, in domo oboedientiae domus Simonis leprosi est? aut certe Dominus quid facit in domo leprosi? Sed propterea venit in domum leprosi, ut purgaret leprosum. Leprosus dicitur, non qui est, sed qui fuerit leprosus. Fuit enim, antequam susciperet Dominum : postea vero quam suscepit Dominum, et unguentum fractum est in domo ipsius, lepra fugit. Manet autem nomen pristinum, ut virtus appareat Salvatoris. Quomodo enim in apostolis resident pristina vocabula, ut appareat virtus vocantis, de quibus quales fecerit : quomodo de Matthaeo publicano fecit apostolum, et post apostolatum dicitur publicanus : non quod publicanus sit, sed quia de publicano factus sit apostolus : nomen autem remanet pristinum, ut virtus appareat Salvatoris : sic et leprosus Simon iste appellatur antiquo nomine, ut ostendatur a Domino fuisse curatus.

Venit mulier habens alabastrum unguenti. Pharisaei et scribae et sacerdotes in templo sunt, et unguentum non habent : mulier ista extra templum est, et unguentum defert, nardum habens, et nardum pisticam, et ex nardo ipsa pistica confectum unguentum. Ideo vos vocati estis pistici [nardi], fideles. Ecclesia enim de gentibus congregata dona sua offert Salvatori, id est, fidem credentium. Fregit alabastrum, ut omnes unguenta suscipiant. Fregit alabastrum, quod in Iudaea ante tenebatur inclusum. Fregit alabastrum. Quomodo enim granum tritici, nisi mortuum fuerit in terra, non facit plures fructus : sic et alabastrum nisi fractum fuerit, nos ungere non possumus.

Et effudit super caput eius. Mulier ista, quae fregit alabastrum, et ipsum

11 *fractum*] scripsi ; *factum* χ. Cf. infra p. sq. l. 20 et p. 370, l. 2. 23 Vocem *nardi* temere in χ interpositam esse censeo.

2. *eius*] Ps. 75, 2.

18. *fuisse curatus*] Hieron. in Matth. 26, 6 'moratur in Bethania, domo oboedientiae, quae quondam fuit Simonis leprosi. Non quod leprosus et illo tempore permaneret, sed qui antea leprosus, postea a Domino mundatus est, nomine pristino permanente, ut virtus curantis appareat. Nam in catalogo apostolorum cum pristino vitio et officio Matthaeus publicanus appellatur, qui certe publicanus esse desierat'.

24. *fidem credentium*] Hieron. ibid. 7 'Alius evangelista... nardum pisticam posuit, hoc est, veram et absque dolo, ut fidem ecclesiae et gentium demonstraret'.

27. *plures fructus*] Io. 12, 24.

unguentum fudit super caput, non est ipsa, de qua in alio evangelio dicitur, quod pedes Domini laverit. Illa enim, quasi meretrix et peccatrix, adhuc pedes tenet: ista, quasi sancta, caput tenet. Illa, quasi meretrix, lacrimis suis pedes rigat Salvatoris et crinibus tergit: videtur quidem pedes lavare lacrimis Salvatori, sed magis lavat peccata sua. Sacerdotes et Pharisaei non dant Salvatori osculum: ista pedes osculatur. Sic et vos qui accepturi estis baptisma, quoniam omnes sub peccatis sumus, et 'nemo est absque peccato, etiam si unius quidem fuerit diei vita eius', 'et adversum angelos suos perversum quid excogitavit': primum tenete pedes Salvatoris, lavate lacrimis, crine tergite; et cum hoc feceritis, postea venietis ad caput. Quando descenditis in vitalem fontem cum Salvatore, tunc habetis discere quomodo unguentum veniat in caput Salvatoris. Si enim caput viri Xpistus est, vestrum autem caput unguendum est, post baptisma ungimini.

Erant autem quidam indigne ferentes. Non dixit omnes, sed quidam. Usque hodie indignantur Iudaei, quando nos Iesu ungimus caput. Denique in alio loco dicitur quod Iudas proditor indignatus sit. In Iudae nomine Iudaeorum vocabulum demonstratur. Usque hodie Iudas indignatur, quare ecclesia Iesu ungat caput. Et quid dicit? *Quid prodest ista perditio?* Illi videtur perire unguentum, quia fractum est: sed nobis prodest, quia in orbem pervenit universum. Quid indignaris, Iuda, quia alabastrum fractum est? Deus qui te et universas gentes fecit, illo perfunditur pretioso unguento. Volebas unguentum habere clausum, ut ad alios non perveniret. Vere illud est, quod et in alio loco dicitur de vobis: 'Qui habent clavem scientiae, et ipsi non intrant; sed et eos qui intrare volunt, non sinunt'. Vos habetis alabastrum, immo habebatis in templo, et tenebatis inclusum: venit mulier, et tulit in Bethaniam, in domo leprosi ungit caput Iesu. Et quid dicunt illi qui indignantur? *Potuit*, inquit, *venumdari trecentis denariis.* Quia hic, qui hoc unguento unctus est, crucifixus est. Legimus in Genesi, quia illa arca, quae facta est a Noe,

13 *unguendum*] scripsi; *unguentum* χ.

1. *in alio evangelio*] Luc. 7. 37 sqq.
5. *peccata sua*] Hieron. in Matth. 26, 7 'Nemo putet eamdem esse, quae super caput effudit unguentum, et quae super pedes. Illa enim et lacrimis lavat et crine tergit, et manifeste meretrix appellatur. De hac autem nihil tale scriptum est. Nec enim poterat statim capite Domini meretrix digna fieri'.
8. *eius*] Iob 14, 4 sq. iuxta gr.
9. *excogitavit*] Iob 4, 18 iuxta gr.
13. *Xpistus est*] 1 Cor. 11, 3.
17. *in alio loco*] Conf. Io. 12, 4.
18. *demonstratur*] Idem supra p. 190, l. 1 sqq.
26. *non sinunt*] Luc. 11, 52.
30. *in Genesi*] 6, 13.

trecentorum cubitorum habuerit longitudinem, et quinquaginta latitudinis, et triginta in altum. Videte sacramenta numerorum. In quinquagenario numero paenitentia demonstratur: siquidem in quinquagesimo psalmo David regis egit paenitentiam. In trecentis vero numeris crucis mysterium demonstratur. Litera T index est trecentum. Unde dicitur et in Iezechiele: 'Et scribes, inquit, in frontibus gementium THAU; et quicumque illud habuerit superscriptum, non interficietur'. Nam quicumque crucis vexillum habet in fronte sua, hic a diabolo percuti non potest. Hoc vexillum non potest delere, nisi solum peccatum.

Diximus de arca, de quinquagenario, de trecentis numeris: dicamus de triginta, quoniam ipsa arca habebat altitudinis triginta cubitos, et in unum consummabatur. Videte quid dicitur. Primum agimus paenitentiam in quinquaginta: deinde per paenitentiam venimus ad crucis mysterium: ad crucis mysterium venimus per perfectum verbum, qui Xpistus est. Quando vero Iesus accepit baptisma, secundum Lucam 'erat annorum triginta'. Et isti ipsi triginta cubiti in unum consummabantur. Et quinquaginta, et trecenti, et triginta in unum cubitum consummabantur: hoc est, in unam fidem Dei. Hoc totum quare diximus? Quia nunc dicitur: *Potuit trecentis denariis venumdari.* Deinde et Dominus Salvator triginta argenteis venditus est. Mirum non potuisse trecentis denariis vendi: nam venditus est triginta. Scriptum est in Levitico, scriptum est in Exodo, quod sacerdotes a triginta annis esse incipiant. Ante triginta annos non licet sacerdotibus ingredi templum Dei: quomodo et in iumentis et animalibus tertius annus perfecta aetas est. Denique dicitur in Genesi, eo tempore quo fecit Abraham διχοτομήματα, quoniam vitulum et haedum et agnum habuerit trium annorum, ut perfecta aetas demonstraretur in iumentis: sic et hominibus perfecta aetas triginta anni sunt. Numquid Dominus noster non potuit venire ad baptisma viginti quinque annorum? numquid viginti sex annis non potuit, aut viginti octo? Sed perfectam hominis expectabat aetatem, ut nobis tribueret exemplum. Ideo et in Iezechiele scriptum est in principio: 'Et factum est, inquit, in anno tricesimo, cum essem in captivitate'. Hoc totum diximus, ut tricenarii

4. *egit paenitentiam*] Hieron. in Is. 3, 3 'quinquagenarius numerus semper refertur ad paenitentiam... Unde et David in quinquagesimo numero psalmum scribit paenitentiae'.

7. *non interficietur*] Ezech. 9, 4. 6. — Notat Hieronymus in Comment. h. l. 'THAU litteram crucis habere similitudinem'.

15. *annorum triginta*] Luc. 3, 23.

21. *in Levitico, s. e. in Exodo*] Immo in Numer. 4, 3.

25. διχοτομήματα] Gen. 15, 11. gr.

32. *in captivitate*] Ezech. 1, 1 ubi Hieronymus in comment. 'Secundum anagogen vero praefiguratur Dominus atque Salvator, qui triginta annos natus venit ad baptismum, quae in homine

numeri sacramenta panderemus. Indignantur Iudaei, indignantur alieni a fide, quod unguentum illud fractum est. Ceterum Dominus noster dicit : *Sinite eam, quid ei molesti estis ? bonum opus operata est in me.*

Quoniam ergo illa mulier bonum opus operata est, ideo haec de evangelio pauca diximus. Et opportune quartus decimus psalmus lectus est, et oportet nos de psalmo dicere.

6 *dicere*] χ add. clausulam : *Oremus dominum omnipotentem, ut ea quae docturi sumus, recto tramite prosequamur, per Christum dominum nostrum, Amen.*

perfecta aetas est. Unde et in Numerorum volumine iuxta Hebraeos non, ut in LXX continetur, a vicesimo quinto aetatis anno, sed a tricesimo incipiunt sacerdotes in tabernaculo ministrare ' ; in Agg. 2, 17 sqq ' sanctus numerus tricenarius, in quo baptizatur Dominus, et Ezechiel visionem cernit in prophetiae suae exordio, et iuxta hebraicum sacerdotes accedebant ad ministerium Dei '.

5. *opportune quartus decimus psalmus lectus est*] His ipsissimis verbis incipit tractatus Hieronymi de psalmo XIIII ' in Quadragesima ad eos qui ad baptisma accedunt ' p. 27, l. 10 ; quem proinde sub hanc in Marcum homiliam protinus habitum esse existimo.

III.

TRACTATUS VARII.

Codicum notae ante singulos tractatus suis locis indicabuntur.

HOMILIA
IN EVANGELIUM SECUNDUM MATTHAEUM
[XVIII, 7-9]

Vae mundo ab scandalis. Necesse est enim ut veniant scandala: verumtamen vae homini illi per quem scandalum venit. Videtur quidem specialiter designare Iudam, quoniam necesse est ut patiatur Dominus Iesus: nisi enim ille passus fuisset, genus humanum salvari non poterat. Quod autem passio Domini scandalum sit, et apostolus dicit: quia crux Domini scandalum est Iudaeis, et stultitia gentibus. Videtis igitur quoniam necesse est venire passionem Domini, id est, scandalum crucis. Verumtamen vae homini illi, per quem venit scandalum. Nunc necesse fuit et utile, ut pateretur Iesus: sed vae Iudae, per quem venit nobis utilitas.

Vae mundo ab scandalis. Mundum istum terrenum locum dicit, τὸν περισσὸν τόπον λέγει: neque vero de caelo et terra intellegere debemus mundum, sed mundum hic intellegamus terrenum. Ideo quod dixit Dominus 'Regnum meum non est de mundo isto: si essem de mundo, amaret me mundus' et dicitur ad apostolos 'Vos non estis de mundo' et in multis locis terrenus mundus interpretatur. Vae igitur mundo, hoc est terreno loco, ab scandalis.

Necesse est enim ut veniant scandala: non quia necesse, sed quia et mundo necesse est ut veniant. Videte, quod dicimus subtile est. Si necesse est ut veniant scandala, ergo absque culpa est ille, per quem venit scandalum? Sed nos dicimus: scandalum non venit nisi in terreno mundo. Vis non tibi venire scandalum? noli esse terrenus. Propterea dico: mundus iste terrenus scandalum habet, terra ista necesse est ut habeat scandalum. Noli portare terrenum, porta caelestem, et scandalum non habebis.

1 Contuli cum χ t. II fol. 254v, F fol. 111, L fol. 60, O fol. 91v (cf. supra p. 318). 7 *ille*] om. χ. 12 *utile*] *ut ille* FL. 14 τὸν περισσὸν τόπον λέγει] codd; om. χ. 20 *et*] om. χ. 21 *necesse*] *neces..* F. *Si necesse est*] *si neces est* F. 25 *iste*] om. χL. 27 *porta c.*] *sed c.* χ.

6. *designare Iudam*] Cf. supra not. ad p. 195, l. 12.
9. *gentibus*] 1 Cor. 1, 23.
17. *mundus*] Io. 18, 36.
de mundo] Io. 15, 19.
22. *ergo absque culpa* etc] Hieron. in h. l. 'Non quod necesse sit venire scandala, alioquin sine culpa essent qui scandalum faciunt' etc.
26. *porta caelestem*] Cf. 1 Cor. 15, 49.

Verumtamen vae homini illi, per quem scandalum venit. Generaliter disputavit. Καὶ καταχερματίζει αὐτό: *Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscide et proice abs te: bonum est enim tibi in vitam ingredi claudum in regnum Dei, quam duas manus et duos pedes habentem mitti in gehennam aeternam.* Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te. Quoniam ad apostolos loquitur, et in apostolis fundata est ecclesia, quidquid apostolis loquitur, ecclesiae loquitur: nam ecclesia corpus unum tantum habet, sed multa membra habet. Hoc loquitur et apostolus ad Corinthios: quia sunt prophetae, sunt doctores, sunt sacerdotes, sunt signa facientes, et aliae virtutes, ubi de spiritalibus gratiis disputavit. Et ibi dicit: 'Numquid potest dicere oculus manui, Non necessariam te habeo? aut rursus manus dicere pedi, Necessarium te non habeo?' Et hoc dicit ad exemplum, longum est enim universa replicare: et hoc dicit, quia ex multis membris unum ecclesiae corpus efficitur. Ecclesia habet veros oculos, videlicet ecclesiasticos atque doctores, qui vident in scripturis mysteria Dei, de quibus dicitur 'videntes'. Isti igitur qui vident, recte appellantur oculi ecclesiae. Rursum habet et manus, [facit] πρακτικούς videlicet viros, qui oculi non sunt, sed manus. Numquid norunt mysteria scripturarum? tamen sunt potentes in operibus. Habet et pedes, qui nec vident, nec operantur, sed habent diversos discursus: sed propterea currit pes, ut inveniat manus quod operetur. Nec oculus contemnat manum, nec manus contemnat pedem, nec rursum ista tria contemnant quasi otiosum ventrem. Saepius evenit, ut membra quae videntur esse verecundiora, ipsa magis utiliora sint. Propterea dicit et apostolus: 'Verecundiora autem nostra maiorem habent honorem'. Hoc totum quare dico? Quoniam ecclesia, hoc est, corpus Domini ex multis membris ornatur atque completur. Si itaque venerit ut te ecclesiae scandalizat oculus, scandalizet manus, scandalizet pes, melius est te unam non habere virtutem, et ire cum ceteris virtutibus ad regna caelorum: aut habere oculum caliginantem et pedem claudicantem, quam ire in ignem aeternum. Erravit episcopus, peccavit presbyter, deliquit diaconus: noli dicere

2 Καὶ κ. α.] κ. κατα χερνατιζειαυτω FL; om. γ. 3 *abscide*] FL; *abscinde* γ. 4 *claudum*] *clodum* F. 8 *tantum*] om. γ. 15 *in scripturis*] *in quibus scripturis* FL. 16 *dicitur*] FL; *dicuntur* γ. 17 Verbum *facit* superfluum videtur. πρακτικούς] om. γ. 21 *Nec oculus contemnat*] *ne oculos contempnat* F. 22 *ista*] *illa* γ. 27 *ecclesiae*] *ecclaesia* F. 28 *scandalizet*] *scandalicet* L. 30 *caliginantem*] F; *calig.nantem* L; *caligantem* γ. *quam ire*] FL om. *quam*.

8. *ad Corinthios*] I Cor. c. 12. 12. *non habeo*] ibid. v. 21. 16. *dicitur 'videntes'*] Cf. I Reg. 9, 9. 25. *honorem*] I Cor. 12, 23.

quia maior est, sed recidatur oculus, recidatur manus, recidatur pes, ut cetera membra salventur.

Hoc secundum altiorem interpretationem dictum est. Sciendum quoniam possit et aliter interpretari. Si te scandalizat oculus, si te scandalizat manus, si te scandalizat pes, si te carorum nomina, pater, mater, frater, filius, et ceterae propinquitates scandalizant, abscide a te: melius te est regnare sine matre, quam perire cum matre. Et hoc proprie loquitur ad monachos, hoc proprie loquitur ad apostolos: monachus enim apostolicam vitam desiderat imitari. Vis, o monache, esse discipulus meus, immo vis discipulorum meorum esse discipulus? Fac quod fecit Petrus, quod fecit Iacobus et Iohannes. Habebant oculum scandalizantem, patrem et navem et retem. Dicit eis Iesus: 'Venite sequimini me'. Scandalizabat potestas paterna, oculus videlicet malus: absciditur oculus, et hii secuntur Iesum. Nemo ergo dicat: Habeo matrem, habeo patrem, fratrem, filium, uxorem, habeo cetera pietatis carorum nomina. Monachi apostolorum imitatores sunt: non ergo possumus eos imitari, nisi fecerimus quod fecerunt et apostoli. Nemo igitur monachorum dicat: Habeo patrem, habeo matrem. Respondebo tibi: Habes Iesum, quid quaeris ista quae mortua sunt? Qui habet Iesum, habet patrem, habet matrem, habet filios, habet omnem propinquitatem. Quid quaeris mortuos? Sequere vivum: 'dimitte mortuos ut sepeliant mortuos'. Dicit ad Dominum unus discipulus: 'Dimitte me ut vadam et sepeliam patrem meum'. Non dixit: Dimitte me ut sim cum patre meo, sed dimitte me unius horae spatium. Quid ei respondit Dominus? Et in una hora perire potes. Vide ne, dum vis sepelire mortuum, ipse moriaris. Mortuus pater non exigit pietatem filii. Dico tibi, monache: quid quaeris patrem? quid quaeris matrem? Aut Xpistiana est mater, aut non est Xpistiana: aut sancta est, aut peccatrix: e duobus unum est, aliter esse non potest. Si sancta est, gaudet, quia servis Domino: si peccatrix, dimitte illam, mortua est. Interrogo te, o mater Xpistiana. Filius tuus servit in monasterio Xpisto, hoc est, imperatori suo: signatus est cauterio regis sui, habet scutum ieiunium, habet galeam fidem, habet gladium sermonem Dei, habet loricam, vestimentum Iesum in baptismate. Sic est armatus, paratus ad pugnam: debet in campum exire, et

1 *recidatur*] scripsi; *recedatur* L; *recedat* χ. 6 *abscide*] *abscinde* χ. 12 *retem*] FL; *rete* χ. *potestas paterna*] *potestatem paternam* χ. 13 *absciditur*] *abscindatur* χ. *hii secuntur*] F; *hii sequuntur* L; *insequamur* χ. 27 *e duobus*] *de duobus* χ. 31 *fidem*] F repetit, sed om. *habet g. s. Dei*.

12. *sequimini me*] Matth. 4, 19 etc. 22. *meum*] ibid. 21.
21. *mortuos*] Matth. 8, 22.

pugnare adversus hostes. Tu ei dices: Dimitte arma, et veni in cubiculum? Propositum tibi est, o monache, sicut et Adam, et dicitur tibi: 'Ecce vita, ecce mors, elige quod vis'. Habes duos patres, spiritalem et carnalem: utrumque amare non potes: si spiritalis amatur, carnalis contemnitur. 'Non potestis duobus dominis servire'. 'Qui, inquit, amat patrem aut matrem super me, non est me dignus'. Si vis sequi carnalem patrem, relinque spiritalem. Sine causa tergiversaris, monache, et dicis: Quid igitur, si amavero patrem meum aut matrem meam, non idcirco servio Domino? Nonne scriptum est in lege et in evangelio: 'Honora patrem tuum et matrem tuam.' et 'Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur'? Numquid propterea servire Deo debemus, ut non honoremus parentes? Respondeo tibi et ego: intantum honora parentes, inquantum tibi non inpediant ad servitutem Domini, hoc est, imperatori tuo. Cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA IN LUCAM EVANGELISTAM [XVI, 19-31]

DE LAZARO ET DIVITE.

Homo quidam erat dives. Quoniam dixerat 'Nemo servus potest duobus dominis servire, non potestis Deo servire et mamonae' et reprehensus fuerat a Pharisaeis, qui avari erant: propterea ponit exemplum, immo in exemplo et parabola veritatem. Neque enim parabola dicenda, ubi nomina sunt. Parabolae illae sunt, ubi exemplum ponitur, et tacentur nomina. Ubi autem dicitur Abraham et Lazarus et prophetae et Moyses, hic verus Lazarus. Si verus est Abraham, verus est et Lazarus. Abraham qui fuerit,

1 *dices*] χ et codd. pro *dicis?* *in cubiculum*] *in cubiculo* FL. 2 *et dicitur*] F om. *et.* 4 *potes*] *potest* FL. 8 *meum ... meam*] FL; om. χ. 13 *tibi*] om. χ. *imperatori tuo*] FL; *imperatoris tui* χ. 14 *Amen*] *Explicit oml. in mattheo evangl.* F; *e. o. in mathei evglio* L; *e. o. in matheo evangelista* O. 15 Contuli cum χ t. II fol. 275ᵛ, F fol. 120, L fol. 82, O fol. 97 (de his notis cf. supra p. 318) et cum cod. Paris. lat. 12141 (*N*) saec. X, fol. 102. *Incipit omelia iohannis crissostomi in luca evangelista de lasaro et divitiae* O; ita fere F. 18 *reprehensus*] *reprehensum* L. 19 *in exemplo*] *in exemplum* χN. 20 *et parabola*] F; *et parabolae* L; ** *parabola*(*e* add. sup. lin.) N; *parabolae* χ. *veritatem*] χ; *varietatem* FL, N corr. *parabola*] *in parabola* χ. *ubi*] F; om. χ. 21 *Parabolae illae*] *parabola illa* F. *et*] eras. in F. 23 *et*] om. χ.

3. *quod vis*] Eccli. 15, 18.
5. *servire*] Matth. 6, 24.
6. *dignus*] Matth. 10, 37.
10. *tuam*] Exod. 20, 12; Matth. 15, 4.
11. *moriatur*] Exod. 21, 17; Matth. ibid.
15. *HOMILIA*] Habita ingrediente iam Quadragesima (infra p. 383, l. 21), post recitatum psalmum CIII (ibid. l. 17).
18. *mamonae*] Luc. 16, 13.

legimus : Lazarum autem non legimus. Sed qui fecit Lazarum, ipse fecit et Abraham : si verum dicit Abraham, verum intellegimus et Lazarum. Neque enim umbra corporis et mendacium potest congruere veritati.

Homo quidam erat dives. Vide misericordiam Dei. Lazarus pauper, quoniam sanctus erat, nominatur : iste vero dives et superbus nec nomine quidem dignus habitus est. Homo quidam erat dives. Propterea dico *quidam* : quia quasi umbra praeteriit. *Homo quidam erat dives, et induebatur purpura et bysso.* Cinerem et pulverem et terram purpura et serico tegebat. *Et induebatur purpura et bysso, et epulabatur cotidie splendide.* Secundum vestimenta, ita et epulae : ergo et nos quales epulas, talia et vestimenta.

Et erat mendicus quidam nomine Lazarus. Lazarus interpretatur βοηθούμενος, hoc est, qui adiutus est : non est adiutor, sed adiutus. Pauper enim erat, et in paupertate illi Dominus adiuvabat. *Qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus.* Dives iste purpuratus et splendidus non accusatur quod avarus fuerit, non quia res alienas tulerit, non quia adulter fuerit, non quia aliquid mali fecerit : sola in illo condemnatur superbia. Infelicissime hominum, partem corporis tui vides iacere ante ianuam, et non misereris ? Si Dei praecepta non consideras, saltem miserere condicioni tuae, et time ne et ipse talis efficiaris. Quid servas in deliciis tuis quod superfluum est ? Quod iactas, tribue in elemosinam membro tuo. Non dico ut auferas divitiis tuis : quod foras iactas, micas mensae tuae praebe in elemosinam membro tuo. *Qui iacebat ad ianuam eius.* Ideo iacebat ad ianuam, crudelitatem dum in suo corpore demonstraret : ideo iacebat ad ianuam, ne dives diceret, Non vidi, in angulo fuit, aspicere non potui, nemo mihi nuntiabat. Iacebat ante ianuam : videbas illum et exiens et revertens. Eo tempore quando te greges servorum et clientum prosequebantur, ille iacebat in ulceribus. Si oculi tui putridas carnes aspicere non

6 *dico*] codd ; *dicit* χ. 7 *quia*] V, N sup. lin ; om. FL. 8 *purpura et bysso*] accusat. L. *Cinerem e. p. e. terram*] *cinis et pulvis et terra* χ. *purpura et serico tegebat*] *purpuram et sericum portabat* VL ; *p. e. syrico t.* F ; *p. e. sirico t.* N corr. 10 *et nos*] codd ; *et nobis* χ. *epulas*] *aepulas* codd ; *epulae* χ. 12 *quidam*] om. χ. 13 βοηθούμενος *hoc est*] scripsi ; ΒΟΝΕΤΟΥΝΟϹ *h. e.* FL ; ΒΟΝΕϹΤΟΥΝΟϹ *h. e.* N ; om. χ. *qui adiutus est*] χN, sed voces *qui* et *est* postea in N erasae sunt ; *qui auditus est* FL. *adiutor*] χ ; *auditor* FL ; *auditus* N. *sed adiutus*] χN ; *sed auditus* FL. 14 *illi*] FL ; *illum* χN. *ad ianuam*] *ad ianuas* FN. 16 *fuerit*] *fuit* FN. 18 *partem*] N (cf. supra p. 336, l. 4 ' caro ista, quam possides, meae carnis portio est ' ; *mortem* χFL. 19 *saltem*] *saltim* F, N corr. *condicioni*] F ; *condit.* ceteri. 21 *Quod iactas*] *quid iactas?* F. *in elemosinam*] *in* om. F, N supplet sup. lin. 22 *auferas*] *detrahas* N. *quod foras*] *quas f.* N. 23 *in elem.*] *in* add. sup. lin. N. 24 *crudelitatem dum*] FL ; *ut crudelitatem* N ; *ut crudelitatem divitis* χ. 26 *nuntiabat*] *nunciabat* χFL ; *nuntia(vit* in rasura) N. *videbas*] codd ; *videbat* χ. 28 *putridas*] *putredes* F (*putrides* sup. lin.).

dignabantur, saltem aures vocem non audiebant? *Qui iacebat ad ianuam ulceribus plenus.* Non habebat unum ulcus: totum corpus ulcera erant, ut magnitudo poenarum faceret magnitudinem misericordiae. *Qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus, cupiens saturari de micis quae cadunt de mensa divitis.* Aegrotatio habet aliquod solacium, si opes habet: sin autem ad infirmitatis magnitudinem et paupertas, duplex infirmitas. Aegrotatio semper delicata est, et indelicatas res accipere non potest atque fastidit. Quanta vero in isto poena est! Et inter tanta vulnera non meminit dolores plagarum, sed famis. *Cupiens saturari de micis quae cadunt de mensa divitis.* Quodammodo dicens ad divitem: Sufficiunt mihi micae mensae tuae: quod proicis de mensa, praebe elemosinam: fac damna lucrum. *Sed et canes veniebant et lingebant ulcera eius.* Quae nullus hominum lavare dignabatur et obtrectare, ferae mites lambunt.

Factum est autem ut moreretur mendicus, et portaretur ab angelis in sinum Abrahae. Mortuus est autem et dives et sepultus: et in inferno elevans oculos... Audivimus quid utrique in terra passi sint: videamus quid utrique eorum patiantur apud inferos. Quod temporale fuit, praeteriit: quod sequitur, aeternum est. Uterque mortui sunt: illum angeli, istum poenae suscipiunt: ille portabatur in humeris angelorum, iste fertur ad poenas: illum Abraham laeto sinu excipit, istum tartarus vorat. *Et portaretur ab angelis.* Tantae poenae repente deliciis commutantur. Et portaretur ab angelis, et induceretur, ne saltim ambulans laboraret. Portatur post tantos labores, quia defecerat. Et portaretur ab angelis. Non suffecerat ad portandum pauperi unus angelus: sed propterea plures veniunt, ut chorum laetitiae faciant. Ut portaretur ab angelis. Gaudet unusquisque angelorum tantum onus tangere: libenter talibus oneribus praegravantur, ut adducant homines ad regna caelorum. Et ductus est,

1 *dignabantur*] *dignantur* χ. *saltem*] *saltim* FL, N corr. *aures*] L add. *tuae*. *non audiebant?*] F; *quare non audiebant* N (*quare* et *i* add. sup. lin); *audiant* χL (om. *non*). *ianuam*] χ add. *eius*. 4 *eius*] om. F. 4. 9 *quae cadunt*] gr. τῶν πιπτόντων; *q. cadebant* FN. 5 *aliquod*] *aliquid* F. *opes*] codd; *opus* χ. 6 *et paupertas*] FL; *est p.* χ; *** *p.* N. 8 *atque*] FL; *easque* N (*s* add. sup. lin); *quas* χ. *fastidit*] *fastidet* FL, N corr. *Et inter*] *cum* (in litura) *inter* N. 12 *damna*] codd; *de damno* χ. *veniebant*] *videbant* F, N corr. 13 *obtrectare*] codd. Cf. Hieron. Vit. Pauli n. 3 'coepit manibus attrectare (*al.* obtrectare) virilia'; *tractare* χ. 15 *sepultus; et*] *sepultus est* χ. *in inferno*] *in infernum* χLN. 16 *elevans oculos*] expunct. in N. *utrique*] *uterque* L, N sup. lin. in rasura. *sint*] FN; *sunt* χ. 17 *utrique*] *uterque* N sup. lin. in ras. 18 *Uterque*] FN 1 m; *utrique* χ. 20 *excipit*] *excepit* χ. 21 *Et p.*] coniunctio in N erasa est. 22 *et ind.*] F om. *et*. *induceretur*] FL; *adduceretur* χ; eras. in N. *saltim*] codd. 23 *Portatur*] *portabatur* χ. *portaretur*] L 1 m; *portabatur* χF, L sup. lin; *porta*(*tur* in rasura) N. 24 *suffecerat*] *sufficerat* F, L et N corr. 25 *Ut*] codd; *et* χ. 27 *praegravantur*] χ; *praegravantes* FL; *praegrava*(*ti* in rasura) N. *ut*] χL; om. FN. *al-*

et portatus est in sinum Abrahae. Non iuxta Abraham, sed in sinum Abrahae : ut illum palparet, ut illum refocillaret, ut illum quasi clementissimus pater teneret in sinu suo et refocillaret.

Mortuus est autem et dives, et sepultus est : reversa est terra in terram suam. *Et in inferno elevans oculos suos.* Videte significantiam proprietatesque verborum. In inferno elevans oculos suos. Lazarus enim sursum erat, ille deorsum : elevavit oculos, ut illum suspiceret, non ut despiceret. *Elevans oculos suos, cum esset in tormentis.* Totus in tormentis erat : oculos solos liberos habebat, ut alterius laetitiam posset aspicere. Propterea dimittebantur oculi liberi, ut magis torqueantur : quia non habent, quod alius habet. Aliorum divitiae, eorum qui in paupertate sunt, tormenta sunt. Elevans oculos suos, cum esset in tormentis. Illum plures angeli portant, istum infinita tormenta possident. Cum esset in tormentis. Non dixit, in tormento : sed, in tormentis. Divitiae et avaritia talia praemia suscipiunt. Videbat Abraham a longe : respiciebat, ut tantummodo torqueretur. *Et Lazarum in sinu eius.* Paradisus pauperis, sinus erat Abrahae. Abraham a longe, et Lazarum in sinu eius. Dicat mihi aliquis : In inferno est paradisus? Ego hoc dico, quia sinus Abrahae paradisi veritas est : sed et sancti sinum paradisum fateor.

Et ipse clamans dixit (magnae enim poenae magnam vocem reddebant) : *Pater Abraham, miserere mei.* Pater Abraham. Licet me tormenta possideant, tamen patrem voco. Quomodo ille filius, qui perdiderat universam substantiam, patrem vocat : sic et ego licet in poenis sim, te patrem voco. Patrem te voco natura, licet meo vitio te patrem perdiderim. Miserere mei. ' In inferno autem quis confitebitur tibi ? ' Frustra agis paenitentiam in loco, ubi non est paenitentiae locus. Tormenta te cogunt agere paenitentiam, non mentis affectus. Miserere mei. Sanctus quidem est Abraham, sanctus et beatus est, et omnes in illius sinum ire festinamus : verum quicumque in inferno est, et in regno caelorum est, nescio

ducant] *adducunt* N (*u* sup. lin. in ras.) 1 *in sinum*] *in sinu* FN. 2 *refocillaret*] *refocilaret* FL, N corr. 3 *refocillaret*] *refocilaret* FL ; *et recrearet* N sup. lin. in ras. 5 *suos*] codd ; om. χ. *Videte s. p. q. v. I. i. e. o. suos*] om. χ. 10 *dimittebantur*] FN ; *dimittuntur* χ. *torqueantur*] N ; *torquantur* F ; *torqueatur* χL. *non habent*] codd ; *non habebat* χ. 11 *habet*] *habuit* χ. 13 *infinita*] om. χ. 14 *Divitiae*] *divicias* F ; *divitias*, L, N corr. 15 *respiciebat*] *et resp.* χ. 18 *veritas est*] *veritate* L. 19 *sancti sinum*] FLN ; *sanctissimum* χ. *paradisum*] *paradisi* F. 20 *magnam vocem*] *magna voce* F. *reddebant*] *reddebat* FL, N corr. 22 *possideant*] *possedeant* F. *tamen*] N inser. *te* sup. lin. 29 *in inferno est*] expunct. in N. *et*] eras. in N.

5. *Et in inferno elevans*] Sequitur, ut vides, Hieronymus lectionem καὶ ἐτάφη. καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας, quae a plerisque iam dudum recepta est.

23. *patrem vocat*] Luc. 15, 18 sq.

25. *tibi ?*] Ps. 6, 6.

an valeat misereri. Creator creaturae miseretur suae: unus venit medicus, qui sanaret mortuos: nam alii sanare non potuerunt. *Mitte Lazarum, ut intinguat extremum digiti sui in aquam.* Mitte Lazarum. Erras, miser. Abraham mittere non potest, sed suscipere potest. Ut intinguat extremum digiti sui in aquam. Recordare, dives, vitae tuae: Lazarum videre non dignabaris, et nunc digitum eius desideras. Mitte Lazarum. Hoc tu ei debueras facere, dum adviveret. Ut intinguat extremum digiti sui in aquam. Vide conscientiam peccatoris: non totum audet poscere digitum. *Ut refrigeret linguam, quia crucior iu hac flamma.* Ut refrigeret linguam meam: multa enim superba locuta est. Ubi peccatum, ibi et poena. Ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Quanta mala lingua habet, Iacobus in epistula sua loquitur: 'Modicum quidem membrum est, sed magna exaltat'. Qua plurimum peccavit, amplius torquetur. Aquam desideras, qui delibutos cibos ante fastidiebas.

Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona tua in vita tua. Vide quid dicat, bona tua: ceterum bona non sunt. Quae putabas bona, recepisti: non potes et in terra regnasse, et hic regnare. Divitiae non possunt esse et in terra et in inferno. *Et Lazarus similiter mala.* Si quando aegrotamus, si pauperes sumus, si aegrotatione conficimur, si frigore, si hospitium non habemus: laetemur, gaudeamus, accipiamus mala in vita nostra. Quando nos infirmitatis et aegrotationis magnitudo premit, Lazarum cogitemus. *Et in his omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est.* Dissolvi non potest, non potest agitari et concuti. Videre possumus, transire non possumus: et nos videmus quid fugerimus, et vos videtis quid perdideritis: et nostra gaudia cumulant vestra tormenta, et vestra tormenta cumulant nostra gaudia.

Et ait illi: Rogo ergo te, pater. Adhuc miserabilis patrem vocat. Rogo ergo te, pater. Ante rogasses eum, qui verus erat pater noster. Noveras patrem, qui despiciebas fratrem? *Ut mittas eum in domum patris mei.*

1 *misereri*] N sup. lin. add. *illius qui in inferno est.* Igitur iuxta emendatorem codicis N ita legendum est: *verum quicumque in regno caelorum est, nescio an valeat misereri illius qui in inferno est.* 3 *intinguat*] FL; *intingat* χ, N corr. *in aquam*] *in aqua* F. 5 *Lazarum*] *et Laz.* F. 6 *eius*] om. F. 7 *debueras*] χL; N mutat in *debuisti; debebas* F (ex *debeas*). *adviveret*] *adviveres* N. 10 *superba*] *superbia* F; *superb(a* sup. lin. in ras.) N. 13 *exaltat*] χN; *exultat* F, L corr. Cf. adnot. crit. ad p. 224, l. 15. *Qua*] *quia* F; *qui* N. 14 *delibutos*] L; *delibitos* FN corr; *delicatos* χ. Num legendum *delibatos*? 17 *non potes*] χ; *non potest* codd. 21 *infirmitatis*] *infirmitas* χ. 24 *videmus*] *videamus* FN. 27 *vocat*] *voco* N.

7. *dum adviveret*] Hieron. ep. 48, 21 'dives ille purpuratus, crassus et nitidus, fruitus est carnis bonis *dum adviveret*'.

13. *exaltat*] Iac. 3, 5.

Vide perversitatem : nec in ipsis paenis continet veritatem. Vides enim quid dicat. Rogo ergo te, pater. Ergo pater est Abraham : et quomodo dicis, mitte eum in domum patris mei ? Non oblitus es patris tui : non es oblitus, quia pater ille te perdidit. Quoniam illum habuisti patrem, propterea habes quinque fratres. Quinque fratres habes : visum habes, odoratum habes, saporem habes, auditum habes, tactum habes. His fratribus tu ante servisti, istos habebas fratres. Quando illos amabas fratres, Lazarum fratrem amare non poteras. Recte non amasti Lazarum fratrem, quia illos amabas fratres. Illi fratres non amant paupertatem. Frater tuus erat oculus, frater tuus erat auris, frater tuus erat odoratus, frater tuus erat sapor, frater tuus erat tactus. Hi fratres tui amabant divitias, non poterant videre paupertatem. *Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis.* Illi te fratres in haec tormenta miserunt : illi fratres salvari non possunt, nisi moriantur. *Ne et ipsi veniant in locum hunc tormentorum.* Quid salvare vis illos fratres, qui non amant paupertatem ? Necesse est ut fratres habitent cum fratre suo.

Et ait illi : Habent Moysen et prophetas, audiant illos. Quid quaeris ut vadat Lazarus ? habent Moysen et prophetas. Et Moyses et prophetae ambierunt in speluncis suis et in antris et in caprinis pellibus : et illi erant pauperes sicut Lazarus, et illi erant in calamitatibus, et illi sustinebant famem. Quid quaeris, ut mittam Lazarum ? Habent ibi Moysen Lazarum, habent ibi prophetas Lazaros. Et Moyses Lazarus fuit, pauper fuit, nudus fuit : meliores divitias esse arbitratus est paupertatem Xpisti, quam divitias Pharaonis. Habent et prophetas, habent Hieremiam, qui in locum luti mittitur et pane tribulationis vescebatur. Habent omnes prophetas, illos audiant. Illi cotidie, hoc est, Moyses et prophetae contra quinque fratres tuos praedicant : illi eos doceant, illi eos instituant. Illi vocent oculum : et quid ei dicunt ? Ne videas carnaliter, sed vide spiritaliter. ' Quod vidimus, inquit, quod audivimus, quod manus nostrae palpaverunt de sermone Dei '. Ille docet etiam aures, ille docet etiam odoratum, ille docet etiam saporem : omnes prophetae et omnes sancti istos fratres docent.

3 *in domum*] *in domo* codd. 4 *Quoniam*] *quomodo* χ. 5 sq. *habes*] *habeas* N, F corr. 7 *habebas*] *habeas* N. 12 *ut testetur*] χL ; *obtestetur* FN (om. *ut*). 13 *salvari*] *salvare* FN. 19 *ambierunt*] scripsi (cf. gr. περιῆλθον Hebr. 11, 37) ; *abierunt* χ ; *habierunt* FL. 22 *Lazaros*] F ; *Lazarum* χLN. 25 *in locum*] *in loco* codd. pro *in lacum* ? *pane*] *panem* FL, N corr. 27 *doceant*] *docent* FL, N corr. *instituant*] *instruant* N (*ru* sup. lin. in ras.) 28 *dicunt*] codd ; *dicant* χ. 29 *vidimus*] *videmus* F. *audivimus*] *audimus* F.

19. *pellibus*] Hebr. 11, 37.
24. *Pharaonis*] ibid. 26.
30. *Dei*] 1 Io. 1, 1.

Et dixit illi : Non, pater Abraham : sed si quis ex mortuis ierit ad eos, paenitentiam agent. Dum nescimus, hic dogma monstratur : aliud quidem dicitur, sed significatur aliud. Scit fratres istos non posse salvari, nisi aliquis ab inferis resurrexerit. Denique Iudaei, qui tantum Moysen audiunt et prophetas, et nemo eis resurrexit ab inferis : propterea fratres istos Salvator noster habet. Sed si quis ab inferis ierit ad eos, paenitentiam agent. Si quis ierit ab inferis. Nescio quis iturus sit : non enim mereor in poenis constitutus eum nosse, qui resurrecturus est. Sed hoc scio, quia quicumque resurrexerit a mortuis et praedicaverit, ille poterit istos fratres salvos facere. Ille salvavit aures : ille enim dicit ' Qui habet aures audiendi audiat '. Ille salvavit oculos : ille enim dicit ' Lucerna corporis tui est oculus tuus '. Ex illius ore apostolus loquitur : ' Xpisti bonus odor sumus '. Ex illius ore loquitur et psalmista dicens : ' Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus '. Ille salvat et tactum. Quodammodo de istis omnibus fratribus Iohannes loquitur : ' Quod vidimus, inquit, quod audivimus, quod manus nostrae palpaverunt '. Istos fratres resurrectio salvavit Domini. Denique isti fratres et in nobis erant antequam nobis Xpistus resurgeret. Oculus meus videbat male, ducebat me post vestigia meretricis : simpliciter videre non poteram alterius pulchritudinem, sed alterius pulchritudo erat flamma mea. Mihi auris antea poena erat : delectabar enim canticis, et turpia verba libenter audiebam. Odoribus delectabar, non quidem bonis, sed malis : quia interficiebant animam meam. Gulae meae non poterant nec terra nec maria sufficere ; gulae meae omnia servorum ministeria adparebant. Tactus meus me ducebat in captivitatem : mulierum conplexibus delectabar. Videtis quomodo isti fratres, antequam Xpistus resurgeret, me ducebant in mortem ? Ille mortuus est, et ego vixi : ille mortuus est, et isti fratres resurrexerunt : immo propterea mortui sunt, ut viverent : mortui sunt carne, ut viverent spiritu. Nunc oculus meus Xpistum videt, nunc auris mea Xpistum

4 *qui*] eras. in N. 5 *et nemo*] *cum* (in ras. sup. lin.) *nemo* N. *resurrexit*] *resurrexerit* codd. *propterea f. i. S. n. habet*] χ et codd ; suspicor legendum *propter fratres istos Salvator noster habetur.* 10 *enim*] om. FN. 12 *Xpisti*] *de hore xpi* F. 13 *sumus*] V add. *Deo.* 14 *salvat*] codd ; *salvavit* χ. 20 *sed alterius pulchritudo*] N ; om. χ et ceteri. 20 *erat*] χ add. *enim.* *auris*] *auriens* F ; *aures* χ. 21 *poena*] *poenae* χ ; *poene* F, N corr. *erat*] *erant* χ. 22 *non*] χN ; om. FL. *quia*] *qui* N. 24 *adparebant*] scripsi ; *apparebant* L ; *adparabant* F ; *parebant* χ ; *obtemperabant* N sup. lin. in rasura. 25 *ducebat*] *ducebant* F. 27 *resurrexerunt*] *surrex.* χ. 28 *carne*] *carni* F, N corr.

11. *audiat*] Matth. 11, 15 etc.
12. *tuus*] Matth. 6, 22.
13. *sumus*] 2 Cor. 2, 15.
14. *Dominus*] Ps. 33, 9.
16. *palpaverunt*] 1 Io. 1, 1.

solum audit, nunc sapor illum gustat, odoratus illum odoratur, tactus meus illum amplectitur.

Ait autem illi: Si Moysen et prophetas non audiunt. Videte quomodo sermo Domini et animam erudit et dogmate, nec ex eo quod dixeramus, non posse salvari fratres istos nisi aliquis a mortuis resurrexerit, locum dederamus Marcioni et Manichaeo, qui destruunt vetus testamentum. Illi enim dicunt non posse salvari animam nisi tantum per evangelium : vetus destruunt testamentum. Abraham vero non tamen eum destruit, qui resurrecturus est. Non enim dicit, audiant Moysen et prophetas : quid expectas eum qui resurrecturus est? Si enim hoc dixisset, destruxisset evangelium. Sed quid dicit? *Si Moysen et prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit credent.* 'Si enim crederetis Moysi, crederetis et mihi : ille enim de me scripsit.' Vide ergo quid dicit Abraham. Bene quidem facis eum expectare qui resurrecturus est : sed et Moyses et prophetae ipsum praedicant, quod ille qui resurrecturus est : sed in illis Xpistus loquitur : si illos audias, et illum auditurus es.

Multa sunt quae dicantur. Et psalmus mysticus fuit, qui lectus est, hoc est centesimus tertius, et maxime illud : 'Draco iste quem formasti ad inludendum ei' et illud quod scriptum est : 'Erodii domus dux est eorum.' Omnia plena sunt sacramentis : et non dico una hora, sed dies vix sufficiet ad interpretationem. Quoniam autem iam ingreditur quadragesima, si aliud tempus fuerit et Dominus dederit occasionem, et illius loci conabimur sacramenta disserere. Nunc suffieit nobis audire de Lazaro, immo Lazarum fuisse divitem. Et divitis nos tormenta deterreant, et pauperis exempla provocent. Anima Xpistiana, anima monachi, anima eius qui nudus nudum Xpistum sequitur, quando aliquem divitem viderit, quando sibi adplaudit in divitiis et in pompa, illum divitem cogitat :

4 *et animam*] codd ; χ om. *et*. *erudit*] *erudiat* χ. *et dogmate*] χ om. *et* ; *et perversum dogma... confundit* N (*perversum* et *confundit* add. sup. lin.). 7 *dicunt*] *cum dicunt* χ. 8 *vero non*] expunct. in N. *non tamen*] *numquid* χ. *tamen*] N (*en* add. sup. lin) ; *tam* FL. *eum*] N inser. *non* sup. lin. 10 *exspectas*] F ; *spectas* χLN. *enim*] F inser. *dicit*, L *dicitis* ; vox in N deleta est. 11 *Si*] codd ; om. χ. 12 *credent*] *credunt* FL, N corr. 13 *dicit*] *dicat* χ. 14 *expectare*] *spectare* LN. 15 *ipsum*] *hoc ipsum* χ ; *id*(add. sup. lin.)*ipsum* N. *qui*] codd. optime ; *quidem* χ. 16 *sed*] pro *et*? Cf. infra l. 24. *audias*] *audies* FL, N corr. 17 *dicantur*] FN ; *dicuntur* χN. 22 *aliud*] *illud* χ. *fuerit*] *fieret*] FL, N corr. 23 *nobis*] codd ; *vobis* χ. 24 *divitem*] *et div.* χ. *nos*] *non* χ. *et*] codd ; *sed* χ. 27 *adplaudit*] N (*it* sup. lin. in ras.) ; *applaudit* χ ; *adplaudent* FL. *in pompa*] *in pompam* FL.

13. *scripsit*] Io. 5, 46.
19. *ei*] Ps. 103, 26.
20. *eorum*] ibid. 17.
21. *ad interpretationem*] Conf. supra p. 62, 18.

consideret vocem et clamorem divitis, et Lazari digitum postulantem.

Simulque considerate, quod paene obliti fueramus dicere. Dicat enim aliquis, et dogma perversum inferat: Hoc quod videtur, ante iudicium videtur, an post iudicium? Dicat aliquis, post iudicium: nam ideo et in poena est alius, et alius in refrigerio. Et quomodo dicitur, Habent Moysen et prophetas? Si autem ipse Xpistus docet, et qui loquitur ipse est, et ante resurrectionem docet, et secundum interpretationem nostram resurrectio Xpisti postulatur: ergo ante resurrectionem est, et dicat aliquis, ergo ante iudicium iudicium. Do vobis aliquod exemplum, ut exemplis possimus cognoscere veritatem. Finge aliquem in latrocinio esse deprehensum: hunc missum esse in carcere tenebroso, hunc missum esse in nervo et tormentis, expectantem quidem sententiam, sed et non esse ibi sine poena. Ex ipso loco intellegit quid passurus sit: licet enim necdum suscipiat poenam capitalem, licet necdum venerit dies iudicii, tamen de carcere, de tenebris, de squalore, de fame, de stridoribus catenarum, de gemitu compeditorum, de lacrimis eorum qui cum eo sunt, intellegit in quali poena sit futurus. Si enim tanta poenarum prooemia sunt, quid futurum sit in ipsa supplicia? Si necdum venit ad iudicium, et necdum poena perfecta est, et desiderat aquam frigidam: quid in iudicio passurus est?

Simulque considerandum, quod Abraham apud inferos erat: necdum enim Xpistus resurrexerat, qui illum in paradisum duceret. Antequam Xpistus moreretur, nemo in paradisum conscenderat nisi latro. Romphaea illa flammea et vertigo illa claudebat paradisum: non poterat aliquis intrare in paradisum, quem Xpistus clauserat. Latro primus intravit cum Xpisto. Magnitudo enim fidei meruit magnitudinem praemiorum. Non enim credidit in regno videns Xpistum, non illum vidit fulgentem, non illum vidit de caelo respicientem, non vidit ei ministrantes angelos. Certe, ut libere dicam, non vidit libere ambulantem, sed vidit eum in cruce, vidit illum bibentem acetum, vidit eum sentibus coronatum, vidit eum confixum ad crucem, vidit eum precantem auxilium: 'Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti?' et sic credidit. O conditio varia, et casus

1 *digitum*] *dictum* FL. 4 *an*] *aut* F. 4. 8 *dicat*] N mutat in *dicit*. 8 *ante i.*] *et ante i.* χ. 9 *iudicium*] bis codd; semel χ. *aliquod*] *aliquid* FL. 11 *in carcere tenebroso*] χ; *in carcerem tenebrosum* codd. 12 *poena*] χ inserit *nam*. 13 *suscipiat*] *susceperit* χ. 15 *catenarum*] χ; *de catenarum* L; *de cathenarum* F; *de caten*(*is* sup. lin. in ras.) N. *de gemitu*] L om. *de*. 17 *prooemia*] scripsi; *praemia* F; *premia* N; *praevia* χ. 18 *sit*] codd; *erit* χ. *in ipsa supplicia*] codd. 1 m; *in ipsis suppliciis* N sup. lin; *inter i. s.* χ. 22 *moreretur*] *moriretur* F. *Romphaea*] *rumphea* N. 24 *clauserat*] *cluserat* F. 31 *varia et*] χ; *variae* FL; *o variae* N (mutat. sup. lin. *o varii*).

31. *dereliquisti?*] Ps. 21, 2.

hominum! Apostoli secuti fuerant, et fugiunt: iste in cruce Dominum confitetur. O Petre, o Iohannes, qui dixeras: 'Et si me necesse est mori, numquam te negabo.' Promittis, et non facis: ecce alius damnatus in homicidium, quod non promiserat, facit. Exclusus de loco es tuo, exclusit te latro: ipse primus ingreditur cum Xpisto in paradisum. Ex latere diximus de latrone, neque enim obliti sumus propositi: proposueramus enim de paradiso dicere, quod ante adventum Xpisti nemo fuerit in paradiso. Revertamur ergo ad propositum. Latronis corona non nos errare faciat, sed provocet ad coronam. Abraham necdum erat in paradiso, quia necdum Xpistus intraverat cum latrone. Venit Xpistus, et passus est: et multa corpora sanctorum resurrexerunt, et visa sunt in sancta civitate. Crux Xpisti clavis paradisi est, crux Xpisti aperuit paradisum. Non vobis dixit quod 'regnum caelorum vim patitur et violenti diripiunt illud'? Qui in cruce est, non vim facit? Nihil medium est: crux et statim paradisus, sed magnitudo poenarum facit magnitudinem praemiorum.

Haec interim diximus. Deprecemur Dominum, ut latronem et istum Lazarum pauperem, si persecutio venerit, imitemur latronem: si pax fuerit, imitemur Lazarum. Si martyrium fecerimus, statim in paradisum: si paupertatis poenam sustinuerimus, statim in sinum Abrahae. Habet et sanguis, habet et pax loca sua. Habet et paupertas martyrium suum, et egestas bene tolerata facit martyrium: sed egestas propter Xpistum, non propter necessitatem. Ceterum quanti pauperes sunt, et divites esse desiderant, et scelera faciunt. Non ergo paupertas simplex beatum facit, sed paupertas propter Xpistum. Fides famem non timet. Qui Xpistum amat, non timet famem: qui Xpistum habet, omnes secum divitias habet. Negotiator quidam sapientissimus vendidit universam substantiam suam, et ceteras margaritas, et emit sibi unam pretiosissimam margaritam. Habuerat quidem margaritas, et pulcherrimae erant et pretiosae. Moysen habebat, Esaiam habebat, Hieremiam habebat, sanctos prophetas: sed haec ad conparationem Xpisti duxit pro stercore. Unde dicit et apostolus:

2 *o Iohannes*] eras. in N. 4 *es*] χ; om. codd. 5 *in paradisum*] *in paradiso* FN. 12 *Non vobis*] codd; *nonne nobis* χ. 14 *crux*] *et crux* χ; N sup. lin. add. *primo*. 15 *sed*] χ et codd. pro *et*? 17 *pauperem*] χ add. *imitari possumus*, N sup. lin. *sequamur*. 18 *statim*] χ inser. *intrabimus* et om. *in*. *paradisum*] N sup. lin. add. *introducemur*. 19 *in sinum*] *in sinu* FN. *Abrahae*] N sup. lin. add. *erimus*. 23 *beatum*] *beatam* F. 27 *Habuerat*] *habuerant* L. 28 *quidem*] *quidam* F, N corr. 28 sq. *habebat*] *habebant* codd. 29 *sanctos*] *et sanctos* χ.

3. *negabo*] Matth. 26, 35.
7. *nemo f. in paradiso*] Conf. supra p. 329, l. 31 sqq.
13. *illud*] Matth. 11, 12.
27. *margaritam*] Matth. 13, 45 sq.

'Quae, inquit, erant mihi pro lucro, haec aestimavi pro stercore, ut Xpistum lucrifacerem' hoc est, ut margaritem unum emerem. Unde dicitur et in alio propheta: 'State in viis, et quaerite viam.' Quasi diceret: mittite margaritas, et per margaritas unam emite margaritam. State in viis, et quaerite viam. Non dixit, dimittite vias: sed, state in illis viis, et quaerite viam Xpistum. Cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA IN IOHANNEM EVANGELISTAM (I, 1-14).

De Iohanne dicitur: *Fuit homo missus a Deo.* Vide quae sit distantia inter Deum et hominem. De Deo: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.* Videte quomodo piscator indoctus novum verbum proprietatis dixit sic de Deo: In principio erat Verbum. Quae iam locuti sumus: neque enim possumus eadem replicare. De homine videte quid dicat: Fuit homo missus a Deo. Videte quid dicat, fuit. De Filio Dei, erat: de homine, fuit. De Deo dicitur, In principio erat Verbum: de Dei Filio, Verbum: de homine videte quid dicitur. Fuit homo. Quia ergo homo, propterea missus est a Deo. *Cui nomen erat Iohannes.* Gratia in nomine conprehenditur. Iohannes enim interpretatur Domini gratia. IO enim dicitur Domini, ANNA dicitur gratia. Cui nomen erat Iohannes. Vere φερώνυμος. Quare φερώνυμος? Quia maiorem accepit gratiam: propterea in heremo philosophatur, et reservat se in adventum Xpisti. Quia nuntiaturus erat Xpistum, statim in heremo nutritur, statim ibi crescit: non vult cum hominibus conversari, in heremo cum angelis philosophatur. Noverat Xpistum Iohannes semper esse venturum: et non solum noverat eum ab infantia, sed in utero matris Xpistum noverat, et iam eum salutaverat. Denique scribitur: 'Exultavit infans in utero matris suae.' Vide

1 *Xpistum*] *xpi* F, N corr. 2 *margaritem unum*] L, N 1 m; *margareta* (sup. lin. *margaritae*) *unum* F; *margaritam unam* χ. *dicitur*] om. χ. 3 *Mittite*] codd; *emite* χ. 6 *sit*] *est* F; om. O. *Amen*] *Explicit oml. in luca evangelista* FLN; *e. o. i. l. evangelio* O. 7 Contuli cum χ t. III fol. 90 et codicibus FLO (cf. supra p. 318). *Incipit in Iohanne evangelista* FL; *i. i. I. evangelio* O. 17 *in nomine*] scripsi; *in homine* χFL. 19 *Vere* φερώνυμος. *Quare* φερώνυμος] om. χ. 24 *eum*] om. χ. *Xpistum* et *iam*] om. χ.

2. *lucrifacerem*] Phil. 3, 8.
3. *viam*] Ierem. 6, 16.
14. *de homine, fuit*] Confra supra p. 320, l. 22.
19. *Vere* φερώνυμος] Hieron. ep. 47, 2 'sorori tuae Serenillae, quae φερωνύμως calcatis fluctibus saeculi'; in Abdiam initio 'et φερωνύμως, sicut in Actibus apostolorum Stephanus martyrio coronatus, ita et hic servus appellatus est Domini'.
25. *suae*] Luc. 1, 41.

quomodo in utero matris constitutus sensit adventum Domini. Considerate, monachi, dignitatem vestram. Iohannes princeps nostri est dogmatis, ipse monachus. Statim ut natus est, in heremo vivit, in heremo nutritur, Xpistum expectat in solitudine. Videte differentiam. Eo tempore quo Iohannes natus est et erat in heremo, hoc templum, quod videmus esse destructum, quantas habebat divititas, quid auri, quid argenti, quid multitudinis? Vultis scire quantam habuerit multitudinem? Iosephus Iudaicae scriptor historiae describit eo tempore quo capta est Hierusalem, hoc est a Vespasiano et Tito, dicit mille octingenta milia una die capta. Videte quid dicat. Ubi tanti sunt capti, quanti habitatores erant, quanti sunt mortui, quantos fames, quantos gladius interfecit? Deinde describit historia, quantum auri fuerit in templo, quantum argenti, quantum gemmarum, quantum serici, quanti erant sacerdotes, quanti scribae, et diversa genera officiorum. Videte quomodo semper Xpistus humilitatem diligit. Xpistus Dei Filius in templo nescitur, et in heremo praedicatur. Humilis enim humiles diligit. Hoc totum quare dico? Ut doceam dogmatis nostri principem esse Baptistam Iohannem. Felices sunt qui imitantur Iohannem, a quo maior inter natos mulierum non fuit. Expectabat Xpistum, noverat esse venturum, oculi eius nihil aliud dignabantur aspicere.

Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est. Multi enim male legunt, dicentes: Quod factum est in ipso vita erat. Sed ita distinguitur: Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est; hoc est, sine ipso quod factum est non est factum. Spiritus enim sanctus non est factus: propterea non per ipsum est. Spiritus enim sanctus, qui fecit omnia, non est factus a Domino. 'Verbo Domini caeli firmati sunt, et Spiritu oris eius omnis virtus eorum.' Vides quia duo sunt qui fabricant. Dimitto Patrem, quia de Patre nulla dubitatio est: licet in isto versiculo tres personae demonstrentur. Quando enim dicitur,

2 *nostri*] scripsi; *noster* O; *nrt* F; *nr* L; *vester* χ. Cf. infra l. 16. 9 *mille octingenta*] *mille et octing.* χ. 11 *describit*] F; *scribit* χL. 13 *serici*] *syrici* F. 15 *nescitur*] *nascitur* χL, F corr. 17 *Bapt. Ioh.*] *Ioh. Bapt.* L. 18 *a quo*] codd; χ om. *a.* 27 *fabricant*] *fabricantur* F. Cf. supra p. 242, l. 2 sqq.

2. *princeps n. e. dogmatis*] Hieron. ep. 22, 36 'Huius vitae (Anachoretarum)... princeps Iohannes Baptista fuit'.

9. *una die capta*] Longe aliter Iosephus, De bello Iudaico l. 6, c. 9, n. 3: Τῶν μὲν οὖν αἰχμαλώτων πάντων, ὅσα καθ' ὅλον ἐλήφθη τὸν πόλεμον, ἀριθμὸς ἐννέα μυριάδες καὶ ἑπτακισχίλιοι συνήχθη· τῶν δ' ἀπολουμένων κατὰ πᾶσαν τὴν πολιορκίαν, μυριάδες ἑκατὸν καὶ δέκα.

11. *Deinde describit historia*] ibid. l. 5, c. 5.

18. *non fuit*] Matth. 11, 11.

19. *dignabantur aspicere*] Conf. supra p. 322, l. 9.

26. *eorum*] Ps. 32, 6.

Verbo Domini caeli firmati sunt, nominat Λόγον, id est, Verbum nominat, et Dominum, Patrem et Filium: ergo duae personae dictae sunt. Verbo Domini caeli firmati sunt. Aliis verbis hoc dixit: Filio Patris caeli firmati sunt. Et Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ergo manifeste in isto versiculo demonstratur quod Pater et Filius et Spiritus sanctus omnium creatores sunt. *Omnia per ipsum facta sunt.* Si ergo omnia per ipsum facta sunt, ergo exclusus est Pater, exclusus est et Spiritus sanctus, et solus Filius operatus est? Quoniam ergo dixerat, omnia per ipsum facta sunt, ne Spiritus sancti et Patris tolleret creationem, adiecit: *Et sine ipso factum est nihil quod factum est.* Quando dicitur, sine ipso factum est nihil, ostenditur quod alius fecerit, sed quod sine isto nihil fecerit. Denique et sapientia in Proverbiis quid dicit? 'Quando praeparabat caelos, aderam' et cetera.

Et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non conprehenderunt. Generaliter quidem de conditore dicitur Deo, quoniam semper inter medias creaturas suas sit: et tamen creatura non intellegit creatorem suum. Specialiter autem dicitur de Domino Salvatore, quoniam hoc Verbum, qui erat Deus, et erat in Deo, esset etiam in mundo, ut luceret in tenebris Iudaeorum: et Iudaei, qui sunt tenebrae, non conprehenderunt lucem.

Fuit homo missus a Deo. Breviter de singulis dicimus. Fuit homo missus a Deo. Videte significantiam proprietatesque verborum. De Deo quid dicitur? de Filio Dei quid dicitur? In principio erat Verbum. Erat. Qui erat, principium non habet: qui erat, non fuit aliquod tempus quando non erat. De Iohanne vero, licet sanctus sit, licet et praecursor sit, non dicitur, Erat: non enim erat antequam nasceretur, non erat antequam praecursor fieret, non erat antequam conciperetur in utero. Audiat hic et alia haeresis. Non mittitur ille qui erat, sed mittitur et fit ille qui non erat. Quid dicitur, fuit homo missus a Deo? Videte proprietates verborum. *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum.* Legimus et litteras saeculares, legimus Platonem, legimus ceteros philosophos. Piscator noster invenit quod philosophus non invenit. Si dixisset, In principio erat Deus Filius,

1 Λόγον] om. χ. 2 *Dominum*] *deum* χ. 10 *factum est*] om. χ. 11 *quod sine isto*] F om. *quod*; *cum in isto* L. 18 *qui*] codd; *quod* χ. 21 *dicimus*] *dicamus* χ. 23 *Erat*] non repet. χ. 24 *non habet*] *non haberet* F. 25 *vero, licet*] *licet vere* χ. 31 *Hoc erat*] *hoc est* F.

13. *aderam*] Prov. 8, 27.
33. *non invenit*] Hieron. ep. 53, 4 'Iohannes rusticus, piscator, indoctus? Et unde illa vox, obsecro, *In principio*

videbatur Patrem exclusisse, aut etiam duos deos facere: et nihil nobis proderat de gentibus, si reliquissemus plurimos deos, et credidissemus in duobus diis. Vide ergo quomodo paulatim et prudenter inrepit. In principio non dicit erat Deus, ne videretur deum et deum facere, deos duos iunctos: sed Filium Verbum nominat. Et dum dicit ipsum Verbum esse in Patre, sic et Filium Deum dicit, ut non auferat unum Deum. Ergo et nos qua ratione Filium Deum dicimus, et unum tamen Deum dicimus in Patre et in Filio: sic in Patre et in Filio et in Spiritu sancto triplex quidem est sed una divinitas. *Fuit homo missus a Deo.* Iohannes fuit, qui ante non erat; factus est, qui non erat. Fuit homo, non Verbum. Homo ideo fuit, quia homo. Verbum non fuit, sed semper erat. Fuit homo missus a Deo. In principio erat Verbum: non mittitur. Homo missus a Deo. Quidquid ergo homo loquitur, ille auditur qui mittit. 'Qui enim vos recipit, me recipit': honor mittentis suscipitur in eo qui mittitur. Fuit homo missus a Deo. Quod nos dicimus missus, Hebraei dicunt ἀπόστολος, hoc est missus, quod dicitur lingua hebraica SILOAS. Ergo vides quod iste Iohannes propheta, non solum propheta, sed et apostolus est. Mittitur Esaias, apostolus fuit. 'Ecce ego, mitte me'. Missus a Deo. Pulchre dixit, missus. Dominus enim dicit in evangelio: 'Omnes qui ante me venerunt, fures fuerunt et latrones'. Non dixit, omnes qui missi sunt, fures et latrones: sed qui per se venerunt. Quid dicit, omnes qui venerunt ante me? 'Qui dicunt, Haec dicit Dominus, et Dominus non misit eos': isti qui venerunt per se, et non sunt missi, ipsi fuerunt fures et latrones. Iste ergo missus est a Deo. *Cui nomen erat Iohannes.* Et nomen ipsius officio convenit. Iohannes enim interpretatur Domini gratia. IO enim dicitur Dominus, ANNA gratia. Ergo Iohannes Domini gratia dicitur.

3 *inrepit*] codd; *irrepit* χ. 6 *et Filium*] *et in F.* F. 13 *ille auditur*] scripsi; *non auditur* χ et codd. Tanta est similitudo notarum *N* et *ill.* in veteribus libris, ut aetate quoque nostra sollenne habeant typographi litteram *N* pro nomine proprio in certis formulis recitando adhibere, ubi antiqui nota *ill.* utebantur. 15 *Hebraei*] *haebraei* F, O 1 m; *hebrei* L; *Graeci* χ; *greci* O sup. lin. Cf. Commentariol. in ps. p. 87, l. 22 ubi perperam in codicibus 'apud Hebraeos', recte 'apud Graecos' in Breviario legitur. ἀπόστολος] FL; *apestalmenos* χ. 16 *SILOAS*] O; *syloas* F; *silaos* χ; *silas* L. 17 *Mittitur*] FL inser. *enim*.

erat Verbum e. V. e. a. D. e. Deus erat Verbum?... Hoc doctus Plato nescivit, hoc Demosthenes eloquens ignoravit'.

14. *recipit*] Matth., 10, 40.

16. *quod dicitur l. h. SILOAS*] Hieron. in Galat. 1, 1 'Apostolus autem, hoc est *missus*, Hebraeorum proprie vocabulum est, quod SILAS quoque sonat... Unde et nos possumus intellegere Iohannem quoque Baptistam et prophetam et apostolum appellandum; siquidem ait scriptura: *Fuit homo missus a Deo c. n. e. Iohannes*'.

18. *mitte me*] Is. 6, 8.

20. *latrones*] Io. 10, 8.

Quod missus est, a Domino accepit. *Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine.* Multa sunt quae dicantur, sed excludimur tempore.

Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Verbum caro factum est, et quomodo factum est ignoramus. A Deo rationem habeo, scientiam non habeo. Scio quia Verbum caro factum sit, et quomodo factum sit nescio. Miraris quia ego nesciam? Omnis creatura ignorat. Mysterium enim quod absconditum fuit in omnibus saeculis, in nostro saeculo revelatum est. Dicat aliquis : Si revelatum est, quomodo te nescire dicis? Revelatum est quod factum est : ceterum celatur quomodo factum sit. Denique dicit Esaias : ' Generationem eius quis enarrabit? ' Et quomodo ipse dixerat ' Ecce virgo in utero concipiet et pariet '? Dicit quid factum sit : quando autem dicit, Generationem eius quis enarrabit? hoc nobis ostendit, quoniam natus quidem sit, sed quomodo natus sit ignoramus. Sancta Maria, beata Maria, mater et virgo, virgo ante partum, virgo post partum. Ego hoc miror, quomodo de virgine virgo natus sit, et post nationem virginis mater virgo sit. Vultis scire quomodo de virgine natus sit, et post nativitatem mater ipsa sit virgo? Clausa erant ostia, et ingressus est Iesus. Nulli dubium quin clausa sint ostia. Qui intravit per ostia clausa, non erat phantasma, non erat spiritus, vere corpus erat. Quid enim dicit? ' Respicite et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, quae me habentem videtis '. Habebat carnes, habebat ossa : et clausa erant ostia. Quomodo clausis ostiis intraverunt ossa et caro? Clausa sunt ostia, et intrat quem intrantem non videmus. Unde intravit? Omnia clausa sunt, locus non est per quem intret : et tamen intus est qui intravit, et non paret quomodo intravit. Nescis quomodo factum sit, et das hoc potentiae Dei. Da potentiae Dei, quia de virgine natus sit, et tamen ipsa virgo fuerit virgo post partum. Legimus in Iezechiel, in templi aedificatione : ' Porta, inquit, haec orientalis, quae respicit ad orientem, semper clausa erit ; et nemo, inquit, intrabit per eam, nisi solus pontifex '. Clausa est porta, et nemo intrat per ipsam portam, nisi solus pontifex.

5 *scientiam*] FL ; *conscientiam* χ. 8 *nostro*] χL ; *novo* (*vo* add. sup. lin.). F Cf. adnot. crit. ad p. 107, l. 11. 10 *quomodo*] χ ; *qd* FL. 15 *virgo ante p.*] *virgo fuit a. p.* χ. 17 *nationem*] FL ; *nativitatem* χ. 22 *habentem*] F ; *abentem* L ; *habere* χ. 24 *non videmus*] *n. vidimus* χ. 26 *paret*] *apparet* χ.

8. *revelatum est*] Coloss. 1, 26.
11. *enarrabit?*] Is. 53, 8.
12. *pariet*] Is. 7, 14.
22. *videtis*] Luc. 24, 39.
30. *pontifex*] Ezech. 44, 2 sq. ubi Hieron. in comment. ' Pulchre, inquit, quidam portam clausam... Mariam virginem intellegunt, quæ et ante partum virgo permansit,... et quando natus est, virgo permansit aeterna'.

Sepulcrum Salvatoris in petra durissima fuerat excisum, in petra durissima, quae nullam habebat mollitiem: et scriptum est quoniam in isto sepulcro nullus ante sit positus, sed novum sepulcrum erat. Manifestum quidem est secundum litteram, quod factum est: et propterea in petra excisum est (debemus enim primum secundum litteram dicere) et in durissimo lapide fuerat excisum, et in novo sepulcro positus est, et grandis lapis positus est ad ostium, et custodia militum ponitur in circuitu, ut quanto fortius servatur ne furari possit, tanto magis virtus Dei appareat cum resurrexerit. Si enim sepulcrum fuisset in terra, dicere poterant: Suffoderunt terram, et furati sunt eum. Si fuisset lapis parvulus positus, dicere poterant: Parvus lapis fuit, et dormientibus nobis tulerunt eum. Denique in evangelio quid scriptum est? 'Venerunt, inquit, alia die scribae et Pharisaei et sacerdotes, et venerunt ad Pilatum, et dixerunt ei: Domine, magus ille dicebat, quoniam resurrecturus est. Ne ergo veniant discipuli eius, et furentur eum, et dicant, Resurrexit, et peior error fiat quam modo factum est, da nobis qui eum custodiant, ne eum furentur. Et dixit Pilatus: Habetis custodiam, ite, facite quomodo vultis'. Diligentia scribarum et hostium prodest fidei nostrae. Servate, Pharisaei, servate: Deus includi non potest, Deus in sepulcro teneri non potest. Qui fecit caelum et terram, cuius in pugillo terra est et caelum, qui appendit mundum in tribus digitis, — quod hebraice dicitur ἐν τρισώματι — qui ergo appendit mundum, uno sepulcro uon potest contineri. Denique mulieres Maria Magdalena et Maria Iacobi et Ioseph mater pia quidem voluntate sed errantes Deum quaerebant in sepulcro. Recepit quidem voluntatem: sed errorem arguit angelus ille qui revolvebat lapidem. Sedebat super lapidem: et quid ostendebat? Lapis iste, cui ego sedeo,

2 *quae*] *qui* FL. 7 *ponitur*] om. χ. 8 *quanto*] *quantum* FL. *appareat*] *appa-rueral* FL. 9 *resurrexerit*] *resurrexit* F. 15 *Resurrexit*] *surrexit* χ. 16 *quam modo*] χ; *quomodo* FL. *factum*] *factus* χ. 17 *ite*] *ita* χ. 21 ἐν τρισώματι] scripsi; *en tris somathi* ΕΝ ΤΡΙϹ. ϹωΜΑΤΙ: FLO; om. χ. 24 *Recepit*] *recipit* χ. 26 *sedeo*] *insideo* χ.

1. *in petra*] Matth. 27, 60.

3. *ante sit positus*] Luc. 23, 53.

17. *quomodo vultis*] Matth. 27, 62-65.

18. *fidei nostrae*] Hieron. in Matth. 27, 60 'ut diligentia eorum nostrae fidei proficeret'.

21. *hebraice dicitur* ἐν τρισώματι] Is. 40, 12. Intellege eiusmodi dictionem in hebraico haberi, quae graece reddi possit ἐν τρισώματι. — Hieron. in Is. 40, 12: 'Pro *pugillo*, quem in comprehensione terrae LXX transtulerunt, in hebraico scriptum est SALIS, quem Symmachus τρίτον, Aquila τρίσωμον (manusc. Vatic. τρίσωμα) interpretati sunt, et nos, ut manifestius faceremus, in tres digitos vertimus'.

23. *pia quidem voluntate sed errantes*] Hieron. supra p. 243, l. 22 'pio quidem sensu sed errantes'; p. 1, l. 14 'Bona quidem voluntas, sed inperitia est' etc.

qui servus sum istius qui certus est, non potest includere Dominum meum, cum prematur a servo suo. Lapis ergo ille non potuit cludere Iesum. Et dicit ad mulieres quae venerant ad quaerendum eum : ' Iesum quaeritis ? Non est hic '. Ubi est, in caelo ? ultra caelos est. In terra ? ultra terram est. Ubicumque est et ubicumque fueris, tu ipse qui illum quaeris, in ipso es quem quaeris. Audi ergo quid dicit angelus ad mulieres. ' Quid quaeritis viventem cum mortuis ? ' Quid quaeritis Dominum in sepulcro ? Iesum quaeritis, Dominum quaeritis : quid tantum Iesum quaeritis ? Certe si sciretis illum esse viventem, audiretis : ' Medius inter vos est, quem vos ignoratis '. ' Regnum Dei intra vos est '. Angelus quid dicit his mulieribus ? Iesum quaeritis in sepulcro ? Credite eum resurrexisse, et putatis in vobis quem quaeritis. Maria Magdalena cum vidisset Dominum, et putasset quod hortulanus sit... Putabat illum quod esset hortulanus : errabat quidem in visu, sed ipse error habebat typum suum. Vere enim hortulanus erat Iesus paradisi sui, arborum paradisi. ' Putabat inquit, quod hortulanus esset ' et voluit inquirere pedes eius. Et quid ei dixit Dominus ? ' Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum '. Noli me tangere : non mereris me tangere, quem in sepulcro quaeris. Noli me tangere, quem tantum putas, et non credis resurrexisse. Noli me tangere, tibi enim necdum ascendi ad Patrem meum : cum tibi ascendero ad Patrem, tunc mereris me tangere : praestante Xpisto Domino nostro, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA DE NATIVITATE DOMINI.

Et reclinavit eum in praesepio, quia non erat eis locus in diversorio. Et reclinavit eum mater. Ioseph autem non audebat adtingere, quem sciebat

1 *certus est*] codd. a quibus licet invitus discedere nolui ; *certus sum quod* χ. 2 *cludere*] codd ; *claudere* χ. 8 *quid*] scripsi ; *quia* χ et codd. 12 *putatis*] FL ; *putate* χ. 13 *hortulanus*] *hortol.* F constanter. 19 *putas*] codd ; *putes* χ. 22 *qui v. e. regnat*] *cui sit honor et gloria* χ. *Amen*] *Explicit oml. iohannis evangelista* F, O 1 m ; *e. o. in iohanne evangelista* L, O sup. lin. 23 Contuli cum χ t. II fol. 173 et codicibus F fol. 82v, L 54v, N 83v, O 74v (de his notis supra p. 318 et 376). 24 *eis*] FNO ; *ei* χ.

4. *non est hic*] Matth. 28, 5 sq.
7. *cum mortuis ?*] Luc. 24, 5.
10. *ignoratis*] Io. 1, 26.
est] Luc. 17, 21.
16. *esset*] Io. 20, 15.
18. *meum*] ibid. 17.
23. Habita die 25 decembris coram episcopo.
24. *diversorio*] Luc. 2, 7 sqq.
25. *mater*] Hieron. adversus Helvidium n. 8 ' Ipsa pannis involvit infantem, ipsa et mater et obstetrix fuit. *Et collocavit eum*, inquit, *in praesepio*... Maria ipsa pannis involvit infantem '.

de se non esse generatum : mirabatur, gaudebat natum, et natum non audebat adtingere. Et reclinavit eum in praesepio. Quare in praesepio? Ut conpleretur vaticinium Esaiae prophetae : ' Cognovit bos possessorem suum, et asinus praesepium domini sui '. Scriptum est in alio loco: ' Homines et iumenta salvos facies Domine '. Si homo es, panem comede : si animal es, ad praesepe accede. *Quia non erat eis locus in diversorio.* Pulchre dixit, Non erat eis locus in diversorio : omnia enim Iudaica infidelitas inpleverat. Non invenit locum in sancta sanctorum, quae auro, gemmis, serico et argento fulgebat : et tamen non nascitur inter aurum et divitias, sed in stercore nascitur, hoc est, in stabulo (ubicumque enim stabulum, ibi et stercus est), ubi erant spurcitiora peccata nostra. Propterea in stercore nascitur, ut eos qui sunt de stercore sublevet. ' Levans de stercore inopem '. In stercore nascitur, ubi et Iob sedebat, et postea coronatus est. Quia non erat eis locus in diversorio. Quicumque pauper est, accipiat consolationem. Ioseph et Maria mater Domini non habebant servulum, non ancillam : de Galilaea, de Nazareth soli veniunt, non habebant iumentum : ipsi sunt domini et famuli. Rem novam, ingrediuntur in diversorium, non ingrediuntur in civitatem : paupertas enim timida inter divites non audebat accedere. Videte magnitudinem paupertatis, in diversorium vadunt : non dixit quod erat in via, sed in diverticulo erat extra viam : hoc est, non in via, sed extra viam : non in via legis, sed in diverticulo evangelii, et tamen in ipso diverticulo erant. Alibi nullus locus vacabat ad nativitatem Salvatoris nisi praesepe, praesepe ad quod iumenta et asini ligabantur. O si mihi liceret illud praesepe videre, in quo Dominus iacuit! Nunc nos Xpisti quasi pro honore tulimus luteum, et posuimus argenteum : sed mihi pretiosius illud est, quod ablatum est. Argentum et aurum meretur gentilitas : Xpistiana fides meretur luteum illud praesepe. Qui in isto praesepe natus est, aurum condempnat et argentum. Non condempno eos qui honoris causa fecerunt (neque enim

7 *Pulchre d. n. e. e. l. i. diversorio*] om. χ. *Iudaica*] *iudicia* χ. 8 *in sancta*] χ et codd. *quae*] *qui* χ. 9 *fulgebat*] *fulgebant* N (*n* add. sup. lin.) 11 *stabulum*] *stabulus* F, N corr. *spurcitiora*] Nχ ; *spurcidiores* L ; *spuridiores* F. 12 *in stercore*] *in stercora* N 1 m. 15 *accipiat*] N ; *accipiet* χ. 16 *de Nazareth*] N om. *de*. 20 *erat extra viam*] N ; *e. extravia* F ; *e. extra in via* χ. 23 *praesepe*] non repet. χ. 25 *Xpisti*] codd ; *Christiani* χ. 28 *in isto praesepe*] *i. i. praesaepi* N (*i* in *e* sup. lin.)

4. *sui*] Is. 1, 3.
5. *Domine*] Ps. 35, 7.
13. *inopem*] Ps. 112, 7.
26. *posuimus argenteum*] Antoninus m. cap. 29 ' Et Bethlehem est locus splendidus... Ibi est spelunca, ubi natus est Dominus, in qua est praesepe ex auro et argento ornatum ' ; Hieron. ep. 147, 4 ' Tu inter ostia quondam praesepis Domini, nunc altaris, amatorias epistulas fulciebas '.

illos condempno qui in templo fecerunt vasa aurea): sed admiror Dominum, qui creator mundi non inter aurum et argentum, sed in luto nascitur.

Et pastores erant in regione eadem vigilantes. Non inveniunt Xpistum nisi vigilantes: pastorum est vigilare. Non invenitur Xpistus, nisi vigilantibus pastoribus. Unde dicit et sponsa: 'Ego dormio, et cor meum vigilat'. 'Non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israhel'. Pastores erant in regione eadem. Herodes erat, pontifices erant, Pharisaei erant: illis dormientibus Xpistus in heremo invenitur. *Vigilantes pastores, et custodientes vigilias noctis super gregem suum.* Custodiebant enim gregem, ne dum dormiunt lupus inrumperet: et ideo multum vigilabant, quia insidiae bestiarum satis inminebant gregi. Vigilabant quasi gregem Domini, sed non poterant conservare: propterea deprecabantur, ut Dominus veniat, et servet gregem suum. *Ecce angelus Domini stetit iuxta illos.* Digni erant, ut veniret ad illos angelus, qui sic vigilabant. *Et claritas Dei circumfulsit illos, et timuerunt.* Humanus timor maiorem visionem aspicere non potest. Denique quia fuerunt timore perterriti, propterea inplastrum quasi vulneribus datur, et sanatur, et dicitur: *Nolite timere*: non enim potestis audire quae dico, nisi timor recesserit. *Natus est vobis hodie salvator, qui est Xpistus Dominus, in civitate David.* Multa sunt quae dicantur. Cum illi itaque mirarentur, *subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis laudantium Dominum, et dicentium.* Quoniam unus dixerat nativitatem Domini, ne unus angelus testis videretur, propterea omnis exercitus sonat, et dicit: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax in hominibus bonae voluntatis.* Si cotidie in caelo ruinae fiunt, quomodo in caelo gloria est, et in terra pax poscitur? Videte quid dicitur. In caelis gloria, ubi nulla dissensio est: in terris pax, ubi bella cotidie. Et in terra pax. In quibus pax? in hominibus. Et quare gentiles pacem non habent? quare Iudaei pacem non habent? Ideo adiecit: Pax in hominibus bonae voluntatis, hoc est, qui suscipiunt natum Xpistum.

2 *creator*] χ inser. *est.* 6 *Ego*] *ecce* N corr. 12 *quasi*] FL; *super* N sup. lin; *quasi super* χ. *Domini*] om. χ. 17 *inplastrum*] L, N 1 m, F ex *inplaustrum*; *emplastrum* χ, N sup. lin. 20 *dicantur*] scripsi; *dicuntur* χ et codd. 21 *itaque*] *utique* χFL, N corr. 23 *angelus*] N sup. lin. inser. *tantum*.

7. *vigilat*] Cant. 5,2.
Israhel] Ps. 120, 4.
25. *Si cotidie in caelo ruinae fiunt*] Hieron. in Matth. 6, 10 'Erubescant ex hac sententia qui cotidie in caelo ruinas fieri mentiuntur'.

27. *bella cotidie*] Hieron. ep. 75, 1 'In caelo, ubi non est peccatum, gloria est et perpetua laus et indefessa praeconia; in terra autem, ubi seditio bella atque discordiae, pax imprecanda est' etc.

Dixerunt itaque pastores: Transeamus usque Bethlehem. Dimittamus desertum templum, et transeamus usque ad Bethlehem. *Et videamus verbum quod factum est.* Vere quasi vigilantes non dixerunt, Videamus puerum, videamus quid dicitur: sed, videamus verbum quod factum est. ' In principio erat Verbum '. ' Et Verbum caro factum est '. Verbum, quod semper fuit, videamus quomodo pro nobis factum est. *Et videamus hoc verbum quod factum est, quod fecit Dominus, et ostendit nobis.* Verbum hoc ipsum se fecit: siquidem hoc ipsum Verbum Dominus est. Videamus igitur quomodo hoc ipsum Verbum, hoc est, Dominus ipse se fecerit, et ostendit nobis carnem suam. Quod enim videre non poteramus dum erat Verbum, videamus carnem, quia caro est: videamus quomodo Verbum caro factum est. *Et venerunt festinantes.* Ardor enim animi et desiderium vincebat pedes: non poterant tantum currere, quantum mens cupiebat aspicere. Et venerunt festinantes. Quia tanto ardore currebant, propterea inveniunt quem quaerebant. Videamus quid inveniunt. *Mariam et Ioseph.* Si vere uxor erat, utique iniuriae erat dicere, Invenerunt uxorem, invenerunt maritum: nunc vero primum feminam ponunt, postea virum.Et quid dicitur? *Invenerunt Mariam et Ioseph*: invenerunt Mariam matrem, invenerunt Ioseph nutricium. *Et infantem positum in praesepio. Videntes autem cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero. Maria autem conservabat omnia verba haec conferens in corde suo.* Quid vult hoc quod dicit, conferens? Debuit dicere, ponens in corde suo: debuit dicere, considerabat in corde suo, et notabat sibi. Aliquis dicit, Conferens in corde suo: quoniam sancta erat, et sanctas scripturas legerat, et sciebat prophetas, recordabatur quod angelus Gabrihel sibi dixerat illa, quae dicta sunt in prophetis. Cum his videbat conferens in corde suo si staret ' Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit te: propterea quod nascetur de te sanctum, vocabitur filius Dei '. Hoc Gabrihel dixerat. Praedixerat Esaias: ' Ecce virgo concipiet et pariet '. Hoc legerat, illud audierat. Videbat iacentem puerum, videbat in prae-

1 *itaque*] *utique* χ et codd (N corr.) 1 sq. *Bethlehem*] χF; *Bethleem* L; *Bethlem* N. 5 *factum est*] *factum. Et* χ. 8 *se fecit*] *si f.* χ. 9 *se fecerit*] χ om. *se*, N add. sup. lin. 10 *ostendit*] FN; *ostenderit* χ. 13 *vincebat*] *vincebant* χFL, N corr. 16 *vere*] *vero* F. *erat dicere*] *erant d.* F corr. 18 *Inven. M. e. I.*] repet. FL. 20 *de puero*] N sup. lin. add. *hoc*. 23 *Aliquis*] FLN; *aliquid* χ. 24 *legerat*] *legebat* L. 26 *suo*] om. F; N suppl. sup. lin. 27 *superveniet in te*] *veniet super te* F: *super* | L reliqua desiderantur. *obumbrabit te*] χ; *te* ex *tibi* FN. 30 *in praesepe*] *in praesepi* N sup. lin; F repet. verba *videbat in praesepe puerum*.

5. *Verbum*] Io. 1, 1.
factum est] ibid. 14.
28. *Dei*] Luc. 1, 35.
29. *pariet*] Is. 7, 14.

sepe puerum vagientem, iacentem Dei filium, suum filium, unum filium : videbat iacentem, et conferebat quae audierat, quaeque legerat, cum his quae videbat.

Quia illa conferebat in corde suo, et nos tractemus in corde nostro, quod hodierna die Xpistus nascitur. Alii putant quod in Epiphaniis nascitur: non damnamus aliorum opinionem, nostram sequimur doctrinam. ‘ Unusquisque in suo sensu abundet : et forsitan revelabit unicuique Dominus ’. Et illi qui tunc dicunt nasci Salvatorem, et nos qui hodie dicimus nasci, unum Dominum colimus, unum infantulum suscipimus. Sed videamus, quia magis rationabilius ratio nostra non reprehendit alios, sed nos probat. Non sunt nostra quae loquimur, maiorum sententia est : universus mundus contra huius provinciae opinionem loquitur. Dicat aliquis : Hic Xpistus natus est : ergo magis illi sciunt, qui longe, quam isti qui prope sunt ? Vobis qui dixerunt ? Qui sunt in ista provincia, utique apostoli, Petrus, Paulus, et ceteri apostoli. Vos eiecistis, non suscepimus. Petrus, qui hic fuit cum Iohanne, qui hic fuit cum Iacobo, et nos in occidente docuit. Et vestri igitur et nostri apostoli magistri sunt. Dico et aliud. Iudaei eo tempore regnabant in Iudaea. Denique scriptum est in Actibus apostolorum : ‘ Et facta est, inquit, persecutio magna in illo tempore, et dissipati sunt credentes ’. Et iterum : In Cyprum ierunt, Antiochiam, totum orbem penetraverunt, qui de Iudaeis expulsi fuerant. Quoniam igitur et Iudaei regnabant post ascensionem Domini quadraginta duobus annis, alibi pax erat, hic bellum erat : magis itaque potuit traditio ibi servari, quam hic, ubi discordia. Deinde post quadraginta duos annos venit Vespasianus et Titus : subversa sunt Hierosolyma atque destructa : omnes qui Iudaei fuerunt et Xpistiani penitus eiecti. Deinde post annos multos usque ad Hadrianum solitudo mansit : in ista provincia nullus Iudaeorum, nullus Xpistianorum erat. Venit Hadrianus, et quoniam rursus in Galilaea rebellaverunt Iudaei, reliquias ipsius civi-

1 *suum*] N sup. lin. add. *que*. 4 *conferebat*] N sup. lin. repet. *quae videbat*. 5 *Epiphaniis*] *ephiphaniis* N ; *aephiphanis* F. 6 *sequimur*] F ; *sequamur* χN. 7 *abundet*] *abundat* χ. 11 *nos probat*] χ et codd. pro *non probat* ? 16 *et nos*] χ om. *et*. 20 *ierunt*] *venerunt* χ. 22 *Quoniam igitur*] FN ; *quomodo ergo* χ. 23 *potuit traditio ibi*] *traditio ibi debuit* χ. 25 *sunt*] F, N 1 m ; *est* N sup. lin ; om. χ. 26 *fuerunt*] *fuerant* χF, N corr. *eiecti*] *eiecerunt* χ.

5. *Alii putant quod in Epiphaniis nascitur*] Hieron. in Ezech. 1, 3 ‘ Quintam autem diem mensis adiungit, ut significet baptisma, in quo aperti sunt Christo caeli, et Epiphaniorum dies hucusque venerabilis est, non, ut quidam putant, Natalis in carne ’.

8. *Dominus*] Rom. 14, 5 et Phil. 3, 15.

20. *credentes*] Act. 8, 1.

tatis desolavit: legem tunc dedit, ut nullus Iudaeorum Hierosolymis accederet, et in istam civitatem de diversis provinciis adduxit neotericos. Denique dicebatur Hadrianus, Aelius Hadrianus: nomine ergo suo, quoniam Hierosolymam subverterat, Aeliam nuncupavit. Hoc totum quare dico? Quia nobis dicunt: Hic apostoli fuerunt, hic traditio fuit. Nos ergo dicimus quia hodie Xpistus natus est, post in Epiphaniis renatus est. Vos adstruite nobis generationem et regenerationem, vos qui dicitis in Epiphaniis natum: quando ergo accepit baptismum, nisi verum eventum dicitis, ut in eadem die et natus sit et renatus? Praedicationi nostrae etiam creatura consentit, mundus ipse testis est voci nostrae. Usque ad hanc diem tenebrae crescunt, ab hac die decrescunt tenebrae: lux crescit, decrescunt tenebrae: crescit dies, decrescit error, veritas subit. Hodie nobis sol iustitiae nascitur. Simulque et aliud considerate. Inter Dominum et Iohannem Baptistam sex menses sunt: si consideretis nativitatem Iohannis et hanc diem, videbitis sex menses tantum habuisse.

Quoniam vero multa diximus, et infantem vagientem in praesepe audivimus, et adoravimus, usque hodie adoremus illum. Tollamus illum in brachiis nostris, adoremus illum Dei filium. Deus magnus, qui tanto tempore tonavit in caelo, et non salvavit: vagiit, et salvavit. Hoc totum quare dixi? Quoniam numquam salvat superbia, sed salvat humilitas. Dei filius in caelo erat, et non adorabatur: in terram descendit, et adoratur. Habebat sub se solem et lunam et angelos, et non adorabatur: in terra nascitur homo perfectus, homo totus, ut sanaret totum orbem. Quicquid non adsumpsit ex homine, non salvavit: si autem adsumpsit carnem, et animam non adsumpsit, non salvavit. Salvavit ergo quod minus est, et quod maius est non salvavit? Si enim dicunt, Salvavit et animam quam adsumpsit: sicut maior est anima a corpore, sic ipsius animae principale sensus est: si autem sensum non salvavit, animam,

2 *neotericos*] χ; *moeticos* FN. 3 *Aelius*] *haelius* F; *helius* χN. 4 *Aeliam*] *haeliam* F; *Heliam* χ. *totum*] *tantum* N corr. 5 *Quia*] N sup. lin. inser. *nunc*. 6 *post*] *per* FO; om. χ. *in Epiphaniis*] *in aephiphanias* F; *in epiphanias* O; *in* (postea expunct.) *ephiphanias* N. 7 *adstruite*] F, N (sup. lin. mutat. in *statuistis*); *struite* χ. 10 *est*] sup. lin. add. N. 12 *error*] FN; *nox: errorem* χ. 16 *in praesepe*] *in praesepi* N (*i* ex *e* sup. lin.) 27 *a corpore*] χ om. *a*. 28 *principale*] χ, N sup. lin; *principalis* F, N 1 m.

9. *et renatus*] i. e. baptizatus. Conf. Pseudo-Aug. serm. 135, 1 'Vix natus est hominibus, et iam renascitur sacramentis' etc.

15. *sex menses tantum habuisse*] Legesis ea quae disserui in ephem. *Revue Benèdictine* 1888, t. V, p. 257 sqq.

19. *et salvavit*] Hier. ep. 82, 1 'ut humilitatem Christi primo statim sermone resonares, qui mortalium genus, non fulminans et tonans, sed in praesepi vagiens, et tacens salvavit in cruce'.

quod minus est, salvavit. Sed dicis : Propterea non adsumpsit humanum sensum, ne vitia humana haberet in corde, hoc est cogitationes malas. Si ergo ipse non potuit vincere quod fecit, mihi indignatur, quod non possum vincere quod ipse debuit? Obliti sumus propositum nostrum, plus diximus quam cogitaveramus: aliud mens disposuit, ad aliud lingua prolapsa est. Praeparemus igitur aures nostras pontifici, et quicquid a nobis dictum est minus, intentis auribus audiamus : benedicentes Dominum, cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE OBOEDIENTIA.

Nihil sic Deo placet quomodo oboedientia. Cham maledictus fuit, et post multa saecula manet quod dicitur, *Semen Chanaan, et non Iuda*, quia patri non est obsecutus. Ceterum Sem, qui est obsecutus patri, benedictionem habuit in omnia saecula. Hoc itaque dico: non est filiorum iudicare de patribus. Nemo vadit ad magistrum, et docet magistrum suum. Venisti ad me, ut docerem te litteras: si tibi scripsero, et dixero tibi, Scribe quomodo et ego scribo, utique imitari debes quem magistrum elegisti. Aliquis doctus est? Et vadit ad peritiorem magistrum. Hoc totum quare dico? Ut oboedientiam exhibeamus in patres nostros. Qui patribus non obsequitur, Deo non obsequitur. Dicit enim Dominus: *Qui vos contemnit, me contemnit.* Qui ergo contemnit apostolos, contemnit Xpistum : qui contemnit patres, contemnit Xpistum, qui in patribus est.

1 *minus est*] χ om. *est.* *salvavit*] om. FN. *dicis*] *dicit* F, N corr. 4 *debuit*] N sup. lin. mutat in *dedit.* 5 *disposuit*] FN; *disputavit* χ. *ad aliud*] F om. *ad*, N suppl. sup. lin. 7 *intentis*] χ; *intentius* O, N corr; *intencius* F. 8 *Amen*] *Explicit de nativitate dni nri ihu xpi* FNO. 9 Collatus cum edit. Benedict. Opp. S. Augustini Paris. 1685 t. VI, col. 297 sq. (β); Anecd. sacr. Eugenii de Levis, p. 36-39 (λ); cod. Senat. Lips. I. 58. a. saec. XII fol. 143 sq. (L); cod. Darmst. sign. 205-230, instrum. 228, saec. XV (D). 10 *Nihil*] λ et vetustissimus codex Colbert. quo Maurini usi sunt hic add. *itaque*, L *utique*. *Cham*] *Cain* λ; *Cayn* D. 11 *quod*] *quando* L. 12 *Sem qui*] *semen quod* λ. 14 *docet magistrum*] *d. didascalum* λ. 17 *Aliquis doctus est*] β; *a. doctor est* L; *ab aliquo doctus es* λD. *vadit*] *vadis* λ. *peritiorem*] *doctiorem* L. 18 *in patres nostros*] βλ; *patribus nostris* L. 20 *contemnit*] *spernit* λ.

4. *quod ipse debuit*] Confer ultimam partem tractatus in ps. 108, supra p. 196 sq.

6. *pontifici*] Quis iste fuerit, Hierosolymitanus an quivis alius, dicere non ausim. Certe pridie Epiphaniae seu Natalis Domini proficiscebatur Hierosolyma Bethlehem versus episcopus clero et populo comitante ad divina noctis officia in aede Nativitatis cum monachis ipsius loci peragenda (I. F. Gamurrini, S. Silviae Aquitanae peregrinatio ad loca sancta, 2[a] edit. p. 53 sqq.)

11. *non Iuda*] Dan. 13, 56

20. *contemnit*] Luc. 10, 16.

Hoc dico, quia hic in nobis summa et sola est virtus oboedientiae. Si ieiunaveris diebus ac noctibus orationemque feceris, si in sacco fueris vel in cinere, si aliud nihil feceris nisi quodcumque praeceptum est in lege, et tibi fueris quasi sapiens, et oboediens patri non fueris, omnes virtutes disperdidisti. Una oboedientia plus valet quam omnes virtutes aliae. Ieiunium vel continentia, nisi te diligenter adtenderis, superbiam tibi facit: superbia autem inimica est Deo. Nihil sic odit Deus, quomodo superbiam. Quicumque non oboedit, non facit de sanctitate, sed de superbia. Ideo enim non oboedit, quia meliorem se putat illo cui non oboedit.

Simpliciter dico vobis: omnia peccata odio habet Deus, mendacium, periurium, furtum, latrocinium, adulterium, fornicationem, in quibus si quis deprehensus fuisset, non posset oculos levare, sed sic eum haberemus quasi exsecrabilem. Si quis superbus est, multo peius peccatum facit quam adulterium; et tamen loquimur cum eo. Qui fornicatur, potest aliquid dicere: Vicit me caro mea, superavit me adulescentia mea. Non dico quod facere debeas, si quidem et hoc odio habet Deus, sed in conparatione mali dico, quicumque aliud peccatum fecerit, verbi causa, si furtum fecerit, excusare potest. Quid enim dicit? Propterea furtum feci, quia egebam, quia fame moriebar, quia aegrotabam. Superbus quid dicere potest? Ideo superbia vide quantum malum sit, quod excusationem non habet. Cetera vitia eis nocent, qui ea committunt: ceterum superbia plus omnibus nocet. Hoc ergo dico, ne cogitetis peccatum modicum esse superbiam. Nempe quid dicit apostolus? *Ne quis*, inquit, *incidat in iudicium diaboli.* Vide ergo quoniam quicumque inflatur, in iudicium diaboli incidit. Hoc ergo dico secundum quod scriptum est, ***Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam***, ut omnia quidem peccata fugiamus, maxime autem superbiam. Dico vobis de superbia, semper sibi sapiens

1 *hic*] om. λ; D ita leg. *quia in nobis haec et summa* etc; L *quia obedientia omnibus summa et sola est virtus.* 4 *tibi*] L inser. *visus.* 5 *disperdidisti*] *perdidisti* λL. 6 *te*] om. D. 7 *odit*] *odio habet* λL. *quomodo*] *quam* λ. 8 *non facit*] βλD; *non deficit* L. 11 *Simpliciter*] *similiter* λ. 13 *haberemus*] *habemus* λD; *odio haberemus* L. 14 *exsecrabilem*] *accusabilem* D. *est*] *fuerit* L. *multo peius*] *maius* L (om. *multo*). 15 *et tamen*] *tunc* λ. *fornicatur*] *fornicator est* λD. 16 *aliquid*] *autem* L. *adul. mea*] L om. *mea.* 17 *debeas*] *debeat* λL. 18 *aliud*] *hoc vel aliud* L. 19 *excusare*] βλ; *excusari* D; *excusare se* L. 20 *egebam*] *algebam* L. *moriebar*] *iuducebar* D. *Superbus*] D inser. *autem.* 21 *superbia*] *superbus* λL. *vide quantum malum sit*] *quin malus sit* L; *maius malum est* D; *quodcumque malum facit* λ. *quod excusationem*] *quia e.* D; *quo se excuset* L. 23 *ergo*] *ego* D. *peccatum modicum esse superbiam*] *superbiam peccatum non esse* D. 26 *ergo*] *ego* D. 28 *de superbia*] *de superbo* L.

25. *diaboli*] 1 Tim. 3, 6. 27. *gratiam*] Prov. 3, 34 etc.

videtur. Si quis de fratribus dederit ei consilium, et dixerit ei : Frater, non debes sic agere, non eum dignatur audire, quia se magis sapientem putat quam illum qui dat consilium. Et quid dicit in corde suo? Ego mihi sapientior : ego ergo non habeo consilium? numquid ergo tu es sapientior me? Licet non dicat, tamen ex eo quod contemnit consilium fratris, in corde suo loquitur.

Ergo hoc dico : Qui superbiam habet, sine causa alias habet virtutes : immo non habet, sed videtur habere. Qui enim hoc habet quod Deo contrarium est, quomodo potest aliquid habere, quod Deo amicum sit? Superbia in monasterio fit. Si ieiunamus, erigimur. Orationem facimus pro peccatis, et in superbiam erigimur. Aliquis ieiunat pro peccatis suis, et pro peccatis suis agit paenitentiam : in superbiam extollitur. Ideo ieiunas, ideo oras, ideo praecepta facis, ut contra Deum facias? Monachus si superbus est, multo melius ei erat, si uxorem duceret. Ego simpliciter dico, et libera fronte dico, quia quicumque superbus est, melius erat ei (et hoc in conparatione mali dico), ut omnia alia vitia haberet: ex malis suis inclinaretur ad paenitentiam, et non omnes despiceret. Si autem post peccata ageret paenitentiam, utique Dei misericordiam mereretur. Qui autem superbus est, omnium malorum habet principium, et non agit paenitentiam, quasi iustus sit. Propterea superbia contraria est Deo, quia Deo non subicitur. Sic enim se habet quasi iustus. Superbus non agit paenitentiam pro malis suis, et gloriatur quasi pro bonis.

Haec quare dixerim, et vos ipsi intellegitis, et aliorum ruinae nostra debent esse exempla. Propterea venimus in monasterium, libertatem saeculi perdidimus, ut servitutem Xpisti accipiamus. Deinde ista de fratribus loquor, qui solent sedere longius a monasterio, ne eis debeat nasci superbia de exemplo. In coenobio vixisti : placuit tibi ut maneres in decimo miliario? Non debes synaxim sanctorum fratrum contemnere. Non te ideo viliorem putes, si ad fratres veneris in civitatem. Si necessitatem haberes ire et videre mulieres, et necesse habuisses ire in plateas,

2 *magis sapientem*] *sapientiorem* L. 3 *Ego mihi sapientior*] L add. *sum* ; D ita leg. *qui sibi videtur esse sapientior.* 5 *ex eo*] om. L. 7 *habet virtutes*] βλ repet. *Habet virtutes?* 9 *amicum sit?*] Cod. Colbert. 2 m. inser. *Sed quomodo*, D item inser. *Si.* 10 *fit*] *fiet* L ; *sit* D, *sic* λ. 12 *agit paenitentiam*] *agens poenitudinem* L ; *poenitentiam agens* λ. 13 *facias*] *non facias* L. *Monachus*] *Clericus vel monachus* L. 14 *si*] om. D. *multo*] *multum* λ. *erat*] *fuerit* D. *duceret*] βL ; *duxerit* D ; *duxisset* λ. 15 *fronte dico*] λL repet. *hoc dico.* 16 *haberet*] β inser. *quia*, λD *et.* 17 *inclinaretur*] *declinaret* Ms. Colbert ; *inclinaret* λ. 20 *quasi*] *quod quasi* D. 22 *suis*] om. λL. *pro bonis*] *pro bono* λL ; *in bono* D. 23 *Haec*] *hoc* λL. 26 *a monasterio*] βD ; *a monasteriis* λL. *ne eis debeat*] *non debet eis* L. 29 *ideo*] *ergo* β. 30 *habuisses*] *haberes* L.

30. *ire in plateas*] Bethlehemiticum Hieronymi monasterium extra septen-

recte non ires. Ad synaxim sanctorum fratrum non vadis? O tu qui manes in secreto, aut melior es fratribus qui sunt in coenobiis, aut peior es. Si melior es, veni, ut eis exemplum vitae tuae tribuas. Si autem deterior es, veni, ut discas quae nescis. Superbia nascitur, quando aliquis dicit se secretum sedere, et fratres non dignatur videre et visitare, et in superbiam erigitur. Haec propterea loquor praesente sancto fratre qui hoc opere facit, ut hoc quod ego loquor hunc sciatis opere facere. Denique multi sancti patres, qui vere patres sunt, qui regunt animas sanctorum, quando aliquos viderint iuvenes ire ad deserta, et ad coenobium non venire, et in superbia esse, vadunt, et vim eis faciunt, et adducunt eos: non ut noceant, sed ut tollatur eis superbia. Hoc propterea dico, ut illi qui manent in secretis, et veniunt ad coenobium, et fratres visitant, ab his qui sunt in coenobiis non arguantur quasi inpatientes, sed quasi humiles. Nemo dicat de vobis: Ecce ille, qui in heremo sedet, quia non patitur, venit. Propterea venit, ut te aedificet, non destruat, et ut superbiam perdat. Videte qualis vitae sit: vivit in deserto, et tamen gloriam non habet eorum qui in deserto sunt.

Deus itaque omnipotens omnia, quae locuti sumus, orationibus sanctorum nos quoque implere faciat. Nihil enim grande est dicere, sed facere. Sed quod ego facere non possum, et loquor, ideo loquor, ut qui potest facere faciat. 'Qui habet aures audiendi audiat': in Xpisto Iesu Domino nostro.

1 *sanctorum*] om. L. *fratrum*] om. λ. *O tu qui manes*] *O vos qui manetis* λL. 2 *in coenobiis*] *in coenobio* L. 3 *tuae*] om. λD. 5 *secretum*] *secreto* D. *sedere*] *velle sedere* L. 6 *praesente sancto fratre*] βD; *poenitente s. f.* λ; *praesentes confratres* L. 7 *opere*] *opus* λL. *opere*] *superbiam* L; *et opera* λ. 13 *in coenobiis*] *in coenobio* L. 14 *de vobis*] βλD; *ex vobis* L. 15 *non destruat*] *non ut d.* λL. 19 *quoque*] om. D. 20 *Sed quod ego facere*] *Et si quod facere* D; *vel si facere* L; λ om. *ego.* 22 *nostro*] D add. *Amen*; βλ *cui est honor virtus et potestas in saecula saeculorum Amen*; L *cui e. h. v. e. potestas et gloria i. s. s. Amen.*

trionalem portam situm erat e regione specus Domini. Conf. notam ad p. 19, l. 24.

19. *sed facere*] Conf. p. 308, l. 27 sq.
21. *audiat*] Matth. 11, 15.

ADMONITIO IN PROXIME SUBIECTAM HOMILIAM.

Haec homilia, optime lector, typis vix mandata erat, cum legi in Fessler-Jungmann Institut. Patrolog. II², 446, not. 3: '*Sermo* alius *de persecutione*, qui inter Caesarianos occurrit (in Marg. Bibl. Hom. 27. Bibl. Max. Hom. 45. cf. Oudin n. 154) et s. Augustino adscribitur, revera neque huius, neque illius est, sed ad ignotum spectat auctorem Sermonum ad fratres in eremo, quos inter est Sermo 60. Auctorem vero hunc s. Hieronymum esse censet cl. D. G. Morin, qui editionem illorum sermonum iam parat'. Cave credas: equidem Hieronymianas orationes edendas suscepi, minime vero Sermones ad fratres in eremo, quos ex ignobilis falsarii officina prodisse iam olim constat.

DE PERSECUTIONE XPISTIANORUM.

Frequenter diximus: semper Xpistiani persecutionem patiuntur. Mundus iste in maligno positus est. Adversarius noster diabolus regnat in mundo, et nos putamus quod non patiamur persecutionem? Quae enim res non persequitur Xpistianum? Omnia quae in mundo sunt, persequuntur Xpistianum. Miramur si nos persequuntur alii, si Xpisto servire voluerimus? et parentes nostri nos persequuntur. Quicumque dissimilis nostri est, persequitur nos, et odio nos habet. Miramur, si alii nos persequuntur? Ipsum corpus nostrum nos persequitur. Si comedero paululum, et corpusculum robustum fuerit, sanitas corporis mei persequitur animam meam. Quocumque me vertero, persecutio est. Si videro mulierem, oculus meus me persequitur: cupit interficere animam meam. Si videro divitias, si aurum, si argentum, si possessiones: quodcumque videro et desideravero, hoc persequitur animam meam. Non putemus tantum in effusione sanguinis esse martyrium: semper martyrium est. Adulescentem libido persequitur: vult libido effundere sanguinem animae. Quando periclitatur anima tua, et quasi in periculo constituta est: et tunc stat Iesus a dextris Patris, et pugnat pro adulescentulo suo. Si ergo sunt martyria in pacis tempore, sunt et negationes. Nemo ergo dicat, non esse martyrium: et martyrium est, et negatio est. Ego hodie qui videor esse monachus, si reliquero propositum meum, Xpistum negavi. Si enim in pace Xpistum nego: in persecutione quid facerem? Non torqueor neque

1 Collatus cum Pseudo-Aug. serm. 60 ad Fratres in eremo, ed. Benedict. Paris. 1685, t. VI, col. 368 (β); Caesarii Arelat. homil. 20 ap. Migne P. L 67, 1083 (x); cod. Ashburnham Barrois 57 saec. VI/VII fol. 22 (A) cf. Zangemeister 'Bericht über die Durchforschung der Bibliotheken Englands' Wien 1877, p. 88-9; cod. Musaei Britannici Addit. 30853, ol. Silensi saec. XI ex. fol. 219v (S) de quo in Anecd. Maredsol. vol. I, p. 406 sqq. *DE PERSEC. XPISTIANORUM*] Ita codices fere omnes; cod. Florent. 502 *Increpatio s. Hieronymi ad monachos*; cod. Rotomag. 758, fol. 52v *S. Ioannis de passione animae*; cod. Universit. Taurin. G. V. 7. fol. 99v *Libellus Paulini de passionibus anime*; *epistola beati Pauli* S; Hieronymo quoque adscribunt codd. lat. Monac. 2560, Heiligenkreuz 133, Mazarin. 944 et 1710, aliique multi. 2 *Xpistiani p. patiuntur*] *xpianus p. patitur* S. 3 *diabolus*] *diabulus* A; *zabulus* S. 7 *voluerimus*] x inser. *qui est omnium vita.* 11 *est*] *mihi est* βx. 17 *quasi in periculo*] *in grandi periculo* x. *et tunc s. I. a. d. P. e. p. p. a suo*] *tunc oportet ieiuniis et orationibus in Dominum nostrum Iesum Christum animum firmiter stare, et non consentire morti* x. 20 *hodie*] om. S. 21 *reliquero*] *rupero* βx. *Si enim*] S; *etenim* A; *et si* βx. 22 *Non*] *si dum non* x.

1. *Xpistianorum*] Hunc observant Maurini in append. t. 6 Augustini cum tractatu superiori de Oboedientia haud parum consentientem esse.

2. *patiuntur*] Conf. supra p. 186, l. 5.

3. *positus est*] 1 Io. 5, 19.

14. *in effusione sanguinis esse martyrium*] Hieron. ep. 108, 31 'Non solum enim effusio sanguinis in confessione reputatur; sed devotae quoque mentis servitus inmaculata cotidianum martyrium est'.

exuror, et nego: si torquerer et urerer, quid facerem? Qui in persecutione negat, habet veniam: plagae pro illo precantur. Quid enim dicit? Volui pugnare, caro mea in conluctatione defecit: non cessit animus, cessit corpus: aliud mens cogitabat, aliud corpus dicere conpellebat. Et tamen non habet excusationem: nulla enim plaga est, quae debeat amorem Xpisti superare. Quid enim tibi dicit? Hoc est: Incendio ardebas, in eculeo pendebas, pro me torquebaris: et dicis, Non potui sustinere tormenta? Et quomodo sustinuit Petrus? quomodo Paulus? quomodo ceteri martyres sustinuerunt? Ea habuerunt corpora, quae et tu habes. O monache, qui ieiunium fugis, putas ignem non fugeres?

Hoc ergo dico, quoniam omni tempore sunt martyria, sunt et praevaricationes. Denique et apostolus quid loquitur de viduis, quae secundos duxerunt maritos? quid dicit? 'Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt'. Vide quid dicit. O vidua, antequam mihi promitteres quod esses vidua, in tua erat potestate ut nuberes. Ex quo tempore confessa es quod mihi permaneres, ex eo tempore mea esse coepisti: si volueris secundum maritum ducere, me contempsisti. Sic et tu, monache, antequam mihi promitteres, in tua erat potestate facere quod volebas. Vox tua ligavit te mihi. Numquid te conpuli? numquid necessitatem feci? nonne liber eras? In tua fuit potestate promittere: promisisti, meus esse coepisti. Meum nolo dimittere: non tibi licet ea licentia dimittere qua promiseras. Promittere tuum fuit, dimittere non est tuum. Si dimiseris, non habeo te in illo gradu, in quo prius habui. Primum liber eras. Eras quidem de familia: non eras ante oculos meos, non eras de ministris

1 *et nego*] *denego* x; *et denego* β. *Qui in persec.*] Haec multaque alia deinceps om. x. 2 *precantur*] β perperam inser. *sancti*. 3 *pugnare*] *pugnabi* S. 4 *dicere conpellebat*] S; β om. *dicere*; *diceret et conpellebat* A. 6 *amorem Xpisti superare*] S; *amore Xpi superare* A; *ab amore Xpisti separare* βx. *Quid*] βAS; *quod* x. *dicit*] *dicitur* x. *Incendio*] x; *incendium* S; *in incendio* β; *in incendo* A. *ardebas*] βx; om. AS. 7 *eculeo*] *aeculeo* A; *equuleo* β. *pro me*] *propter me* βx. 9 *Ea*] om. x. 10 *ignem non fugeres*] scripsi; *i. n. fugeris* S; *ignem non fugire* A; *ignem effugere* β; *te ignem fugere* x. 12 *quid l.*] *qui l.* A. 14 *Vide*] AB; *viduae* βx. 18 *potestate*] *voluntate* x. *volebas*] Aβ; *velis* S; *velles* x. 19 *Numquid te conpuli*] xS; *quis te compulit* β; *quid te conpellit* A. *necessitatem feci*] *ex necessitate fecisti* x. 21 *ea licentia*] AS; om. βx. 22 *qua*] S; *quod* βA. *Si dim.*] *si me dim.* A. 23 *habeo*] *habebo* S.

1. *Qui in persecutione negat* etc.] Hieron. in Gal. 1, 6 sq. 'in martyrio non eadem poena plectitur, qui absque colluctatione et tormentis statim prosiluit ad negandum, et ille qui inter equuleos, fidiculas, ignesque distortus, compulsus est quod credebat negare'; in Is. 22, 2 'Quomodo et in martyrio qui post poenas victus manus dedit, levioris poenae est eo qui absque nulla necessitate et dolore cruciatuum Christum negavit'.

14. *fecerunt*] 1 Tim. 5, 12.

24. *non eras ante oculos meos*] Hieron.

meis, sed tamen de familia mea eras: non eras minister, tamen eras de familia: non tamen eras mecum, sed tamen meus eras. Ex quo mihi militare coepisti, si recesseris, non habeo te de familia sed quasi fugitivum. Hoc totum quare dico? quoniam in nostra erat potestate promittere servitutem Dei: non est in nostra potestate dimittere. Promisisti? praemium habes. Negasti? poenam habes: utrumque propter confessionem tuam est. Diximus, atque iterum dicimus. Promisisti? praemium habes. Dimisisti? poenam habes. Non est meum, utrumque tuum est: elige quod velis. Habes viam mortis et vitae: elige quod volueris. Hoc totum dico vobis, ne quis de vobis putet se habere liberam potestatem, et dicere: Ergo illi qui uxores habent, qui sunt in civitatibus, qui militant, qui negotiantur, ergo totus mundus in periculo est, et soli monachi salvantur? Non est nostra et illorum aequa condicio. Illi scientes inbecillitatem suam non promiserunt facere quod non poterant. Illi quidem sunt Xpistiani: sed est Xpistianus quasi saecularis, quasi negotiator, est Xpistianus quasi miles. Et Cornelius centurio fuit, et salvatus est. Ego qui monachus sum, qui desivi esse saecularis et factus sum monachus, aut monachus salvor, aut aliter non salvor. Non est aliquid medium. Si voluero dimittere vitam monachi et sequi saecularem, non habebit me Dominus quasi saecularem, sed quasi praevaricatorem. Non ergo nobis licet dimittere quod habemus in proposito.

Dicat aliquis: Et quid facio si peccavi? Et in isto proposito quid facturus sum, nec saecularis nec monachus? Aliquis peccatum peccato maiore cupit emendare? Si peccasti, et in hac vita constitutus esto paenitens quasi monachus paenitens: non quasi saecularis, sed quasi monachus. Aliquis dicat: Fugi dominum meum, ne me caedat: semper debeo fugere. Si te paenitet quia fugisti, debes revertere ad dominum Deum tuum. Nemo dicat: Paenitet me quia fugi, et fugere semper debeo. Sive sancti sumus,

1 *mea*] om. A. *non eras minister t. e. de familia*] S; om. βA. 4 *erat*] *est* S. 5 *Dei*] *Deo* S; β add. *et obedire.* 7 *est. Diximus*] βA; *En diximus* S. *atque iterum*] *et iterum atque iterum* S. 10 *vobis*] Editt. et codd. inser. *fratres carissimi*, quibus verbis nusquam auditores Hieronymus compellat. 12 *negotiantur*] *negotiant* S. 15 *saecularis*] S inser. *est saecularis*, β *et.* 16 *et salv.*] S; *sed salv.* βA. 22 *peccavi? Et in isto proposito quid facturus sum*] *peccavi in isto proposito, qui factus sum* β. 23 *Aliquis*] *addis* S. *peccatum*] *peccat* β. 24 *cupit*] *cupis* S. *et*] A; om. βS. *in hac vita*] AS; *in vita monachi* β. 25 *monachus paenitens*] β om. *paenitens.* *sed*] om. S. 26 *te paenitet*] S om. *te*; A add. *invenis.* 26. 28 *fugere*] *fugire* codd. 27 *revertere*] A; *reverti* βS.

tract. de ps. 133, supra p. 253, l. 8: 'Monachos et virgines ego puto illos esse qui ad faciem ministrant domino suo; saeculares autem, qui sunt quasi in agro de familia'.

12. *soli monachi salvantur?*] Cf. tract. de ps. 143, supra p. 286, l. 17.

sive peccatores sumus, non nobis licet mutare propositum. Si sanctus es, beatus es monachus: si peccator es, miser es monachus: tamen monachus es. Non licet mutare propositum, licet dignitatem propositi perdideris. Hoc in commune loquor, et quod vobis loquor, mihi quoque loquor: ne quis se putet habere potestatem mutare propositum. Rem vobis dico novam: quasi in conparationem dico, non quasi hoc praecipiam. Duos fac monachos conruisse, hoc est, uterque peccavit. Alius de ipsis simpliciter saecularem se confessus est, verbi causa, duxit uxorem, et dixit: Non possum sustinere, non possum monachus perseverare. Alius vero qui peccaverat, intellegit peccatum suum, et nulli confitetur: plangit tamen quod fecit, die ac nocte Domini misericordiam deprecatur. Non dico quia bene fecerit, quod peccaverit: ad conparationem tamen eius qui publice sceleratus est, iste sanctus est. Hoc totum quare dico? Non ut spem peccatoribus dem, et per ipsam spem dem occasionem peccandi. Sed hoc dico: etiam quicumque peccavit, non ei licet mutare propositum. Dominus autem potens est, me et vos ab omnibus insidiis diaboli totos liberare.

DE EXODO, IN VIGILIA PASCHAE.

Hodie populus Israhel et vere homo videns Deum (hoc quippe interpretatur Israhel) egredi iubetur ex Aegypto. Hodie agnus Dei, qui tollit peccata mundi, pro omnium salute iugulatur. Hodie sanguine illius postes domorum, id est, frons nostra depingitur. Hodie occiduntur Aegyptii, et de servitute Pharaonis Dei populus liberatur. Hodie percutiuntur primitiva Aegyptiorum, et Israhelitarum non solum liberi sed etiam inrationa-

2 *tamen monachus es*] om. β. 10 *nulli*] *nullo* A. 11 *die ac nocte*] A; *die noctuque* β; *et diebus hac noctibus* S. 16 *diaboli*] *diabuli* A. *totos l.*] *totus l.* A; *tutos praestare* S. Variae in codd. et editt. adduntur doxologiae; ultima pars tractatus in x longe diversa est. 18 sqq.] Inter suppositicia Hieronymi t. XI et Augustini t. VI opera reperitur. Maurinae editionis textum contuli cum codd. Ashburnham Barrois 57, fol. 49v = A (cf. adnot. crit. ad p. 402, l. 1); Sessoriano LV, fol. 174v saec. VII/VIII = S (cf. Reifferscheid, Bibliotheca PP. Ital. I, 124); Vatic. lat. 344, fol. 103v = V. *PASCHAE*] Ita S praemisso nomine *sancti Hieronimi*; *Incipit epistula sci Hieronimi de immolatione agni* A; *Incipit pervigilio in exodo quando in aegypto immolatur agnus* cod. Lugdun. 521, fol. 90 saec. VII/VIII. 19 *populus*] om. S. 20 *Dei*] om. A. *tollit*] Aug. S; *tulit* A. 22 *frons nostra*] AS; *frontes nostrae* Aug. *depingitur*] S; *depingetur* A; *depinguntur* Aug. 23 *Pharaonis*] om. S. *primitiva*] AS; *primogenita* Aug.

19. *homo videns Deum*] Hieron. supra 239, 27 'Israhel interpretatur homo videns Deum.'

bilia, iumenta servantur. Homines quippe et iumenta salvos facit Dominus. Praeparemur ad immolationem agni, et adprehendamus illum, non quando dubia lux est et adhuc lunae cornua non implentur, non quando crescere incipit vel decrescere; sed quarta decima die, id est, lunae lumine consummato atque perfecto, quando tota eius lampas, totus orbis impletur. Nec putemus agnum istum anniculum ubicumque posse comedi. Praecipitur nobis ut in una illum comedamus domo, id est, ne extra ecclesiam immolari agnum putemus. Ex quo manifestum est, quod Iudaei et haeretici et omnia conventicula dogmatum perversorum, quia agnum in ecclesia non comedunt, non eos agni carnes comedere, sed draconis qui datus est iuxta psalmum in escam populis Aethiopum. Quomodo enim in diluvio non salvatur nisi qui in arca fuerit Noe, et conruente Hiericho una tantummodo Raab meretricis, id est, ecclesiae credentis ex gentibus custoditur domus; ita et in immolatione agni tunc vere agnus occiditur, cum in una mactatur domo.

Erit, inquit, *vobis agnus inmaculatus: de agnis et de haedis sumetis eum.* Praecipitur et in alio loco, ut qui in primo mense pascha facere non potuerit, secundo faciat; iuxta quod et nunc iubetur, ut qui non potest habere agnum, saltim haedum habeat. Xpistus enim in domo ecclesiae dupliciter immolatur. Si iusti sumus, de agni carnibus vescimur: si peccatores, et paenitentiam agimus, nobis haedus occiditur. Non quo Xpistus ex haedis sit, quos a sinistris stare docuit; sed pro diversitate meritorum uniciuque aut agnus aut haedus fit.

Quaeritur etiam quare non in die agnus iste immoletur, sed ad vesperam: et causa manifesta est. Dominus enim noster atque Salvator in con-

1 *servantur*] Aug. S; *salvantur* A. *quippe*] A; *enim* S; om. Aug. *facit Dominus*] AS; *facies Domine* Aug. 2 *Praeparemur*] AS; *praeparemus nos* Aug. Insuper editt. et codd. inser. *fratres carissimi* (cf. adnot. crit. ad 404, 10). 4 *lunae*] A; om. Aug. S. *lumine*] Aug. A; *opere* S. 5 *lampas*] AS; *lampade* Aug. 7 *ne extra ecclesiam*] AS Hieron; *in una ecelesia* Aug. 8 *et haer. e. o. conventicula*] Aug. S; om. A. 9 *dogmatum*] Aug. S; *dogma* A; *dogmataque* Hier. *perversorum*] *perversum* A. *quia*] S; *qui* Aug. A. 11 *psalmum*] A; *psalmistam* Aug; *psalterium* S. *Aethiopum*] *aethyopibus* S. 14 *in*] om. A; S supplet. sup. lin. *immolatione*] *ne* add. sup. lin. A. 16 *et de haedis*] *et edetis* A. *sumetis*] *sumentes* A. 17 *et in*] A om. *et*. *in primo*] A om. *in*. 18 *iubetur*] *praecipitur* A. 20 *si pec.*] *et si pec.* A. 21 *Non quo X. e. haedis sit*] S; *non quia* A Aug; *Christus enim non ex haedis fit* Hier. 22 *a sinistris*] *a sinistra* A. 23 *aut agnus*] A om. *aut*. 24 *etiam*] Aug. S; *iam* A. *iste*] om. A. *immoletur*] *immolatur* A. 25 *et causa*] AS; *haec causa* Aug.

1. *Dominus*] cf. Ps. 35, 7.

5. *perfecto*] Hier. in ps. XIIII (27,16) 'Quarta decima die immolatur, quando luna plena est, quando nihil ei deest de lumine. Videte ergo quod Xpistus non immolatur nisi in perfecto et pleno lumine'.

11. *Aethiopum*] Ps. 73, 14.

16. *eum*] Exod. 12, 5.

17. *alio loco*] Num. 9, 10 sq.

summatione saeculorum passus est. Unde et Iohannes in epistula sua loquitur: 'Filioli, novissima hora est'. Quando autem hora novissima est, finito die noctis exordium est. Sed et hoc intellegendum, quod quamdiu in isto saeculo sumus, id est, versamur in Aegypto, non sumus in clara luce, sed in tenebris atque caligine. Et licet ecclesia, id est, luna quasi in nocte resplendeat, tamen veri solis non valemus perfectum habere fulgorem.

In una, inquit, *domo comedetis carnes assas igni, et azyma cum amaritudinibus manducabitis. Non comedetis de eis crudum aut coctum in aqua, sed assas igni.* Iubetur nobis ut panes absque fermento veteri malitiae et nequitiae comedamus. De quo fermento et Dominus in evangelio discipulos monet dicens: 'Cavete a fermento Pharisaeorum'; et postea interpretatur fermentum perversam Pharisaeorum esse doctrinam. Et nos igitur si a doctrina saeculi istius volumus esse alieni, et quasi extraneos a mundi conversatione nos facere, persecutionibus et pressuris subiecti simus, et secundum apostolum comedimus azyma sinceritatis et veritatis. Vis, o auditor, intellegere quod dico? Dic quod verum est, loquere quod sincerum est, nullius personam accipias, non divitis, non potentis. Quamlibet sit potens, quamlibet sit nobilis qui peccaverit, corripe eum: et comedis azyma sinceritatis et veritatis in amaritudine. Unde et apostolus ait: 'Inimicus vobis factus sum vera dicens'; et proverbium saeculi gentilis quoque poeta exprimens: 'Obsequium, inquit, amicos, veritas odium parit'. Quod autem sequitur, ut non crudas carnes agni neque elixas comedamus: illud est, ne scripturas divinas, quae vere carnes agni sunt, aut iuxta historiam tantum intellegamus sicut Iudaei, et crudas eas ad-

3 *et hoc*] A om. *et*. 8 *domo*] *domu* A. *assas*] Aug. S; *assatas* A. *azyma*] *azema* A. 9 *de eis*] *de his* A. 10 *assas*] S; *assatam* A; *assum tantum* Aug. *veteri*] *veteris* A. 11 *fermento et*] *firmento* (om. *et*) A. *discipulos monet dicens*] Aug. S; *discipulis monens dicit* A; *discipulis dicit* V. 12 *Cavete*] A add. *vobis*. 13 *perversam*] AS; *perversorum* Aug; om. Hier. 14 *saeculi istius*] AS; *huius saeculi* Aug. *extraneos*] Aug. SV; *externos* A. 15 *conversatione*] Aug. SV; *cogitatione* A. *simus*] Aug. S; *sumus* A. 16 *comedimus*] AS; *comedamus* Aug. *o auditor*] Aug. SV; om. A. 19 *comedis*] A; *comedisti* Aug. 20 *azyma*] *azema* A. *in amaritudine*] om. A. 23 *parit*] Aug. SV; *parat* A. 24 *vere*] *verae* A. 25 *adsumimus*] A; *absum.* Aug; *assum.* S.

2. *hora est*] 1 Io. 2, 18.
5. *ecclesia id est luna*] Hier. supra 166, 5 'intellegamus lunam ecclesiam'.
10. *igni*] Exod. 12, 8 sq.
nequitiae] 1 Cor. 5, 8.
12. *Pharisaeorum*] Matth. 16, 6.
21. *dicens*] Gal. 4, 16.
23. *parit*] Terent. Andria I. 1. 41. — Hieron. in Gal. 4, 16 'Eleganter autem sententiam terminavit dicens: *Ergo inimicus vobis factus sum veritatem dicens vobis*... Similis est huic illa sententia nobilis apud Romanos poetae: *Obsequium amicos, veritas odium parit*'.
24. *vere carnes agni sunt*] cf. supra 290, 28; 301, 25.

sumamus in cibum, aut rursum eas secundum haereticos quibusdam allegoriis et nubilo interpretationis ad perversa quaeque dogmata derivemus et enervemus eas, et suci veritate sublata umbras quasdam et imagines offundamus : sed intellegamus eas et iuxta historiam sicut scriptae sunt, et nihilominus Spiritus sancti eas excoquamus ardore, et quidquid in illis secundum litteram videtur incongruum esse vel clausum, spirituali expositione pandamus.

Caput cum pedibus et intestinis comedetis. Caput mihi videtur esse agni illud quod in evangelio Iohannis scribitur ' In principio erat verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum '; pedes autem, homo quem pro nostra salute dignatus est adsumere. Sed et aliter sentiri potest : caput, intellegentia spiritualis: pedes, simplex iuxta historiam narratio: intestina autem, quidquid intrinsecus in littera latet, quidquid in superficie non videtur, sed diligenti examinatione commolitum et ruminatum a doctoribus profertur in medium, et quod putabatur esse faedum et indecorum, hoc repperitur esse vitale. Verbi gratia, quid turpius in scripturis dici potest, quam si Osee meretricem habere iubeatur uxorem, et Iudas cum Thamar nuru sua concumbat, et David Bersabee adulterio sordidetur, et Selom filius Iudae semen proiciat in terram, ne liberos generet? Haec si secundum litteram intellegantur, nonne et a gentilibus et ab incredulis quibusque quasi scripturarum stercora condemnantur atque inridentur? Sed si illa excutias, si laves, si Spiritus sancti igne excoquas, vertuntur in cibum ; et quod putabatur inutile, invenitur esse mysterium.

Non relinquetis de eo in mane, et os non conteretis de eo, et quod reliquum fuerit de eo usque in mane, igni conburetis illud. Nihil de carnibus agni in futurum saeculum reservemus : quantum possumus comedamus. Quod si

1 *in cibum*] *in cybo* A ; *in cibo* S. *aut*] Aug. S ; *neque* A. *eas*] AS ; non repet. Aug. 2 *quaeque*] *quoque* A. 3 *et enervemus*] *et tenuerimus* A. *et suci*] *et succi* Aug ; *suci* A (om. *et*) ; *et suco* S. *veritate sublata*] *veritatis sublato* S. 4 *offundamus*] S ; *effundamus* V Hier ; *suffundamus* A ; *offendamus* Aug. V corr. in marg. *et iuxta*] A om. *et*. 5 *et nihil.*] A om. *et*. *sancti*] om. S. 6 *litteram*] *literam* A. 16 *repperitur*] *reperietur* Aug. 17 *vitale*] *vitalem* A. 18 *iubeatur*] Aug. ; *iubetur* A. *nuru sua*] *nurum suam* A. 19 *Bersabee*] codd ; *Bethsabee* Aug. *Selom*] ita A ; *Sella* V ; *Aunam* S ; *Onam* Aug. 20 *semen*] A inser. *semper*. 21 *et a gentilibus*] A ; *a gentibus* Aug. 23 *si laves*] *illa laves* A. *si Spir.*] *et Spir.* A. 24 *invenitur*] AS ; *invenietur* Aug. 26 *illud*] om. A. *in futurum saeculum*] S ; *in futuro saeculo* A ; *usque i. f. saeculum* Aug. 27 *quantum*] AS ; *quantumcumque* Aug.

11. *Deum*] Io. 1, 1 sq.

19. *Selom*] pro Onam dicit labente memoria; cf. Genes. 38, 11 sqq.

20. *ne liberos generet*] cf. supra 351, 5 sqq.

26. *illud*] Exod. 12, 10.

qua in eo fortia sunt, dogmata videlicet ecclesiastica de Trinitate, de resurrectione, de anima, de angelis et ceteris istiusmodi, haec non iuxta opinionem pravis interpretationibus disseramus et conteramus illa, sed ita ut sunt fortia praedicemus. Si quid autem quasi homines praeterierit, et non potuerimus de carnibus agni comedere, scire debemus quod in futuro saeculo doctrina Spiritus sancti nobis aperiendum sit, et comedemus illud.

Sic autem comedetis illud: lumbi vestri adcincti, et calciamenta vestra in pedibus vestris, et baculi in manibus vestris, et comedetis illud cum festinatione: pascha est enim Domini Dei vestri. Huc usque praeceptum est, quales carnes agni comedere debeamus: nunc iubetur, quo a nobis habitu comedendae sint. *Lumbi,* inquit, *vestri adcincti.* Et apostolis dicitur: 'Sint lumbi vestri adcincti, et lucernae ardentes in manibus vestris'. Et Iohannes zona pellicia cingitur; et Helias nihil in se habens molle atque muliebre, sed totum virile et rigidum (homo quippe hirsutus erat), cingulum habuisse describitur. Et nos ergo si volumus carnes agni comedere, mortificemus lumbos nostros, mortificemus opera carnis, et hoc quod in Iob de diabulo dicitur 'Virtus eius in lumbis eius, et fortitudo ejus in umbilico ventris eius' occidatur in nobis: ne caro concupiscat adversus spiritum, sed spiritu opera carnis mortificemus, et purificati vescamur agni carnibus. Ut autem sciatis, quoniam quicumque uxori debitum reddit, vacare non potest orationi nec de carnibus agni comedere, et Moysi praecipitur, ut populum, qui ascensurus erat ad montem Choreb, ante tres dies purificet; et David cum venisset ad Abimelech sacerdotem, interrogatur si mundi sunt pueri, ad quem respondit purificatos eos esse ab heri et nudiustertius. Si autem panes propositionis non poterant ab iis qui uxores suas tetigerant comedi, quanto magis panis ille, qui de caelo de-

1 *de Trinitate*] om. S. 2 *et ceteris istiusmodi*] AS; *et de c. huiusmodi* Aug. *iuxta opinionem*] AS; *i. nostram o.* Aug. V. 3 *disseramus*] *deseramus* A. *et conteramus*] codd. recte; *et non cont.* Aug. 5 *scire debemus*] om. A. 6 *aperiendum*] *aperienda* A. 7. 8 *illud*] *illum* AS. 8 *lumbi*] *sint lumbi* Aug. 9 *illud*] *illum* A. 12 *com. sint*] Aug; *com. sunt* A. *Lumbi*] *Sint lumbi* Aug. *inquit*] om. S. 15 *sed totum*] *et totum in se* A. 17 *mortificemus*] *mortificemur* A. 18 *lumbis*] *lumbo* S, et om. *eius e. f. e. i. u. v. eius.* 20 *vescamur*] A; *vescemur* Aug. S. 21 *sciatis*] Heic quoque codd. et editt. *fratres carissimi.* 22 *et Moysi*] A; *et Mosi* S. 23 *populum*] S; *populo* A; *populus* Aug. *accessurus*] S; *ascensurus* Aug. A. 24 *purificet*] S; *purificetur* Aug. A. *Abimelech*] A; *Ahimelech* S; *Achimelech* Aug. *interrogatur*] AS; *interrogatus* Aug. V. 25 *ad quem respondit*] A; *atque resp.* S; Aug. V om. *ad quem.* 26 *propositionis*] *praepos.* A.

13. *vestris*] Luc. 12, 35.
15. *sed totum virile et rigidum*] Hieronymus supra 236, 23 'Sanctus enim erat, et nihil habebat in se molle et tenerum et effeminatum, sed totum virile et rigidum'.
19. *eius*] Iob 40, 11.

scendit, non potest ab his, qui coniugalibus paulo ante haesere conplexibus, violari atque contingi? Non, quo nuptias condemnemus, hoc dicimus; sed quo eo tempore, quo carnes agni manducaturi sumus, vacare a carnis operibus debeamus.

Quod autem sequitur, *Et calciamenta in pedibus vestris, et baculi in manibus vestris*: hoc iubetur, ut quamdiu in heremo istius saeculi gradimur, calciati simus calciamentis pacis, necubi in deserto scorpius et coluber obrepat, necubi serpens plantam gradientis invadat. Quod si forte adversum nos consurrexerit, habeamus virgam in manibus, et percutiamus eum, et dicamus: 'Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt'. Videte mysterium scripturarum. Quamdiu per solitudines ambulamus, necesse habemus calciamenta, quibus nostri tegantur pedes; quando vero terram repromissionis intramus, dicitur nobis cum Iesu Nave: 'Solve corrigiam calciamenti tui, locus enim in quo stas sanctus est'. Et nos ergo quando intrabimus in regna caelorum, non habemus opus calciamentis, non his praesidiis quibus custodimur in saeculo; sed, ut novum dicam, agnum illum qui pro nobis occisus est sequimur; et de nobis dicit Iohannes: 'Isti sunt, qui vestimenta sua non coinquinaverunt, virgines enim permanserunt: qui sequuntur agnum quocumque vadit'.

IN PSALMUM XXXXI, AD NEOPHYTOS.

Omne psalterium sagaci mente perlustrans, nusquam invenio quod filii Chore aliquid triste cantaverint: semper in psalmis eorum laeta sunt et

1 *haesere conplexibus*] *fuerit complexibus copolatus* A. 2 *Non quo*] *non quod* A. *hoc dicimus*] *aut iudicemus* A. 3 *sed quo*] A om. *quo*. 5 *et baculi*] A; *et baculum* Aug. 7 *coluber*] *coliber* A. 12 *necesse habemus*] AS; *necesse est ut habeamus* Aug. 13 *dicitur*] A add. *postea*. 15 *intrabimus*] A; *intraverimus* Aug. S. *in*] om. S. *habemus*] AS; *habebimus* Aug. *calciamentis*] *calceamenti* A. 17 *sequimur*] AS; *sequemur* Aug. *et de*] S; *sed de* A; *sed et de* V; *sed videte ut de* Aug. *dicit*] AS; *dicat* Aug. 19 *permanserunt*] A inser. *hi sunt*. *vadit*] A; Aug. S add. doxologiam. 20 Hunc tractatum ex append. t. VI Augustini descripsi, nonnullis lectionibus ascitis ex Hieronymo et cod. Vatic. 344, fol. 14^v = V (conf. supra p. 405). *NEOPHYTOS*] *Beati Hieronymi expositio psalmi XLI ad renatos in vigila pascae habita feliciter* V.

8. *necubi serpens p. g. invadat*] Hieron. in Is. 20 'et discalciati, quia pascha Domini comedere non poterunt: quod qui comedit, accinctos habet lumbos, et tenet manu baculum, et calciatis stat pedibus, ne per saeculi huius solitudinem transiens a serpentibus mordeatur'.

10. *consolata sunt*] Ps. 22, 4.

11. *Videte mysterium scripturarum*] Idem supra 73, 28; 176, 16; 234, 24 etc.

14. *sanctus est*] Ios. 5, 16.

19. *vadit*] Apoc. 14, 4.

22. *aliquid triste cantaverint*] cf. supra 85, 27; 92, 3.

iocunda, semper terrenis humilibusque contemptis caelestia et aeterna desiderant, congruentes interpretationi nominis sui, siquidem Chore interpretatur calvities. Quia ergo Dominus noster in loco Calvariae crucifixus est et sepultus, quicumque in cruce ipsius credunt et in resurrectione, hi filii Chore, id est, filii Calvariae nominantur: super qua Calvaria Dominus noster verus Helisaeus post resurrectionem ad caelorum regna conscendens, inridetur a parvulis Iudaeorum, sed ursi comedunt inridentes. Hoc de titulo strictim dixisse sufficiat: nunc ad psalmi principium revertamur.

Sicut desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Cervorum natura est, ut serpentum venena contemnant, quin potius naribus suis eos extrahant de cavernis, ut interficiant atque dilacerent: cumque venenum intrinsecus coeperit aestuare, quamvis eos non possit occidere, tamen sitis ardorem et incendium commovet. Tunc illi fontes desiderant, et purissimis aquis ferventia venena restinguunt. Quomodo itaque illi cervi desiderant fontes aquarum, ita et nostri cervi, qui de Aegypto et de saeculo recedentes interfecerunt Pharaonem in aquis suis, et omnem eius exercitum in baptismo necaverunt, post interfectionem diaboli desiderant fontes ecclesiae, Patrem et Filium et Spiritum sanctum. De Patre, quod si fons, scribitur in Hieremia: ‘ Me dimiserunt fontem aquae vivae, et foderunt sibi lacus detritos, qui non possunt aquas continere ’. De Filio vero in quodam loco legimus: ‘ Dereliquerunt fontem sapientiae ’. Porro de Spiritu sancto ‘ Qui biberit de aqua quam dedero ei, orietur in eo fons aquae salientis in vitam aeternam ’ statim exponitur evangelista dicente, quod de Spiritu sancto fuerit sermo Salvatoris. Ex quibus manifestissime conprobatur, tres ecclesiae fontes Trinitatis esse mysterium.

Hos desiderat anima credentis, hos desiderat anima baptizati, et dicit: *Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum.* Non enim leviter videre voluit Deum, sed toto desideravit ardore, toto sitivit incendio. Ante quam baptismum consequerentur, loquebantur inter se invicem et dicebant:

7 *a parvulis*] V add. *et ab incredulis.* 14 *commovet*] *tollerantes* V. 17 *in aquis*] Hier. V; *in actibus* Aug. 22 *vero in*] om. V. 26 *ecclesiae*] *in ecclesia* V. 28 *baptizati*] Aug; *baptizantis* Hier. V; Maurini suspicantur legendum esse *baptizandi.*

12. *extrahant de cavernis*] Hieron. supra 273, 18 ‘ Talis enim dicitur esse virtutis, ut spiritu narium suarum protrahere serpentes de cavernis et sic comedere ’. Cf. 165, 26.

21. *continere*] Ierem. 2, 13.

22. *sapientiae*] Bar. 3, 12.

24. *aeternam*] Io. 4, 13 sq.

statim exponitur] Immo non statim, sed. Io. 7, 39.

Quando veniam et apparebo ante faciem Dei? Ecce impletum est quod petebant: venerunt et steterunt ante faciem Dei, et apparuerunt ante conspectum altaris et ante mysterium Salvatoris. Hoc non merentur videre nisi illi qui ex conscientia et ex imo proferunt corde memorantes: *Fuerunt mihi lacrimae meae panis die ac nocte.* Per omnem enim Quadragesimam vacaverunt orationi atque ieiuniis, in sacco et cinere dormierunt, futuram vitam peccatorum suorum confessione quaerentes. Sed quia fuderunt lacrimas et fuerunt tristes, dicitur illis: 'Qui seminant in lacrimis, in gaudio metent' et 'Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur'.

Pro quibus universis cum illis diabolus insultaret, et diceret *Ubi est Deus tuus?* nunc ad corpus Xpisti admissi et in vitali fonte renati confidenter loquuntur, et dicunt: *Transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei.* Domus Dei ecclesia est, hoc est admirable tabernaculum: quia habitat in eo vox exultationis et confessionis et sonus epulantium. Gaudent quippe super fidem et consecutionem vitae aeternae, quam fratres nostri nunc accipere meruerunt, angeli in caelis omnesque virtutes. Si enim super uno peccatore agente paenitentiam, et in una ovicula morbida, quae pastoris umeris est revecta, gaudent angeli atque laetantur; quanto magis in tot fratribus vitali gurgite renatis atque mundatis universa exsultant regna caelorum, videntia homines veteri peccatorum labe purgatos suo incolatui praeparari?

Dicite ergo, qui Xpistum nunc induistis, et ductum nostrum sequentes, quasi pisciculi hamo, ita sermone Dei de gurgite saeculi istius sublevamini: In nobis rerum natura mutata est. Pisces enim, qui de mari extracti fuerint, moriuntur: nos autem ideo apostoli de mundi istius mari extraxerunt atque piscati sunt, ut vivi ex mortuis fieremus. Quamdiu eramus in saeculo, oculi nostri in profundo, et vita nostra versabatur in caeno: postquam de fluctibus erepti sumus, coepimus solem videre, coepimus verum lumen aspicere, et prae nimio gaudio conturbati ad animam nostram dicimus: *Spera in Deum, quoniam confitebor illi, salutare vultus mei et Deus meus.* Et deinceps: *Propterea memor ero tui de terra Iordanis et Hermon a monte modico. Abyssus abyssum invocat.* Et nos de terra Iordanis, id est, de flumine in quo baptizatus est Dominus, et Hermon, hoc est, de saeculi

1 *Ecce*] V inser. *fratres demum*, Aug. Hier. *fratres carissimi.* 3 *mysterium Salv.*] Aug; V om. *Salvatoris; mysterium intellexerunt* Hier. 15 *super fidem*] *sub fide* V. 23 *pisciculi*] *pisciculus* V. 33 *in quo*] *ubi* V.

3. *mysterium Salvatoris*] cf. supra 201, 16; 290, 26; 301, 25; 302, 1 etc.
9. *metent*] Ps. 125, 5.
consolabuntur] Matth. 5, 5.
11. *in vitali fonte*] Hieron. supra 368, 11 'Quando descenditis in vitalem fontem'.

istius maledictione (quoniam Hermon interpretatur anathema), et de monte modico huius mundi (quamvis enim aliquis sanctus sit, dum in isto versatur saeculo, non est in monte grandi atque sublimi, sed in monte modico atque humili) clamemus ad Dominum, et profunda scripturarum ipsius de aliis scripturarum testimoniis interpretemur. Quidquid in absconso veteris testamenti non possumus invenire, hoc de absconso novi testamenti solvimus in voce cataractarum Dei, hoc est, prophetarum ipsius et apostolorum. Omnia excelsa Domini, et fluctus ipsius, et impetus fluminis qui laetificat civitatem Dei, super nos transierunt.

IN DIE DOMINICA PASCHAE.

Non queo quod mente concipio ore proferre, et cordis mei laetitiam lingua non explicat. Hoc autem non solum ego patior, qui cupio narrare quae sentio; sed etiam vos mecum patimini, plus exsultantes in conscientia, quam in eloquio proferentes. Videtur mihi haec dies ceteris diebus esse lucidior, sol mundo clarior inluxisse, astra quoque et omnia elementa laetari, et quae patiente Domino proprium lumen retraxerant, et fugerant, et noluerant creatorem suum aspicere crucifixum, haec nunc victorem illum et ab inferis resurgentem suo (si dici potest) fulgore, suo prosequuntur officio. Credit caelum, credit terra: et sagena, quae totum mundum piscata est, Iudaeos tenere non potuit.

'Haec dies quam fecit Dominus: exsultemus et laetemur in ea.' Quo

3 *versatur*] Hier. V; *certatur* Aug. 5 *in absconso*] Hier. V; *in abysso* Aug. 9 *transierunt*] Editt. et codd. add. doxologiam. 10 Exstat in append. t. V Augustini Serm. CLIX, inter spuria quoque Hieronymi opuscula ab Erasmo relatus; sed et pars eius legitur in Ang. Mai Nova PP. Bibliotheca t. I, p. 20 ex cod. Bobiensi-Vaticano 5758 saec. VII (= B), Hieronymiano tractatui in psal. CXVII (infra p. 416) intermixta. Insuper contuli cum codd. Sessoriano LV, fol. 176 (= S) et Vaticano 344, fol. 105 (= V). 11 *Non queo*] Editt. et codd. inser. *fratres carissimi.* *quod*] Aug. S; *quem* Hier. *concipio*] Aug. S; *concepi* Hier. *proferre*] Hier. add. *sermonem.* 13 *etiam*] Hier. add. *et.* 14 *in eloquio*] Aug. SV; Hier. om. *in.* *haec*] *hic* Hier. 15 *omnia*] om. S. 16 *proprium l. r. e. fugerant et*] om. S; Aug. om. *et fugerant.* 17 *haec*] *ecce* Aug. 18 *suo si dici potest fulgore, suo*] *novo claritatis suae* Aug. *suo prosequuntur*] *prosecuntur* S, om. *suo*; *suo protestantur* codd. cb. Augustini. 21 *Haec*] Aug. inser. *est.* *exsultemus et laetemur*] *laetemur et exultemus* S.

1. *interpretatur anathema*] Hieron. in ps. CXXXII. 250, 17 'Ermon in lingua nostra interpretatur ἀνάθημα'.

2. *quamvis enim aliquis sanctus sit*] Dicendi modus apud Hieronymum haud infrequens.

21. *in ea*] Ps. 117, 24.

Quomodo Maria virgo etc.] Hieron. prolog. comment. in Sophon. 'Taceo de Anna et Elisabeth et ceteris sanctis mulieribus, quarum velut siderum igniculos clarum Mariae lumen abscondit'

modo Maria virgo mater Domini inter omnes mulieres principatum tenet, ita inter ceteros dies haec omnium dierum mater est. Rem novam dico, sed quae scripturarum vocibus conprobetur: haec dies et una de septem et extra septem est. Haec est dies, quae appellatur octava; unde et in quibusdam psalmorum titulis superscribitur ‘ pro octava ’. Haec est dies, in qua synagoga finitur, et ecclesia nascitur. Haec, in cuius numero octo animae servatae sunt in arca Noe: ‘ Similiter, inquit Petrus, et vos salvos facit ecclesia ’. Haec est, de qua Ecclesiastes praecipit: ‘ Date partem septem, partem et octo ’. Hi sunt octo gradus, per quos in Iezechiele templum Dei scandimus. Haec octava dies, de cuius sacramento et omnium nationum in Xpisto fide octavus quoque psalmus incipit: ‘ Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra ’.

Et quid me necesse est infinita replicare? Dies me deficiet, si voluero omne diei istius exponere sacramentum. Hoc tantum dico, quod universa sabbati gratia et antiqua illa festivitas populi Iudaeorum diei istius sollemnitate mutata est. Illi in sabbato non faciebant opus servile: nos in die dominica, hoc est, in die resurrectionis opus servile non facimus, quia vitiis et peccatis non servimus. ‘ Qui enim facit peccatum, servus est peccati ’. Illi de domibus suis non egrediebantur: et nos de domo Xpisti non egredimur, sumus enim in ecclesia. Illi non accendebant ignem in die sabbati: nos e contrario accendimus in nobis ignem Spiritus sancti, et omne vitium excoquimus peccatorum; de quo igne Dominus ait: ‘ Ignem veni mittere in terram, et quam volo ut ardeat ’. Desiderat Dominus ignem istum ardere in nobis, et secundum apostolum Spiritu nos sancto fervere, ut non refrigescat in nobis caritas Dei. Illi per diem sabbati non ambulant in itinere, perdiderunt enim illum qui dixit ‘ Ego sum via ’: nos autem dicimus ‘ Beati inmaculati in via, qui ambulant in lege

2 *haec*] S repet. *dies.* *mater*] corrector codicis V in marg: *maior.* 3 *conprobetur*] BS; *conprobatur* ceteri. 7-13] om. Aug. 7 *vos*] S inser. *baptisma.* 8 *facit*] *faciet* S. *partem*] S (μερίδα LXX); *partes* ceteri. Cf. supra 18, 15; 110, 13. 9 *partem et*] *parte et* S; *date et* cet. 14 *necesse est*] V inser. *plurima et.* 24 *in terram*] *super terram* S. 25 *et sec.*] S; om. ceteri. *apostolum*] editt. inser. *id est.* 26 *in nobis*] *in nos* S; om. Aug. 27 *ambulant*] S; *ambulabant* V.

2. *Rem novam dico* etc.] Hieron. supra 74, 3 ‘ ego rem dico novam ’; 105, 13 ‘ Rem vobis miram loquor, sed veram ’; 136, 22 ‘ rem novam loquor ’; 248, 9 ‘ rem vobis dico novam, immo non novam, sed de scripturis ’ etc.

8. *ecclesia*] cf. 1 Petr. 3, 21.

9. *octo*] Eccle. 11, 2.

13. *terra*] Ps. 8, 2.

19. *peccati*] Io. 8, 34.

24. *ardeat*] Luc. 12, 49.

25. *secundum apostolum*] Rom. 12, 11.

28. *via*] Io. 14, 6.

Domini '. Et iterum : ' Viam veritatis elegi ' et ' Viam iustificationum tuarum doce me '. Illi de spinis Dominum coronaverunt : nos autem, si fuerimus lapides pretiosi, nostrum Dominum coronabimus. Caput imperatorum istius saeculi ornat diadema : nos ideo in capite nostri regis inponimur, ut ornemur a capite. Illi non susceperunt Xpistum, et suscepturi sunt Antixpistum : nos recepimus humilem Filium Dei, ut habeamus postea triumphantem. Ad extremum noster hircus ante Domini immolatur altare : illorum hircus Antixpistus consputus et maledictus proicitur in solitudinem. Noster latro cum Domino ingreditur paradisum : illorum latro homicida atque blasphemus moritur in peccato suo. Illis Barabbas dimittitur : nobis Xpistus occiditur.

Pro quibus universis consona pariter voce cantemus : ' Haec est dies quam fecit Dominus : exsultemus et laetemur in ea '. Ignitam illam romphaeam et paradisi ianuam, quam nullus potuit effringere, hodie Xpistus cum latrone reseravit : hodie Xpistus dixit ad angelos ' Aperite mihi portas iustitiae, ingressus in eas confitebor Domino ' : quae cum semel aperta est, numquam credentibus clauditur. Ex eo tempore quo passus est Dominus usque ad praesentem diem, semper haec porta clausa et reserata est : clausa est peccatoribus et incredulis, reserata est iustis et credentibus. Per hanc ingressus est Petrus, per hanc ingressus est Paulus, per hanc omnes sancti et martyres intraverunt, per hanc cotidie de toto mundo iustorum animae ingrediuntur. Duae portae sunt : porta paradisi et porta ecclesiae. Per portam ecclesiae intramus portam paradisi. Ita debemus vivere, ne eiciamur de domo illa, et eiecti foras a bestiis devoremur, quas in alio loco propheta formidans ait : ' Ne tradas bestiis animam confitentem tibi '. Ecce nunc Dominus stans in paradisi ianua loquitur ad nos, qui sumus in domo ipsius congregati, et dicit : Haec est porta Domini,

7 *ante Domini immol. altare*] *ante Dominum immolatur in altari* Aug. 12 *universis*] editt. et codd. inser. *fratres carissimi.* 15 *hodie*] *ideo* V ; *ideo hodie* editt. *Xpistus*] S non repet. 21 *sancti et martyres*] V om. *et.* 23 *intramus*] S inser. *in.* 24 *foras*] *foris* S. 25 *tradas*] V inser. *Domine.* *animam confitentem*] Aug. S (ψυχὴν ἐξομολογουμένην LXX) ; *animas confitentium* Hier. 26 *nunc*] om. V. 27 *congregati — per eam*] Aug. S ; reliqua om. Aug.

1. *Domini*] Ps. 118, 1.
elegi] Ibid. 30.
2. *doce me*] Ibid. 27.
5. *suscepturi sunt Antixpistum*] Hieron. in Is. 23, 18 ' Iudaei cassa in futurum vota differunt... Nec mirum si ista confingant, qui spreta veritate Christi organum diaboli Antichristum recepturi sunt '.

12. *Pro quibus universis*] Hieron. supra p. 412, l. 10 ' Pro quibus universis cum illis diabolus ' etc.
13. *Ignitam illam romphaeam*] cf. supra 384, 22 ' Romphaea illa flammea et vertigo illa claudebat paradisum '.
16. *Domino*] Ps. 117, 19.
26. *tibi*] Ps. 73, 19.

iusti intrate per eam. Quam quicumque sanctorum fuerit ingressus, quamvis diabolus prohibeat, quamvis inimicus accuset (ipse est siquidem ' accusator fratrum nostrorum ', ipse est vindex inimicus), sicut in centesimo vicesimo et sexto psalmo dicitur : Qui sanctus fuerit ' non confundetur, dum loquetur inimicis suis in porta '.

IN DIE DOMINICA PASCHAE.

In omni quidem psalterio Dominus noster prophetatur atque cantatur : siquidem ipse ' habet clavem David, qui aperit et nemo claudit, claudit et nemo aperit ' : sed praecipue in centesimo decimo et septimo psalmo, qui nunc lectus est, resurrectionis eius mysterium praedicatur, et ipse ad patrem victor ascendens imperat angelis, dicens : *Aperite mihi portas iustitiae : ingressus in eas confitebor Domino.* Haec sunt portae, de quibus in vicesimo tertio psalmo inter se invicem angeli loquebantur, ingressum Domino praeparantes : ' Levate portas principes vestras, et elevamini portae aeternales, et introibit rex gloriae '. Pulchre levari iubentur portae, et in sublime erigi : siquidem, iuxta dispensationem carnisque mysterium et victoriam crucis, maior regreditur ad caelos, quam ad terras venerat.

3 *vindex*] S inser. *et*. 5 *in porta*] editt. & codd. add. doxologiam. 6 Ex append. Hieron. t. XI, Migne 30, 217. Contuli cum cod. Sessor. (S) 55, fol. 175; Vatican. 344 (V) fol. 15v. Cf. Mai, Nova PP. Bibl. I, 20 ubi pars prior huiusce tractatus denuo edita est ex cod. Bob.-Vatic. 5758 (B). *PASCHAE*] *Incipit eiusdem in die dominicu paschae* S; *Expositio psalmi CXVII per modum contionis habita ad neophitos in die sancto paschae* V; *homilia b. Augustini de dominica resurrectione* B. 7 *quidem*] SB; om. Hier. *psalterio*] SVB; *psalmo* Hier. *noster*] Hier. add. *Iesus Christus*. *cantatur*] SB; *canitur* Hier. 8 *qui*] SB; *quae* Hier. *claudit*] *cludit* B. 10 *nunc*] Hier. inser. *psallendo*. *eius*] SB; om. Hier. *praedicatur*] Hoc loco in Hier. et V sequens glossema legitur, cui nihil inesse Hieronymiani saporis quisque statim intellegat : *Hic enim psalmus, in quo a Spiritu sancto praesignati vocantur ad confitendum Domino in laude : vel ad confessionem gentium veri Israelitae in paenitentia summi sacerdotis Aaron domus, quod est ecclesia : sive generaliter omnes timentes Deum, recte pro tantis muneribus pietatis Patris, qui Filio suo non perpercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, a confessione incipitur : Quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius. Quis enim nostrum poterit esse considerans ea quae in eo cotidie exultans canit ecclesia, hoc est, passionem Domini Salvatoris, resurrectionem sive ascensionem, et non magis erumpat in voce, compos illorum pervulorum effectus, Domino cum ramis et palmis exsultantium : O Domine salvos nos fac, o Domine bene prosperare? Unde et ipse* etc. 12 *ingressus*] *et ingr.* Hier. V. 13 *invicem*] om. S. 14-17] om. B. 15 *Pulchre*] S; *sed pulchre* Hier. V. 16 *carnisque*] S; *carnis et* Hier; *carnis* V om. coniunctione.

3. *nostrorum*] Apoc. 12, 10.
5. *in porta*] Ps. 126, 5.
9. *aperit*] Apoc. 3, 7.
12. *Domino*] Ps. 117, 19.
15. *gloriae*] Ps. 23, 7. 9.

Haec porta Domini, iusti intrabunt per eam. Per hanc portam ingressus est Petrus, ingressus est Paulus, ingressi sunt omnes apostoli, ingressi sunt martyres, et cotidie sancti quique ingrediuntur : per hanc portam primus latro cum Domino ingressus est. Habetote fiduciam, et vos sperate similia. Non dicit, Apostoli et martyres intrabunt per eam ; sed *iusti intrabunt per eam.* Quicumque ergo iuste agit, et inter iustos Domini esse meruerit, intrabit per hanc portam : quia Dominus non quaerit sanguinem confitentium, sed fidem per quam sanguis effunditur. Si habuerimus fidem quae potest sanguinem fundere, inputabitur nobis et cruoris effusio.

O vere infelices Iudaei, o vere miseri atque miserabiles, qui non intellexistis lapidem, qui per Esaiam repromissus est quod poneretur in fundamentis Sion, et populum utrumque coniungeret, esse Dominum Salvatorem, esse Dei Filium. Hunc vos reprobastis aedificantes quondam congregationem Domini et templi eius mysteria custodientes. Qui reprobatus a vobis, factus est in caput anguli, et primam ecclesiam de Iudaeorum populo congregatam et credentes ex nationibus in unum gregem et mysterium faederavit. *A Domino factum est istud, hoc est mirabile in oculis nostris* : ut nos qui ante passionem Domini sine testamento eramus et lege, adoptaremur in filios Dei, et priori cingulo conputrescente aliud sibi Deus lumbare contexeret, alium populum praepararet. Vos habetis scripturas, et nos intellegentiam scripturarum : vos legitis libros, et nos in eum, qui in libris scriptus est, credimus : vos tenetis paginas, nos sensum paginarum : vos conplicatis membranas animalium mortuorum, nos pos-

3 *martyres*] SB ; *et mart.* Hier. *ingrediuntur*] *gradiuntur* SB. 4 *Habetote*] *habitote* B. *fiduciam*] SB add. *fratres carissimi.* 5 *similia*] Hier. addit : *Sic enim ipse apostolus dixit : Si consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus in dextera Dei sedet*, et ita prosequitur *Non dicit hic psalmus, soli apostoli, soli prophetae et martyres* etc. 7 *meruerit*] SV ; *meruit* Hier. Mai ; Hier. inserit : *fiducialiter agat in eo sperans quia.* 8 *per quam*] SB ; *pro qua* Hier. *effunditur*] Hier. add. *credentium.* 9 *cruoris*] SBV ; *sanguinis* Hier. 10 *vere miseri*] SB ; Hier. non repet. *vere.* *qui non intellexistis*] SB ; om. Hier. 11 *Esaiam*] *Eseiam* B ; *Isaiam* S. *quod*] codd. et Hier ; *qui* Mai. *poneretur*] Hier ; *ponetur* S ; *ponitur* B. *fundamentis*] *fundamento* S. 12 *et*] *ut* Mai. 13 *Filium*] Hier. inser. *non agnovistis.* 14 *eius*] SB ; *Dei* Hier. *reprobatus*] S add. *est.* 16 *mysterium*] SBV ; *ministerium* Hier. 18 *et lege*] SB ; *ex lege* V ; *exleges* Hier. 19-1] om. B. 19 *conputrescente*] S ; *putresc.* Hier. 20 *Deus*] om. S. *Vos*] Hier. inser. *ergo Iudaei.* 21 *scripturas*] S ; *scripturam* Hier., et om. *et n. i. scripturarum.* 22 *qui in libris scriptus est*] S ; *qui in eis scriptus est libris, ipsum adorantes* Hier. 23 *paginarum*] *paginae* S. *membranas*] *membrana* S.

1. *Per hanc portam* etc.] cf. supra p. 415, l. 20.

12. *Sion*] Is. 28, 16.

19. *aliud sibi Deus lumbare*] Hieron. supra 150, 6 ' Dominus quid facit? Non est nudus, non potest esse sine lumbari... priori populo perdito, facit sibi vestem de populo gentilium '.

sidemus spiritum vivificantem. Quid mirabilius esse potest istiusmodi sacramento? quid hac die felicius, in qua Dominus Iudaeis mortuus est, et nobis revixit: in qua synagogae occubuit, et est ortus ecclesiae: in qua nos omnes fecit secum resurgere et vivere et sedere in caelestibus, impletumque est illud quod ipse dixit in evangelio 'Cum autem exaltatus fuero, omnia traham ad me'?

Haec est vere *dies quam fecit Dominus: exsultemus et laetemur in ea.* Omnes quidem dies fecit Dominus: sed ceteri dies possunt et Iudaeorum esse, possunt et haereticorum esse, possunt esse gentilium. Dies dominica, dies resurrectionis, dies Xpistianorum, dies nostra est. Unde et dominica dicitur: quia Dominus in ea victor ascendit ad Patrem. Quod si a gentilibus dies solis vocatur, et nos hoc libentissime confitemur: hodie enim lux mundi orta est, hodie sol iustitiae ortus est, in cuius pennis est sanitas. Numquid sol pennas habet? Respondeant Iudaei, et qui tantum secundum litteram scripturas intellegunt similes Iudaeorum. Nos autem dicimus: quicumque sub alis istius solis fuerit, qui dixit in evangelio 'Quotiens volui congregare filios tuos quasi gallina pullos suos sub alas, et noluisti?' iste securus erit ab accipitre diabolo, ab aquilis volantibus in Iezechiele, et omnia peccatorum illius vulnera sanabuntur.

Ut autem sciatis quod proprie psalmus iste de Domino scriptus est, et in evangelio pueri, qui intrante Hierosolymam Salvatore palmas levantes clamaverunt atque dixerunt 'Osanna in excelsis, benedictus qui venit in nomine Domini, osanna in excelsis', de centesimo decimo septimo psalmo istos versiculos adsumpserunt. Quod enim in nostra lingua dicitur *O Domine salvum me fac*, in hebraeo scribitur Ósanna. Unde et Iudaei hoc inpatienter ferentes volunt prohibere parvulos, de quibus in

3 *et nobis revixit*] SBV; *nobis surrexit* Hier. *synagogae*] Hier. et V perperam inser. *cultus*. 4 *omnes*] SBV; *homines* Hier. *et vivere et sedere*] om. B. 6 *fuero*] Hier. add. *a terra*. *ad me*] Hucusque fragmentum codicis Bobien-Vatic. 12 *confitemur*] *confitebimur* S. 13 *ortus*] *natus* V. *penn.*] *pinn.* S. 17 *sub alas*] *sub alis* S. 20 *sciatis*] Hier. et V inser. *fratres mei*, S *fratres carissimi*. 21 *et*] om. S. *pueri*] Hier. inser. *sicut meminimus*, V *sicut supra meminimus* (cf. adnot. crit. p. 416, l. 10). 26 *hoc*] S; om. Hier.

6. *ad me*] Io. 12, 32.

13. *sanitas*] Malach. 4, 2.

14. *Numquid sol pennas habet? Respondeant* etc.] Hieron. supra 73, 29 'Frumentum adipes habet? numquid et intestina habet?'; 148, 6 'Interrogemus Iudaeos, qui secundum litteram intellegunt: Flumina manus habent? flumina voces habent? flumina pedes habent? flumina ventrem habent?'; 300, 14 'O Iudaee, responde: frumentum adipes habet?' etc.

17. *noluisti*] Matth. 23, 37.

18. *in Iezechiele*] Ezech. 17, 3. 7.

22. *in excelsis*] Marc. 11, 9 sq.

24. *adsumpserunt*] cf. Hieron. in Matth. 23, 39 et Commentariol. ps. CXVII p. 84, l. 15 sqq.

Esaia Dominus loquebatur : ' Ecce ego et pueri mei, quos mihi dedit Dominus '. Tacentibus enim senibus et presbyteris Iudaeorum, tacentibus Pharisaeis et invidiae livore cruciatis, parvuli clamant, Xpistum parvuli confitentur. Quod si et ipsi tacuissent, lapides utique clamarent, id est gentilium populi, de quibus in evangelio scriptum est ' Potens est Dominus ex lapidibus istis suscitare filios Abraham ' : nos significans, qui duro corde quondam fuimus, sed nunc credentes Xpisto Iesu, in filios Abraham, in filios Dei omnipotentis adoptati sumus. Cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

FRAGMENTA DE LIBRO NUMERORUM.

Audite me, increduli : numquid de petra ista producemus vobis aquam ? In his enim dictis non sanctificavit Dominum in aqua contradictionis, id est, non est confisus in virtute Dei, et non dixit quia potens est Deus de petra hac educere vobis aquam ; sed quasi ex diffidentia cuiusque fragilitatis respondit dicens : Numquid poterimus vobis de petra hac educere aquam ? Quia ergo peccatum ei in his verbis reputatur a Domino, certum est, cum hoc loqueretur, non de Spiritu sancto locutus est, sed de spiritu peccati. Quod si scripturae testimonio tantus propheta Moyses ostenditur aliquando habuisse in se Spiritum Dei, aliquando vero non habuisse, peccati scilicet tempore : certum est quia et de reliquis prophetis similis forma tenenda sit. Quid autem de David dicam, qui pro Spiritu sancto, tamquam qui a se possit auferri, orat ne auferatur, et dicit : ' Ne proicias me a facie tua ' et cetera ?

ITEM ALIA. *Filii vestri erunt incolae in deserto XL annis.* Et quid habuerit mysterii numerus iste, declarat dicens : *Secundum numerum,* inquit, *dierum, in quibus considerastis terram XL diebus, pro die annum recipietis peccata vestra XL annis.* Timeo ego mysterii huius secreta discutere.

7 *in filios Abraham*] om. S. 10 *FRAGMENTA*] Desumpta sunt ex cod. I (Britann. Reg. 4. A. XIV.) fol. 105 sq. ubi ad calcem tractatuum Hieronymi in Psalmos leguntur ita inscripta : *Item sancti Hieronimi.* 11 *producemus*] LXX ἐξάξομεν ; *producimus* I. 13 *confisus*] scripsi ; *confessus* I. 14 *quasi*] scripsi ; *quia* I. *ex diffidentia*] *ex diffidentiae* I. 17 *non*] 1 m. add. sup. lin. 19 *in se*] scripsi ; *ipse* I. *peccati*] *peccata* I corr. 1 m. 24 *erunt*] scripsi ; *erant* I. 25. 27 *mysterii*] *mist.* I.

2. *Dominus*] Is. 8, 18.
6. *Abraham*] Matth. 3, 9.
11. *aquam ?*] Num. 20, 10.
20. *similis forma tenenda sit*] cf. Hieron. supra p. 327, aliaque eius effata quae ibidem in nota referuntur.
23. *tua*] Ps. 50, 13. cf. supra 48, 27.
24. *XL annis*] Num. 14, 33.
27. *vestra XL annis*] ibid. 34.

Video enim quod peccatorum in hoc ratio comprehenditur et poenarum. Si enim unicuique peccatori annus adscribatur ad poenam pro unius diei peccato, et secundum rationem dierum, quibus peccata, annorum totidem numerus in suppliciis consumendus est, vereor ne forte nobis, qui cotidie peccamus, et nullum forte diem vitae nostrae absque peccato transegimus, nec ipsa forte saecula aut etiam saecula saeculorum sufficere possint ad poenas luendas. In eo enim quod populus ille prior quadraginta dierum delicto XL annis cruciatur in deserto, nec terram introire permittitur, similitudo quaedam futuri iudicii videtur ostendi, ubi peccatorum ratio discutienda: nisi fieret aliqua fortasse etiam bonorum operum conpensatio, vel etiam eorum quae in vita sua unusquisque mala recipit, ut Abraham de Lazaro docuit.

ITEM ALIA. *Et factum est cum inrueret synagoga super Moysen et Aaron, in impetu fugierunt ad tabernaculum testimonii. Illis vero obtexit nubes, et apparuit maiestas Domini. Introivit Moyses et Aaron ad faciem tabernaculi testimonii.* Non legimus antea quod obtexerit nubes tabernaculum, et apparuerit maiestas Domini, et receperit intra nubem Moysen et Aaron, nisi nunc cum insurrexisset in eos populus, et lapidare eos voluit. Discamus ex hoc quanta sit utilitas in persecutionibus Xpistianis, quantum gratiae conferatur, quomodo propugnator fiat eis Deus, quomodo habundanter sanctus Spiritus infundatur. Tunc enim maxime gratia Domini adest, cum hominum saevitia concitatur; tunc pacem habemus apud Deum, cum propter iustitiam bella perpetimur. ‘ Ubi enim habundaverit peccatum, superhabundavit gratia’. Adoperuit ergo eos nubes tabernaculi testimonii, et inruit synagoga super Moysen, et apparuit gloria Domini. Quamvis magnus sit vitae merito Moyses et Aaron, quamvis animi virtutibus polleant, apparere tamen eis gloria non potuisset, nisi in persecutionibus, in tribulationibus, in periculis, atque in ipsa paene morte iam positis.

2 *poenam*] littera *m* erasa esse videtur. 4 *consumendus*] *consummendus* I. 8 *cruciatur*] *crutiatur* I. 11 *Abraham de Lazaro*] *habraham de lazoro* I. 16 *quod*] scripsi; *quam* cod. *obtexerit*] *obtexerat* I postea corr. 17 *receperit*] *reciperit* I. 19 *Discamus*] scripsi; *dicamus* I. 21 *infundatur*] *n* postea sup. *a* addita est, ut legeretur *infundantur*. 23 *iustitiam*] *m* deest in I. 28 *paene*] *poene* I.

4. *cotidie peccamus*] Hieron. contra Iohan. Hierosol. n. 2 ‘ Cotidie peccamus omnes et in aliquo labimur’.

16. *testimonii*] Num. 16, 42 sq.

22. *tunc pacem habemus* etc.] Hieron. in Mich. 5, 5 ‘Quando venerit diabolus... et domos animarum nostrarum i. e. corpora quasi superbus ascenderit atque depresserit... tunc Christi pax... erit in nobis... Et ideo implebatur pace, quia impletus fuerat contumeliis’. Cf. supra 35, 25 sq.

24. *gratia*] 1 Tim. 1, 14.

APPENDIX.

Quod infra legitur commentariolum in Ps. L humanissime mihi ex cod. Casinensi LVII (saec. XI) p. 385 sq. transcribendum curavit vir cl. D. Ambrosius Amelli. Nescio enim quo casu factum est ut, qui hunc tractatulum in Bibliothecae Casinensis vol. II Florilegio edituros se promiserant, eius omnino obliviscerentur. Quem quidem licet ab ipso Hieronymo latine dictatum prolatumve minime existimem, tamen non desunt quae suadeant ex tractatibus graeco sermone a S. Patre habitis emanasse.

INCIPIT DE PSALMO L. SANCTI HIERONIMI.

In finem, psalmus David, cum venit ad eum Nathan propheta, quando intravit ad Bersabee. Dicitur manifeste David, sicut titulus eius docet: Syri autem hunc psalmum ex persona eorum qui erant in Babylonia dicunt, titulos de psalmis quia tulerunt.

Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Qui beatam misericordiam et sempiternam desiderat habere vitam, multitudinem miserationum Dei requirat: praesens enim et temporalis misericordia parva est. Et aliter, quia David post sententiam Dei adversum se illatam dixit 'Peccavi' et audivit a Nathan propheta 'Non morieris, Dominus indulsit peccatum tuum' (non enim indulta fuerat ei mors filii neque tyrannide Abessalon neque concubinarum moechia); ideo petiit multitudinem miserationum Dei. Propterea autem dicit *Amplius lava me,* quia liberatus est a morte, non tamen tribulationibus.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci. Multi dicunt: quia rex erat David, quasi potestatem habens in servum suum dicit non se peccasse iniuriam nisi soli Deo, qui indignatus est in praevaricatione eius. Ostenditur autem quia omnis, qui peccat, Deo peccat creatori et legis datori, quando in proximo suo peccat. Sic enim et Abimelech prohibitus est in Deo peccare propter Sarram uxorem Abraham. Similiter et Dominus noster in die iudicii nostra in se refert, dicens: 'Quod uni ex minimis istis non fecistis, nec mihi fecistis'.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Si David praevaricavit, quare

3 *Bersabee*] *Bersabeae* cod. 10 *adversum*] *aversum* cod. 12 *fuerat*] scripsi; *fuerit* cod. 13 *moechia*] *maechia* cod. 17 *dicit*] *dicet* cod. 20 *quando*] scripsi; *quasi* cod. 24 *praevaricavit*] *prevaricavid* cod.

12. *tuum*] 2 Reg. 12, 13. 23. *fecistis*] Matth. 25, 45.

parentes accusat, sicut quidam existimant? Si enim propter iniquam conceptionem, sicut multi putant, continere se ab iniqua concupiscentia non potuit, iniuste arguitur a propheta. Si autem iuste, non propter parentes legem Dei praevaricavit: non enim peccata parentum prohibuerant eum tota vita sua placere Deo. Ignorant ergo quia qui inique agit, ipsius iniquitatis filius dicitur, sicut ipse David dicit: 'Et filius iniquitatis non apponet nocere eum'. Nunc enim matrem iniquam concupiscentiam sicut Iacobus apostolus dicit: 'Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum; peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem'. Si concupiscentia cum conceperit [parit] peccatum, manifeste qui peccat filius concupiscentiae est. Non enim erat stultus David agens paenitentiam, dampnare nuptias et suos accusare parentes.

Asperges me hysopo et mundabor. Usus est exemplo hysopi. Secundum legem fasciculus hysopi mundabat: qui per legem illi mundabantur, fasciculo hysopi aspergebantur. Mundatio est peccatorum, sicut ipse dixit: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum Deus non spernet.*

Redde mihi laetitiam salutaris tui. In hebraeo habet *Ihesu tui:* Ihesu enim quaerebat salutare, quia venturus erat credentibus in se praestare vitam aeternam.

Docebo iniquos vias tuas. Sicut rex et propheta simul hoc dicit.

Libera me de sanguinibus, Deus Deus salutis meae. Propterea haec dicit, quia propter iniquitatem suam et filius eius, qui de adulterio natus fuerat, mortuus est: similiter et Abessalon, et multi qui cum eo erant, in bello mortui sunt; et pro hac causa dicebat *Et peccatum meum ante me est semper.* Et aliter, quia etsi iam dimissum fuerat peccatum, bonum est semper pro eo precari Deum, sicut Esaias dicit: 'Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me: tu autem reminiscere'.

Et aedificentur muri Hierusalem. Hoc est quod dicit: si benigne feceris ut aedificentur a filio meo muri Hierusalem et ipsum templum, *tunc acceptabis sacrificium iustitiae*, quod pro peccatis offerebatur non mortalibus.

3 *Si autem*] scripsi; *si enim* cod. 10 *parit*] addidi ex coniectura. 13 *exemplum*] *exemplo* cod. 14 *fasciculus*] *fasciculos* cod. *mundabat*] *mundabant* cod. 23 *qui*] *qua* cod. 1 m; *i* postea addita est, *a* tamen non deleta. *natus*] *nata* cod. 25 *dicebat*] *dicebant* cod. 26 *bonum est semper pro eo*] *bonum in eo si semper* cod. 1 manu. 30 *et ipsum*] *et in ipsum* cod.

7. *eum*] Ps. 88, 23.
9. *mortem*] Iac. 1, 15.
18. *habet Ihesu*] cf. supra 32, 19; 66, 24; 145, 18; 216, 23 etc.
21. *rex et propheta simul*] cf. supra 198, 3.
28. *reminiscere*] Is. 43, 25 sq.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiae. Non quia in Sion acceptabilia non erant, ante quam aedificaretur templum a Salomone, hoc dicit; sed timens ne propter suum peccatum, sicut iniuriam passus est, et hoc auferretur ab eo, quod aliis promisit, ut filius eius aedificaret templum.

2 *erant*] *erat* cod. 3 *auferretur*] *auferetur* cod.

BRVGIS FLANDRORVM. TYP. DESCLÉE, DE BROUWER ET SOC.

ANECDOTA MAREDSOLANA

SEV

MONVMENTA ECCLESIASTICAE ANTIQVITATIS
EX MSS. CODICIBVS NVNC PRIMVM EDITA
AUT DENVO ILLVSTRATA

OPERA ET STVDIO

D. GERMANI MORIN
Presbyteri et monachi Ord. S. Benedicti Maredsolensis.

VOL. III PARS III

SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI TRACTATVS NOVISSIME REPERTI.

MAREDSOLI
apud Editorem.
OXONIAE apud J. PARKER & Filium Bibliopolas.
1903.

SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI

TRACTATVS SIVE HOMILIAE in Psalmos quattuordecim.

DETEXIT, ADIECTISQVE COMMENTARIIS CRITICIS
PRIMVS EDIDIT

D. GERMANVS MORIN.

ACCEDVNT

EIVSDEM SANCTI HIERONYMI

IN ESAIAM TRACTATVS DVO
ET GRAECA IN PSALMOS FRAGMENTA

ITEM ARNOBII IVNIORIS

EXPOSITIVNCVLAE IN EVANGELIVM
NVNC PRIMVM EX INTEGRO EDITAE

VNA CVM PRAEFATIONE ET INDICIBVS
AD VOL. III PART. II ET III.

MAREDSOLI
apud Editorem.
OXONIAE apud J. PARKER & Filium Bibliopolas.
1903.

PERMISSV SVPERIORVM.

PATRI · OPTIMO · REVERENDISSIMO

HILDEBRANDO · DE · HEMPTINNE

ABBATI · ORDINIS · BENEDICT · PRIMATI

QVOD · IN · HAC · TEMPORVM · ACERBITATE

TOT · INTER · EXIGVAS · MENTES

INLIBERALES · ANIMOS

MIRVM · IN · MODVM · INTELLEXERIT

NVNC · ETIAM · PRODESSE · ECCLESIAE · XPI

LITTERATOS · SVOS

NEC · PLANE · VMQVAM · RESTITVTVM · IRI

ANTIQVVM · MONASTICAE · FAMILIAE · DECVS

NISI · CONIVNCTO · CVM · VITAE · SANCTITATE

QVA · DEO · ERIT · ACCEPTIOR

DOCTRINAE · STVDIO · ET · AMORE

QVO · FIAT · ERVDITIOR

PRAEFATIO.

Hieronymi opuscula huius tomi partibus II et III contenta.

I. Res quidem tempusque me adducunt, ut in emittendis tandem aliquando Hieronymi tractatibus seu homiliis postremo repertis pauca, quae erunt necessaria, quam brevissime ac velut primis lineis notare satis habeam; cum vero et eiusmodi brevitas Anecdotorum meorum adprime conveniat rationi, et geminam de Hieronymo concionatore iam commentationem ediderim antea (1), quod hic deesse videatur, vix aegre fero.

Imprimis libet, quae ex D. Hieronymi opusculis huiusce tertii voluminis partibus II et III continentur, per summa capita commemorare. Haec enim :

1° Tractatus LVIIII in librum Psalmorum, quorum maior portio in Breviario apocrypho multa per saecula sepulta erat, adulteris mercibus immixta, reliquae vero particulae, eaeque ad delectationem lectoris aptissimae, nondum in luce collocatae fuerant.

2° Tractatus X in Marci Evangelium, qui inter silvam homiliarum latinarum D. Iohanni Chrysostomo falso adscriptarum in antiquis editionibus adhuc latebant.

3° Itemque decem alii de variis argumentis, et ipsi densissimis Chrysostomi Augustinive appendicibus hucusque admixti, atque insuper etiam interpolamentis vel foeda detruncatione deformati (2).

---

1. « *Les monuments de la prédication de saint Jérôme* » (*Revue d'histoire et de littérature religieuses*, t. I, 1896, pp. 393-434). — « *Quatorze nouveaux discours inédits de saint Jérôme sur les Psaumes* » (*Revue Bénédictine*, t. XIX, 1902, n. 2, pp. 113-144).

2. In numero non duco *Fragmenta de libro Numerorum*, p. 419 sq., quippe quae ex Origenis a Rufino translata in Iudic. homilia VIII sint excerpta, veluti nec tractatulum de Psalmo L, p. 421-3, de cuius auctore difficile iudicium videtur.

4° Altera series Tractatuum XIV in Psalmos in codicibus italicis postmodum inventa et ex toto adhuc inedita.

5° In Isaiam Tractatus II ab aliis iam evulgati, nunc vero novis curis emendati et inlustrati.

6° Denique pauca quaedam ex graecis in Psalmos fragmentis, quibus Hieronymi nomen inscriptum est.

Quibus testibus singularum partium innitatur auctoritas, ac quorum codicum ope editae seu recognitae sint, breviter iam explicare placet.

Eorum auctoritas interno charactere idoneisque testimoniis comprobata.

II. Quod quidem ad LVIIII priores de Psalmis Tractatus adtinet, ii profecto hoc ipso ab emunctae naris hominibus genuinus Hieronymi fetus sine magno labore agnoscentur, quod universi in diu neglecta codicum familia (1) reperti sunt, quae illa omnia et sola ex apocrypho Breviario comprehendat, in quibus propria Hieronymiani ingenii vena iam olim doctissimis viris vel inter tot assumentorum pannos vere et aperte sese ostenderat (2). Quo enim alio pacto res expediri possit, haud plane video : praesertim cum et antiqui librarii plenioribus in totum Psalterium Commentariis potissimum inhiarent, et quae a pseudepigrapho Breviario aliena in praedictis LVIIII Tractatibus leguntur, ea, uti evidenter ostendisse confido, eam speciem referant, quae manifeste Hieronymum, et hunc « in conventu fratrum » Bethlehemitico de Scripturis disputantem, arguat.

Ceterum testes habemus omnino idoneos, saltem pro quattuor prioribus ac praecipuis tractatuum ordinibus ; quorum singuli in medium sunt producendi (3).

1. Quamquam iam olim librariis nota erat, et a vulgato in Psalterium integrum Breviario probe distincta ; quod planum faciunt *Catalogi bibliothecarum antiqui* ap. G. Becker, 6, 73-74 ; 8, 36 ; 33, 32 ; 95, 68.

2. Cf. horum Anecdotorum t, III, 1, Praefat. p. 1 sqq.

3. Omitto Alcuinum, Florum Lugdunensem, ac ceteros aetate inferiores.

α. S. Augustinus in Epistula CXLVIII non serius an. 413 ad Fortunatianum scripta, n. 13 sq. :

> Ne multa commemorando maiores moras faciam, hoc unum sancti Hieronymi interpono... Cum ergo ille vir in Scripturis doctissimus Psalmum exponeret, ubi dictum est : *Intelligite ergo qui insipientes estis in populo, et stulti aliquando sapite. Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat?* inter cetera : « Iste locus, « inquit, adversus eos maxime facit, qui Anthropomorphitae sunt ; qui « dicunt Deum habere membra, quae etiam nos habemus. Verbi causa, « dicitur Deus habere oculos : quia oculi Domini respiciunt omnia, « manus Domini facit omnia. *Et audivit*, inquit, *Adam sonum pedum* « *Domini deambulantis in paradiso.* Haec simpliciter audiunt, et huma- « nas imbecillitates ad Dei magnificentiam referunt. Ego autem dico, « quod Deus totus oculus est, totus manus est, totus pes est. Totus ocu- « lus est, quia omnia videt ; totus manus est, quia omnia operatur ; « totus pes est, quia ubique est. Ergo videte quid dicat. *Qui planta-* « *vit aurem, non audiet? aut qui finxit oculos, non considerat?* Et non dixit, « Qui plantavit aurem, ergo ipse aurem non habet ; non dixit, ergo ipse « oculos non habet. Sed quid dixit ? *Qui plantavit aurem, non audiet?* « *qui finxit oculos, non considerat?* Membra tulit, efficientias dedit. »

Atqui ipsissima haec legere est supra, Tract. de Psalmo XCIII, p. 129.

β. Cassiodorius Senator, In Psalt. Praef. c. 1 (Migne P. L. 70, 12 sq.) :

> Animadvertendum est quoque Spiritum sanctum sic fuisse prophetis sanctissimis attributum, ut tamen ad tempus pro infirmitate carnis et contrarietate peccati ab ipsis offensus abscederet, et iterum placatus sub opportunitate temporis adveniret. Unde et sanctus Hieronymus exponens evangelistam Marcum, in loco ubi ait de Ioanne, *Vidit apertos caelos, et Spiritum tamquam columbam descendentem et manentem in ipso*, ita evidenti ratione tractavit, ut nemo contra ipsius sententiam venire praesumat.

Porro hoc aliudve huiusmodi frustra in Pseudo-Hieronymi Expositione in Marcum quaesieris (Migne P. L. 30, 614 sq.) ; immo vero adprime respondet iis, quae in nostra De principio Marci homilia p. 326 sq. inveniuntur : « Videte quid dicat : « *manentem*, hoc est perseverantem, hoc est numquam receden- « tem... In Christo Spiritus Sanctus descendit, et permansit ;

« ceterum in hominibus descendit quidem, sed non permansit. « Denique in volumine Iezechielis... non transeunt viginti ver- « sus aut triginta, et statim dicitur, *Et factus est sermo Domini « ad Iezechiel prophetam*. Dicat aliquis : Hoc quare tam crebro « ponitur in propheta ? Quoniam Spiritus Sanctus descendebat « quidem in prophetam, sed rursum recedebat. Quando dicitur. « *Et factus est sermo*, ostenditur quia Spiritus Sanctus, qui reces- « serat, rursum veniebat. Quando enim irascimur » etc.

γ. Idem Cassiodorius, Exposit. in Ps. XLI (Migne P. L. 70, 300 sq.) :

> Sed in his nominibus illud meminisse debemus, quod beatus Hieronymus ait : « Omne psalterium sagaci mente perlustrans, numquam « invenio quod filii Core aliquid triste cantaverint : semper enim in « psalmis eorum laeta sunt et iucunda ; saecularibusque contemptis « caelestia et aeterna desiderant, congruentes interpretationi nominis « sui. »

Et ibi quidem Cassiodorii editor Garetius noster lectorem remittit ad Expositionem tituli psal. LXXXIV, quae olim in Breviario, nunc in Tractatibus legitur p. 92. Verum scite animadvertit vir cl. Ericus Klostermann ([1]), neque in Tract. de psalm. LXXXIII. LXXXIV, neque in Epist. LXV, n. 4, ipsa omnino verba legi, quae modo adlata sunt ; quapropter propius fidem ei visum est, Cassiodorium ad quamdam Hieronymi de psal. XLI homiliam respexisse, praesertim cum ipse S. Pater in praedicta epist. LXV scribat : « Qui sint autem filii Core... in quadragesimo primo psalmo competentius disputatur. » Quod autem demiror, haud vidit vir doctissimus, vitiosa credo interpunctione deceptus ([2]), ab iisdem plane verbis incipere in nostra editione Tractatum in Ps. XLI ad Neophytos, p. 410 sq.

δ. Trino igitur testimonio de homiliis, quae secunda voluminis parte continentur, audito, iam de reliquis hucusque ineditis, quae tertia parte exhibentur, ad alium sponsorem convertamur, eumque omni exceptione maiorem, ipsum videlicet Hieronymum,

---

1. *Göttingische gelehrte Anzeigen*, 1898, n. 8, p. 597.
2. Garetius ita verba distinxit : « meminisse debemus quod beatus Hieronymus ait, omne psalterium sagaci mente perlustrans. Nunquam invenio quod *filii Core* » etc.

qui circa finem Tractatus de Ps. xv, p. 31, sua se voce hunc in modum prodit :

> Notandum quoque, quod in hoc loco ubi nos legimus *Adimplebis me laetitia*, Theodotion dixerit *Septem laetitiae* et *Cum vultu tuo delectatio in dextera tua. Victori* ; et Aquila et Symmachus transtulerunt *Plenitudo laetitiarum cum facie tua*, vel *apud faciem tuam*, et reliqua. Quaeritur ergo quare Theodotion septem pro plenitudine dixerit? Quod quidem facile sciet, qui hebraeae linguae saltim parvam notitiam habuerit. *Saba* enim verbum, UT IN LIBRO QUOQUE HEBRAICARUM QUAESTIONUM DIXIMUS, quatuor res significat : plenitudinem et satietatem, iuramentum et septem.

Quid adhuc studii his tractatibus a viris litteratis adhibendum.

III. Ergo inde capiatur principium, ut seligantur tractatus talibus auctoribus comprobati, ex quibus deinde excerpantur notabilia quaeque, maxime dictiones peculiares, quibus frequentissime utitur orator. Quae quidem ultro se ita ingerunt, ut nullo negotio vocabulorum index confici possit, quo lydio quasi quodam lapide statim agnoscatur quidquid umquam ex Hieronymi concionantis ore prodiit. Hunc laborem a me susceptum diligentius exercendum aliis relinquo, satisque habebo nonnulla ex iis specimina exempli causa proferre :

> Videte quid dicat ... Hoc est quod dicit ... Quod dicitur, hoc est ... Dicat aliquis ... Hoc totum quare dixi? ... Dicamus et aliter ... Simpliciter interpretari ... Rem dico novam ... Rem novam video ... Hoc interim secundum historiam ... Secundum litteram stare non potest ... Multa sunt quae dicantur, sed hora excludimur ... Vim facere scripturae ... Necessitate ergo compellimur ... Ergo sensus iste est ... Diximus de ... dicamus de ... Ubi sunt qui dicunt ...? O si et nos ... Secundum intellegentiam spiritalem ... Ad reliqua festinat oratio ... Secundum habraicam veritatem ... Frequenter dixi ... Usque hodie ... Videte mysterium ... Videte significantiam ... Videte nominum sacramenta ... Videte clementiam prophetae ... Videte consequentiam scripturarum ... Ego simpliciter dico ... Vultis scire ...? Ego puto ... Simulque considerate quid dicat ... Non est istius temporis ... Nihil sic Deo placet quomodo ... In singulis versiculis immorari ... Rem videor difficilem dicere ... Respondeant nunc ... Non quo ... sed quo ... Prudens lector ... auditor ... Breviter perstringere ... Longum est nunc dicere ...

Longum est, si velimus ... Simulque considerate ... Si non aliquis ... Rem dico ridiculam ... Non est grande ... Infinita replicare ... Ad psalmi ordinem revertamur ... Super persona Domini accipere ... secundum anagogen ... tropologiam ... Simulque observandum, quod ... Si cui tamen de ea recipere testimonium placet ... Sive aliter ... Quantum in memoria mea est ... Hoc locus adversum eos facit, qui ... Hoc adversus ... Audi haeretice ...

Ea igitur, ut Hieronymi genus ex tempore dicendi, quod hucusque omnes fere praeteribat, recte percipiatur, singulis tractatibus tamquam obrussa imprimis adhibenda erit ratio. Neque id satis esse existimo : quin contra multa etiam alia ordine erunt inquirenda, utputa, quo circiter anno homiliae sint habitae (1) ; ecquid una vel altera graeco sermone sit pronuntiata (2); quid commodi ex eis ii haurire possint, qui sacrorum Bibliorum studio operam dant, qui ecclesiasticae antiquitatis memoria delectantur, qui documenta liturgica dogmatumve fundamenta scrutantur, vel qui denique philologicis disciplinis incumbunt. Quae quidem omnia in utrisque quas initio commemoravimus dissertationibus breviter complexi sumus; sed tamen labori atque industriae etiam nunc campus patet amplissimus,ad quem investigandum indices in huius voluminis fine congestos aliqua fortasse usui fore speramus.

Haud uno vitio laborare Hieronymianam eloquentiam, infitiandum non est.

IV. Illud vero unum haudquaquam alteri relinquendum esse

---

1. Multiplicibus indiciis annum fere 401/402 subindicari alias notavi. Nec obstat quod legitur in Tract. de Ps. CVIII, p. 191 sq. « Respondete mihi, o Iudaei ... Ecce nunc quadringenti anni : quare non est missus ad vos propheta?... Ecce quadringenti anni sunt. Sed tunc dereliquistis Dominum, et idola colebatis : nunc autem Dominum crucifixistis et interfecistis. » Nam et Arnobius Afer sub initium quarti saeculi, et pseudosynodi Antiochena an. 345, Sardicensis an. 347, Eusebius quoque Caesariensis, qui diem obiit an. 340, necnon S. Hilarius Pictaviensis episcopus, S. Zeno Veronensis, S. Philastrius Brixianus eadem chronica notatione usi sunt (Cf. Balleriniorum dissertationem primam de S. Zenonis operibus, cap. 2, § 1, ap. Migne P. L. 11, 41 sq.). Quid quod in nostri Hieronymi epistula 129, ad Dardanum, an. 414 tradita legitur : « Post eversionem templi (= post an. 70) paulo minus per quadringentos annos et urbis et templi ruina permaneat »?

2. Conf. principium Tractatus de Ps. 143, p. 278, l. 19 sq. et graeci sermonis reliquias quae passim inveniuntur, ut p. 373, 13 sq. « Mundum istum terrenum locum dicit, τὸν περίγειον (ita legendum esse contendit Ericus Klostermann, non περισσὸν) τόπον λέγει » ; p. 374, 1 sq. « Generaliter disputavit, καὶ κατακερματίζει αὐτό » etc.

censeo, occurrere vitiis reprehendendisque defectibus, quorum existimator quivis versutus ac sollers in ipsis tractatibus non utique reperiet nulla.

Non hic agitur de minore sermonis elegantia, quippe cum inter omnes constet, a seipsis plerumque viros mire differre ceteroquin in scribendi arte versatissimos, cum subito orationes habere coguntur. Nominatim proferam Ambrosium, a quo conciones aliquot quales prolatae sunt habemus, easdemque postea domestico labore ita retractatas, limatas, expolitas, ut vix ab eodem auctore editae videantur. Nonne ipse Hieronymus noster in homiliis Origenis latine reddendis adeo incomposito, agresti, semibarbaro (1) utitur sermone, ut non nunquam aegre dignosci possit? Quod quidem viri vel eruditissimi proprio impendio ita esse didicerunt (2).

Neque in iis commorabor, quae ab auditoribus, dum S. Patris verba calamo exciperent, manifeste vitiata sunt, ut plerumque hebraica vocabula (3). Etenim de ceteris opusculis suis iam praemonebat Hieronymus Lucinium : « Si paragrammata repereris, « vel minus aliqua descripta sunt, quae sensum legentis impe- « diant, non mihi debes imputare, sed tuis, et imperitiae nota- « riorum librariorumque incuriae, qui scribunt non quod inve- « niunt, sed quod intellegunt ; et dum alienos errores emendare « nituntur, ostendunt suos (4). » Idem alibi : « Non sum, inquit,

---

1. Lege Fr. Florii libellum *De ss. Hilario et Hieronymo Origenis interpretibus* (Bononiae, 1789), cuius primus articulus inscribitur : « In Homiliis Origenis latine reddendis sanctus Hieronymus elegantiam neglexit ». Et argumenti loco adferuntur quaedam dictiones et humilioris latinitatis vocabula, quibus squalent Homiliae in Ieremiam et Ezechielem, ut sunt *animas hominum regnatas a peccatis* (Migne P. L. 25, 616 B), *inanimales nubes* (ibid. 657 B), *alieni eramus testamentorum et repromissionis* (ibid. 720 A), *intentatio* (746 C), etc.

2. Norunt eruditi a Vallarsio primum pernegatum, novem Origenis in Isaiam homiliarum latinum interpretem Hieronymum fuisse : ita nimirum a tanti viri ingenio dissidere eas opinabatur, ut ipsomet fatente « mirari non desineret, doctissimos viros habere illas pro Hieronymianis potuisse ». Stilus in primis ei abiectus esse videbatur, ac venia omnino carere id genus vocabula *figuraliter*, *invenibile*, *illud negotiorum*, *magniloquax*, *sufficiens isto*, atque his similia (Praefat. in tom. IV, Migne 24, 13-16). Post annos vero fere triginta a sententia destitit, utque erat simplicis veritatis amicus, ingenue professus est, dubio reliquum esse locum non posse, quin Adamantii Homilias in Isaiae Visiones ipse magnus Hieronymus latinas fecisset. (Cf. Admonit. ap. Migne, ibid., col. 935 sq.).

3. Ut puta *Chobar* pro *Chorrath* (204, l. 7), *zecam* pro *cazab* (ibid., p. 214, l. 14), *salun* pro *Iason* (III 27, 6), etc.

4. Epist. 71, n. 5.

« tantae felicitatis, quantae plerique huius temporis tractatores, « ut nugas meas, quando voluerim, emendare possim. Statim ut « aliquid scripsero, aut amatores mei, aut invidi, diverso quidem « studio sed pari certamine, in vulgus nostra disseminant ([1]). » Ex his colligere possumus, quid ipse sensisset conspiciens simplices huiusmodi Tractatus se ignorante a nescio quo litteris raptim consignatos.

Verumtamen plurima etiam insunt σφάλματα, quorum culpam merito in ipsum Hieronymum contuleris : v. gr. quod exempla e sacris scriptoribus sumpta alienis interdum nominibus adlegantur (49, 10 ; 136, 29 ; III 88, 20) ; insuper ipsa exempla adeo confuse et indiligenter proferuntur, ut iure oratorem auditorum inscitia immoderate abuti suspiceris (140, 26. 28 ; 147, 20 ; 156, 11 ; 244, 25 ; 289, 10 ; 324, 16 ; 369, 21 ; 387, 9 ; 411, 24 ; III 51, 9 etc.). Ut nonnulla singulatim percenseam, perturbato ordine referuntur duae piscationes (330, 27), duae eiectiones e templo (360, 24), et ea quae de Transfiguratione Domini narrantur (348, 3) ; Bel insuper pro Nabuchodonosori statua ponitur (289, 10), Selom pro Onan (408, 19), nominis Amos mendose litterae computantur (III 98, 1), mira etiam inconstantia in vocabulis hebraicis mystice interpretandis (III 20, 21 ; 33, 2 ; 47, 7). Quae sane vitia ne sedato quidem animo scribens, nedum ad fratres fundens homilias, omnino vitavit Hieronymus (Cf. inter alia Migne P. L. t. 23, 247, not. 1 ; ibid., col. 598, not. 3 ; t. 24, 608, not. 1 ; t. 25, 278, not. 2 ; ibid. 957, not. 2, etc.). Quid multa ? Haud equidem negarim, Nostrum aliquando in enuntiandis etiam dogmatibus minus caute se gessisse, utputa cum de ***humana*** in Christo ***persona*** loquitur (III 47, 7), aut ***non Deum Verbum, non hominem compositum, sed animam descendisse ad inferos*** aperte contendit (III 29, 14). Quamvis enim magnus Hieronymus, quamlibet eruditus, attamen homo erat, et humana passus est ([2]).

---

1. Epist. 49, n. 2.

2. Quod Tract. de Ps. 128 initio dicitur, ***Ego autem qui quadraginta aut quinquaginta annorum coepi servire Domino***, illud profecto facit, ut iis facilius adsentiatur, qui Hieronymum anno 374 monasticae vitae addictum, 331 natum esse contendunt. Verum iure animadvertit Tillemontius, S. Doctorem in temporum rationibus perscribendis minime accuratum esse. Immo vero forsitan

Quod tamen censores peritissimos non impedivit, quominus ipsum Hieronymum loquentem agnoscerent.

V. Ceterum has aliasque maculas haud ita graviter tulere, qui deficientibus licet prolegomenis indicibusque horum Tractatuum examen instituere non exhorruerunt, sapientissimi huius temporis Aristarchei ; qui omnes uno animo de eorum origine atque utilitate consentiunt. Nominatim commemorare libet A. Hilgenfeld (1), P. Lejay (2), P. Wendland (3), P. Batiffol (4), Grützmacher (5), G. Cirot (6), G. Pfeilschifter (7), G. Wildeboer (8), necnon mihi amicissimum ac desideratissimum Samuelem Berger (9), qui biblico imprimis textui atque liturgicis, ut aiunt, pericopis considerandis operam dedit. Verum prae ceteris de Hieronymo tractatore optime meritus est vir doctissimus idemque erga me vere benevolus Ericus Klostermann (10), qui eorum quae scripsit et amplitudine et auctoritate superavit omnes. Unus, nisi fallor, ex omnibus rem in incerto reliquit H. Oort (11), quem licet alias peritissimum, vix in eo genere exercitatum puto, qui de huiusmodi quaestione singulari atque difficillima sumatur arbiter.

---

hoc loco non de seipso sed de monachis in commune locutus fuerit. Neque aliter dixerim de iis, quae in Tract. de Ps. 132 (p. 246, l. 10) leguntur : *Frater meus saecularis (quod de me loquor, de singulis loquor) non tantum me amat, quantum substantiam meam.* Cf. Vallarsii Admonitionem ap. Migne t. 26, p. 851-2.

1. *Berliner philologische Wochenschrift*, 19 febr. 1898, an. XVIII, n. 8, col. 231-4. Quod autem vir eruditus adseverat duplicem panum multiplicationem in Evangelio « parabolam » aeque ac « historiam » Hieronymo fuisse, ad memoriam revoco, vocabulum « parabolam » pro quavis sacrae Scripturae περιχοπῇ apud antiquos in usu inveniri. Cf. *Revue Bénéd.*, ian. 1902, t. XIX, p. 10 sq.
2. *Revue critique*, 28 ian. 1901, an. XXV, p. 66-70,
3. *Deutsche Litteraturzeitung*, 4 sept. 1897, an. XVIII, n. 35, col. 1361-5.
4. *Revue Biblique*, mense iul. 1897, t. VI, p. 491.
5. *Theologische Literaturzeitung*, 22 ian. 1898, an. XXIII, col. 48-50.
6. *Revue des Universités du Midi*, april.-iun. 1898, t. IV, an. XX, p. 238-247. Latius exsequitur omnia fere quae adversus suppositicium *Breviarium* dici poterant, eaque contra *Tractatus* a nobis editos nihil valere ostendit.
7. *Wochenschrift für klass. Philologie*, 1 ian. 1898, an. XV, col. 11-14.
8. *Museum*, febr. 1898, an. V, n. 12, col. 376-7.
9. *Bulletin critique*, 25 sept. 1897, an. XVIII, ser. 2, t. III, n. 27, p. 511-518. « L'histoire du texte biblique rend un témoignage sans mélange à l'origine hiéronymienne de tous les sermons que nous avons étudiés » (p. 514).
10. *Göttingische gelehrte Anzeigen*, 1898, n. 8, p. 585-602.
11. *Theol. Tijdschrift*, 1898, p. 203-207.

De codicibus a me adhibitis pro LVIIII prioribus tractatibus edendis.

VI. Agedum de codicibus, qui Hieronymi tractatibus edendis inservierunt, breviter dicamus. Nam cum hoc opus propositi mei minime primum fuerit, sed Caesarii Arelatensis quae supersunt investiganti quasi per insidias se intruserit, id saltem mihi iniunxi, ut nequaquam editionem omnibus numeris absolutam molirer, sed satis haberem, neglecta illa Hieronymiani ingenii monumenta honeste ac decenter saeculi mei hominibus semel proposuisse. Itaque non omnes, quos invenire contigit, libros excussi, sed eos demum, quibus quod volebam adsequerer. Noli igitur mirari, multa eaque optima exemplaria praetermissa esse, immo abstinuisse me quominus manu scriptos codices in species familiasque distinguerem; quippe qui nondum advenisse tempus idoneum censerem, neque in huiuscemodi παρέργῳ vellem aetatem consumere.

A. Codex Collegii Pembrochiani Cantabrigiensis H. 2, saec. IX/X. Erat Bur. S. Edmundi J. 3; de quo vir incredibilis industriae M. R. James in commentario *On the Abbey of S. Edmund at Bury*, p. 63, itemque H. Schenkl in *Bibliotheca Patr. Lat. Britannica*, t. 2, part. 2, n. 2509. In eo primum integram ac genuinam homiliarum seriem inveni, cuius excerpta dumtaxat antea Lutetiae Parisiorum reppereram. Hunc mihi anno 1888 S.S. Lewis, Collegii Corporis Christi in eadem Universitate olim socius ac bibliothecarius, quae eius humanissima fuit benignitas, et qui nemini desiderium sui facile non reliquit, prae manu habendum obtinuit. Librum secundo contuli Cantabrigiae mense febr. 1895. Qui quidem duabus columnis descriptus est, neque ullo prima manu titulo insignitus; sed in fine legitur: FINIT TRACTATUS PSALMORUM $\overline{\text{SCI}}$ HIERONIMI $\overline{\text{PRBI}}$ INFRA SCRIPTIS PSALMIS NUMERO LXVIIII (*sic*). *Havere te in Domino semper optamus pater dilectissime.* Sequuntur versus:

Mentes huc vestras lectores vertite cuncti,
Psalteriumque pia voce sonate sacrum.
Sponsi delicias veri si corde fovetis,

Cantet amor mentis, psallat opus fidibus.
Haec vobis cecinit regum fortissimus heros,
Vates ille David, quae celebranda monet.
Ast ego prospiciens passim florentia rura,
Per iuga, per montes Hieronimus gradior ;
Puniceos flores carpens et lilia blanda,
Vitem cum pomis, pascua mitto piis.

Ultimis paginis insunt nomina mensium, Translatio S. Bartholomaei inchoata *(Est in India quaedam civitas)*, aliaque excerpta quae ad mores pertinent, inter quae singulare hoc ἐπιστόλιον cuiusdam ignoti de ordinatione sua deprehendi :

> Ego plane licet fedus et te et omnia tua pulchra conspexi, et memetipsum in comparatione tua satis indecorum vidi. Unde precor gratiam Dei, quae in te exuberat, ut non respuas deprecantem, sed libenter doceas quae me fateor ignorare. Compellimur igitur necessitate facere quod prohibes. Peritus enim dum non reperitur, qui ad officium sacerdotale veniat, quid faciendum est, nisi ut imperitus, sicut ego sum, ordinetur ? Iubes enim, ut non ordinetur imperitus. Sed pertractet prudentia tua, ne forte ad peritiam sufficiat ei scire Christum Iesum, et hunc crucifixum.

Quod ad indolem textus hieronymiani pertinet, is plerumque haud magni faciendus. Multa habet ex libidine mutata vel imperite emendata ; graeca aliaque peregrina vocabula aut omissa aut turpiter deformata. Ex notis in margine passim adpositis apparet, nonnulla tractatuum loca in monachorum olim synaxibus lecta fuisse.

B. Codex Audomaropolitanus 89, saec. IX, erat monasterii Sancti Bertini, sub numero 153 in catalogo anni 1861 descriptus ([1]). Initio manu coaeva praemissus est index nominum fere 270, quae ad Novam Corbeiam in Saxonia pertinere ostendit vir ille gallicanae eruditionis nostra aetate facile princeps Leopoldus Delisle ([2]). Tractatus in Psalmos tacito auctoris nomine inscribuntur EXPOSITIO PSALMORUM. Inter folia 41 et 42 mutilo

1. *Catalogue général des Mss... des départements*, (in-4°), t. III, p. 83.
2. *Bibliothèque de l'École des Chartes*, t. LX, an. 1899, p. 215-227.

libro deficit extrema pars tractatus de Ps. 81, et reliqua usque ultima verba tractatus de Ps. 86; folia 94-107 ex alio postea codice suppleta sunt; itemque omnia in fine desiderantur a verbis *Videte quid dicat. Laudate ea...* (p. 310, l. 15). Ceterum codex bonae notae est, et cum Corbeiensi, de quo infra, plerumque consentit; quos ambos in hac editione instituenda potissimum secutus sum. Et Bertinianum quidem laudati Leopoldi Delisle beneficio Lutetiam Parisiorum transmissum meo commodo examinare et cum Corbeiensi conferre potui.

C. Codex olim Corbeiensis, deinde San-Germanensis 753, nunc Parisiensis Lat. 12152, saec. IX/X, foll. 178, lepida manu scriptus. Fol. 1v inscribitur LIBER HIERONIMI IN EXPOSITIONE PSALMORUM. Fol. 1r praefixus est index: « Hi sunt psalmi qui hic expositi sunt a sancto Hieronimo presbitero. Beatus vir » etc. Ceteris codicibus praestare mihi visus est, non solum in sensu, sed et in ortographia; nisi quod in exemplis e sacra Scriptura sumptis recentiores versiones in antiquioris locum haud raro subrepsere. Unus fere ex omnibus integer est, nullis interpolamentis auctus, nulla dilaceratione imminutus; quem idcirco scrupulosius excutiendum esse existimavi, iis tamen neglectis quae posterior nescio quis eruditulus perperam emendare curavit.

G. Codex Sangallensis 109, saeculi ut videtur octavi, non una eademque manu scriptus, litteris plerumque rudioribus, et quae ad scripturae langobardicae similitudinem accedant. Medio in tractatu de Ps. 149 truncatus deficit, aliaque passim in eo desiderantur, ab inconsultis vero additamentis correctionibusve ferme purus est; a scribis videlicet minus peritis exaratus primigeniam sermonis faciem nobis haud semel unus, nonnunquam cum P, de quo mox dicetur, quadam exhibita affinitate servavit. Et quod dicere pene oblitus fui, praefixa volumini inscriptio est INCIPIT DISPOSITIO SANCTI HIERONIMI PRESB. SUP. SAL. Porro ambos Sangallenses (G et S) celeberrimae illius bibliothecae procurator Dr Fäh huc mihi utendos liberalissime transmisit; quos qua maxima potui diligentia autumno anni 1891 contuli.

I. Codex Musaei Britann. Reg. 4. A. XIV, litteris iricis

saec. VIII exaratus, quem descripsit Carolus Zangemeister in suo libello *Bericht über die Durchforschung der Bibliotheken Englands*, Vindobonae 1877, p. 28. Inscribitur TRACTATUS SANCTI IERONIMI PRBI IN LIBRO PSALMORUM ; a Psalmo autem 109 incipit, et pergit usque ad Ps. 149. In hoc inferior ceteris, quod nonnullas ex praefatiunculis, quae in apocrypho Breviario ante singulos fere tractatus leguntur, admisit. E contrario in tractatu de Ps. 133, post verba *evangelia tenemus* (p. 257, l. 1) reliqua omittit, statimque transit ad Ps. 136 ; qua in re miro modo convenit cum codice G. Tractatum de Ps. 149 haec sequuntur :

Fol. 102 : *Laudate Dominum ommes gentes. Iste psalmus non habet nisi versiculos quattuor... Tunc animas sanctorum illis adtribuetur regnum caelorum. Amen.* — Barbaro sermone conscripta homilia, quam Hieronymi non esse palam est. Paullo ante finem singulare quiddam legitur : *Tunc et triginta* (pro *trecenta* ?) *sexaginta quinque compaginibus membrorum animarum sanctorum Alleluia Christo aeterno in gloria cantent* (= cantabunt) (1).

Fol. 105 : EXPLICIT TRACT. SCI HIERONIMI IN LIBRO PSALMORUM. ITEM SCI HIERONIMI. *Audite me increduli . numquid de petra ista...* fol. 106^v : *in ipsa poene morte iam positis.* (Tria Origenis a Ruffino translati fragmenta, p. 419 sq.).

L. Codex olim S. Martialis Lemovicensis, deinde Colbertinus, nunc Parisiensis Lat. 2675. Multa cum aliorum tum etiam S. Caesarii Arelatensis continet miscellanea saeculo fere VIII exeunte scripta ; quibus praemittuntur excerpta e Tractatibus Hieronymi in Psalmos 1. 14. 67. 74-76. 80-81. 105. 107. 109-110. 114-115. 137. 142. 143. 145-148. Et haec quidem foll. 3^v-10^v et 20^r-33^r leguntur ; foliis vero 11-19 aevo recentiore transcriptus est « sancte et egregie recordacionis Oddoni abbatis ser- « mo nuper hortante domno Theotolone episcopo de adustione « beatissimi Martini Turonensis ecclesiae aeditus. » Porro fragmentis in Psalmos titulus praefixus est : EXPOSITIO PSALMORUM HIERONIMI PRESBITERI. Quibus licet hiulcis et in frusta concisis ideo animum adtendi, quod ex iis primum mihi in suspicionem

1. Cf. Cod. Paris. Lat. 2675, foll. 59-61.

venit, praeter apocryphum Breviarium etiam nunc nonnulla fortasse exstare exemplaria, quae genuinas Hieronymi de Psalmis orationes exhibeant.

P. Codex Parisiensis Lat. 2676, antea Colbertinus 5079, Reg. 3994 . 3 . Folia priora 1-41 saec. IX exarata continent Tractatus hieronymianos ab extremo 77° Psalmo ad 128um inchoatum. Ex quibus tamen desunt Ps. 108 . 110 . 111 . 114 . 115 integri, partim tantum Ps. 109 et 119. Insuper usque ad Ps. 83 liber plerumque ita vitiatus est, ut tertia fere pars foliorum interciderint. Quem nihilominus eadem quam supra protuli ratione inductus sum, ne ex toto neglegerem.

S. Codex Sangallensis 108, litteris langobardicis una eademque pulcherrima manu saeculo ut videtur VIII scriptus. Post « sermonem sci ysidori de fine mundi » (foll. 2-10) legitur hic titulus : IN HOC CORPORE CONTINETUR PSALTERIUM INTERP. A HIERONIMO. Librarius pro illa aetate eruditus fuit, nec graeci sermonis omnino ignarus. Frequenter ratione atque auctoritate ceteris praecellit : in hoc tamen aliquando suspectus, quod difficiles quasdam ac perobscuras lectiones proprio marte emendare haud dubitavit. Doxologias etiam in fine concionum ex se fere concinnavit vel longiores fecit ; quas in aliis quoque codicibus frequenter additicias esse semel monuisse sufficiat. Insuper in Psalmos 2 . 3 . 4 . 8 . enarrationes ex graecis haustas fontibus neque magni, uti apparet, pretii interseruit. Praeterea nonnulla certo Hieronymiana omisit, ut puta partes Tractatuum de Ps. 111 et 134, integros vero de Ps. 140 . 143 . 145 . 146, idque ex oscitantia, ne dicam ex industria, cum ne minima quidem libri portiuncula desideretur. Ex isto tamen codice ac tribus reliquis *B*. *C*. et *G*. haec mea praecipue constat editio.

De aliis codicibus quos aliquando examinare proderit.

VII. Certissimum vero est, multo plures adhuc codices exstare, eosque sane dignos qui diligenti examine perlustrentur ([1]) ; qui

1. Insuper optabile esse, ut suppositicii Breviarii exemplaria mss. accuratius perquirantur ac describantur, Paulus Lejay recte ac merito admonuit.

mihi vel postea innotuere seu etiam cotidiė innotescunt. Ex quibus saltem aliquot breviter indicare iuvat :

Cod. Gratianopol. 218 (129), olim Carthusiae Maioris, saec. XII (1), de quo in *Anecd. Mareds.* III, part. I, p. x sq. Ante Enchiridion, seu Excerpta de Psalterio, habetur nostra EXPOSITIO BEATI IERONIMI PRBI SUPER PSALMOS. In fine legitur : EXPLICIUNT PSALMI TRACTATI A BEATO IERONIMO PSBRO Hoc libro in difficilioribus tantum locis usus sum

Cod. Carnutensis 215 (174), saec. XII (2). fol. 1 : « Incipit annotatio quorumdam Psalmorum in libro qui vocatur minus Breviarium sancti Ieronimi. » fol. 2 : LIBER SANCTI IERONIMI PRESBITERI IN EXPOSITIONE PSALMORUM. Affinis videtur codici Parisien. 12152 (*C*) qui supra descriptus est.

Cod. Parisien. Lat. 2235, olim Baluzii, saec. VIII uncialibus quas vocant litteris scriptus. Quem vir cl. Paulus Lejay primus indicavit simul ac descripsit (3), cum me quidem utpote S. Gregorio perperam adsignatus effugisset. Eum, fateor, ut quam diligentissime examinarem, mihi proposueram ; sed indignissimus patriae me status a gallico rursus suscipiendo itinere hucusque deterruit.

Cod. Monacensis Lat. 14561 (olim S. Emmerammi 561) saec. VIII/IX, alteram editionem Tractatuum curaturis haud parvi aestimandus.

Cod. Monacensis 18526ª (Tegerns. 526ª) chartaceus saec. XV. Nonnulla passim desiderantur ; tractatus de Ps. 101-115 numero desunt.

Cod. Monacensis 9548, saec. XII, mutilum levisque auctoritatis exemplar.

Cod. Florentinus in Laurentiana, olim Biblioth. S. Crucis, Plut. XV dext. Cod. VIII. saec. XI exaratus (4).

Cod. Patavinus Bibliothecae Antonianae Scaff. VI, n. 5, saec. XI, ab Erico Klostermann primum mihi indicatus, a iuvene collega D. Iohanne de Hemptinne me rogante ac postmodum a meipso perlustratus mense febr. 1901. Id differt a ceteris, quod triginta nec amplius tractatus comprehendit, scilicet de Ps. 1 . 5 . 7 . 14 . 66 . 67 . 75-77 . 81 . 82 . 84 . 89 . 93 . 103 . 107 . 109 . 119 . 127 . 128 . 131 . 133 . 135 . 137 . 139-142 . 148 . 149 . In querceo libri operculo intus compactum est quod superest de rotulo emortuali Milonis cardinalis et episcopi Praenestini O. S. B. († 1103) (5). Reliqua parte continentur : Pseudo-

1. *Catalogue général des Mss. des Bibliothèques publiques de France*, Départements, t. VII, (Paris 1889), p. 78.
2. *Ibid.*, t. XI, p. 110 sq.
3. *Revue critique*, loc. cit., p. 69.
4. Bandini, t. IV, p. 471.
5. A me nuper edito in Lovaniensi utilissima ephemeride, *Revue d'Histoire Ecclésiastique*, april. 1903, pp. 241-6.

Hieronymi Expositio in Marcum, eaque, uti alibi quoque saepius vidi, in homilias distributa; S. Victorini episcopi et martyris Explanatio Apocalypsis ab Hieronymo emendata, cum eiusdem Hieronymi ad Anatolium de suscepto labore epistula; denique anonyma nec flocci facienda Expositio in Cantica Canticorum.

Cod. Biblioth. Nation. Madritensis 5, 36, olim Toletanus, saec. X litteris wisigothicis scriptus (1). Fol. 131^v « incipiunt homelias beati iohanni os aureum. *Ve mundo ab scandalis*... Videtur quidem specialiter designare » (*Anecd. Mareds.* III^2, p. 373-376); foll. 137-194^v leguntur, et quidem Hieronymi nomini addicti, Tractatus de Ps. 119. 127. 128. 131-133. 135-137.

De codicibus quibus altera in psalmos series suppeditata est.

VIII. Quattuor codicibus usus sum, quos nuper descripsi, cum de quattuordecim orationibus S. Hieronymi ineditis pauca praelibarem (2). Sunt autem :

V. Cod. Vatican. Latin. 317 chartaceus foll. 260, anno 1554 exaratus a Ferdinando Ruano c. Pacen. scriptore Bibliothecae Vaticanae (3). In eo habetur (fol. 2^v) BEATI HIERONIMI EXPOSITIO SUPER PSALMOS, quae fol. 238 hac rubrica finem capit : EXPLICIT TRACTATUS PSALMORUM SANCTI HIERONYMI PRAESBYTERI. Maximam partem ex Arnobii commentario desumpta est (Ps. 11-13. 16-43. 45-65. 68-73. 75. 79. 94. 99. 112. 113. 116-118. 120-126. 129. 130. 134. 138. 141). Tres Augustini enarrationes complectitur, in Ps. scilicet 2. 3. et 4. Psalmi 8. 85. 144. 150 glossulis nescio unde emendicatis exponuntur, 44us vero laciniis ex epist. Hieronymi LXV ad Principiam. Insuper adsunt numero quinquaginta quattuor tractatus in Anecdot. III^2 vulgati. ps. 1. 5-7. 9. 14. 66. 67. 74. 76-8. 80. 81. 83. 86. 90. 91. 93 95. 97. 98. 100-111. 114. 115. 119. 127. 128. 131-3. 135-7. 139-143. 145-9. Denique supersunt novem alii Tractatus, iique non solum hucusque omnino incogniti, sed in quibus divitem venam Hieronymianam nemo peritus infitietur. Quinim-

1. Gulielmus v. Hartel, *Bibliotheca PP. Latin. Hispaniensis* (Vindobonae 1897), t. I, p. 263 sq.
2. *Revue Bénéd.* 1902, t. XIX, p. 114 sqq.
3. *Codices Vaticani Latini*, descrips. M. Vatasso et P. Franchi de' Cavalieri (Romae 1902), t. I, p. 231 sq.

mo, uti iam dictum, ipse se S. Doctor aperte prodit, dum ad suum *Hebraicarum Quaestionum* librum auditores remittit. Pertinent vero ad psalmos 10. 15. 82. 84. 87. 88. 89. 92. 96.

O. Cod. Vatican. Ottobon. Lat. 478, saeculo et ipse XVI scriptus, qui eadem fere comprehendit ac Vatican. 317, eosdem certe novem tractatus de Psalmis antea ineditos. Neutri antiquariorum contigit vetustius exemplar fideliter exprimere; quod quidem Romae et alibi in cassum quaesiisse me sane moleste tuli, in Hispania vero adhuc delitescere interdum suspicatus sum. De duobus profecto Vaticanum 317 in omnibus fere potiorem inveni.

M. Cod. S. Marci Venetiis Latin. Class. I. XCIV. foll. 139, binis columnis saec. XII exaratus (1). Eosdem continet de Psalmis tractatus, qui in duobus Romanis codicibus habentur, utroque ferme praestantior, quod ab antiquo exemplari simplicius pendere videatur.

L. Cod. Laurent. Medic. Florentin. Plut. XVIII. XX. saeculo XI binis plerumque columnis scriptus manu haud ita eleganti (2). In eo quoque maxima pars ex Arnobii Commentario et notis Hieronymi Tractatibus accepta est, nonnulla ex Augustini. Quibus addi oportet sex e novem ineditis Hieronymianis, quos Romani libri Venetianusque iam exhibuerant (in ps. 82. 84. 87. 88. 89. 92). Quod vero tres reliqui minime comparent, incommodum longe compensatur inventis in eo quinque aliis orationibus de ps. 83. 90. 91. 93. 95. quas in nullo alio antea codice reppereram, neque postmodum repperi. Dolendum sane ea, quae a psalmo 119 usque in finem primitus legebantur, deperdita et ex S. Crucis Plut. XV dext. cod. VIII (cf. supra p. XV) recentiori aevo suppleta fuisse. Verum conversis iam eruditorum animis in has Hieronymianae eloquentiae reliquias, in spem adducor fore, ut alia cum vetustiora atque emendatiora, tum etiam pleniora deinceps in lucem extrahantur exemplaria.

---

1. Valentinelli, t. I, Cod. 45 (D).
2. Bandini, t. I, p. 472.

De duobus qui heic denuo eduntur in Esaiam tractatus.

IX. Alteram seriem Homiliarum de Psalmis excipiunt Tractatus duo in Esaiam. Quorum primus iam pridem ab italicis Hieronymi editoribus ex uno codice Capituli Veronensis xv. 13. saec. VIII (1) « antiquissimae, ut aiunt, atque optimae cum primis notae ms. libro » pervulgatus est. Et quidem non putaverunt in eo laborandum viri ceteroquin eruditissimi, ut adductis argumentis falso huiusmodi *In Esaiam adbreviationem* probarent magno Hieronymo tribui. Verum neque iis notum adhuc erat S. Patris ex tempore dicendi genus; nec parva est suspicio, oscitanter ab illis codicem lustratum esse, cum solummodo « quantum oporteat ad faciendum de auctore periculum » edidisse se profiteantur, « cetera nec operae pretium esse persequi (2) », neque tamen quicquam amplius in libro ms. habeatur. Nos vero hoc sentimus, idemque peritissimis quibusque viris visum iri confidimus, tam similem esse hanc *Adbreviationem* reliquis Hieronymi tractatibus, quam ovo ovum. Praefatum codicem Veronae cum frustra quaesiissem, ab humanissimo Bibliothecae praefecto Antonio Spagnolo didici, transmissum Romam fuisse reconcinnandum ; ubi me petente ab egregio amico Iohanne Mercati mense martio 1901 folia 38-42ᵛ diligenter conlata sunt. Alterum librum ms. egomet ipse excussi, cod. Bruxell. II, 1636, saec. x, pag. 312-319 (3).

Tractatus alter in Esaiam, isque permagni aestimandus, publici nuperrime iuris factus est opera venerabilis viri D. Ambrosii Amelli, prioris et carthophylacis sacri Casinensis Archicoenobii (4). Quem quidem editor *brevem* esse *subitumque tractatum* iudicabat, quem adhuc iuvenis et Constantinopoli degens an. 381 de Visione

1. A. Reifferscheid, *Bibliotheca Patrum Italica*, Vindobonae 1870, t. I, p. 71.
2. Cf. Migne, P. L. t. 24, col. 15-17 et 973-8.
3. J. Van den Gheyn, *Catalogue des Mss. de la Bibliothèque Royale*, t. II (Bruxelles, 1902), p. 55.
4. *S. Hieronymi Stridonensis presbyteri Tractatus contra Origenem de visione Esaiae quem nunc primum ex codd. mss. Casinensibus Ambrosius M. Amelli... in lucem edidit et illustravit.* Tipografia di Montecassino, 1901

Esaiae Hieronymus dictaverat, *ut et experimentum faceret ingenioli sui, et amicis iubentibus oboediret* (1). Refragatus est meus Io. Mercati (2), evicitque subitum illum tractatum anni 381 ab Epistola XVIII ad Damasum de Seraphim et calculo minime distinguendum esse ; immo vero, num tractatus anonymus e Casinensibus libris mss. erutus genuinus D. Hieronymi fetus habendus esset, subdubitare se nequaquam dissimulavit. Tum ego duplici edito commentariolo (3) ostendi, Amellianum ἀνέκδοτον et ab Hieronymo auctore indubitanter manasse, et iis orationibus adnumerandum esse, quas S. Doctor anno circiter 402, cum adversus Origenistas acrius decertaret, subitas habuit. Mihi gratulor, quod utramque sententiam cuncti demum assensu accepere ; quae quidem facilius iam vera probabitur, postquam tractatum ipsum novo apparatu critico instructum hisce Anecdotis inserere cl. Ambrosii Amelli beneficio concessum est.

De Hieronymo graeco eiusque in Psalmos fragmentis.

X. Quae subnexa sunt graeca in Psalmos fragmenta ex codice Taurinensi graec. B. VII. 30, saec. ut videtur X/XI, suadente in primis praestantissimo viro Prof. Alberto Ehrhard, gustus dandi gratia exhibui. Nam et alia multa passim in graecis Catenis Hieronymo tribui (4) mihi compertum est ; nec tamen ipsa paucissima, quae nunc profero, omnia vere Hieronymiana esse contenderim, licet in libro ms. ἹΕΡΩΝΥΜΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ἹΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ constanter inscribantur, nonnullaque cum latinis S. Patris concionibus maximam habeant similitudinem. Sed mihi, fateor, nondum caligo discussa est de iis quae ad « Hieronymum grae-

---

1. S. Hieron. *Comment. in Is.* 6, 1. Migne 24, 93 C.
2. *Revue Biblique*, mense iul. 1901, p. 385-392.
3. *Le Nouveau Traité de S. Jérôme sur la Vision d'Isaïe édité par Dom A. Amelli (Revue d'Histoire Ecclésiastique*, oct. 1901, p. 810 sqq.). — *Pour l'authenticité du Traité sur la Vision d'Isaïe* (ibid., ian. 1902, p. 30 sqq.).
4. Cf. I. B. Pitra, *Analecta sacra*, t. III, p. 518 et 631. — Migne Patr. Gr. t. 40, col. 845 sqq. — Codicem Coislin. 80, saec. XI, iam olim a Montfauconio nostro notatum, rogatu meo denuo evolvit vir graecarum litterarum peritissimus Henricus Omont.

cum › pertinent, atque cum laudato Professore Ehrhard [1] sentio plurima adhuc indagatione opus esse, etiam post curas a Petro Batiffol [2] et Arthuro C. Mc.Giffert [3] quaestioni inlustrandae impensas. Hoc unum, quod ad propositum pertinet, dicere sufficiat, nequaquam mihi hactenus constare de altero Hieronymo, qui anno circ. 740 vixerit, Hierosolymitanus et ipse presbyter fuerit, eaque, mirum dictu, graece effuderit, quae prioris Hieronymi verissimam identidem exprimant imaginem.

De Arnobii in Evangelium Expositiunculis, quae nunc primum integrae exhibentur.

XI. Cum per modicam voluminis amplitudinem commode fieri possit, ‹ Arnobii episcopi › Hieronymo aetate subparis *Expositiunculas in Evangelium* appendicis loco nunc primum integras [4] repraesentare libet, ex codice Universitatis Gandavensis 132, olim S. Petri Blandiniensis, saeculo XII binis exarato columnis, mihique perhumane ab egregio bibliothecae moderatore Ferdinando van der Haeghen commodato. Hoc modo fortasse magis in aperto erunt opera ipsaque Arnobii persona, quae adhuc in nocte densissima latere videbantur ; nec quisquam deinceps, ultro manus dante collega meo amantissimo Beda Grundl [5], has Explanatiunculas ante Constantinum Magnum imperatorem scriptas esse defendet. Insuper multis opusculi sententiis medica manus accessit : exempli gratia, cap. 25 in Matth. pseudopropheta ille nescio quis proprio nomine AMAXOBIUS appellatur, quod adulteratum in antea editis AMAPOBIUS legebatur. Verum ad scriptiunculam lectorem remitto, quam in Benedictina Ephemeride mense ian. 1903 (XX, 64-76) de hoc argumento nuper proposui.

1. *Die altchristliche Litteratur und ihre Erforschung von 1884-1900*. Pars I, p. 214 sq. Cf. p. 356.
2. *Revue des Questions Historiques*, t. XXXIX (1886), p. 248-255.
3. *Dialogue between a Christian and a Jew*, Marburg, 1889.
4. Desiderabatur initio capitulorum index, neque adhuc enotuerant decem ultimae adnotationes in Lucae Evangelium.
5. Litteris urbanitate plenis ad me datis die 22 ian. huiusce anni 1903.

Anecdotorum labor ad tempus intermittendus.

XII. Perductis iam ad finem quae ex Hieronymi deperditis seu misere corruptis opusculis invenire primaevaeque integritati restituere contigit, ab horum Anecdotorum labore nunc supersedendum puto, donec aliquis mihi tandem adiungatur honestissimorum studiorum consors ac socius. Interim collectis divitiis felix gratusque, lector, perfruere. Ego vero in posterum omnem operam in Arelatensi meo consumam, ut qui princeps tot tantisque opibus reperiundis materiam subministravit, ab oblivione in qua diu iacuerat vindicatus ac veluti ex sene iuvenis vel postremus prodeat.

GERMANUS MORIN.

POST SCRIPTUM. Fastigio operi iam quasi imposito hisque plagulis correctis tria adhuc opuscula, quae Hieronymo in codd. mss. tribuuntur, volumini inserere visum est. Ex quibus unum quidem genuinum S. Doctoris fetum existimo, scilicet *De monogrammate*, in Apoc. 13, 18; alterum vero *De fide* perbreve est ac nondum exploratae auctoritatis, dignum tamen cui animum intendant eruditi. Restat tertium, *De induratione cordis Pharaonis*, de quo frequens sermo apud theologos saeculo nono cum de duplici praedestinatione disceptarent ; ceterum inter apocrypha certo computandum est, nec nisi mutilum ex codice uno Metensi heic primum exhibetur. Quae omnia in extrema parte inter « Addenda » congesta reperies.

G. M.

I.

TRACTATVS
IN PSALMOS QVATTVORDECIM
NOVISSIME REPERTI.

V = Cod. Vatic. Lat. 317 an. 1554.

O = Cod. Vatic. Ottobon. Lat. 478 saec. XVI.

M = Cod. Venet. S. Marci Lat. class. I. XCIV, saec. XII.

L = Cod. Florent. Laurent. Medic. Plut. XVIII. XX, saec. XI.

SANCTI HIERONYMI
TRACTATUUM IN PSALMOS
SERIES ALTERA

DE PSALMO X.

Quid significet *in finem*, pro quo Symmachus ἐπινίκιον, Aquila et sexta editio τῷ νικοποιῷ transtulerunt, supra plenius disputatum est. Nunc ad decimi psalmi ordinem revertamur: qui numerus et finis est et principium, in quo omnis supputatio revolvitur, cui et decalogus, hoc est, lex prima debetur. Iustus quoque propter pecuniam Domini in evangelio duplicatam huius numeri gubernandas accepit civitates. Et ut aliquid curiosius inferam, ab hoc Iesu, id est, Salvatoris incipit nomen, et illud ineffabile quattuor litterarum apud Hebraeos exinde habet exordium, quod scribitur per ioth he vau he; in quem per decadas suas centesimus numerus evolvitur, et rursus millesimus per decem crescit hecatontadas, et usquequo humana ratio procedere potest, semper hic numerus et finis est et initium, iuxta illum sensum 'Ego sum A et Ω, initium et finis'.

In Domino confido, quomodo dicitis animae meae: Transmigra in montes sicut passer? Qui crudas carnes agni comedunt et occidentem litteram

DE PSALMO X] Ex codd. MOV. 5 *pro quo*] M; *per quo* OV. 8 *in quo*] *o* corr. ex *a* M; *in qua* OV. 9 sq. *propter... duplicatam*] OV; *qui... duplicavit* M. 10 *aliquid*] *alíud aliquid* M. 12 *ineffabile*] *ex hoc inefabile*, *hoc* add. sup. lin. M. *exinde*] om. M. 13 *ioth he vau he*] vacat spatium in M. *centesimus*] *centessimus* OV. 14 *evolvitur*] OV; *revolvitur* M. *rursus*] OV; *rursum* M. *hecatontadas*] scripsi; *aecatontadas* M; *haec a tontadas* O; *et hecontadas* V, O in marg. 15 *humana ratio procedere potest*] *humana procedere* M 1ª manu, posterior manus add. *ratio* post *humana*, *potest* post *procedere*; *una procederet* OV. 16 *iuxta*] corr. ex. *iusta* V. 17 *in montes*] scripsi (cf. Anecd. Mareds. III¹ 23, 15 et III² 88, 9 sq.); *in monte* OV; *in montem* M. 18 *comedunt*] *commedunt* M.

6. *supra plenius disputatum est*] Ex hoc loco videtur Hieronymus decimum hunc psalmum post expositum psalmum IX uno tenore edisseruisse. Quod etiam innuit infra 7, 4 cum dicit 'Pauperem: illum, de quo supra dicitur *Tibi derelictus est pauper*'.

10. *civitates*] Luc. 19, 17.

14. *hecatontadas*] Hieron. in Amos 5, 3 'tertia in tertio, id est, in hecatontade. Sicut enim decas decima unione completur, sic hecatontas ex decem decadibus struitur. Quartus numerus, qui millenario continetur, de decem constat hecatontadibus'.

15. *et finis*] Apoc. 21, 6.

18. *Qui crudas carnes agni comedunt*] Cf. supra Tractat. de Exodo in vigilia Paschae, p. 407, l. 23 sqq.

sequuntur, psalmum hunc super persona David intellegi volunt, quando fugit a facie Saulis, et in desertis Iudae habitare compulsus est. Et hoc aiunt ab eo dici: Licet me Saul et omnis eius exercitus habitare in patria non sinant, et errabundus et vagus more avium et bestiarum huc illucque volitem vel discurram, tamen habeo praesulem Deum, in quo confidens vestras insidias non timebo. Et revera, si tantum principium legatur, non videtur eorum frivola expositio. Quod autem sequitur ' Quoniam quae perfecisti destruxerunt' et reliqua usque ad finem cum hac expositione non congruunt. Spiritalis ergo, qui omnia iudicat, et ipse a nemine iudicatur, a Domino nostro et Salvatore dicit hunc psalmum esse cantatum secundum duplicem intellegentiam, qua vel ad angelos qui ministrabant ei fuerit locutus, vel ad contrarias fortitudines, quae eum irridere ac terrere cupiebant. Si ad angelos, iste sensus est: Quid me cohortatis reverti ad caelestia, et terrena et humilia relinquentem habitare in montibus meis propter insidias diaboli et omnem eius exercitum, quem adversus me intuemini concitatum? Quid vultis ut adsumam pennas deitatis meae, et humanam deseram conversationem, et securus in caelestibus degam, cum ad hoc venerim, ut in Domino, hoc est, in mea habens divinitate fiduciam, superem adversarios exultantes? Si vero ad contrarias fortitudines ei sermo est, ita intellegendum: Frustra me vestris vocibus et facto contra me cuneo putatis esse terrendum, cum ad hoc venerim ut dimicem, et superem dimicando: sicut titulo quoque, iuxta Aquilam et Symmachum, psalmi ipsius demonstratur. Porro alius (quia nihil psalmus iste praecipuum habet, quod non possit etiam sub cuiuslibet iusti persona intellegi) sanctam quidem eorum qui ad Christum psalmum referunt suscipiet voluntatem, sed asseret et ex prophetae, hoc est, iusti persona omnem intellegi posse contextum.

In Domino confido, quomodo dicitis animae meae: Transmigra in montes sicut passer? Callidus adversarius, et Dominum Salvatorem in eremo

1 *super persona*] M; *super personam* OV. *intellegi*] M; *intelligi* OV constanter. 3 *eius*] om. M. 4 *avium*] *aiunt* V. 5 *habeo*] M; *habet* OV. 7 *quae*] M; *quem* OV hic et infra 5, 8 cum Rom. Psalt. 9 *qui omnia*] M; *quoniam* OV. 10 *dicit*] om. M, et poster. manu super *cantatum* add. *affirmat*. 11 *qua*] corr. ex *quo* M. 13 *cohortatis*] scripsi, cf. adnot. Maii ap. Migne P. L. 72, 818; *coartatis* OV; *cohortamini* M. 15 *meis*] *me*, postea expunct. M. 16 *concitatum*] M; om. OV. *adsumam*] mutat. in *assumam* M; *ad summam* OV. *pennas*] *pennam* V. 17 *et humanam*] *Humanam* M, omisso *et*. 20 *ei*] *eius* M. 21 *cuneo*] MV, corr. in marg. ex *cum eo* O. 25 *sanctam*] M; *secundum* O in textu; *non solum* V, O in marg. 27 *contextum*] *contexum* O. 28 *in montes*] scripsi, ut supra 1, 17; *in montem* M; *in monte* OV. 29 *eremo*] *heremo* M.

9. *iudicatur*] 1 Cor. 2, 15. 12. *ei*] Matth. 4, 11.

temptavit, et sanctos quosque vult de terra exire Iudae, et habitare in virtutum deserto, ut ibi eos facilius elidat. Sed et ipsum consilium subdolum est : non enim hortatur ut pennas accipiat columbae, volucris mansuetae simplicis ac domesticae, et quae felle carere dicatur, quaeque pro Domino offertur in templo, sed pennas passeris, avis garrulae et vagae, et post educationem fetuum fidem coniugii nescientis; licet Aquila et Symmachus generaliter 'avem' pro passere transtulerint. Montes autem possumus intellegere illos, de quibus in alio loco dicitur 'Appropinquate montibus aeternis' et in psalmo graduum secundo 'Levavi oculos meos ad montes unde veniat auxilium mihi': et ad quos, postquam abominatio desolationis in loco sancto steterit, migrare debemus.

Quoniam ecce peccatores tetenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde. Pro quo in hebraeo scriptum est 'Quia ecce impii tetenderunt arcum, posuerunt sagittam super nervum, ut percutiant in obscuro rectos corde'. Propterea, inquit, me vultis migrare ad montes, quoniam peccatores sive impii ardentes paraverunt sagittas, quae scuto fidei repellendae sunt. Et in pharetris suis habent iacula ad percutiendos iustos, non in die, non in nocte sublustri, cum tenebrae lunae solacio temperantur, sed quando nox plena est, et tangibiles tenebrae, id est, ψηλαφητὸν σκότος. Scitote ob hoc ipsum me vestra non audire consilia, quia ad pugnandum adversarii praeparati sunt, et non tam me, quem superare non possunt, quam iustos meos cupiunt vulnerare; propter quorum salutem cum de caelo venerim, non debeo eos orphanos

1 *templavit*] M ; *tentavit* OV. *quosque*] M ; *quoque* OV. 5 *sed*] scripsi ; *set* M ; *sed et* OV, ubi vocula *et* certo redundat. 6 *fetuum*] *foetuum* M. 7 *avem*] V, O in marg ; corr. ex *autem* M. *pro passere*] MO ; *pro passer* V. *transtulerint*] M ; *transtulerunt* OV. 8 *Appropinquate*] V, corr. ex *appropinquante* MO. 11 *abominatio*] *abhom.* M. 13 *pharetra*] M ; *far.* OV. 14 *tetenderunt*] OV, *te* suppl. sup. lin. M. *sagittam*] M ; *sagittas* OV. 15 *inquit*] *t* corr. ex *d*, et sic saepissime M. 17 *pharetris*] M ; *far.* OV. 18 *sublustri, cum*] *sub lustricum* OV. 19 *et*] M ; om. OV. *tangibiles*] V, O in marg ; *tangibilis* M, O in textu. 20 ψηλαφητὸν] scripsi ; ΝΑΩΦΝΤΟΝ cod. M, in quo saepe confunduntur Ν et Η, Ω et Λ ; ΝΩΦΗΤΟΝ cod. V ; vacat spatium in O. 21 *non tam*] M ; particulam negantem om. OV. 22 *quem*] MV ; cor. in marg. ex *quae* O. *quam*] item in marg. corr. ex *qui* O. *cupiunt*] MO ; *capiunt* V. 23 *orphanos*] *orfanos* M.

2. *facilius elidat*] Hieron. Commentariol. huius ps. 23. 15 'Vult iustum ad desertum migrare, ut ibi eum facilius elidat.'

9. *aeternis*] Mich. 2, 9 iuxta LXX.

10. *mihi*] Ps. 120, 1.

11. *debemus*] Matth. 24, 16.

15. *corde*] Psalt. hebr. Hieron. 'Quia ecce impii tetenderunt arcum, posuerunt sagittam suam super nervum, ut sagittent in abscondito rectos corde'. Cf. pag. seq. l. 1 : 'posuerunt sagittam suam super nervum'.

relinquere. Ecce enim, ut dicitis, posuerunt sagittam suam super nervum, et volunt pueros meos filios pubertatis adulescentulos meos dulcibus capere inlecebris voluptatum.. Virtus enim diaboli omnis in lumbo est: quam ob causam etiam, cum Iacob mecum congrederetur in lucta, marcescere, id est, siccari feci γλαφυρόν ipsius. Quia ergo in tenebris volunt percutere rectos corde, loquatur iustus meus et dicat: 'Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine, et lux semitis meis'. Ego autem stans in acie et in procinctu positus initum non omitto certamen, maxime cum dicatis eos tetendisse arcum, sagittas in pharetra praeparasse, velle sanctos meos in tenebris vulnerare, et tamen necdum potuisse percutere. Tetenderunt enim arcum, paraverunt sagittas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde. Cum ergo ita sint praeparati, ego me opponam medium, ego illorum excipiam sagittas, ut meo servi mei dolore non doleant, meis sanentur plagis, me patiente non patiantur, et dicant: 'Domine ut scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos'. Sed et aliter intellegi potest: quod haereticae vel contrariae fortitudines per haereticorum dogmata intenderunt blasphemias suas, et iustos meos varia cupiunt fraude decipere. Sunt enim sagittarii, qui per occasionem tenebrarum suarum, quae illi recondita intellegunt sacramenta, recta iustorum volunt corda percutere. Propterea mihi et sanctis meis ad sublimia scripturarum testimonia transmigrandum est, ut et in evangelio scribitur: 'Si te percusserit in dexteram, praebe ei et alteram'. Non ait, praebe ei sinistram, sed

3 *inlecebris*] V; *in celebris* O; *illecebris* M. *voluptatum*] V, corr. ex *voluptatem* M: *et voluptatum* O. 5 *id est*] OV; *et* M. *siccari*] *sicari* OV. γλαφυρόν] scripsi; ΤΛΩΤΥΡΟΝ cod. M; ΝΑΩΤΥΡΟΝ Vatic; in O spatium relictum est vacuum; vir cl. Ericus Klostermann coniecit τὸ νεῦρον. 8 *et in*] M; OV om. *in*. *initum*] corr. ex *inito* M. 9 *tetendisse*] MV, corr. ex *tetendisset* O; cf. supra lect. var. ad 1, 15. *pharetra*] M; *far.* OV. 10 *necdum*] M; *nondum* OV. 13 *medium*] MV, corr. ex *medio* O. *meo*] M; *in eo* OV. *dolore*] M; om. OV. 16 *fortitudines*] *e* ex *i* corr. M; *fortitudinis* OV; cf. infra 13, 22. 17 *intenderunt*] OV; *intenderint* M. 18 *qui*] V, O in marg; *ut* M, O in textu. 22 *dexteram*] *maxillam* add. M, quae vox postea expuncta est. *ei sinistram*] M; *eis sinistram* OV.

3. *in lumbo est*] Iob 40, 11. Cf. Hieron. ep. 22, 11 'Omnis igitur adversus viros diaboli virtus in lumbis est: omnis in umbilico contra feminas fortitudo'; Com. in Ezech. 16, 4 'loquitur de diabolo *Virtus eius in lumbis eius*... adversus viros virtutem habet in lumbis, adversus feminas in umbilico'. Item in Is. 15, 4 sq.

5. *ipsius*] Gen. 32, 32.

7 *meis*] Ps. 118, 105. Item ad hunc versum Hieronymus in Commentariol. 'Quapropter iustus aiebat: *Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine*'.

15. *nos*] Ps. 5, 13.

16. *fortitudines*] De usu huius vocabuli apud Hieronymum ad significandos daemones, cf. H. Goelzer 'Latinité de S. Jérôme' p. 231.

22. *alteram*] Matth. 5, 39.

alteram, hoc est alteram dexteram, quia nihil in se iustus sinistrum habet. Si te, inquit, in uno scripturarum testimonio conturbaverit, tu eum de altero supera, et imple illud quod in alio psalmo scriptum est 'Abyssus abyssum invocat in voce cataractarum tuarum': ut utrumque testamentum sibi invicem praesidio sit, atque taliter haereticorum decipula oppositione alterius dexterae et transmigratione in montes et abyssi ad abyssum invocatione frangatur.

Quoniam quae perfecisti destruxerunt. Et hoc qui supra adhuc vel ad iustum quemlibet vel ad Dominum loquuntur: Propterea tibi ad caelestia revertendum est, quoniam et tam fortiter ad dimicandum parati sunt adversarii, et quaecumque tu extrues, illi demoliuntur. Praecepta enim tua et scriptam legem in corde credentium cotidie subruunt, et suadendo diversa subvertunt. *Iustus autem quid fecit?* Quod varie intellegitur. Sive super persona quidem iusti, hoc modo: Illis leges Dei destruere nitentibus, iustus nihil dignum fecit ruinae, et frustra eorum patitur insidias; vel certe illis adversantibus, et destruere Dei mandata conantibus, iustus hoc solum facit, ut eius deprecetur auxilium, qui habitat in templo sancto suo, cuius in caelo thronus est, cuiusque oculi respiciunt pauperem, ut eum de insidiis eruat praeparatis. Super persona vero Dei hoc modo: Licet adversarii ad praeliandum praeparati sint, et insidientur in abscondito quasi leo in cubili suo, ut in occultis interficiant innocentem et destruant templum Dei, tamen Dominus habitat in templo sancto suo, et numquam ei vel templum vel solium deest, quia aliis ruentibus surgunt alii. Unde in consequentibus scribitur:

Dominus in templo sancto suo, Dominus in caelo sedes eius. Sedem, id est, thronum Dei iuxta consuetudinem scripturarum pro regno intelle-

2 *inquit*] *inquid* M, et sic fere constanter. 3 *imple*] M; *impelle* OV. 5 *taliter*] legendum puto; *talia* codd. Confer S. Bened. Reg. c. 65 'qui talius inordinationis se fecerunt auctores' ubi ipsum adiectivum ad normam pronominis 'alius' inflectitur. 8 *quae*] M; *quem* OV, ut supra 2, 7. 9 *loquuntur*] MV; *locuntur* O. 11 *tu extrues*] M; OV om. *tu*. 13 *diversa*] MV; *diversas* O, cf. supra 4, 22. 14 *super persona*] OV; *s. personam* M, cf. contrarium supra 2, 1. 15 *nitentibus*] OV, M corr. ex *denitentibus*. *eorum patitur*] OV (*pati***tur* O); *patitur eorum* M. 16 *Dei mandata*] OV; *mandata dei* M. 17 *facit*] M; *fecit* OV. 19 *ut eum de*] M; *ut de* OV (*ut* suppl. sup. lin. O). 20 *sint*] M; *sunt* OV. *insidientur*] MV, corr. ex *insidienter* O. *in absc.*] M; *an absc.* OV. 21 *ut*] om. M. 22 *sancto*] M; om. OV. 26 *regno*] OV; om. M.

1. *sinistrum habet*] Cf. Hieron. supra III² 117, 14 et 264, 24.

4. *tuarum*] Ps. 41, 8. Haud aliter S. Doctor supra III² 55, 1 et 413, 4 sqq.

5. *decipula*] Vox ab Hieronymo minime aliena, uti videre licet ap. Goelzer. op. cit. p. 92.

26. *pro regno intellegamus*] Cf. supra III² 74, 23.

gamus, ut ibi: 'Dabit ei Deus thronum David patris sui'. Et alibi: 'Cum iustitia praeparatur thronus principatus'. Et: 'Quando rex iustus sederit super thronum'. Dominus in templo sancto suo, Dominus in caelo sedes eius. Antequam corporeum templum a Salomone construeretur, scit propheta templum Domini spiritale et in caelo thronum eius. Ubi quaeritur, quomodo alibi dicatur 'Caelum mihi thronus est'. Quando in caelo thronus est Domini, thronus eius circumdatur caelo, et in parte caeli thronus est Domini; quando caelum est thronus Domini, totum caelum in thronum Domini vertitur. Ex quo secundum ἀναγωγήν Dominus habitans in templo sancto suo, id est, in anima credentis, aut in parte eius habitat aut in toto. Quando adhuc inperfecti sumus, et est in nobis et boni aliquid et mali, in parte tantum animae nostrae habitat Deus, hoc est in caelo. Quando vero consummati et perfecti sumus, toti in habitaculum Dei vertimur, et efficimur caelum thronus eius. Templum autem proprie Dei, aut Dominus noster et Salvator intellegitur, qui ait 'Ego in Patre et Pater in me': aut is homo qui a Salvatore adsumptus est, aut generaliter ecclesia, aut specialiter unusquisque sanctorum.

Oculi eius in pauperem respiciunt, palpebrae eius interrogant filios hominum. Adversus eos qui iram Dei et furorem simpliciter accipiunt, palpebras Domini et oculos proponamus. Si enim illa ἀνθρωποπαθῶς intellegunt, et haec similiter accipere cogentur. Quod si absurdum est in Domino omnipotente oculos et palpebras ponere, spiritalem aliquam interpretationem pro ira quoque et furore aeque cogentur inquirere. Valde quippe ineptum, non et illa et haec vel spiritaliter vel carnaliter similiter intellegi. Unde hoc

2 *thronus*] corr. ex *thronos* M. 5 *spiritale*] *spirituale* OV constanter. 6 sq. *Quando in caelo* etc] Tota periodus in OV corrupta est ob homoeoteleuton *thronus est Domini*. 8 *quando caelum est thronus Domini*] OV; *quando vero caelum thronus est Domini* M suppl. in marg. 9 ἀναγωγήν] ΟΝΛΩΤΗΝ cod. V; intervallum vacuum in O. 10 *habitans*] M; *habitat* OV. 11 *inperfecti*] OV; *in profectu*, *u* corr. ex *o*, M. 13 *consummati*] *consumati* codd. 15 *proprie*] *propriae* OV et sic saepissime. 16 *adsumptus*] *asumptus* OV; *assumptus* M. 19 *Adversus*] OV; *adversum* M. 20 *proponamus*] M; *proponimus* OV. *enim*] M; om. OV. ἀνθρωποπαθῶς] scripsi; ΩΝΟΡΩΠΟΠΛΟΩC cod. M; ΩΝΟΡΩΠΟΩC cod. V; vacat vocis intervallum in O. 21 *cogentur*] M; om. OV. *si*] suppl. postea sup lin. V. 22 *ponere*] om. M, quapropter corrector sermonis seriem inter lineas marte suo restituit; O verbum suppl. in marg; *ponero* V. 24 *vel s. vel c.*] OV; *spiritaliter et carnaliter* M. *Unde*] scripsi; *an de* M; *an* OV, nota *un* perperam lecta.

1. *sui*] Luc. 1, 32.
2. *principatus*] Prov. 16, 12 iuxta LXX.
3. *thronum*] Prov. 20, 8 item sec. LXX.
4. *corporeum templum*] Cf. supra 331, 36 'relinque patrem corporeum' et 169, 6 'si in navi nostra corporali'. Alium locum adfert H. Goelzer, Latinité de S. Jérôme, p. 272.
6. *est*] Is. 66, 1.
16. *in me*] Io. 14, 10.
19. *simpliciter accipiunt*] Animum refer ad Commentariol. 7, 22 et 51, 12.

in loco isto sentiendum est, quod iustus adversariorum impetum non formidet, habens auxiliatorem Deum, qui universa contempletur et videat, et non sinat pauperem suum eorum fraudibus decipi et iaculis vulnerari. Pauperem : illum, de quo supra dicitur 'Tibi derelictus est pauper'. Simulque observandum, quod oculos suos Deus apertum iudicium inferendo humili aperit auxilio, licet sit unus et pauper, eumque suo semper tueatur aspectu. Ubi vero iudex est, et qui iudicantur filii hominum sunt (appellari enim Dei filii non merentur), ibi non oculis suis respicit, sed palpebris requirit, conivens quodammodo et dissimulans, et nolens scire quod novit. 'Si enim iniquitati, ait, adtendas Domine, quis sustinebit?' Palpebras ab eo quod moveantur et palpitent appellari Varro tradit, hoc est ὀνοματοποιῶς.

Dominus interrogat iustum et impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. Pro quo melius scriptum est in hebraeo : 'Dominus iustum probat, impium vero et diligentem iniquitatem odit anima eius'. Ut sit sensus cum superioribus copulatus : Frustra adversarii praeparantur, ut sagittent in obscuro rectos corde, et cetera ; quia Dominus iustus iudex est, et nihil eum celare potest, et utrumque facit, ut et iustos suos temptando probet, et eos qui impii sunt oderit. Impium et diligentem iniquitatem odit anima eius : hoc est, odit eos toto corde et tota anima sua. Animam autem iuxta oculos et palpebras intellegamus, secundum illud : 'Neomenias et dies festos et sabbata vestra odit anima mea'. Porro iuxta Septuaginta qui dicunt, Dominus interrogat iustum et impium, alius longe sensus est: quod ipse iustorum impiorumque est iudex,

1 *sentiendum est*] OV ; *sciendum* M, om. *est.* 3 *eorum fraudibus*] M ; in marg. O notatur als *eorum fraudibus*' ; *fraudes* V, O in textu, om. *eorum.* 5 *apertum*] OV ; *aptumque* M. 6 *auxilio*] sup. lin. mutat. in *auxiliando* M. *licet sit... eumque*] O in marg : 'Puto sic legendum, *scilicet ut eum.*' 8 *appellari e. D. filii*] MV, O in marg ; *appellare e. D. filium* O in textu. *respicit*] scripsi ; *respiciet* MOV. 9 *conivens*] ita certe cod. M; *connivens* OV. 10 *Si enim iniquitati... sustinebit?*] O in marg : 'Sic puto legendum *De talibus enim ait, Amen dico vobis vescio vos*'! *adtendas*] M ; *attendas* OV. 11 *appellari*] *apellari* M. 12 ὀνοματοποιῶς] conieci ; ΩΠΟΤΟC codd. MV ; vacat spatium in O. Conf. infra 12, 16 ubi ex verbo στηλογραφίαν non remanserunt nisi litterae στηφιων. 16 *Ut sit*] scripsi ; *Ad sit* MV, postea mutat. in *assit* M ; *adsit* O (cf. lect. var. ad 6, 24.) 17 *corde*] M : om. OV. *iustus*] M ; *meus* OV. 18 *celare*] M ; *latere* OV, cf. supra III[1] 95, 20 'nihil celare te potest' et III[2] 109, 9 'nihil te celat'. 21 *Animam*] OV ; *anima* M. *iuxta*] M ; *istam* V, O in textu ; 'alias *iustam*' O in marg.

4. *pauper*] Ps. hebr. 10, 14. Cf. adnotat. initio huius psalmi 1, 6.
10. *sustinebit?*] Ps. 129, 3.
11. *Varro tradit*] Idem ex Varrone apud F. Lactantium, De opif. Dei, c. 10.
15. *eius*] Ita Psalt. hebr. Hieronymi.
22. *mea*] Is. 1, 13 sq.

et quod impii iudicandi sunt, in eo quod diligant iniquitatem, oderint animam suam. Et quodammodo syllogismi extrema pars nectitur, quae vocatur conclusio. Licet enim neget se quis odisse animam suam, tamen ex eo quod diligit iniquitatem, eam odisse convincitur. Ut Salomon quoque in Proverbiis loquitur : 'Qui repellit disciplinam, odit seipsum'. Si autem qui diligit iniquitatem odit animam suam, e contrario qui diligit iustitiam amat animam suam, iuxta illud : 'Qui possidet prudentiam, diligit seipsum'. Unde et Salvator ait : 'Qui diligit me, mandata mea custodit'. Ipse est quippe iustitia. Nec vero putandum secundum Septuaginta interpretes quod contrarium aliquid nunc dicatur, Dominus interrogat iustum et impium, illi quod in primo psalmo scribitur 'Ideo non resurgent impii in iudicio' : quia quomodo inter iustos sic et inter impios diversitas est, et sicut iusti differentes possident mansiones, sic et impii perfecti in malitia et iniquitate et tota adversus Dominum mente pugnantes in iudicio non resurgent ; alii vero impii, qui pro peccatoribus nonnumquam intelleguntur, quia minoris malitiae sunt, Dei iudicio reserventur.

Pluet super peccatores laqueos. Haud dubium quin Dominus : pro ipsis quoque peccatoribus faciens, ut qui male libertate sua abutebantur, Domini laqueis irretiti, sub eius quasi freno recto itinere gradiantur, et possint per eum incedere qui dicit 'Ego sum via'. Unde et piscatores mittuntur et venatores in Hieremia, ut pisces vagos et in gurgitibus fluctuantes suis retibus teneant, et in omnibus montibus et collibus bestias oberrantes capiant in salutem. Non igitur, ut multi aestimant, ex hoc versiculo et ex sequentibus supplicia peccatoribus sed remedia promittuntur. *Ignis sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum.* Dicitur ad Babylonem : 'Habes carbones ignis, sedebis super eos, et erunt tibi

1 *oderint*] *et oderint* OV, item M poster. manu, sed constructio *iudicandi sunt*... *oderint* ex contextu retineri posse videtur : cf. infra, Tract. de Ps. LXXXVIII 'credimus... redeamus'; Tract. de Ps. LXXXIX 'Sicque fit... inferatur'. 2 *syllogismi*] *sillogismi* O ; *sollogismi* V, corr. ex *sollig.* *pars*] V, O suppl. in marg ; *pras* M. 7 *amat*] M ; *diligit* OV. 9 *putandum*] OV add. *est.* 11 *et impium*] M; om. OV. 14 *Dominum*] MV, O corr. in marg. ex *omnium.* 15 *pro*] MV, O suppl. sup. lin. 16 *Dei*] MV, corr. in marg. ex *dum* O. *reserventur*] ita omnino codd. modo coniunctivo. 20 *Domini*] M ; *dum* OV : cf. supra l. 16. *irretiti*] OV add. *sunt.* 23 *retibus*] *rtetibus* O. 24 *aestimant*] OV ; *extimant* M. 27 *Habes*] M, gr. ἔχεις ἄνθρακας ; *habens* OV.

5. *odit seipsum*] Prov. 15, 32.
8. *diligit seipsum*] Prov. 19, 8.
9. *custodit*] Cf. Io. 14, 21.
12. *iudicio*] Ps. 1, 5.
20. *recto itinere gradiantur*] Hieron. Tract. de ps. LXVI 33,13 'gentes quae ante non recto itinere gradiebantur'.
21. *via*] Io. 14, 6.
22. *in Hieremia*] 16, 16.

in adiutorium'. Horum carbonum ignem in flammam sulphur exsuscitat; quae flamma rapiente vento tempestatis turbine ventilatur, ut quicquid in auro nostro sordidum est, quicquid et secundum Hiezechielis prophetiam argentum in nobis, aes, stagnum, plumbumque consumens, nos redigat in aurum. Unde et in Esaia scribitur: 'Lavabit Dominus sordem filiorum et filiarum Sion, et sanguinem mundabit de medio eorum spiritu iudicii et spiritu combustionis'. Et in Malachia: 'Ecce Dominus ingreditur quasi ignis conflatorii et quasi herba fullonum, et sedebit conflans quasi aurum et argentum populum suum'. Calix peccantium plenus est igne, sulphure et spiritu tempestatis. 'Calix vini meri plenus mixto' de quo 'bibent omnes peccatores terrae'. Ego arbitror, quia de hoc calice ignis et sulphuris Sodoma biberat, propterea de ea prophetari per Hiezechielem: 'Restituetur Sodoma in antiquum'. Et in evangelio: 'Tolerabilius terrae Sodomorum'. 'Non enim vindicabit Dominus bis in idipsum'. Unde et Lazarus qui receperat peccata sua in vita sua, et biberat calicem furoris Domini, in sinu Abrahae bibit illum calicem de quo scribitur: 'Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo'. Suppliciorum calicem et Hierusalem biberat in remedium suum; unde dicitur ad eam: 'Exurge exurge Hierusalem, quae bibisti calicem ruinae, poculum furoris'. Et Hieremias hunc eundem calicem vini meri de manu accepit Domini, ut det bibere Hierusalem, et in omnibus in circumitu nationibus; qui bibentes vomunt, et corruunt, et fracta superbia in paenitentiam prosternuntur.

Quoniam iustus Dominus et iustitias dilexit, aequitatem vidit vultus eius. Pro quo in hebraeo habet: 'Quoniam iustus Dominus et iustitiam diligit, aequitatem videbunt facies eorum'. Iustus, inquit, est Dominus

1 *exsuscitat*] OV; *exusc.* M. 2 *turbine*] M; *et turb.* OV. 3 *et*] M; om. OV. 3 12 *Hiezech.*] M; *Ezech.* OV. 4 *aes*] scripsi, iuxta Ezech. 22, 18. 20; *es* M; *est* OV. 5 *in Esaia*] *in ysaya* M; *Esaias* OV. *scribitur*] M; *scribit* OV. 8 *herba*] *h* suppl. sup. lin. M. 11 *bibent*] corr. in marg. ex *biberunt* O. *Ego*] *hoc* add. O, quod tamen mox expunctum est. 12 *propterea*] M, O in textu; *et propt.* V, O marg. 13 *Restituetur*] *Restituerunt* M postea corr., OV. *Sodoma*] M; *Sodomam* OV. 14 *vindicabit*] M optime; *iudicabit* OV. 15 *receperat*] *reciperat* codd.; O postea correctus est. 19 *quae bibisti*] M, gr. ἡ πιοῦσα; *qui bibisti* V; *qui bibistis* O. *poculum*] M; *populum* OV. 21 *in omnibus*] MO; V om. *in*. 22 *in paenitentiam*] *m* om. OV. 23 *iustitias*] *iustitiam* OV.

1. *adiutorium*] Is. 47, 14 sq. iuxta LXX.
3. *Hiezechielis*] 22, 18.
7. *combustionis*] Is. 4, 4.
9. *suum*] Malach. 3, 2 sq.
11. *terrae*] Ps. 74, 9.
13. *in antiquum*] Ezech. 16, 55.
14. *Sodomorum*] Matth. 10, 15.
14. *in idipsum*] Nahum 1, 9 sec. LXX.
17. *invocabo*] Ps. 115, 13.
19. *furoris*] Is. 51, 17.
20. *Hieremias*] 25, 15 sqq.
25. *eorum*] Psalt. hebr. Hieron. 'Quoniam iustus Dominus, iustitias dilexit: rectum videbunt facies eorum'.

ob supra dictas causas: quia et iustum in praesenti saeculo temptationibus derelinquens non punit sed probat, et impium diligentem iniustitiam odit anima eius. Aliud quippe est peccare carnis necessitate superatum, aliud in affectum transire peccantis. Unde et tales homines, quorum cor impaenitens est, odit anima Dei. Et quia super peccatores pluit laqueos, et dat eis bibere poculum cruciatuum quod merentur, iustus ipse Deus amat iustitias. Sicut enim unus est verus Deus, et si multi sunt dii qui participatione illius appellantur, et unus est filius Dei unigenitus, alii autem adoptione vocantur; sic et una est vera iustitia, ut in Proverbiorum exordio scribitur, sed ex communicatione eius plures iustitias appellatas diligit Dominus. In eo vero quod ait, Aequitatem vidit vultus eius, id est Dei, ut sit sensus, Ea quae recta sunt iudicat; in hebraeo secundum illam intellegentiam dicitur: Hi ipsi qui iudicabuntur, tam iusti quam impii et peccatores, videbunt iustitiam Dei, et aequitatem Domini illorum facies contemplabuntur, et dicent 'Iustus es Domine, et rectum iudicium tuum'.

DE PSALMO XV.

Tituli inscriptio ipsi David. Pro quo quinta editio ipsum verbum hebraicum posuit 'MACTHAM David': quod Aquila interpretatus est 'humilis et simplicis David', Symmachus 'humilis et inmaculati David'. Et ipse rursum Aquila in quinquagesimo quinto psalmo et in ceteris usque ad quinquagesimum nonum hoc ipsum vertit, ut diceret 'humilis perfecti David'. Ex quo intellegimus, unum verbum et simplicem et inmaculatum et perfectum sonare, ita tamen ut semper singulis humilitas praeponatur; quod apud hebraeos compositum est ex duobus integris, ut quomodo dicimus, omnipotens, duo vocabula in uno sermone concludentes, ita et verbum MACTHAM in syllaba quae appellatur MAC humilitatem sine ambiguitate demonstret, in sequenti autem quae dicitur THAM tria quae supra diximus sonat. Sex autem psalmi sunt, ni tamen

1 *temptationibus*] M; *tent.* OV. 2 *derelinquens*] M; *derelictum* OV. 4 *peccantis*] codd., pro *peccandi*? 6 *cruciatuum*] *cruciatum* V. *Deus*] M corr. ex *dei*; *dei* item OV. 7 *et si*] OV; M om. *si*. 8 *appellantur*] M; *appellentur* OV. *et*] OV; *ita et* M. 9 *ut in*] M; *et in* OV. 13 *iusti*] OV; *iustus* M. 17 *DE PSALMO XV*] Ex iisdem codd. MOV. 18 *Tituli i. i. David*] praetermisit M. 19 *MACTHAM*] MV; om. O. 20 *inmaculati*] *immaculati* MO; *immaculatus* V. 26 *concludentes*] *concludens* V. 27.29 *MACTHAM... MAC... THAM*] vacuo tantum intervallo indicantur in O. 29 *sonat*] codd., pro *sonet*? *ni*] OV; *nisi* M.

9. *Proverbiorum*] 1, 3 secundum LXX δικαιοσύνην ἀληθῆ.
16. *tuum*] Ps. 118, 137.

20. *David*] Eadem ex Hexaplis proferuntur in Commentariol. 25, 13 sqq.

fallimur, qui hoc titulo praenotantur : quintus decimus psalmus, et quinquagesimus quintus, et quinquagesimus sextus, et quinquagesimus septimus, et quinquagesimus octavus, et quinquagesimus nonus. Qui omnes referuntur ad dispensationem et passionem Domini nostri Salvatoris : et cum addita quaedam inter se in praescriptionibus suis habeant vel detracta sive variata, in hoc tamen uno sermone consentiunt, id est, in tituli inscriptione, quod nunc solum in quinto decimo psalmo ponitur. In reliquis enim quinque quaedam et historiae praeponuntur, ut prophetia super Domino Salvatore non solum verbo sed etiam opere monstraretur. Sex autem ob hanc causam puto esse psalmos qui hoc mysterium contineant et tali titulo praenotentur, quia Salvator in sexta die mundi pro omnibus crucifixus moriens et resurgens hunc nobis quasi victoriae suae titulum dereliquit; ut psalmos istos qui his praescriptionibus adnotantur describamus in cordibus nostris, et ingeramus in illis eloquia Dei, et mentes nostrae mortis dominicae memores sint ; ut quomodo Iacob fecit Racheli titulum et usque hodie permanet, ita nos passionis illius titulum et memoriam in nostro corde signemus. Neque vero illud expositioni nostrae putetur adversum, quod Dominus in lege praecepit : ' Non facies tibi titulum, quae odit Dominus Deus tuus ' ; sed ad singularem numerum tituli pluralem generis neutralis iunxit dicens, Quae odit Dominus Deus tuus, id est, non facies talia opera, quae in condemnationem tuam maneant in aeternum. Haec enim odit Dominus Deus tuus. Tales titulos si forte per neglegentiam nostram ille qui zizaniam superseminat in terra repromissionis extruxerit, iubent filiis Israel διορατικοί, videlicet magistri, ut evertant illos et subruant et de terra quae lacte et melle fluit ex-

1-3 *quintus decimus... et quinquagesimus nonus*] Locus in M pessime habitus : *Quinto decimo. Quinquaginta quinto. Quinquaginta sexto* ! 4 *nostri*] OV ; om. M. 7 *in quinto*] OV ; M om. *in*. 8 *et historiae*] V, corr. ex *et historice* O (cf. III[1] 52, 6) ; M om. *et*. 9 *Domino Salvatore*] M ; accusativo OV. 13 *praescriptionibus*] M ; *scriptionibus* OV. 14 *Dei*] M ; *Domini* OV. 18 *Non facies tibi titulum quae odit*] M, graec. οὐ ποιήσεις σεαυτῷ... στήλην, ἃ ἐμίσησε ; *Non facietis quae* OV corrupte. 21 *in condemnationem tuam*] ablativo OV. 22 *Haec*] M ; *hoc* OV. 23 *qui*] om. M. *zizaniam*] M ; *zizania* OV. *in*] OV ; *a* M. 24 *extruxerit*] OV ; *extraxerit* M. *iubent filiis*] OV ; *iubentur filii* M. διορατικοί] scripsi ; ΔΙΟΡΑΤΙΚΑΙ codd. MV ; om. O.

16. *usque hodie permanet*] Legesis adnotat. III[2] 19, 24.

19. *tuus*] Deut. 16, 21 sq.

25. *exterminent*] Cf. Num. 33, 52. Qui autem hic διορατικοί appellantur a tractatore, alibi quoque, cum in Scriptura de *Videntibus* sermo est, Hieronymo iidem sunt ac *magistri*, v. gr. Comment. in Is. 30, 10 ' *Qui dicunt Videntibus, Nolite videre*... Ecclesiarum loquuntur magistris : Nolite nobis videre quae recta sunt... si aversetur austeritatem magistrorum '

terminent. Talem titulum et Abessalon inane sibi extruxit sepulchrum; qui usque hodie permanet in dedecus et testimonium parricidae. In talem titulum versa est et uxor Loth, quia non priora sed post tergum voluit aspicere.

Post haec quaeritur, cur Septuaginta interpretes aliter quam in hebraeo et apud ceteras editiones est transferre voluerunt. Quod et de multis aliis locis, sed maxime de praescriptione noni psalmi intellegi potest. Qui cum apud hebraeos praenotetur LAMANASSE ALMUTH LABEN, quod interpretatur Symmachus 'triumphus adolescentiae filii', quinta autem editio 'triumphus florentis iuventutis filii', Septuaginta interpretes, nolentes tam aperte Ptolomaeo regi et gentibus passionem et resurrectionem prodere Salvatoris, transtulerunt 'In finem pro occultis filii': et ex ipso titulo demonstrantes, quaedam occulta latitare, quae transferre noluerint. Ita et nunc quia humilitas simplicitas immaculatio atque perfectio non hominem (nullus est enim qui hoc se audeat titulo praenotare) sed Dei filium demonstrabant, idcirco στηλογραφίαν, hoc est, dignam rem quae titulo notaretur transferre voluerunt; ut aliud intellegeremus clausum in titulo, aliud in voce prolatum. Titulus autem et viris fortibus ponitur in sepulchris ad memoriam pristinae fortitudinis, et his qui occubuere pro patria, et ubicumque trophaea sunt atque victoriae, et ubi leges publicae describuntur. Quorum omnium super persona Domini Salvatoris facilior interpretatio est.

Custodi me Domine, quoniam in te speravi: dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Si unus apostolus interpretaretur hunc psalmum, si duo, grandis et unius et duorum esset auctoritas.

1 *Abessalon*] scripsi; *Abesalon* O in marg; *Absalon* MV, O in textu. *inane... sepulchrum*] OV; *inani... sepulchro* M. 3 *quia*] M; *qui* OV. *post tergum*] *postergum* codd., M postea correctus est. 8 *LAMANASSE*] M; *LAMMANASSE* OV. *ALMUTH*] MO; *ALAMUTH* V. 11 *passionem*] OV interponunt *et testimonium parricidae*, quae verba in M non comparent, et ex lin. 2 supra perperam huc intrusa sunt. 13 *quae*] corr. ex *quem* O. 14 *noluerint*] M, O in textu; *noluerunt* V, O in marg. *simplicitas*] M; om. OV. 15 *est enim*] M; *enim est* OV. 16 στηλογραφίαν] scripsi; CTHΛΓΡΑΦΤΩΝ cod. M; CTHΦΙΩΝ Vatic; om. O. 20 *sunt*] OV; om. M. 22 *facilior*] V, O in marg. corr. ex *facilius*; *facilis* M. Conf. Hieron. Epist. 64, n. 6 'multoque facilior est super Domino interpretatio'. 23 *Custodi*] M, cf. infra 13, 24; *conserva* OV. 24 *meorum*] om. M.

2. *qui usque hodie permanet*] En novum tibi de Absalonis sepulcro documentum cum Fl. Iosephi ('Αρχαιολογ. VII, x, 3) testimonio conferendum.

11. *Ptolomaeo regi*] Cf. adnotat. ad Tract. de ps. VIIII 26, 4 et Commentariol. 22, 1.

14. *immaculatio*] Vox, ni fallor, apud Hieronymum nondum a lexicographis notata.

Nunc vero (quod in nullo de psalmis scriptum est) super hoc in Actibus apostolorum repperimus, quod Petrus cum Christi apostolis, iam cum Mathias in duodecim pro Iuda fuerat adsumptus, interpretans levaverit vocem suam, et post multa dixerit: 'Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha David, quoniam et defunctus est, et sepultus est, et sepulchrum ipsius est apud nos usque in hodiernum diem. Propheta igitur cum esset, et sciret quia iureiurando iurasset illi Deus, de fructu lumbi eius sedere super sedem eius, providens locutus est de resurrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno, neque caro eius vidit corruptionem. Hunc Iesum resuscitavit Deus, cuius nos omnes testes sumus.' Cum ergo omnes pariter apostoli ad Dominum Salvatorem psalmum istum retulerint, nobis, qui christiani esse volumus, utique illorum sequenda sententia est. Nec mirum quod ille, qui erat aequalis Deo et se humiliavit formam servi accipiens, servi vocibus nunc loquatur. Unde et in ipso titulo humilis et simplex et immaculatus perfectusque perscribitur: quia qui nullius indigebat auxilio, in tantum se humiliavit, ut pro nobis, pro ecclesia, id est, pro corpore suo Dominum precaretur. Et re vera grandis humilitas est, Deum rogare pro hominibus, Dominum rogare pro servis, sanctum pro peccatoribus: ut non solum in servis suis ipse et vestitum et potatum et visitatum esse se dicat, sed etiam cum illi rogaverint et exauditi fuerint, se rogasse et auditum esse fateatur. Assumens igitur corpus humanum, vidit contrarias fortitudines, vidit et exercitum diaboli facto adversus se cuneo dimicare; et propterea nunc dicit: Custodi me Domine, nisi enim custodieris meum corpus, ecclesiam quae in te sperat, in vanum vigilant qui custodiunt eam.

Quod autem sequitur, *Dixi Domino, Deus meus es tu*, ad apostolos et ad discipulos et ad nos, si tamen meremur esse discipuli, sermonem mittit, docens quid locutus sit universitatis Domino. Quid igitur Domino

1 *Nunc*] MV, corr. in marg. ex *Hunc* O. 2 *repperimus*] ita codd. *cum Christi apostolis*] fortasse primum scriptum erat *cum XI apostolis*, uti Act. 2, 14 σὺν τοῖς ἕνδεκα. 6 *ipsius*] M; *eius* OV. 11 *pariter*] OV; om. M. 16 *perscribitur*] ita tres codd. 18 *est*] OV; om. M. *Deum*] M; *dominum* OV. 20 *potatum*] M; *portatum* OV. 23 *facto adversus se cuneo*] iam scripseram, cum idipsum repperi in M; *factum adversus se secum* OV. Cf. supra 2, 21. 24 *meum*] *mecum* V. *ecclesiam*] scripsi; *aecclesia* M; *et ecclesiam* OV. 25 *vigilant q. custodiunt*] OV; *vigilat q. custodit* M. 26 *Domino*] mutat. in *Dominus* O. *Deus*] codd., pro *Dominus*, cf. p. seq. l. 1. *tu*] om. M. 27 *ad discip.*] V om. *ad*.

11. *sumus*] Act. 2, 29-32.

12. *qui christiani esse volumus*] Hieron. Trac. de ps. LXXVII 59, 4 'Si christiani sumus... quia sumus christiani, debemus credere evangelistis'.

14. *accipiens*] Phil. 2, 6 sq.

22. *contrarias fortitudines*] Cf. Goelzer, Lat. de S. Jér. p. 231, et Tract. de psalmo X supra 4, 16.

locutum esse se dicit? Dominus meus es tu: id est, qui omnium Dominus es, proprie meus, hoc est, meorum factus es Dominus. Erat Dominus omnium et in veteri testamento, quippe qui universa condiderat; sed proprie sanctorum factus est Dominus, dicens: 'Ego sum Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob'. Sicut illorum ergo, ita et meus nunc specialiter Dominus es, quia meorum Dominus esse dignaris. Et causa, quare sit ei Dominus, subicitur: Quoniam bonorum meorum non eges. Non eget enim Deus omnipotens bonorum hominis, nec virtutes nostrae ad profectum Dei pertinent, cum Deus non recipiat incrementum: sed quicquid laboramus et nitimur, ideo illud a nobis accipit et exigit, ut nobis restituat quod accepit. Nam et ille qui in evangelio de una mina decem fecerat minas, non solum quod dederat recepit, sed etiam alia mina, quam alius non poterat multiplicare, donatus est. Dicitur et ad Iob: 'Quid prodest Domino, si tu simplicem facias viam tuam?' Ceteri domini, quamvis potentes sint, tamen non possunt dicere servis suis, Opera vestra non indigemus: abutuntur siquidem eorum ministerio. Deus vero solus est Dominus, qui servorum suorum ad hoc tantum indigeat officio, ut occasionem habeat plus donandi. Simulque docemur, quod si Salvator pro nobis rogat (rogavit quippe et pro apostolis in evangelio, et propterea eos quos prius vigilare compulerat dormire permisit), utique de nobis magis rogare debemus: quia quamvis curramus, tamen sine illo ad propositum pervenire non possumus, iuxta Symmachi et quintae editionis interpretationem, qui dixerunt 'Bonum meum non est sine te'; ut ad illam ista translatio sententiam referatur: 'Nisi Dominus

1 *Dominus*] MO, gr. Κύριός μου εἶ σύ; *Dominus Deus* V. 3 *veteri*] M; *vetere* OV. 4 *est*] M; *es* OV. 5 *et*] primo loco om. M. 9 *profectum*] M; *perfectum* OV. *pertinent*] *pertinet* V. 11 *quod*] M; *quid* OV. *accepit*] MO; *accipit* V. 11 sq. *de una... quod dederat*] *de mna decem fuerat minas non solum quod erat* M corrupte. 13 *mina*] OV; *mna* M. 14 *et*] om. M. *prodest*] *prodeest* O. *simplicem*] M, O in marg: *simpliciter* V, O in textu. *viam*] O in marg., gr. τὴν ὁδόν σου; *vitam* MV. 15 *tamen*] M; om. OV. 16 *abutuntur*] O in marg: 'legendum puto *utuntur*'; sed videsis H. Goelzer 'Latinité de S. Jérôme' p. 267, et Tract. de ps. LXXXVII infra, ad versum *Tota die expandi manus meas ad te.* 19 *apostolis*] OV; *aliis* M, nota compendiaria male lecta. 20 *propterea eos*] scripsi, licet *eos* ex abundanti esse videatur; *propter eos* codd. *dormire*] M; *et dormire* OV. 21 *de nobis m. rogare debemus*] M; *et nos m. debemus rogare* OV. *tamen*] M; om. OV ut supra l. 15. 22 *Symmachi*] scripsi; *symachi* M; *Symmachum* OV. 23 *quintae*] scripsi; *quintam* codd. *editionis*] *Edidonis* O!

5. *Iacob*] Matth. 22, 32.
6. *specialiter Dominus es*] Cf. Tract. de ps. LXVII 41, 13.
11. *restituat quod accepit*] Idem supra Tract. de ps. CVII 180, 17 sqq.
in evangelio] Luc. 19, 13 sqq.
15. *tuam?*] Iob 22, 3 sec. LXX

aedificaverit domum, in vanum laborant qui aedificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilat qui custodit eam.'

Sanctis qui sunt in terra eius, mirabiles fecit omnes voluntates suas in eis. Pro quo in hebraico scribitur : ' Sanctis qui in terra sunt, et sublimibus meis, omnis voluntas mea in eis '. His bonis quibus tu non indiges, o Pater, indigent sancti mei, quibus omnes voluntates meas feci esse mirabiles. Feci autem meas mirabiles voluntates, non extra eos, sed in eis : ut dum unusquisque corrigitur, et se intellegit quis ante fuerit, et nunc esse quis coeperit, fiant in illis meae mirabiles voluntates ; ita tamen, si exeuntes de Aegypto et eremum transeuntes, terram potuerint repromissionis intrare, quae terra initium terrae viventium est. Nec statim contrarium huic est, quod mirabilia in terra Dei tantum dicantur fieri, illud, quod in campo Taneos, hoc est, in Aegypto sint facta mirabilia. Magna quippe distantia est inter mirabilia quae facta sunt a Moyse et ab Iesu. Ibi de Aegypto fugitur, hic intratur in Iudaeam : ibi vitatur dominus Pharao, hic qui serviant comprehenduntur : ibi ranae et sciniphes et cinis et grando et tenebrae adsumuntur in mirabilibus, hic soli imperatur et lunae : ibi in columna nubis et ignis antecedit populum Deus, hic obvius occurrit ipse Salvator gladium tenens et pro exercitu suo se dimicaturum esse contestans. Videtis quomodo maiora sint mirabilia quae fuerunt in terra repromissionis, quam quae facta sunt in Aegypto vel in deserto ? Possumus autem terram Dei ecclesiam intellegere, quod sanctis qui in ecclesia sunt voluntates Dei omnes mirabiles esse videantur ; his enim qui extra ecclesiam sunt nihil videtur mirabile, quod per naturam suam mirum est. Simus ergo et in terra Dei, et transformemur in imaginem Salvatoris, et omnes voluntates suas mirabiles faciet in nobis.

Multiplicatae sunt infirmitates eorum, et post haec acceleraverunt.

2 *vigilat*] *vigilant* V. 3 *suas*] codd. iuxta gr. τὰ θελήματα αὐτοῦ, cum in Psalt. Rom. et Gall. legatur *meas*. 4 *hebraico*] M ; *hebraeo* OV. *sunt*] codd. OV add. *eius*, quod iure M haud agnoscit, sicut nec Psalt. Hieron. ex hebr. 6 *o Pater*] *optatur* M mox expunct. *meas*] M ; *ineas* O, *in eas* V. 8 *et se*] OV, ubi graeca dictio agnoscitur apud Nostrum haud infrequens ; *et in se* M. *ante*] corr. in marg. ex *autem* O. *fuerit*] *i* ex *a* corr. M. 9 *nunc*] OV ; om. M. 10 *eremum*] *her*. M. 12 *huic*] M ; *hic* OV. 13 *illud*] M ; *et illud* OV. *Taneos*] O, V 1 manu ; *Thaneos* M, V sup. lin. 16 *dominus*] M ; om. OV. *sciniphes*] OV ; *scinifes* M. 19 *pro exercitu suo*] M ; *per exercitum suum* OV, cf. supra, 1, 5. 23 *sanctis*] OV ; *sancti* M. 25 *et in*] M ; OV om. *et*. 27 *et post haec*] codd. OV, quam lectionem utpote singularem retinere visum est, cum in M et in omnibus latinis versionibus legatur *postea*.

2. *eam*] Ps. 126, 1.

5. *in eis*] Psalt. hebr. Hieron. ' Sanctis qui in terra sunt et magnificis, omnis voluntas mea in eis '.

14. *mirabilia*] Ps. 77, 12.

Quorum, infirmitates eorum multiplicatae sunt? Utique sanctorum qui supra in terra esse Domini memorantur. Quando erant insipientes, increduli, errantes, servientesque desideriis et voluptatibus variis, in avaritia et invidia peragentes, multiplicabantur infirmitates eorum. Quando vero loti sunt, et sanctificati sunt, et ad paenitentiam conversi praeterita relinquere peccata, tunc acceleraverunt. Legi in epistola Barnabae (si cui tamen placet de ea recipere testimonium) quod elegerit Deus apostolos, qui erant super omne peccatum iniquiores. Et utique, si erant omnibus peccatoribus nequiores, multiplicabantur tamen infirmitates in eis; a quibus postea quam celeriter recesserint vide. Petro et fratri eius Andreae dicitur 'Veni et sequere me'. Similiter Iacobo et Johanni, qui et patrem et naviculam et rete dimittunt. Matthaeus de teloneo consurgit, et statim apostolus est. Zachaeus de arbore descendit, et sanctus est. Paulus persequens ecclesiam repente credit, lavatur, docet, persecutionibus subiacet, decollatur. Quid hac conversione velocius? Gentium quoque populus antequam converteretur ad Dominum et audiret per Esaiam 'Hoc primum bibe, velociter fac' in omnibus infirmitatibus erat, sive, ut interpretatus est Symmachus 'aerumnis' vel ut aptius Theodotio et quinta editio 'idolis'. Multiplicatis autem idolorum cultibus, ad primam apostolorum vocem credens, velociter est conversus ad Dominum. Quod quidem et Aquila διαπονήματα transferens, secundum morem suum simulacra significat. Nam in hebraeo dicitur ASABOTH, id ipsum verbum quod et ibi ponitur 'Idola gentium argentum et aurum'. Porro

1 *eorum*] M; om. OV. 2 *in terra esse Domini*] M; OV om. *in terra* et *Domini*. 4 *peragentes*] codd., pro *pergentes*? *multiplicabantur*] scripsi; *multiplicabuntur* codd. et ita quidem Hieron. in Psalt. ex hebr. 5 *loti*] corr. ex *locuti* M (conf. lin. 14 infra); item *locuti* OV. 7 *placet*] post vocem *testimonium* transferunt OV. 9 *multiplicabantur*] M; *multiplicabuntur* OV. Cf. lin. 4 supra. *tamen*] M; om. OV. 10 *quam celeriter*] MV, O in marg. corr. ex *qui celeriter*. *recesserint, vide*] M optime; *recesserunt, ut de* OV. *fratri eius*] M; om. OV. *Andreae*] M; *Andrea* OV. 11 *Iohanni*] M; *Ioanne* V; *Ioannes* O. 12 *teloneo*] *theloneo* M; *telonaeo* OV. 16 *quoque*] M; om. OV. 18 *vel ut aptius*] *velut apcius* M; *vel aptius* OV, fortasse pro *apertius*. *Theodotio*] *Theodocio* M; *Theodosius* OV. 19 *autem*] M; *aut* OV. 21 διαπονήματα] M; ΔΙΑΤΙΟΝΗΜΑΤΑ cod. V; om. O. 22 *ASABOTH*] om. O.

6. *in epistola Barnabae*] c. 5, n. 9. Haec ipsa verba memoriae lapsu Ignatio adscribit Hieronymus, Dialog. contra Pelag. III, 2 et statim addit 'De quorum celeri conversione psalmista canit *Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt*'.

si cui tamen etc.] Cf. adnot. ad Tract. de ps. I. 4, 19.

11. *sequere me*] Cf. Matth. 4, 18 sqq.

14. *lavatur*] i. e. baptizatur. Sic Hieron. in Ezech. 1, 3 'Apostolus Paulus quando ab Anania lotus in Domino est...'

17. *fac*] Is. 9, 1 iuxta LXX.

23. *aurum*] Ps. 113, 12.

in eo quod ait προικισαμένων, quod Septuaginta dixerant ' acceleraverunt ', videtur mihi sensum monstrare sublimem : quod apostoli sive gentium populus postquam ad fidem Christi conversi sunt, et Dominus illis sua peccata donavit (hoc est enim προικισαμένων, quod προίκια, id est, gratuito eis conversa sunt vitia), διαπονήματα, hoc est, dolores in illis aucti sunt, scientibus in quam magni maris aquis fuerint et a quali barathro liberati sint ; secundum illud quod in Ecclesiaste scriptum est ' Qui apponit scientiam, apponit dolorem '. Et Paulus : ' Qui non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei '. Potest autem et aliter disseri, quia ' virtus in infirmitate perficitur ' ; et quando infirmior est apostolus, tunc fortior est. Nos quoque si volumus cito ad Dominum pervenire, multiplicare infirmitates debemus, ut infirmi in carne facti, simus in spiritu fortiores.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus. Manifeste qui loquitur Salvator est. Quis enim poterat alius dicere, Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus ? Eorum autem, vel nationum intellege vel apostolorum. Si nationum, hic erit sensus : Licet sanguinis rei sint, et multa scelera perpetrarint, tamen quoniam post infirmitates ad me acceleraverunt, conventicula eorum pura erunt et a sanguine prorsus aliena. Si de apostolis, hic erit sensus : Nequaquam mihi ut in veteri lege offerent hostias, sed erit novi testamenti religio spiritalis. Secundum altiorem autem intellegentiam, hoc dicendum : Quia virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus ; et sanguis impii de manu speculatoris inquiritur, qui iram Dei noluerit praedicare venientum ; et qui minimum scandalizaverit, interficiet eum ; et quorum manus

1 *in eo*] *in eum* M. προικισαμένων] ΠΡΟΚΙCΑΜΕΝΟΝ hoc loco, ΠΡΟΙΚΙCΑΜΕΝΟΝ infra lin. 4, cod. M ; ΠΡΟΙΚΙΚΑΜΕΝΟΝ cod. V 1° loco, infra vero ut Marcianus ; O more suo omittit. *dixerant*] O, V corr. ex *dixerunt*, M e contrario sup. lin. mutat in *dixerunt*. 4 προίκια] MV, pro προῖκα ? om. O. 5 *conversa*] vox tractu calami notata in O. διαπονήματα] ΔΙΑΠΟΗΗΜΑΤV Marc ; OV ut supra 16,21. 6 *magni*] V, corr. ex *magnis* O ; item *magnis* M. *aquis*] OV, corr. ex *aquae* M. *fuerint*] MV, corr. ex *fuerunt* O. *a*] praepositionem om. M. *barathro*] absque *h* M. 7 *sint*] M ; *sunt* OV. 8 *Qui*] M ; *quia* OV. 9 *quoniam*] M; *qui* OV. 10 *in*] M ; om. OV. 12 *multiplicare infirmitates*] OV ; *multiplicari in infirmitate* M. 14 *qui*] om. M. 15 *dicere*] *i* ex *o* corr. M. 18 *sint*] OV ; *sunt* M. *perpetrarint*] V, corr. ex *perpetrarunt* O ; indicativo item M. 19 *pura erunt*] OV ; *puraverunt* M, corr. *purgaverunt*. *a*] om. M, uti supra lin. 6. 23 *abominab.*] *abhom*. M. 24 *speculatoris*] M ; *peccatoris* OV. *inquiritur*] M ; *exquiritur* OV.

8. *dolorem*] Eccle. 1, 18.
9. *Dei*] 1 Cor. 15, 9.
10. *perficitur*] 2 Cor. 12, 9.
11. *fortior est*] Ibid. vers. seq.
23. *Dominus*] Ps. 5. 7.
24. *inquiritur*] Ezech. 33, 6.

sanguine plenae sunt, non posse eos in synagogas Domini praegregari certum est, qui spiritu combustionis ante purgandi sunt. Synagogas autem Domini, vel in praesenti intellegamus ecclesias, vel, quod melius puto, diversas apud Patrem in caelestibus mansiones, quas intrare non poterit, qui peccatorum fuerit cruore respersus.

Nec memor ero nominum illorum per labia mea. Sanctos, quorum multiplicatae sunt infirmitates, et quorum non congregabo conventicula de sanguinibus, quia ad me acceleraverunt, nequaquam vocabo pristinis nominibus, sed novis: id est, postquam in fonte meo eos lavero, non vocabo ut ante filios hominum, sed filios Dei. Sive aliter: Immutabo, inquit, nomina illorum, et de Simone Petrum faciam, quia super petram illius mea fundata est ecclesia; de filiis Zebedei, filios tonitrui, sublimia enim illis evangelii mei sacramenta sum commissurus. Nec modo istis, sed et Abrahae quondam et Sarrae immutata sunt nomina; nec decet ut quorum vita a pristina conversatione diversa est, eorum eadem sint vocabula. Alius vero hoc quod ait, Nec memor ero nominum eorum per labia mea, sic interpretabitur: non eos leviter et quasi transitorie nominabo, sed habebo in profundo cordis mei, in anima mea continebo. Ut quomodo ad incredulum populum dicitur 'Populus hic labiis me honorat, cor vero eius longe est a me', sic e contrario sanctos suos Dominus non labiis tantum nominet, sed intimo mentis teneat affectu.

Dominus pars hereditatis meae et calicis mei: tu es qui restitues hereditatem meam mihi. Salvator noster in scripturis et pontifex appellatur et rex. Pontifex, in eo: 'Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech'. Rex, ut ibi: 'Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius'. Secundum hoc ergo quod sacerdos

1 *praegregari*] OV; *congregari* M. 3 *in praesenti*] M; OV om. *in*. 6 *illorum*] OV, Psalt. Rom; *eorum* M. 11 *super*] OV; *supra* M. 12 *filiis*] OV, corr. ex *filio* M. *filios*] OV, corr. ex *filius* M. 13 *illis*] OV; *illius* M. *sum*] OV, corr. ex *sim* M. *Nec modo istis, sed et*] OV; *Hoc modo et* M. 14 *Sarrae*] M; *Sarae* OV. 18 *habebo*] OV, sup. lin. corr. ex *habeo* M. 22 *pars*] corr. ex *pras* M. 25 *ibi*] M; *ubi* OV.

2. *spiritu combustionis*] Cf. Is. 4, 4.

16. *vocabula*] Hieronymus in Dan. 1, 7 'Porro Dominus in bonam partem nomina mutat antiqua, et ex rebus imponit virtutum vocabula: ut Abram appellaret Abraham, et Sarai Sara. In evangelio quoque quondam Simon Petri nomen accepit, et filii Zebedaei appellati sunt filii tonitrui'; in Philemon. 1 sqq. 'Ut ex Abram Abraham diceretur, Dei iussione perfectum est; ut ex Sarai Sarae vocabulum fieret, aeque Dei imperium fuit. Et ut ad novum instrumentum veniam, ut Simon Petri nomen acciperet, et filii Zebedaei *bane reem* hoc est filii tonitrui vocarentur, Domini nostri Iesu Christi voce praeceptum est'.

20. *a me*] Is. 29, 13.

25. *Melchisedech*] Ps. 109, 4.

26. *eius*] Ps. 2, 6.

est, pars illius est Dominus. Scriptum est enim in lege : ' Filiis Levi non dabis hereditatem in medio filiorum Israel, quoniam ego sum pars eorum, dicit Dominus '. 'Unde ab Iesu non acceperunt partem in terra Iudae, sed dispersi sunt per tribus, impleta illa prophetia ' Dividam eos in Iacob, et disseminabo eos in Israel'. Si vero levitae non habuerunt partem nisi Dominum, quanto magis iste qui pontifex est, et qui audet dicere ' Pater in me manens facit opera sua ' habet Patrem specialem et propriam portionem. Secundum hoc vero quod rex est, dicitur ad eum : ' Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae.' Et nota quam eleganter in utroque sermo moderatus sit. De Patre dicitur, Tu es pars hereditatis meae. Es, inquit, non fuisti : semper enim Filius mansit in Patre, et Pater in Filio. De nationibus vero, Tu, inquit, restitues mihi hereditatem meam : esse enim hereditas Domini cessaverunt, quando multiplicatae sunt infirmitates eorum, et congregabantur conventicula eorum de sanguinibus. Licet quidam etiam inferiorem versum ad Deum Patrem referendum putent, ut sit sensus : Quoniam evacuavi me, formam servi accipiens, et de mea maiestate descendi in terras, restitue mihi hereditatem meam ; hoc est, teipsum in quo semper fui, et glorifica me gloria quam habui apud te ante quam mundus fieret. Non enim mihi novam aliquam dabis possessionem, sed restitues hereditatem meam, divinitatem videlicet Deique naturam, quam propterea visus sum non habere, quia formam hominis acceperam. Porro in eo quod ait, Et calicis mei, nulli dubium est, in scripturis interdum calicem pro desiderato potu et gaudio accipi, ut ibi ' Calix tuus inebrians quam praeclarus' et alibi ' Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo'. Ut quomodo cibus noster et potus Salvator noster est (carne quippe eius vescimur et cruore potamur) ; ita eius hominis, qui a Salvatore adsumptus est, cibus et poculum Pater sit, id est, cum Deo Patre una communisque divinitas.

Funes ceciderunt mihi in praeclaris : etenim hereditas mea praeclara est

4 *illa*] M ; om. OV. 5 *eos*] non repet. OV. *partem*] corr. ex *patrem* M. 6 *qui*] ante *pontifex* sup. lin. add. M, om OV. *audet*] corr. ex *audit* M. 10 *sermo*] M ; *sermone* OV. 11 *Patre*] M ; *parte* OV. 13 *Tu inquit restitues mihi*] M ; *Et dabis tu, inquit* OV. 16 *Deum*] OV ; *dñm* M. 18 *in terras*] OV ; *in terris* M. 21 *restitues*] OV ; *restituae* M. 25 *praeclarus*] M add. *est*, quod verbum nesciunt OV iuxta gr. ὡς κράτιστον. 26 *et potus Salvator noster*] om. M propter homoeotel. *est*] M ; om. OV.

3. *Dominus*] Cf. Num. 18, 20.
5. *Israel*] Gen. 49, 7.
7. *opera sua*] Io. 14, 10. 'Sua' item addit codex Bezae Cantabrigiensis.
10. *terrae*] Ps. 2, 8.
20. *fieret*] Io. 17, 5.
25. *praeclarus*] Ps. 22, 5.
26. *invocabo*] Ps. 115, 13.

mihi. Pro uno populo isto, totum orbem hereditatem possedi; et de orbe, non quoscumque, sed fortes. Hoc enim significat, in praeclaris, quod graece dicitur 'in fortibus': secundum illud 'Dominus fortitudo mea et refugium meum et liberator meus' et in alio loco 'Fortitudo mea et laus mea Dominus'. Si quis ergo praeclarus et fortis est, hic de hereditate Domini est. Unde et Theophilus ille amicus vel amator Dei, quia talis erat ut scribi ad eum peteret evangelium, κράτιστος, id est, praeclarus, fortis, vocatur : quod simplicius a latinis translatum est 'optime Theophile'. Porro funiculus in divisione agrorum sumitur, et ubicumque possessiones distribuuntur, aut terrenorum vectigalium census agitur, terra dividitur, ut in Iesu Nave quoque. Angelus funiculum tenens prophetae ostenditur, qui Hierusalem aedificaturus est, ut primum omnium spatium civitatis ratione et ordine metiatur, dehinc ea quae mensa sunt extruat. Et in Deuteronomii cantico legimus : 'Facta est pars Domini populus eius Iacob, funiculus hereditatis eius Israel'. In Regnorum quoque libro secundo, quando David superavit Moabitas, scriptura commemorat duos funiculos separatos ad mortificandum, et duos ad vivificandum. Quid sibi autem velit, quod de Moabitis alii ad mortem alii ad vitam sint separati, Orpha monstrat, et Ruth : quarum una conversa ad idola et ad patriam antiquam morti est destinata; altera sequens socrum, quae interpretatur dulcis, ait 'Populus tuus populus meus, et Deus tuus Deus meus'. Et nos igitur si volumus de hereditate et de funiculo esse Domini, simus fortes atque robusti, et dicamus : Omnia possum in eo qui me confortavit Christus. Nihil in nobis infir-

2 *in praeclaris*] *impraeclaris* OV. 3 *fortibus*] corr. ex *frontibus* M. 7 *ad eum*] M ; *ad se* OV. Cf. Goelzer, p. 403 sq. 9 *sumitur, et*] OV ; *sumitur. Et* M. 10 *aut*] OV ; *ibi* M. *agitur, terra*] *agitur. Terra* codd. 11 *quoque. Angelus*], *quoque angelus* codd. 12 *omnium*] OV ; *omne* M. 14 *Et*] scripsi ; *Sed* codd., pro *Sed et*? 19 *quarum*] *quare* V. 24 *possum*] *possumus* M (*us* postea eras.) et OV, ut reor, ob verbum plurale *dicamus*. *Christus*] *xp̄o* M, item O in marg.

4. *meus*] Ps. 17, 3.
5. *Dominus*] Ps. 117, 14.
6-9. Cf. quae leguntur circa fin. Homiliae I Origen. in. Lucam (P. L. 26, 255 A), ex Hieronymi calamo interpretis, non auctoris, uti recte iam aliis visum : 'Si quis Theophilus est, iste optimus et fortissimus est : hoc quippe significantius graeco sermone dicitur κράτιστος'.
9. *Theophile*] Luc. 1, 3.
14. *extruat*] Cf. Zach. 2, 1 sqq.
15. *Israel*] Deut. 32, 9.
17. *vivificandum*] 2. Reg. 8, 2 iuxta LXX.
21. *quae interpretatur dulcis*] Aliter, sed haud ita vere, vocabuli vim explicat Hieronymus, in libro quidem de Nominibus hebr. 'pulchram', in epistula vero LIV, n. 17 'consolatam.'
22. *meus*] Ruth 1, 16.
24. *confortavit*] Cf. Phil. 4, 13.

mum sit, nihil debile, nihil quod heres non dignetur accipere. Siquidem in sanctis suis Christus gloriatur, et dicit: Etenim hereditas mea praeclara est mihi. Vis scire quod praeclara hereditas fuerit Salvatoris? Considera Petrum, cerne Paulum, omnes apostolos et sanctos, siquidem universo orbe crediderunt, et videbis hereditatem Christi, atque praeclaram. Pro quo interpretatus est Aquila: 'Etenim hereditas mea [speciosissima] est mihi'. Ut sit illud quod in Cantico dicitur: 'Tota es speciosa mea, et macula non est in te'. Et iterum: 'Ecce formosa es, proxima mea, ecce formosa, oculi tui columbae.' Qui pulcher et fortis es, et cum similis illius fueris de quo canitur 'Pulchritudine tua et decore tuo', audies ab sponso: 'Obliviscere populum tuum et domum patris tui, et concupiscet rex decorem tuum'.

Benedicam Dominum qui mihi tribuit intellectum: insuper et usque ad noctem increpaverunt me renes mei. Ille qui infra loquitur 'Caro mea requiescet in spe, quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem' consentanee nunc quoque ait: Benedicam Dominum qui mihi tribuit intellectum, insuper et usque ad noctem increpaverunt me renes mei. Qui enim sapientia est, quomodo accipit intellectum? Sed quia 'Iesus proficiebat aetate et sapientia et gratia coram Deo et hominibus', non tam a Patre Filius quam homo a sua eruditus est divinitate. Unde et de eo qui de radice Iesse floruit prophetae vati-

1 *dignetur*] *debet* O prius in textu. 3 *quod praeclara*] codd. facile pro *quam praeclara*. 5 *atque*] M; om. OV. 6 *speciosissima*] Hanc vocem aut certe aliam eiusdem significantiae restituendam puto iuxta Hieron. in Psalt. hebr. ubi Aquilae vestigiis pressius inhaerere solet; *praeclara* codd. mendose. 8 *mea*] codd., fortasse pro *proxima mea*, ut in exemplo sequenti; utrobique in graeco legitur πλησίον μου. *non est*] *est* suppl. sup. lin. M. 9 *columbae*] *columbi* V. *es, et cum*] *es, et e regione qui fortis et pulcher es, et cum* M; *est et cum* O, mutat. in *es cum*; *esset* V, om. *cum*. 10 *et decore*] M om. *et*. 11 *audies*] V; corr. ex *audiet* MO. *tuum*] M; om. OV. 12 *concupiscet*]-*iscit* codd. 14 *increpaverunt*] hic semel et iterum; infra vero et in Commentariol. 26,20 *erudierunt*, item Hieron. ep. 133, n. 3. *requiescet*]-*escit* OV. 21 *de radice*] *de* suppl. sup. lin. M. *floruit*] OV; *floritur*, mutat. in *floret* M.

8. *in te*] Cant. 4, 7.
9. *columbae*] Cant. 1, 15.
10. *tuo*] Ps. 44, 5.
12. *tuum*] Ibid. 11 sq.
20. *hominibus*] Luc. 2, 52. — Cf. Commentariol. huius ps. p. 26, 17 sqq. 'Qui sapientia Dei est, non indiget ipsa sapientia; sed secundum illud accipiendum est, quod in evangelio dicitur: *Iesus proficiebat aetate sapientia et gratia coram Deo et hominibus*'.

a sua eruditus est divinitate] Hieron. ibid. l. 22 'interiori eruditus est divinitate humanae non credere fragilitati'. Et habes hic paulo post (pag 23, l. 12): 'interiorem divinitatis sapientiam possidentem, per quam edoctus sum imminente passione terrore crucis humanae fragilitati non cedere'. *Cedere* hoc loco, non *credere*: unde plus ponderis accedit lectioni quam primigeniam duxi in Spinaliensi Commentariolorum exemplari.

cinium est: ' Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae et intellectus '. Quod quidem ad insaniam Arrianae haereseos retundendam melius interpretati sunt Aquila et Theodotion dicentes : 'Benedicam Dominum consiliatorem meum ' ; ut non tam sapientiam et intellectum Filio Pater dederit quae ante non habuit, quam consilium suum ad eius sententiam copularit. Ut quomodo in Proverbiis consiliatricem se Deo dicit fuisse sapientia quando laetabatur orbe perfecto, et gaudebat sibi cotidie ; sic et ipsa sapientia, in eo quod humanum corpus assumpsit,quod mortuus est et resurrexit,ostendat se sine Patris consilio non fuisse, sed iuxta illud ' Ut facerem voluntatem tuam Deus meus volui '. Sed et hoc quod sequitur, *Insuper et usque ad noctem erudierunt me renes mei*, sic accipiendum, ut renes pro reconditis cogitationibus et profundo sentiamus affectu, quod proprie ἰδίωμα scripturarum est. Nam quantum in memoria mea est, nec apud philosophorum quempiam nec apud rhetorum, nec apud poetas, nec apud ipsos quidem medicos, qui naturae corporum scientiam repromittunt,umquam legisse me novi, renes pro intellectibus et profunda cogitatione positos. Scriptura autem hac consuetudine utitur, ut quando vult secretum aliquid et arcanum vel mysticum demonstrare, dicat 'Scrutans corda et renes Deus' ; ut,cor secretum cum sit, secretiores cordis partes sint renes. In Sapientia quoque, quae titulo Salomonis inscribitur, scriptum repperi : ' Renum eius testis Deus, et cordis contemplator verus, et linguae auditor '. In libro quoque Patriarcharum, licet inter apocryphos computetur, ita inveni, ut quomodo fel ad iracun-

4 *tam*] M ; *tantum* OV. 5 *quae*] M, postea mutat. in *quasi* ; *quem* OV. Cf. supra adnot. crit. ad 2, 7 et 3, 22. 6 *copularit*] *copularet* codd. *Proverbiis*] corr. ex *Proverbio* O. 10 *sed iuxta*] OV ; *set* mutat. in *scilicet* M. 10 *Sed et*] M ; OV om. *et*. 12 *pro*] omisso M postea supplevit *in* sup. lin. 13 ἰδίωμα] ΙΔΙΟΜΑ codd. *scripturarum*] M ; *scriptum* OV. 14 *rhetorum*] V, O marg ; *rethorum* M, O text. 15 *ipsos quidem*] M ; om. OV. 18 *arcanum*] *archanum* codd. 19 *secretum*] corr. ex *rectum* M, O in marg. ; *rectum* item V. *cum*] om. M. 20 *cordis partes*] OV ; *corde* M ex nimia fortasse scrupulositate. *Salomonis*] *mo* suppl. sup. lin. M. 22 *In libro quoque*] OV ; *in illo quoque libro qui vocatur* M, quae lectio artem sapit glossatoris.

2. *intellectus*] Is. 11, 2.
6. in *Proverbiis*] 8, 12 sqq.
10. *volui*] Ps. 39, 9.
13. ἰδίωμα *scripturarum*] Hier. ep. 85, n. 5 ' Idioma igitur scripturarum est, ut... ' Et infra p. 28, l. 5 'secundum illud ἰδίωμα scripturarum '.
quantum in memoria mea est] Cf. tract. de principio Marci 319, 15 et exemplum in nota ibid. allatum.
19. *Deus*] Ps. 7, 10.
22. *auditor*] Sap. 1, 6 ubi tamen non *contemplator* sed *scrutator* in Vulg. legitur.

diam, sic renes ad calliditatem et ad astutiam sint creati. Πανουργία autem id est calliditas, ut vel in bonam vel in malam partem accipiatur: in bonam, iuxta Proverbia 'Ut det, ait, innocentibus astutiam, puero autem iuniori sensum et intellectum'; in malam, ut apud apostolum 'Timeo autem, ne ut serpens seduxit Evam in astutia sua, corrumpantur sensus vestri a simplicitate quae est in Christo'. Quod ergo dicit, hoc est: eruditio mea et profunda cogitatio et internus cordis affectus non solum in caelestibus mecum fuit, sed etiam cum in nocte huius saeculi et in tenebris commorarer, mecum in homine versata est, et erudivit me, et nunquam a me abfuit, ut quicquid carnis imbecillitas non valebat, cogitatio et virtus divina perficeret. Vel certe sic: erudierunt me renes mei, interiorem divinitatis sapientiam possidentem, per quam edoctus sum imminente passione terrore crucis humanae fragilitati non cedere. Porro quis alius (quia vita Salvatoris exemplum est) asserit eum non solum vigilantem sed etiam dormientem omni caruisse peccato, et ab universo carnis fantasmate mansisse purum: ut sancti quoque, qui similes domini et magistri esse desiderant, omni custodia servent cor suum, et non tantum vigilantes, sed ne per somnum quidem, id est, non solum in die sed nec in nocte superentur. Hoc quoque adtendendum, quod dixerit, Insuper et usque ad noctem increpaverunt me renes mei: ut ostenderet ante quam nox fieret, vel ipse Salvator esse inciperet in nocte, semper eruditum a sua fuisse sapientia. Est alia interpretatio, quia semper scriptura divina ad similitudinem humanorum artuum de

1 *calliditatem*] *calid.* OV. *ad astut.*] praepositionem M non repet. Πανουργία] ΠΑΝΟΙΡΠΑCIA codd. quibus litteris vox πανουργασία subindicari videtur, quemadmodum in glossariis synonyma exhibentur συνεργία et συνεργασία; in locis tamen ab Hieronymo allatis legitur ubique πανουργία. 6 *Christo*] OV add. *Iesu.* 7 *hoc est*] M, O in textu; *haec est* V, O in marg.; insuper in O hae voculae iunguntur cum sequentibus. 9 *commorarer*] M; *commoraret* OV. 13 *terrore*] OV, mutat. in *terrori* M. *humanae fragilitati*] V, O in marg; *humana fragilitate* M; *humanam fragilitatem* O in textu. 14 *cedere*] OV; corr. ex *credere* M. Cf. supra not. ad 21,20. *quis*] om. M. *quia*] M, O in textu; *cui a* V, O marg. 16 *purum*] *purum?* percontative OV. 17 *esse*] *essent* V. 20 *increpaverunt m. r. mei*] OV; om. M.

1. *sint creati*] Testam. XII Patriarch. 8, 2 ap. Migne, Patr. Gr. 2, 1108 A: ἧπαρ πρὸς θυμόν, χολὴν πρὸς πικρίαν,... νεφροὺς εἰς πανουργίαν. Nullum hucusque testimonium de hoc libello apocrypho apud Hieronymum repertum erat. Confer Ad. Harnack, Gesch. d. altchristl. Litteratur bis Eusebius I, 852 sq.

4. *intellectum*] Prov. 1, 4.

6. *Christo*] 2 Cor. 11, 3.

14. *quis alius*] Utputa Origenes, qui 'in eo psalmo ubi scriptum est *Insuper et usque ad noctem erudierunt me renes mei*, asserit virum sanctum, cum ad virtutum venerit summitatem, ne in nocte quidem ea pati quae hominum sunt, nec cogitatione vitiorum aliqua titillari'. Ita Hieron. ep. 133, n. 3, cum Pelagianam ἀπάθειαν rogatu Ctesiphontis anno 415 refelleret.

Dei virtutibus loquitur, verbi gratia, ut, pedes cum habere dicat, oculos, aures, manus, et cetera huiuscemodi, renes nunc pro seminum locis accipiendum sit; ut, quomodo initium hominum et humanae carnis elementum in semine conditum est, ita sententiarum quoque nostrarum exordia et principia cogitationum habere renes suos: ut antequam quid vel opere vel sermone tractemus, hoc cogitatio tacita in motu suo habeat secumque ipsa consideret. Ut sit sensus, Dominum et Salvatorem nostrum, non solum opere et sermone, sed ne cogitatione quidem vel cogitationum exordiis, quas vocant προπαθείας, peccare potuisse, quem cotidie erudiebat Dei Verbum. Non quod alter Deus et alter homo sit; sed quo unus atque idem filius hominis et filius Dei nunc ut homo roget, nunc ut Dominus exaudiat.

Providebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris meis est, ne commovear. Pro eo quod in latino legimus, Providebam, et in graeco scriptum est προορώμην, melius habetur in hebraeo SEBETHI, quod nos dicere possumus 'proponebam'. Ut sit: Proponebam Dominum in conspectu meo semper a dextris meis, et nulla poteram inimicorum fraude subverti. Simulque considera, quod in nostra sit potestate ponere Dominum ante oculos nostros. Qui iustus est et similis est Salvatori, ponit Deum a dextris suis, et dicit, Quia a dextris meis est, ne commovear. Ideo autem eum ad dexteram ponit, quia habet ante oculos illum quem sequitur praeviantem. Qui vero peccator est, proicit sermonem Domini post tergum suum, et Dominus illi efficitur a sinistris. Quem

1 *cum*] OV; *eum* M. 2 *accipiendum sit*] OV, vitiosa sane consecutio verborum, cuius tamen alterum specimen habetur in Tract. de ps. CIII 164, 4 'aquas pro doctrina, montes pro sanctis accipiendum est'; *accipiendi sunt* M. 8 *ne cogitatione*] M; *nec cog.* OV. 9 προπαθείας] iam scripseram, cum in cod. Marciano repperi ΠΡΟΙCΑΘΕΙΑΕ; ΠΡΙCΑΗΦΕΙΑΕ codd. OV. 10 *alter...alter*] M; *aliter...aliter* OV. Fortasse legendum *alius...alius*, ut in Commentariol. 5, 9 'non quo alium adsumpsisse, alium adsumptum esse testemur; sed quo unus atque idem filius Dei et filius hominis...' etc. 15 προορώμην] ΠΡΟΟΡΑΩΜΗΝ cod. M; om. OV. 17 *et*] om. M. 19 *similis est*] M; OV non repet. *est.* 20 *a dextris*] *ad dextris* OV hic et infra non semel. 21 *eum*] M; *eos* OV. 22 *praeviantem*] MV; *praeante* O in textu, in marg. autem 'alias *praeviantem*, et forte legendum *praeeuntem*'. Verum cf. Hieron. in Gal. 5, 24 'spiritum allegoriae sequitur praeviantem'. 23 *post tergum*] corr. ex *postergum* MO. *sinistris*] *sinixtris* M.

9. *vocant* προπαθείας] Hier. Comment. Ezech. 18, 1 sq (P.L. 25, 176 B) 'primos et secundos stimulos cogitationum, quas Graeci προπαθείας vocant'.

10. *Non quod...sed quo*] Cf. adnot. ad Commentariol. 2, 9.

16. *proponebam*] Psalt. hebr. Hieron. 'Proponebam Dominum'.

18. *quod in nostra sit potestate*] Cf. similia nonnulla ex Hieronymo in nota ad Tract. de ps. V. 11, 30.

cum diabolus ad laevam peccatoris aspexerit, ilico migrat ad dexteram eius, ut locum Dei possideat : impleturque illud quod de Iuda scriptum est ' Stet diabolus a dextris eius '. Quod quare non quasi in narratione sed in oratione ponatur, alterius loci est disserere. Domino igitur Salvatori, sive per Dominum sanctis eius, semper stat Deus ad dexteram. Iustus autem sinistram non habet, et quocumque se verterit, ' circumdat angelus Domini in circuitu timentium eum, et liberabit eos '. Vis scire, non habere iustum sinistram ? Moyses cum in typo crucis utrasque ad caelum levaret manus, non scribitur, Aaron erat a dextris eius et Ur a sinistris, sed quod hinc steterit Aaron et inde Ur. In Iudicum quoque libro Aoth ille princeps, cuius multiplex est et grande mysterium, qui gladium habebat in femore, et truncaverat cupidines, pinguissimum quoque et crassum adversarium suo mucrone confoderat, idcirco ἀμφοτεροδέξιος scribitur, id est, utramque manum dexteram habens, quem nos latine ambidextrum possumus dicere. Opponat aliquis : Si iustus non habeat sinistram, quomodo sapientia et dextram scribatur habere et laevam ? Diligens lector perfacile iudicabit, quanta differentia sit inter dexteram sapientiae et laevam, cum animadverterit, quae in dextris et quae in sinistris eius esse narrentur. Dicitur enim : ' Longitudo aeternitatis et anni vitae in dextra eius, in sinistra autem eius divitiae et gloria '. Vides aeternum tempus et vitam perpetuam in sapientiae dextra collocata : carnalia autem quae transeunt, quae dum teneri putantur aufugiunt, id est divitias et gloriam, in laeva eius posita, secundum illud, quod in die iudicii alii stabunt a dextris, et alii a sinistris : agni videlicet et sancti a dextris, haedi autem et peccatores a sinistris eius. Sed et illud forsitan curiosus lector obiciat, quomodo a dextris iusti stare Deum, et a sinis-

1 *ilico*] M ; *illico* OV. 2 *ut...possideat*] OV ; *et...possidet* M. 3 *non quasi in narratione sed in oratione*] scripsi ; *non quasi in oracione sed in oratione* M ; *non quasi in noratione sed in oratione* O 1 m ; *non in oratione sed in narratione* V ; corrector cod. O add. in marg. ' Hunc locum sic legendum putarem, *Non in oratione sed in narratione* '. 4 *ponatur*] V ; *ponantur* MO. 7 *circuitu*] corr. ex *circumitu* O. 8 *utrasque*] M ; *utranque* OV. 9 *manus*] M ; *manum* OV. 10 *et*] OV, suppl. sup. lin. M. 12 *cupidines*] M; *crepidines* OV, quae vox magna me difficultate primum adfecerat. 14 ἀμφοτ.] ΩΜΦΟΤ. codd. *utramque*] M ; *utraque* OV. 16 *dextram*] M ; *dexteram* OV. 19 *narrentur*] OV ; *narrantur* M. 20 *dextra*] M ; *dextera* OV. *gloria*] scripsi ; LXX δόξα ; *gloriae* OV, *glorie* M. 21 *collocata*] OV ;-*atam* M. 23 *gloriam*] M ; *gloria* OV. 24 *et alii*] M ; OV om. *et*. *a sinistris*] *ad sinistris* OV. 26 *curiosus*] M ; *curiosius* OV.

3. *eius*] Ps. 108, 6.
6. *sinistram non habet* etc.] Cf. Tract. de ps. XC. 117, 14 sqq.
7. *eos*] Ps. 33, 8.
10. *inde Ur*] Exod. 17, 12. sec. LXX. *in Iudicum*] 3, 15 sqq.
20. *gloria*] Prov. 3, 16.
24. *a sinistris*] Matth. 25, 33.

tris peccatoris asseramus diabolum, cum de Domino nostro legatur in Zacharia ' Et diabolus stabat a dextris eius ut adversaretur ei '. Legat ergo, qui obicit hoc, et sequentia : quod quando diabolus ei stabat a dextris, sordida Iesus habuerit vestimenta. Recte qui nostra peccata susceperat et delicta portabat, non tam sibi quam sordidis vestimentis diabolum habebat a dextris. Simulque consideret, quod non dicatur, Stabat diabolus victor et triumphans, sed adhuc in certamine et in acie et in ambiguo positus, immo cum necdum pugnare coepisset. Sequitur enim, Ut adversaretur ei. Adversabatur autem ei diabolus, ut diximus, quia habebat ex peccatis nostris sordida vestimenta. Postquam vero audivit ' Imperet tibi Dominus qui elegit Hierusalem ', non stetit a dextris, sed abiit post tergum et sub pedibus eius. Statimque Iesus sacerdos magnus accipit poderem, et candidis induitur exuviis, et iuncta sibi regia dignitate, id est copulato Zorobabel, aedificat ecclesiam, et spiritalem extruit Hierusalem.

Propter hoc laetatum est cor meum et exultavit lingua mea. Hoc quod ait, Propter hoc, ad superiora iungendum est, ut causam laetitiae sive exultationis hanc dicat fuisse, quod semper habuerit Deum ante oculos, et illo stante a dextris suis numquam motus sit, et fiat ordo : Laetatum est cor meum et exultavit lingua mea, hymnum Patri referens pro hominum salute, quia me stante et sustinente mortem crucis Dominus a dextris est collocatus mihi. Hic locus et adversum eos facit, qui aestimant corporaliter semper accipi membra debere, quae proponuntur in scripturis. Respondeant enim, quomodo exultet lingua per se, aut quomodo possit lingua quasi sentiens et intellegens propriam habere laetitiam. Siquidem non ait, exultavit lingua, sed exultavit lingua mea. Sic ergo de lingua

1 *de Domino nostro*] His verbis expunctis corrector cod. O scribit in marg. : ' Hic puto legendum, *de Iesu sacerdote magno* Zach. III '. Scrupulosius sane ; cf. supra III² 189, 2 sqq. 4 *habuerit*] OV ; *habuerat* M, postea corr. *habebat*. 8 *in ambiguo*] M ; OV om. *in*. *pugnare coepisset*] *pugnam recepisset* corrector O in marg. 12 *sacerdos*] *sacerdus* OV. 13 *accipit*] *accepit* M. *et iuncta*] *et* add. postea M, om. OV. 14 *et*] M ; om. OV. 17 *causam*] M ; *causa* OV. *sive*] M corr. ex *sue* ; om. OV. *exultationis*] OV add. *suae*, et om. *hanc dicat fuisse*. 19 *Laetatum est*] M poster. manu ; *laetetur* OV, M 1 m. 22 *et*] M ; om. OV. *aestimant*] *estimant* MO ; *extimant* V. Cf. supra 8, 24. 26 *ait*] scribendum iam duxeram, uti postea legi in M; *ante* OV, nota *at* perperam intellecta.

2. *ei*] Zach. 3, 1.

11. *Hierusalem*] Ibid. 2. Et haec quidem fere ad litteram in Tract. de ps. CVIII. 189, 1-9.

22. *Hic locus et adversum eos facit, qui*] Hieron. in Tract. de ps. XCIII. 129, 13 : ' Iste locus adversus eos maxime facit, qui Anthropomorphitae sunt ' ; Ibid. 133, 1 ' Locus iste contra Arrianos facit ' ; in Ephes. 4, 5 sq. ' *Unum baptisma* et contra Valentinum facit, qui ' etc.

intellege, ut de ceteris quoque membris, quod scilicet universos habeat effectus, iuxta illud Salomonis ' In manu linguae mors et vita '. Pro eo autem quod in Actibus apostolorum et in editione vulgata legitur, Exultavit lingua mea, sciendum apud ceteras editiones et apud ipsos quoque Septuaginta non linguam positam esse, sed gloriam, quae hebraice dicitur CHABOD. Lingua enim [LASON] appellatur. Et puto, quia rhetoris gloria in laude sermonis est, sicut medici gloria in medicinae artis industria, et athletae est gloria fortitudo, ceterarumque artium gloria est implere quod norint : ideo linguam, per quam quod sentitur expromitur, positam esse pro gloria. Vel certe gloria eius hominis, qui assumptus a Christo est, ille accipiendus, de quo alibi dicitur ' Gloria mea et exaltans caput meum '. Sive apostoli gloria eius intellegendi, quod illum in toto orbe glorificaverint : ut gloriam pastoris dicimus amplum gregem, et magistri, eruditos discipulos, et imperatoris, fortes exercitus. Porro quod Iohannes ' Vidimus, inquit, gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratia et veritate ' et in alio loco scribitur ' Exurge gloria mea, exurge ' : illam Salvatoris esse gloriam sentiamus, quam apostoli in carnis eius humilitate viderunt, ut non quod apparebat, sed quod latebat in corpore, acrioribus oculis intuerentur.

Insuper et caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Superfluum est de his velle tractare, quae explanata sunt ab apostolis. Haec ergo dicimus, quae ab illis quasi minora sunt praetermissa : quod propterea dixerit, Caro mea habitabit in spe, quia cum spe ilico resurgendi descenderit Salvator ad mortuos. Et non dixit, habitabit, sive requiescet, ut in latinis codicibus legitur, sed κατασκηνώσει, id est peregrinabitur, ut sit

2 *effectus*] OV ; *affectus* M. 6 *CHABOD*] *EHABOD* OV, *ENABOD* M confusis litteris E et C, H et N. *LASON*] scripsi, hebr. לָשׁוֹן ; *SAL.VN* cod. M ; *salum* O ; *solum* V. *rhetoris*] V, O in textu ; *doctoris* M, O marg. 8 *athletae*] *adletae* M. *est gloria... artium*] praetermittit M propter homoeotel. 9 *expromitur*] OV ; *exprimitur* M. 10 *positam esse*] M ; *posita est* OV. *a Christo est*] M ; *est a Christo* OV. 11 *accipiendus*] OV inser. *est*. 12 *caput*] *capud* M. 14 *fortes*] OV ; *fortis* M, perperam in *fortem* mutat. *exercitus*] OV ; *exercitum* M. *quod*] OV ; *quia* M. 16 *gratia et veritate*] M ; *gratiae et veritatis* OV. 19 *acrioribus*] O, M mutat. in *acucioribus* ; *accrioribus* V. 22 *est*] M ; om. OV uti ferme alias. 23 *sunt praetermissa*] M, quae quidem lectio nondum invento codice Marciano mihi iam probata erat ; *promissa* O in textu ; *omissa* V, O marg. 24 *quia*] M ; *et quia* OV. 25 *requiescet*] *requiescit* OV. 26 κατασκηνώσει] KATAKPHNCVCEI cod. M ; KATACPHNONKEI Vat ; KATAKPHNOYKEI O marg.

2. *vita*] Prov. 18, 21.
5. *sed gloriam*] Psalt. hebr. Hier. ' et exultavit gloria mea '.
12. *meum*] Ps. 3, 4.
16. *veritate*] Io. 1, 14.
17. *exurge*] Ps. 56, 9.

sensus : Paululum ibi commorabitur, et inferos videbit in transitu, anima quoque eius non relinquetur in inferno. 'Potestatem quippe habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam'. Nec dabitur a Patre videre corruptionem. Videre autem dixit pro pati, secundum illud ἰδίωμα scripturarum 'Quis est homo qui vivit, et non videbit mortem?' Et alibi 'Qui cum non cognovisset peccatum, pro nobis peccatum fecit'. Simulque nota, quod Dominus et carnem habuerit et animam: carnem quae posita est in sepulchro, et animam quae descendit ad inferos. Et ut caro absque anima perfecta fuit caro, ita et anima sine carne perfecta anima fuit, et nullo indiguit naturae suae officio, quod absque peccato humana anima habere consuevit. Hoc adversus novam haeresem. Simulque, quia nonnulli varie argumentantur, ex eo quod clausis ostiis ingressus est Dominus, non eandem carnem resurrexisse quae mortua est, audiant quid nunc Dominus ipse commemoret. Insuper et caro mea requiescet in spe. Certe Salvatore mortuo et passo ea posita est in sepulchro caro,quae fuerat et viva; ipsa ergo et resurrexit, quae exanimata et mortua iacuerat in sepulchro. Si autem eadem resurrexit, quomodo quidam argumentantur spiritalem quandam et magnam et non nostram carnem in Domino resurrexisse? Nec hoc dicimus, quod negemus corpus Christi adsumpsisse eam gloriam, quam nos quoque sanctos credimus accepturos. Tunc enim corruptivum hoc induet incorruptionem, et mortale hoc induet immortalitatem. Sed quomodo ante quam pateretur transformatus et glorificatus in monte eandem utique carnem habuit quam habuerat et deorsum, licet alterius

1 *anima*] *animam* V. 2.3 *habeo*] *habet* M. ἰδίωμα] ΙΔΙΟΜΑ cod. M; *idioma* OV. Cf. supra 22,13. 5 *vivit*] MV cum Rom. Psalt; *vivet* O. 7 *peccatum fecit*] M, et ita Hieron. Comment. in Eccles. 8, 5; *p. factus est* OV. 9 *fuit caro*] *caro fuit* M. 10 *et nullo*] M om. *et*. 12 *haeresem*] V; *heresem* MO. 13 *ostiis*] *hostiis* MOV. 15 *requiescet*] *requiescit* OV. *mortuo et passo*] OV; *passo et mortuo* M. 16 *ea*] M; om. OV. *et viva*] scripsi ex coniectura; *et vivit* OV; *et* solummodo M. *et resurr.*] *et* expunct. in M. 19 *magnam*] Ita tres codd. *Nec*] *Ne* M. 21 *enim*] OV; *cum* M corr. ex *eum*. 22 *induet*] corr. ex *induit* M. *incorruptionem, e. m. h. induet*] om. M propter homoeotel.

3. *eam*] Io. 10, 18.
6. *mortem*] Ps. 88, 49.
7. *peccatum fecit*] 2 Cor. 5, 21.
12. *adversus novam haeresem*] Eandem nempe, in quam invehitur in Tractatibus Hieronymus supra, p. 197 et 397.
22. *immortalitatem*] 1 Cor. 15, 53.
24. *licet alterius gloriae*] Conferendus integer hic locus cum Comment. Hier. in Ion. 2, 7: 'Hoc est, quod apostoli interpretantur in quinto decimo psalmo ex persona Domini prophetatum: *Quoniam non derelinques a. m. i. i. n. d. s. t. videre corruptionem*... dicemus idipsum quidem corpus et eamdem carnem resurgere, quae sepulta est, quae in humo condita; sed mutare eam gloriam, non mutare naturam. *Oportet enim corruptivum hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem.*'

gloriae ; sic et post resurrectionem eiusdem naturae in eo caro fuit quae ante passionem fuerat, sed glorificatioris augustiorisque conspectus, impleto illud quod Paulus ait ‘ Itaque nos ex hoc neminem novimus secundum carnem ; et si cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non cognovimus ’. Cogor in hoc loco dicere illud apostoli : ‘ O profundum divitiarum sapientiae et scientiae Dei : quam inscrutabilia iudicia eius et investigabiles viae eius ! ’ Deus filius, Deus Verbum quamdiu in caelis fuit, et homines non tantum peccaverunt ut ad eos ipse descenderet, simplex et incompositus cum angelis thronis dominationibus ceterisque virtutibus morabatur. Quando vero descendit ad homines, eos videlicet qui ex anima et corpore compacti erant, venit et ipse compositus, ne compositi simplicem ferre non possent. Rursum quia animae absque corporibus apud inferos tenebantur, quae in sua natura sunt simplices, et ipsa derelicta carne, non Deus Verbum, non homo compositus, sed anima descendit ad inferos : ut quomodo unusquisque locus eum habebat necessarium, sic habitatoribus regionis illius cerneretur. Scio plerosque, quoniam Christi corpus ecclesia est, et nos sumus membra, secundum ἀναγωγήν carnem Christi eos intellegere qui inferiores sunt, et animam illos qui perfectiores ; vel certe carnem eos

2 *impleto illud*] MOV, etsi in OV postea corr. *illo*. Vulgarem dicendi modum censeo, uti apud S. Benedictum, Regul. c. 63 ‘ excepto hos quos... abbas praetulerit. ’ Cf. Evodii epistulam in Cod. lat. Monac. 8107, fol. 130v ‘ ab omni macula aut ruga aut ab aliquid eiusmodi purificatam. ’ (Rev. Bénéd., mense iulio 1901, p. 256). 4 *et si cognovimus secundum carnem*] om. M. 11 *et ipse*] M ; OV om. *et*. 18 ἀναγωγήν] scripsi ; ANACTACIN cod. M, itemque O in marg ; ANATACIN in textu O ; vacat in V intervallum. Iam supra vidimus a librario scriptum T pro Γ (6,9), Ω pro A (3, 20; 4, 5; 6, 20; 12, 16; 25, 14). 19 *inferiores*] M ; *in inferiores* O ; *inferos* V. *animam*] *anima* OV. *carnem*] *carnes* M.

5. *non cognovimus*] 2 Cor. 5, 16. — Conf. Tract. de ps. XCVIII. 154, 11 sq. et not. ibid.

7. *eius*] Rom. 11, 33.

14. *non Deus Verbum, non homo compositus, sed anima descendit ad inferos*] Adnotator codicis O subducto tractu calami ad haec verba animadvertit: ***Hic locus videtur a catholica fide alienus, cum fide receptum sit, Dei Verbum simul cum anima Christi ad inferos descendisse.*** Quid tum, o bone ? Magnus quidem Hieronymus et doctrina praecellens : ast homo erat, et falli potuit. Ceterum mihi videtur hoc loco verbis magis errasse quam sensu. Cf. Theophili Alexandrini epistulam paschalem anni 402 ab Hieronymo translatam, inter huius epistulas ordine nonagesimam octavam, n. 7 : ‘ Nec credibile est quod ad inferos caro eius descenderit, vel prudentia carnis, quae appellata sit anima, inferis apparuerit : sed quod corpus eius positum in sepulcro sit, et ipse nec de corpore et sapientia carnis nec de divinitate sua dixerit ***Non derelinques animam meam in inferno***, sed vere de nostrae naturae anima, ut perfectam ac rationalem et intellegibilem atque sensibilem ad inferos animam descendisse monstraret ’

qui sequuntur historiam, animam illos qui conscendunt ad intellegentiam spiritalem.

Notas mihi fecisti vias vitae, adimplebis me laetitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua in finem. Quia caro eius non vidit corruptionem, et anima eius derelicta non est in inferno, nunc post resurrectionem ad caelos victor ascendens, ex persona eius hominis qui resurrexerat, ait, Notas mihi fecisti vias vitae: id est, didici quomodo homines liberentur ab inferis, qua ratione vitam adipiscantur aeternam. Simulque considera, quod ille qui via et vita est, dixerit vias didicisse vitae, id est, quomodo homines eum qui se viam et vitam esse dixerit consequantur. Et puto, sicut ipse est veritas, et loquens ad Iudaeos 'Si manseritis in sermone meo, cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos' quasi de alia loquitur veritate; ita, cum ipse sit vita, quasi de alia vita loquitur, et cum ipse sit via, alias sibi dicit vias fuisse monstratas, sive, ut in hebraeo legitur, 'viam': ut caro scilicet quam acceperat, et in carne eius omne hominum genus, ea quae divinitatis Filii fuerant sibi nota esse gauderet. Propter quod exultare se dicit, et exultationem habere cum Patre (hoc est enim, cum vultu tuo, secundum illud 'Laetificabis eum in gaudio cum vultu tuo') et plenam perfectamque laetitiam et ineffabilem voluptatem, cum sederit ad dexteram Patris, et impleverit 'Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedibus tuis'. Sedet ad dexteram Patris Filius in maiestate regnantis; et quia primum martyrem suum Stephanum contra Iudaeos viderat praeliantem, surrexit a solio, et stetit ad dexteram Patris, quasi et ipse pugnaret pro martyre. Haec est delectatio, haec

1 *sequuntur*] M; *secuntur* OV. 6 *hominis*] om. M. 8 *vitam*] item om. M. *aeternam*] *m* postea cancellata M. 9 *didicisse vitae*] *vitae didicisse* M. 10 *eum*] om. M. *viam et vitam*] *via et vita* M. *esse*] V, O sup. lin. expuncto *est*; *est* item cod. M. 13 *loquitur... de alia*] om. M ob saepe iam dictam rationem. 15 *ut caro*] M; *et caro* OV. *acceperat*] M; *assumpserat* OV. 17 *gauderet*] M; *gaudere* OV. 20 *voluptatem*] V, O marg; *voluntatem* M, O in textu. 22 *pedibus tuis*] M; *pedum tuorum* OV. *Sedet ad dexteram*] M; *sed ita dexteram* O in textu; *sedet itaque ad dexteram* V, O marg. 24 *a solio*] ex M retinendum censui; *e solio* OV. 25 *haec voluptas*] O marg; *haec est voluptas* V; *haec voluntas* M, O in textu.

6 *victor ascendens*] et infra 31,4 *victor penetrarit ad caelos*. Notum est hoc verbum 'victor' nonnullis expositionibus fidei antiquis insertum esse, ubi de Christi ascensione ad caelos. Conf. L. Hahn, Biblioth. Symbol. edit. 3, p. 51, 74 et 78. Mirum sane istud quod gallicanum putabatur additamentum apud nostrum quoque Tractatorem inveniri.

12. *liberabit vos*] Io. 8, 31 sq.

14. *in hebr. legitur viam*] Psalt. Hier. ex hebr. 'ostendes mihi semitam vitae'.

19. *tuo*] Ps. 20, 7.

22. *tuis*] Ps. 109, 1.

voluptas in fine dispensationis sive victoriae : pro ' fine' enim Aquila et Theodotion et omnes editiones, excepto Symmacho et Septuaginta, ' victoriam' transtulerunt ; quod propterea sit passus, et resurrexerit, et victor penetrarit ad caelos, ut hominem a dextris Domini collocaret. Notandum quoque, quod in hoc loco ubi nos legimus, Adimplebis me laetitia, Theodotion dixerit ' Septem laetitiae' et ' Cum vulto tuo delectatio in dextera tua. Victori' ; et Aquila et Symmachus transtulerunt ' Plenitudo laetitiarum cum facie tua' vel ' apud faciem tuam' et reliqua. Quaeritur ergo quare Theodotion septem pro plenitudine dixerit? Quod quidem facile sciet, qui hebraeae linguae saltim parvam notitiam habuerit. SABA enim verbum, ut in libro quoque Hebraicarum Quaestionum diximus, quattuor res significat : plenitudinem et satietatem, iuramentum et septem. Quia igitur ambiguum est, Theodotion, diversas gratias spiritus apud Deum esse cognoscens, putavit pro oportunitate loci septem magis debere transferri, quam plenitudinem satietatem et iusiurandum ; ut spiritum sapientiae et intellectus, spiritum consilii et fortitudinis, spiritum scientiae et pietatis, spiritum timoris Domini apud Deum esse monstraret : quae vere septem plenaeque laetitiae sunt, non aliis, sed ei qui meruerit in Domini semper dextris delectari. Hac ratione quidam suspicantur a philosophis septem caelos appellatos, et septem errantia sidera nuncupata. Porro Symmachus, ubi nos legimus, Delectatio in dextera tua usque in finem, ' Virtus, inquit, in dextera tua in aeternum' : ostendens eum, qui virtutibus plenus sit, apud Deum iugiter permansurum.

DE PSALMO LXXXII.

Deus quis similis erit tibi? Nullus erit similis tui. *Ne taceas neque com-*

3 *resurrexerit*] M ; *resurrexit* OV. 4 *penetrarit*] M *it* corr. ex *et* ; item *penetraret* O in textu ; *penetravit* V, O marg. *a dextris*] *ad dextris* M. 6 *delectatio*] *delectacio* M ; *delectationes* OV. 8 *tua. Victori*] Ita sane distinguunt tres codd. MOV. 9 *pro plenitudine*] M ; *pro plenitudinem* OV. 10 *saltim*] M ; *saltem* OV. 15 *transferri*] *transferens* O primum in textu. *satietatem*] *sacietatem* M ; *sanctitatem* OV corrupte. 18 *esse*] *esset* OV. 20 *appellatos*] OV ; *apellant* M, mutat. in *apellata*. 23 *plenus*] OV ; corr. ex *plenis* M. 25 *DE PSALMO LXXXII*] Ex codd. LMOV.

11. *in libro quoque Hebraicarum Quaestionum*] scil. in Genes. 21, 30 ; 26, 32 sq ; 41, 29. Locus, uti iam dixi, maximi momenti, quo huic seriei contionum nomen ipse suum Hieronymus inscribit. Huc etiam refer quae leguntur in Comment. Isai. 54, 1 : 'Sive pro septem plures intellegendi sunt, iuxta hebraei sermonis ambiguitatem, quo et sabbatum significatur et plures : de quo in Hebraicarum Quaestionum libro, quem in Genesim scripsimus, plenius dictum est'.

pescaris Deus. Loquitur ecclesiasticus vir, de cuius utero fluunt flumina aquae vivae. Videt enim messem multam, et operarios paucos : grandem multitudinem credentium, et doctrinas modicas magistrorum : multos haereticos, multos adversarios, et paucos esse bellatores, qui pro Christo dimicent. Ne taceas neque compescaris Deus. Quare hoc ?

Quoniam ecce inimici tui sonaverunt. Haeretici loquuntur, et ecclesiastici tacent : illi sonant, et nos silemus : illi blasphemant, et nos non latramus. Quoniam ecce inimici tui sonaverunt. Pulchre dixit, sonaverunt : non enim sermo est in aedificatione comptus, sed tantum clamor incompositus ad destructionem. *Et qui oderunt te extulerunt caput.* Tanta multitudo haereticorum est, et paucitas in te credentium.

Super populum tuum malignaverunt consilium. Hoc loquuntur, ut de tua ecclesia rapiant. *Cogitaverunt adversus sanctos tuos.* Nihil aliud cotidie cogitant, nisi quomodo ecclesiasticos decipiant atque subplantent.

Dixerunt, Venite disperdamus eos de gente. Novam rem video. Tanta multitudo haereticorum est, et tanta dogmatum diversitas, ut inter se diversae sententiae sint, et in nostro tantum odio consentiunt. Quomodo enim Herodes et Pilatus inimici erant, et contra Christum agentes pacem fecerunt, et peior fuit eorum concordia quam fuerat inimicitia ; sic et isti scelerate dissident, sceleratius foederantur.

Adversus testamentum tuum disposuerunt. Tu locutus es per prophetas ; et illi per Manichaeum, Marcionem, Arrium, et Valentinum. *Tabernacula Idumaeorum et Ismahelitum.* Quoniam semel coepimus derelicta historiae vilitate sensum ad altiorem spiritalis intellegentiae expositionis modum extollere... Historia enim simplex est, in qua populus Iudaicus loquitur ad ceteras gentes, quae contra illum dimicabant. Ceterum quodcumque factum est, in typo nostro factum est. Israel oppugnatus est, victoria illius nobis profuit. Videamus ergo qui sunt qui adversus ecclesiam dimicent. Tabernacula Idumaeorum. Idumaei terreni interpretantur. Pulchre dixit, tabernacula, non enim habent fun-

1 *fluunt*] om. L. 2 *et*] om. L. 6.8 *sonaverunt*] *sonuerunt* L. 6 *ecclesiastici*] OV ex superfluo add. *viri*. Cf. supra III² 15, 34 'Illi (haeretici) pereant, ecclesiastici laetentur'; 63, 25 'Ecclesiastici enim rustici sunt...: omnes vero haeretici...' etc. 7 *non*] om L. 9 *in aedificatione*] MOV ; *in hedificatione* L. 10 *qui*] *quia* L. *extulerunt caput*] *et extulerunt capud* L. 14 *ecclesiasticos*] Hic quoque OV add. *viros*. 19 *fuerat inimicitia*] *fuerant inimicitiae* L. 20 *dissident*] *discedent* OV. *foederantur*] *federantur* LM. 21 *testamentum tuum*] OV ; *te testamentum* LM. *locutus*] LM ; *loquutus* OV. 22 *Arrium et Valentinum*] OV ; *et Valentinum Arrium* M ; *Valentinum Arrium* L. 23 *Ismahelitum*] M ; *Hismaelitum* LOV. 24 *vilitate*] *utilitate* O. *spiritalis intellegentiae*] corr. ex *specialis int.* O ; *spiritali intellegentia* M. 25 *in qua*] LM ; *in quo* OV. 27 *typo nostro*] *nostro typo* M.

damenta nec domus, sed tabernacula, sedes semper incertas. Et Idumaeorum et Ismahelitum. Ismahelitae interpretantur, quasi audientes. Pulchre dixit, quasi audientes : non enim audiunt Deum, sed praetergrediuntur.

Moab et Agareni, Gebal et Ammon. Singula nomina habent singula sacramenta : quot enim verba, tot mysteria. Moab, quod interpretatur, ex patre : non enim in patre sunt, sed ex patre, quia patrem pristinum reliquerunt. Et Agareni, qui interpretantur proselyti et advenae, qui fuerunt antea cives, postea facti sunt peregrini : non enim sunt de domo, sed alieni sunt, quippe qui domum patris inpugnant. Gebal, quod interpretatur vallis vana. Non sunt de montibus, sed de valle sunt: non enim sapiunt de sursum, sed de deorsum : non sunt de caelo, sed totum de terra sunt. Propterea dixit, vallis vana, quia est et vallis non vana : quicumque enim humilis est, et se propter Christum deicit, iste vallis et campus est, non vanus, sed bonus. Ammon, et Amalech. Ammon quippe interpretatur populus falsus. Ergo de haereticis dicitur, populus falsus : non enim sequuntur eum qui dicit 'Ego sum veritas', sed eum sequuntur qui est princeps mendacii. Et Amalech, qui interpretatur lingens : nihil enim in ecclesia residere patiuntur, sed tota eius fundamenta lingunt. Non comedunt scripturarum verba, sed lingunt terram quasi serpens.

Et alienigenae cum habitantibus Tyrum. Pro eo quod nos habemus alienigenae, in hebraeo scriptum est Philistim, quod interpretatur calix potionis, quia inebriantur de calice Babylonis, sicut dicit Hieremias: 'Calix aureus Babylonis inebrians omnem terram'. Vide quid dicat, calix

1 *domus*] *domos* L. 2 *Ismahelitum*] *Ismahelite* hoc loco M; *Hismaelitum* O mutat. in *Hismaelitarum*; *Hismahelitarum* V. *quasi audientes*] M; L add. *deum*; *quasi non audientes* OV hic et lin. seq. 5 *Ammon*] M; *Amon* ceteri. 7 *non enim in patre sunt*] LM; *non enim patres sunt* OV. 10 *quod*] om. L. 11 *sapiunt*] corr. ex *capiunt* V. 12 *sed de deorsum*] OV; *sed deorsum* LM. 13 *est et*] OV; LM om. *et*. 15 *Ammon*] MO; *Amon* LV. 16 *de haereticis dicitur*] OV; *hereticis dicitur* M; *heretici dicuntur* L. 19 *tota*] corr. ex *totam* V. 21 *Et alienigenae*] L cum Psalt. Rom; MOV om. *Et*. *cum habitantibus*] *cohabitantibus* OV. 24 sq. *inebrians... Babylonis*] om. M propter homoeotel.

1. *semper incertas*] Hic et in sequentibus proxime, ut vides, accedit ad priorem huis psalmi expositionem, III² p. 82 sq.

2. *quasi audientes*] Aliter Hieronymus supra III² 82, 9 sqq. 'Ismahelitae interpretantur oboedientes sibi... Ismahel h. e. oboedientes Deo' licet alibi Ismahelem 'auditionem Dei' interpretetur, v. gr. in libro de Nomin. Hebr. et in Quaest. Hebr. in Genes. 16, 11. Verum, quod tanti viri pace dixerim, nihil eo inconstantius, ubi eiusmodi vocabulis ad allegoriam detorquendis indulget.

17. *veritas*] Io. 14, 6.

24. *terram*] Ierem. 51, 7. Cf. notam ad Tract. de ps. LXXVII 63, 29.

aureus Babylonis. Babylon interpretatur confusio; calix vero aureus, dogmata philosophorum et eloquentia oratorum. Quis enim non inductus a philosophis? Quis enim ab oratoribus mundi istius non seductus? Calicem aureum habent extrinsecus splendorem eloquentiae: et intrinsecus venena sunt condita, quae latere non poterant, nisi auri specie celarentur. Vides quidem eloquentiae mella, et non suspicaris mortifera venena. Alienigenae cum habitantibus Tyrum. Tyrus interpretatur angustia. Vere enim angustiae ibi sunt, et non latitudo quod est Christus, sicut et apostolus ad Corinthios: 'Non angustamini in nobis, sed angustamini in visceribus vestris'.

Etenim Assur venit cum eis. Illi praecesserunt, et iste sequitur. Videamus qui sit iste qui sequitur. Assur quippe interpretatur diabolus: vere, quia ipse est et inimicus et vindex, sicut in octavo psalmo scriptum est 'Ut destruas inimicum et defensorem'. Ipse nos facit peccare, et ipse nos accusat ad puniendum. Etenim Assur venit simul cum eis. Habent diabolum principem, habent imperatorem: non illis Iosias rex iustus imperat, sed Assyrius. *Facti sunt in adiutorium filiis Loth.* Loth interpretatur declinans, quod intellegitur, a Deo, sicut populus Iudaeorum: quia omnes haeretici consentiunt Iudaeis in blasphemiis.

Multa sunt quae dicantur, sed hora excludimur: longum est enim per singula currere. Quis enim possit facile dicere *Fac illis sicut Madian et Sisarae, sicut Iabin in torrente Cison. Disperierunt in Endor, facti sunt sicut stercus terrae. Pone principes eorum sicut Oreb et Zeb et Zebee et Salmana: omnes principes eorum qui dixerunt, Hereditate possideamus nobis sanctuarium Dei'*? Putaverunt se ecclesiasticos esse, et sibi ecclesiam vindicantes.

Deus meus pone illos ut rotam. Non sint stabiles, sed semper incerti: ut sedem non habeant, et semper volvantur instabiles. Sicut enim rota

1 *aureus*] L; om. OV. 3 *enim*] non repet. L. 4 *habent*] O in marg. expuncto *bibens*, quod prius scriptum erat. 8 *sicut et*] L om. *et*. 9 *ad Corinthios*] L add. *dicit*. *angustamini*] L; *angustiamini* ceteri. 11 *eis*] M; *illis* LOV. 12 *qui sit*] LM; *quid sit* OV. *quia*] om. L. 13 *est et*] LM; OV om. *et*. 14 *destruas*] *destruam* M. *defensorem*] M cum Rom. Psalt; *ultorem* ceteri. 15 *simul*] L iterum cum Rom. Psalt; om. MOV. *cum eis*] omnes. 16 *habent*] OV inser. *et*. *iustus*] LM; om. OV. 20 *excludimur*] *excluditur* M corrupte. 23 *Oreb et*] L om. *et*. 24 *Salmana*] *Psalmana* L. 25 sq. *Putaverunt... vindicantes*] LM; om. OV. 27 *Non sint*] *non sunt* OV.

10. *vestris*] 2 Cor. 6, 12.

14. *defensorem*] Ps. 8, 3.

24. *possideamus nobis*] Anno circ. 403, in epistula CVI, n. 53, Hieronymus pronomen *nobis* superfluum esse pronuntiabat: quod idcirco in Psalt. Gallicano ab eo expunctum est, sed in Romano adhuc comparet.

per se stabilis non est, ita et haeretici non stant in sententia sua, sed semper dogmata mutant. *Sicut stipulam ante faciem venti.* Undecim petit poenas contra illos, quia undecim apostolorum mysteria negaverunt. Sed dicat prudens lector : Quomodo unum versum in duos divides ? Et scripturae violentiam facis : undecim apostolos dicis, cum sciamus Dominum Salvatorem duodecim habuisse discipulos. Ideo ergo undecim numerum ponimus, quia Iudas proditor, qui duodecimus fuerat, de numero decessit. *Deus meus pone illos ut rotam.* Habes unam plagam : diligentius ergo numera et cetera quae sequuntur. *Sicut stipulam ante faciem venti*: ecce secunda. *Sicut ignis qui comburit silvam* : ecce tertia. *Sicut flamma comburens montes* : quarta. *Ita persequeris eos in tempestate tua* : quinta. *Et in ira tua conturbabis eos*: sexta. *Imple facies eorum ignominia* : septima. *Et quaerant nomen tuum Domine* : octava. *Erubescant et turbentur in saeculum saeculi*: nona. *Et confundantur et pereant*: decima. *Et cognoscant quia nomen tibi Dominus* : undecima. *Tu solus altissimus super omnem terram.*

Hucusque iracundia est : quod sequitur iam clementia est. *Et in ira tua turbabis eos.* Non dixit, occide, sed, turba illos, ut revertantur ad te : ecce sex. *Imple facies eorum ignominia* : non poena, ne morti exclusi, redire ad Dominum non possint. Imple facies eorum ignominia, non poena. Quare ergo non occidas eos ? Sermo divinus exponit : *Ut quaerant nomen tuum Domine.* Si enim quaesierint, et invenient. Qui inducti sunt ab haereticis, ad Dominum convertentur : ecce septem. *Confundantur et pereant.* Qui erubescit in peccatis, proximus est

1 *ita et*] LM ; om. OV. 2 *stipulam*] *stipula* L. 3 *quia*] LM ; *qui* OV. 4 *divides*] omnes codd., non *dividis*. *Et*] LM ; om. OV. 5 *dicis*] LM ; *dicit* OV. *sciamus*] LM ; *sciatis* OV. 6 *habuisse discipulos*] *discip. hab.* L. *undecim*] LM ; *undecimum* OV. 9 *stipulam*] *stipullam* V ; *stipula* L. 11 *quarta*] LM ; *ecce quarta* OV. *eos*] LM, Rom. Psalt ; *illos* OV. 13 *quaerant*] *querant* L ; *quaerent* ceteri. 14 *turbentur*] L ; *conturbentur* ceteri. *saeculi*] L ; om. MOV. *Et confundantur*] LM ; OV om. *Et*. 16 *super omnem terram*] LOV ; *in omni terra* M. 18 *turbabis*] LM ; *conturbabis* OV. *occide sed*] scripsi ; *occides sed* omnes codd. *turba*] M ; *turbas* L ; *conturbabis* OV. *illos*] M ; *eos* LOV. 19 *morti exclusi*] MOV. cf. H. Rönsch, Itala u. Vulg. p. 436 ; *mortis exclusi* L. 21 *occidas*] LM ; *occides* OV. 23 *convertentur*] *revertentur* L.

1. *semper dogmata mutant*] Hieron. Tract. de ps. V. 15, 14 'cotidie enim haeretici inmutant dogmata sua': Tract. de ps. CXLIII. 283, 15 'haereses... cotidie mutantur'.

4. et pag. seq. l. 1. *dicat prudens lector*] Hieron. Tract. de ps. VII. 24, 15 'prudens lector intellege' ; ep. 78, mans. 14 'Et hoc prudens lector adtende' ; epist. 108, 20 'Dicat prudens lector' ; in Is. 1, 13 'Quod si prudens lector quaesierit' ; in Is. 9, 2-4 'diligens lector agnoscat' etc. Itemque hic supra 25, 16 'Diligens lector perfacile iudicabit' ; 25, 26 'curiosus lector obiciat'.

inpeccato: ecce octo. Dicat prudens lector: Huic interpretationi quam dixisti contrarium est, Et pereant. Qui enim ad hoc confunduntur ut salventur, quomodo peribunt? Pereant, pereant, inquit, haeretici, et salventur ecclesiastici. Quomodo si dicas, Adulter iste pereat, non quod optes perire adulterum, sed quod adulterium pereat in ipso; neque quando salvatur adulter, adulter salvatur, sed iustus et castus. Ut sciatis illum esse sensum quem diximus, ipse Spiritus sanctus ita loquitur: Confundantur et pereant. Quomodo pereant? *Ut cognoscant quoniam nomen tibi Dominus.* Pereant in errore, in veritate salventur. *Tu solus altissimus in omni terra.* Non haereticorum conventicula, non Valentini aeones et dies innumerabiles, non Basilides qui trecentos sexaginta et quinque deos asserit; non, inquit, innumerabilis multitudo falsorum deorum, sed tu solus altissimus in omni terra. Cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO LXXXIII.

Iam pridem cum de octogesimo psalmo, diximus quod titulus octavi

1 *inpeccato*] *in peccato* OV. Vox 'inpeccantia' ab Hieronymo haud raro usurpatur; sed neque deest apud du Cange (edit. Paris. 1844, t. III, p. 842) *inpeccatus* eiusdem significantiae atque gr. ἄπταιστος = irreprehensibilis. 2 *dixisti*] M; *dixit* OV; *dixi* L. *ad hoc confunduntur*] *conf. ad hoc* L. 3 *Pereant, pereant*] OV; verbum in LM non iteratur. 5 *quando salvatur adulter*] M; corr. ex *q. salvator ad.* L; *q. salvantur adulteri* OV. 6 *adulter salvatur*] *servatur* M, nec repet. *adulter.* 8 *quoniam*] OV; *quia* LM. 9 *errore*] L inser. *ut.* 10 *Valentini aeones*] scripsi; *Valentini aenias* (post. corr. *neniae*) M; *Valentiniani aeonas* L; *Valentiniani* solummodo OV. Hieronymus ubi in Valentini mentionem incidit, αἰῶνας ab eo excogitatos graeco vocabulo commemorare consuevit. *dies*] codd., pro *dii*? 11 *trecentos*] *trescentos* L. *et*] LMO; om. V. 12 *falsorum*] *fictorum* L. 15 *DE PSALMO LXXXIII*] Ex uno cod. Laurentiano; priorem de eodem Psalmo tractatum habes supra t. III², pp. 85 sqq. 16 *psalmo*] Videtur notio aliqua deesse, ut puta *tractaremus* vel aliud quid simile.

11. *deos asserit*] Hieron. Dialog. cont. Lucifer. n. 23 'tunc Basilides summum deum Abraxas cum trecentis sexaginta quinque editionibus commentitus est'; in Amos 3, 9 sq.' ut Valentinus αἰῶνας triginta..., ut Basilides qui omnipotentem Deum portentoso nomine appellat Ἀβράξας et eumdem secundum graecas litteras et annui cursus numerum dicit in solis circulo contineri'; in Gal. 1, 4 'Quapropter Valentini deliramenta et fabulae contemnendae sunt, qui triginta αἰῶνας suos, ex eo quod in scripturis saecula legantur, affinxit' etc.

16. *cum de octogesimo psalmo*] Conf. supra III², p. 68, l. 26; p. 70, l. 5. Item Comment. in Ezech. 45, 13 sq. 'De his torcularibus tres psalmos legimus, octavum, et octogesimum, et octogesimum tertium, qui omnes ad ecclesiae sacramenta referuntur.' Et in Is. 63, 3 sqq. 'Dicendum est itaque de torculari, quod iuxta scripturae sanctae consuetudinem, interdum pro ultione atque suppliciis ponitur peccatorum, interdum in congregatione novorum fructuum... In bonam partem inscribuntur psalmi pro torcularibus, octavus, [et octogesimus,] et octogesimus tertius. De quibus in suis locis, si vita comes fuerit, Domino praebente dicetur.'

psalmi, et octogesimi, et octogesimi tertii psalmi, hoc est istius, pro torcularibus praenotaretur. Torcularia ergo diximus quasi horrea, in quibus fruges recondantur. Videamus ergo quod dicit.

Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum. Ista ergo sunt torcularia, in quibus frumentum spiritale condendum est. ' Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, qui vos recipiant in aeterna tabernacula '. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum. Quam dilecta tarbernacula, per quae homo de terra transfertur ad caelum. *Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini.* Felix ista cogitatio, quae diebus ac noctibus Domini desiderat tabernacula. Qui peccator est, cum mors venerit, non cogitat de istis tabernaculis, sed de poenis : non considerat regna caelorum, sed gehennae flammas pertimescit. Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini. Videte quo amore vel qua concupiscentia sancti viri animus vulneretur in atria Domini. Pulchre dixit : ego ostia considero, et intus domus qualis sit nescio.

Cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum. Audi, haeretice, quid dicat. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum : de regnis caelorum loquitur. ' Multae mansiones apud Patrem meum ' Dominus in evangelio dicit. Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini : haec sunt atria in quibus sancti in aeternum habitabunt, quae propheta desiderat. Cor meum et caro mea. Videtis ergo quod et anima et caro pariter desiderant regna caelorum. Si autem caro in aere dissolvitur, si non resurget, sicut haeretici putant, quomodo caro prophetae desiderat regna caelorum ? Cor meum et caro mea : quia pariter laboraverunt, pariter expectant retributionem. Si communis labor, quare non commune sit praemium ? Obsecro vos ut cum venia audiatis. Magis laborat caro in praesenti saeculo quam anima : quia anima imperat, caro servit. Aliud

2 *horrea*] absque *h.* L. 8 *per quae*] *per quem* L. 8.12 *deficit*] *defecit* L. 9 *ac*] 1 m. corr. ex *an* L. 11 *poenis*] *penis* L. 12 *Concupiscit*] *concupivit* hoc loco L cum Psalt. Rom. 14 *ostia*] *hostia* L. 19 *deficit*] *defecit* L. 25 *commune*] *communis* L, *s* postea erasa. 27 *Aliud*] *d* ex *t* 1 m. L, pro *alius* ?

6. *tabernacula*] Luc. 16, 9. Cf. III² 70, 22 ' Ista sunt torcularia, de quibus dicit et Salvator : *Facite vobis amicos... tabernacula* '.

9. *Felix ista cogitatio*] Hieron. supra III² 130, 20 ' Una cogitatio felix est, cogitare de Domino '.

12. *gehennae flammas pertimescit*] Tract. de ps CXIX, p. 228, l. 19 ' Si octogenarii fuerimus, timemus mori ; si centenarii sumus et aegrotamus, tamen commeatum et spatium postulamus. Hoc totum quare facimus? Quia peccatorum nos conscientia remordet. Scimus enim, quia si recedamus de corpore, non imus ad Christum, sed ad gehennam '.

18. *meum*] Io. 14, 2.

23. *sicut haeretici putant*] Origenistas notat, uti apparet ex Libro contra Iohannem Hierosol. n. 23 sqq.

labor servientis, aliae deliciae imperantis. Desiderat anima Dominum: caro ieiunat, caro in terra iacet in frigore, in carcere, in martyrio verberatur, caeditur, damnatur, carnis iniuria est. Dolet quidem anima : sed dolor nisi per carnem ad eam non pervenit. Sed dicat aliquis : Quomodo dicit apostolus, quia 'caro et sanguis regnum Dei non consequentur'? Vis scire quomodo scriptum est? Audi loquentem in Genesi Dominum: 'Non permanebit spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est'. Quare? quid enim est? Tu carnem fecisti, et carnem accusas et damnas? Sed quod dicit Deus hoc est: non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia non vivunt secundum spiritum, sed secundum carnis vitia et voluntatem. Det et apostolus testimonium : 'Quicumque in carne sunt, Deo placere non possunt'. Si omnes qui in carne sunt Deo placere non possunt, quomodo ipse qui loquitur Paulus Deo placuit? quomodo Petrus vel ceteri apostoli sanctique placuerunt, quos in carne fuisse negare non possumus? Sicut idem iterum dicit : 'Vos autem in carne non estis, sed in spiritu.' In carne erant : et quomodo dicit, In carne non estis? Quia non vivitis secundum carnem, quia 'nostra conversatio in caelis est'. Nos enim qui in isto saeculo 'peregrinamur a Domino', in terris quidem ambulamus, sed ad caelestia festinamus: quia hic locum proprium non habemus, sed advenae et peregrini sumus, sicut omnes patres nostri.

Etenim passer invenit sibi domum et turtur nidum ubi reponat pullos suos. Hoc est quod in evangelio dicit Dominus : 'Vulpes foveas habent, et volucres caeli nidos'. Etenim passer invenit sibi domum. Cotidiano exemplo dedit similitudinem. Quia dixerat, Quam dilecta tabernacula tua, quae concupiscit anima mea, et caro mea desiderat regna caelorum; dat similitudinem, et dicit : Aves liberae sunt, et quamvis vagentur per aerem, tamen nidorum suorum meminerunt, et revertuntur ad eos. Si ergo passeres nidos requirunt, quare anima humana non quaerat habitacula sibi a Domino praeparata?

Altaria tua, Domine virtutum. Quid intellegitur, Etenim passer invenit sibi domum, et turtur nidum ubi reponat pullos suos : altaria tua,

22 *nidum ubi reponat*] L more suo sequitur Psalt. Rom. 27 *liberae sunt*] *liberes sunt* L, priori *s* postea erasa. *quamvis*] scripsi ; *quam* solummodo L. *per aerem*] *per aeram* L. 31 *intellegitur*] *intellig.* L.

5. *non consequentur*] 1 Cor. 15, 50. Cf. supra III² 279, 24.
7. *caro est*] Gen. 6, 3.
12. *non possunt*] Rom. 8, 8.
16. *in spiritu*] Ibid. 9.
17. *in caelis est*] Phil. 3, 20.
18. *a Domino*] 2 Cor. 5, 6.
21. *patres nostri*] Cf. Ps. 38, 13.
24. *nidos*] Matth. 8, 20.

Domine virtutum? quae consequentia est? Ex superioribus pendet. Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini: altaria tua, Domine virtutum. Vidit Iohannes in Apocalypsi altare Domini, sub quo erant animae iustorum. Sic enim dicit: 'Vidi sub ara Domini animas occisorum propter verbum Domini et testimonium Iesu'. Sub altario Dei erant, quia pro Christo in martyrio fuerant immolatae; victima enim Domini Salvatoris in caelis esse sub altario merebatur.

Beati qui habitant in domo tua Domine: hoc est in ecclesia sive praesenti, sive 'ecclesia primitivorum'. *In saecula saeculorum laudabunt te.* Vide quale sit officium martyrum: quod et angelorum. Quod ergo illi faciunt in caelo, hoc nos imitamur in terra. Quando ergo vocamur ad psalmos et neglegimus, laudes contemnimus Dei.

Beatus vir cuius est auxilium abs te. Nostrum incipere, Dei est adiuvare. *Ascensiones in corde suo disposuit.* Cotidie cogitat quomodo ascendat, non quomodo descendat. Quicumque peccator est, non ascensiones, sed descensiones ponit in corde. Ideo et Iacob vidit angelos ascendentes et descendentes. Ascensiones in corde disposuit: quod suum est, bonum cogitat, effectum autem Deo derelinquit. Nostrum est disponere, illius est perficere. Videamus ubi disposuit ascensiones. Audi quid dicat: *In valle lacrimarum, in loco quem posuit.* Legimus in Iudicum libro, quando venit angelus, et populo praedicavit paenitentiam dicens, Reliquistis Dominum, et Dominus derelinquet vos; quod populus cum audisset flevit, et appellatus est locus ille Vallis lacrimarum. Veteris sumus historiae recordati, ut haeresim fugeremus. Vallem autem lacrimarum, spirita-

2 *deficit*] *defecit* L. 3 *in Apocalypsi*] *in apocalipsin* L. 5 *Iesu*] *Ihesu* L. *Sub altario*] scripsi; *sub altaria* L. Cf. infra lin. 7, et Goelzer p. 282. 10 *officium*] *offitium* L. 11 *imitamur*] *imitamus* L. Cf. Roensch, Ital. u. Vulg. p. 300. 12 *contemn.*] *contempn* L. 18 *derelinquit*] *dereliquid* L. 22 *audisset*] *t* ex *d* 1 m. L. 23 *appell.*] *apell.* L. *Veteris sumus*] *Veterissimus* L.

5. *et testimonium Iesu*] Apoc. 6, 9.

9. *primitivorum*] Hebr. 12, 23.

11. *nos imitamur in terra*] III[2] 218, 25 'Sicut enim martyres laudant Dominum pure in regione vivorum, ita et monachi... Quod enim faciunt angeli in caelis, hoc monachi faciunt in terris'. Vides utrobique inter martyres angelos et monachos comparationem institui.

13. *Nostrum incipere*] et post pauca *Nostrum est disponere.* Dicendi ratio Hieronymo in consuetudinem versa, uti videre est cum aliunde tum ex locis notatis supra 24, 18 et III[2] 11, 30; 14, 14; 185, 22; 284, 21 item hic infra, ubi de Psal. XC. Quae tamen succedente tempore haud tolerari posse visa est, inprimis Ianuariano illi presbytero, cuius ad abbatem Hadrumetinum latentem adhuc epistulam nuper edidimus, Rev. Bénéd. t. XVIII (1901), p. 248, l. 62 sqq.

23. *Vallis lacrimarum*] Cf. Iud. 2, 1-5.

24. *ut haeresim fugeremus*] Origenistarum scilicet, de animis e caelo lapsis in corpora. Cf. supra III[2] 107, 12.

liter hoc saeculum possumus intellegere. Non enim sumus in monte, hoc est in regno caelorum, sed in valle, hoc est in tenebris mundi istius; et errore eiecti sumus de paradiso cum Adam in convallem lacrimarum, ubi paenitentia, ubi lacrimae sunt. In valle lacrimarum, in loco quem posuit. Quid dixit? Quem posuit locum Deus ad certandum: ut hic contra diabolum, contra peccata certemus, ut in caelestibus coronemur. Quare ergo dedit certamen pugnandi? Numquid sine certamine nos vivificare non poterat Deus? Sed dedit quasi agonothita, dedit stadium, ubi luctam adversus vitia faciamus: ut non dormientes nos, sed laborantes, postea merito coronaret. Quid sequitur?

Etenim benedictionem dabit qui legem dedit: propterea locum dedit ad certandum, ut postea benedictionem daret, qui legem nobis certaminis dederat. *Ibunt de virtute in virtutem.* Vides quia conveniens sensus est. Ibunt de virtute in virtutem: ideo hic pugnant, ut ibi postea coronentur. Vadunt de virtute in virtutem. Non dixit, de infirmitate ibunt in virtutem: nisi enim hic fortes fuerint, non erunt postea fortiores. Sed dicat aliquis, Misericors est Deus. Sed videte quid sequitur: *Misericordiam et veritatem diligit Dominus.* Est quidem misericors, sed [et] verax. Quando audis, misericors, non debes esse neglegens, quia sequitur, et verax. Rursum quando audieris veritatem, noli desperare, noli tantum Deum putare esse crudelem: quia veritatem misericordia temperat. 'Calix enim in manu Domini plenus mixto, inclinavit de hoc in illud': hoc est, de misericordia veritatem, et de veritate misericordiam temperavit. *Videbitur Deus deorum in Sion.* Quando ierint de virtute in virtutem, tunc Deus deorum videbitur in Sion. Cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

1 *in monte h. e. in regno*] *in montem h. e. in regnum* L. 17 *videte*] ex *vedete* corr. 1 m. L. 18 *et*] om. L, etsi sermonis consequentia exigit.

1. *Non enim sumus in monte*] III[2] 89, 10 'Consideremus quod in valle sumus: non sumus in monte, non sumus in paradiso' etc.

9. *non dormientes nos, sed laborantes*] III[2] 66, 28 'Neque enim dormientes nos Deus adiuvat, sed laborantes'; 185, 17 'Quando laboramus, tunc adiuvat nos Deus... Athleta enim dormiens perdit victoriam'; et hic infra Tract. de Psal. XC. 'Neque enim dormientes coronat, sed laborantes'.

15. *Non dixit, de infirmitate* etc.] III[2] 90, 3 'Neque enim dixit, ibunt de inbecillitate in virtutem, sed, ibunt de virtute in virtutem. Vis ibi esse fortis? ante hic esto fortis. Vis ibi coronari? hic pugna'.

19. *sequitur, et verax*] III[2] 210, 24 'Erige aures, peccator: misericors est Dominus. Sed noli esse neglegens: sequitur enim, et iustus' etc.

22. *in illud*] Ps. 74, 9.

DE PSALMO LXXXIIII.

In finem filiis Chore psalmus. Chore interpretatur Calvaria, locus dominicae passionis. Nos omnes filii Chore sumus, qui credimus in illius resurrectionem. Quid ergo dicimus et consona voce cantamus?

Benedixisti Domine terram tuam. Melius dicitur in graeco Εὐδοκήσας κύριε, hoc est, bene placuit tibi Domine in terram tuam; placuit tibi, hoc tibi visum est, hoc decrevisti, ut per tuam misericordiam quod in sequenti versu dicitur impleres: Avertisti captivitatem Iacob, remisisti iniquitatem plebi tuae, operuisti omnia peccata eorum. Verum et latinum sensum ita possumus intellegere. Benedixisti Domine terram tuam. Terra, quae prius maledicta fuerat, tuo adventu benedicta est. Quae prius audierat 'Spinas et tribulos germinabis', nunc dicitur, sicut in Cantico canticorum scribitur, 'Flos campi et lilium convallium'. Terra, quae prius spinas germinabat, audit in Esaia: 'Exiet virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet.' *Avertisti captivitatem Iacob.* Venit ergo Dominus praedicare captivis remissionem. Hoc est quod in alio loco dicitur 'Captivam duxit captivitatem': hoc est, nos qui prius a diabolo in perditione capti fueramus, nunc a Salvatore capimur in salutem.

Remisisti iniquitatem plebis tuae. Hoc in baptismate credimus esse completum. *Operuisti omnia peccata eorum.* Hoc in paenitentia, sicut in tricesimo primo psalmo dicitur: 'Beati quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata'. In baptismate nobis iniquitates remittuntur, in paenitentia vero peccata quae fuerant proteguntur: non dimittuntur, sed proteguntur. Diligenter vim sermonis consideremus.

1 *DE PSALMO LXXXIIII*] Ex codd. LMOV. 3 *Nos*] L inser. *enim.* 5 Εὐδοκήσας κύριε] ΕΓΔΩΚΓΑϹ ΚΓΡΗΕ cod. L; ΕΓΔΟΚΓϹΑϹ ΗΓΡΙΕ Marc; ΕΓΛΟΚΙϹΑϹΚΙΡΙΕ Ott; ΕΓΛΟΚΙΚΑΚ ΚΙΡΙΕ Vatic. 6 *bene placuit*] LM; *placuit* OV. *in terram tuam; placuit tibi*] LM (*in terra tua* M); om. OV. 7 *in*] om. L. 9 *plebi*] OV cum Psalt. Rom. et gr. τῷ λαῷ σου; *plebis* LM. 11 *fuerat*] *fuit* L. 12 *germinabis*] M; *germinabit* LOV. *dicitur*] *dicetur* M. *in Cantico*] OV; *a cantico* M; *in canticis* L. *canticorum scribitur*] *scrib. cantic.* M. 13 *spinas*] LM; *tribulos et spinas* OV. 17 *perditione*] *perdictione* OV. 18 *capti*] M; *captivi* LOV. *fueramus*] *a* corr. ex *i* M. 19 *plebis*] omnes codd. hoc loco. *Hoc*] OV inser. *enim.* 20 *Hoc*] L; *Hoc est* MOV. *paenitentia*] *patientia* V. 21 *primo*] om. V.

12. *germinabis*] Gen. 3, 18.
13. *convallium*] Cant. 2, 1.
15. *ascendet*] Is. 11, 1.
17. *captivitatem*] Ephes. 4, 8.
22. *peccata*] Ps. 31, 1.
23. *non dimittuntur, sed proteguntur*] Erit profecto cui displiceat haec Tractatoris interpretatio; verum ita fere etiam Ambrosius, De paenitentia II. 5, 24 apud Migne P. L. 16, 506 A: 'Utrumque enim beatum dixit, et cuius iniquitas remittitur per lavacrum, et cuius peccatum tegitur operibus bonis'. Cf. etiam Primas. in Apocal. (P. L. 68, 820 C.) ubi adserit 'peccatum baptismo remitti, paenitentia tegi.'

Adveniente quippe Domino Salvatore, omnes nobis iniquitates in baptismo penitus remittuntur. Quando enim sine lege vivebamus, sine lege peccabamus, ἀνομία graece dicitur, hoc est sine lege, peccatum ; quando autem baptisma accepimus, nequaquam dicitur ἀνομία, sed peccatum dicitur peccatum. Peccatum enim non imputatur, nisi ei qui scit esse peccatum : ubi mandati transgressio, ibi verum peccatum. Vultis scire quomodo operiantur peccata virtutibus? Heri luxuriosus eram, hodie pudicus : pudicitia operit luxuriam. Heri inprudens eram, hodie prudens, paeniteo errorem : prudentia operit inprudentiam. Heri aliena rapiebam, hodie mea distribuo : elemosina operit avaritiam. Beatus cui iniquitates in baptismate remittuntur : secundum autem est quasi tabula post naufragium paenitentia. Ergo et ille beatus dici potest : licet cum periculo liberetur, sed quia liberatur in paenitentia, beatus est appellandus.

Mitigasti omnem iram tuam, avertisti ab ira indignationis tuae. Videte quid valeat paenitentia : imminentem iram prohibet Dei. *Converte nos Deus salutum nostrarum.* Non dixit, salutis nostrae : quia multa peccavimus, multis salutibus indigemus. *Numquid in aeternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam a generatione in generationem?* Ira tua profecit in salutem : propterea priori populo iratus es, ut nostro miserearis. *Tu conversus vivificabis nos, et plebs tua laetabitur in te. Ostende nobis Domine misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis.* Quod in

1 *nobis*] LM ; *nos* OV. 3.4 ἀνομία] LM, L 1 loco add. *quippe* ; ANOMA codd. OV. 4 *accepimus*] *accip.* LM. 5 *imputatur*] *imputabatur* L. 7 *operiantur peccata*] M ; *peccata operiuntur* L ; *operiatur peccatum* OV. 8 *eram, hodie prudens*] om. L. 9 *paeniteo errorem*] L ; *penito errorem* M, postea corr. *perito errore* ; *paenitet erroris* OV. 10 *distribuo*] *destr.* V. 11 *secundum*] ita L, sup. lin. corr. *secunda* : cf. III² 223, 2 ' Aliquis dicat, Et hoc facere secundum est ? Ego dico, secundum ' ; *secunda* item MOV. 13 *liberetur*] *liberentur* V. 17 *salutum nostrarum*] scripsi, ut in priori tractatu de hoc psalmo, III² p. 93, 25 ; *salutem nostrarum* L, corr. ex *s. nostram* ; *salutarium nostrarum* M ; *salutarium nostrorum* OV. 18 *salutibus*] OV ; *salutis* L, M corr. *salutaribus.* 19 *extendes*] *extendis* OV. 20 *profecit in*] L ; *proficit ad* MOV. *iratus es*] L ; *es* om. ceteri. *nostro*] mutat. in *nostri* M.

5. *dicitur peccatum*] Hier. in Os. 8, 13 sq. ' Inter ἀνομίαν, id est iniquitatem, et peccatum hoc interest, quod iniquitas ante legem, peccatum post legem est... Secundum autem anagogen iniquitates, id est ἀνομίαι et ἀδικίαι vocantur, quas ante baptismum commisimus, et quae nobis in baptismate sunt dimissae : peccata autem, quae post baptismum egimus, de quibus et in psalmo scriptum est *Beati quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata*'.

7. *quomodo operiantur peccata virtutibus*] Cf. priorem de hoc psalmo tractatum III² p. 93, 19.

11. *quasi tabula post naufragium*] Legesis not. ad tract. de ps. 95, III² 134, 10. Cf. etiam Hieron. ep. 84, 6 ' Secunda post naufragium tabula est... '

latino dicitur salutare, in hebraeo dicitur Iesus. Ergo in hebraeo ita dicitur, Ostende nobis Domine misericordiam tuam, et salutare suum da nobis : Nisi ante misericors fueris in genus humanum, Iesus tuus non dabitur nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Propheta pro populo deprecatur, et qui loquitur in se loquente Deo, et dicit, Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Vides quoniam Deus non in auribus sed in corde loquitur ; sicut et Zacharias dicit : 'Et angelus qui loquebatur in me dixit mihi'. Ibi angelus Dominus noster intellegitur, qui Patris annuntiat voluntatem, qui in Esaia angelus magni consilii appellatur. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus : inclinabo aurem cordis, ut audiam quid loquatur in me Dominus Deus.

Quoniam loquetur pacem in plebem suam, et super sanctos suos, et in eos qui convertuntur ad cor. Tria genera video populi : plebem, sanctos, et eos qui convertuntur ad cor. Loquitur pacem cum plebe sua : non cum populo Iudaeorum, de quibus in Osee dicit 'Non plebs mea vos', sed de omnibus christianis qui crediderunt in eum. Omnes enim quicumque in ecclesia sunt, plebs Domini in commune vocantur. Qui autem iam primi sunt in eis, et spiritalibus actibus proficiunt, sancti Dei vocantur, sicut Paulus in epistolis suis ad ecclesias scribit et ad sanctos qui in eis sunt. Sequitur hoc tertium, Et in eos qui convertuntur ad cor. Hi qui a diabolo subplantati fuerant, postea agentes paenitentiam ad virtutes convertuntur. Eo enim tempore quo peccaverunt, cor

1 *Iesus*] *ihesus* L ; *Iesu* OV. 2 *Ostende... da nobis*] L ; om. ceteri. 5 *pro*] om. L. 6 *qui loquitur*] LM ; OV om. *qui*. *et dicit*] LM ; OV om. *et*. 9 *in me*] *mecum* L. 11 *inclinabo... Deus*] om. L ob homoeotel. 12 *Dominus*] om. M. 14 *convertuntur*] *convertentur* V, item OV lin. seq. 15 *et eos*] *et in eos* MV. 16 *populo*] O 1 m. add. *suo*, quod postea expunctum est. *Osee*] *Oseae* V. 17 *de omnibus*] iuxta quattuor codices, etsi magis placuisset *cum omnibus* ; fortasse praepositio *de* ex plica litterali (*sed* e *omnibus*) orta est, et legendum *sed omnibus*. 18 *plebs*] corr. ex *plebes* O. *in commune vocantur*] LM ; *in communi voto una vocantur* OV : conf. adnot. crit. infra. 20 *ecclesias*] *aecclesiam* L ; item O sed postea corr. 21 *convertuntur*] corr. ex *convertentur* O. 22 *Hi*] *Hii* L.

1. *in hebraeo dicitur Iesus*] Idem Hieron. saepissime in priori serie orationum III[2] 32, 19 ; 66, 24 ; 145, 19 ; 216, 23 ; 422, 18.

9. *mihi*] Zach. 1, 9 etc.

10. *consilii*] Is. 9, 6 sec. LXX.

17. *mea vos*] Os. 1, 10.

18. *in commune*] Cum mihi primum solummodo suppeteret lectio codicum OV *in communi voto*, supplicationem quandam liturgicam heic indicari existimabam. Et ipsa quidem dictio invenitur in Sacram. Gelas. edit. Wilson, p. 28 : '*Commune votum* communis oratio prosequatur.' Verumtamen genuinum textum codicibus LM repraesentari probabile est. Ceterum usque hodie in canone Missae Romano legitur : 'Unde et memores, Domine, nos servi tui, sed et *plebs tua* sancta... '

amiserunt, hoc est, cordis prudentiam, quam conversi ad meliora recipiunt. Audi Montane, audi Novate, audi Maximilla et ceteri cata Phrygas, qui dicitis non esse paenitentiam. Dominus loquitur ad plebem suam, ad omnes utique christianos, et sanctos suos qui in ecclesia primi sunt, et ad eos qui convertuntur ad cor, hoc est, qui agunt paenitentiam. Beatus quidem est, quem numquam peccatum aliquod maculavit, cui numquam aliquod vulnus infixum est : tamen secunda beatitudo est, post vulnus sanare cicatricem.

Verumtamen prope est timentibus eum salutare ipsius. Vide quid dicit. Qui timent Dominum, prope habent Dominum, quoniam timor necdum habet perfectionem : ' Perfecta enim dilectio foras mittit timorem '. Ergo nos qui diligimus Dominum, non iuxta, sed intus habemus. ' Inhabitabo quippe in eis et inambulabo, et ero illorum Deus et ipsi mihi erunt populus '. *Ut inhabitet gloria in terra nostra.* Haec est terra quam in alio loco dicit ' Terra dedit fructum suum '. Fructus terrae nostrae est panis vitae, qui nobis in Bethleem natus est ; Bethleem quippe domus panis interpretatur. Et hic panis, qui in Bethleem ortus est, factus est nobis de caelo descendens, in cuius mysteria angeli desiderant.

Veritas de terra orta est, et iustitia de caelo prospexit. Veritas repromissionis de terra orta est, et sol iustitiae de caelo prospexit : ut lumen suum in tenebris et umbra mortis constitutis hominibus largiretur.

Misericordia et veritas obviaverunt sibi : iustitia et pax osculatae sunt. Misericordia et veritas obviaverunt. Duas res video, quae conveniendo et obviando unum fiunt. Iustitia et pax osculatae sunt. Hoc totum in mysterium Domini Salvatoris coaptatur : hoc est Dei et hominis filius, qui est nobis veritas misericordia pax atque iustitia, in quo iustitia prioris populi et misericordia sequentis in unam pacem coniunguntur.

2 *cata Phrygas*] scripsi, ut in graeca transl. libri *De vir. illustr.* c. 40 (ἡ αἵρεσις ἡ κατὰ Φρύγας); *catafrigas* L, *catafricas* M ; *Catafryges* O ; *Cathafryges* V. 4 *ad*] *et ad* OV. *omnes*] *omnem* L. 5 *ad eos*] LM ; *in eos* OV. 9 *est*] OV ; om. LM. *timentibus*] OV, Psalt. Rom ; *timentes* LM, Psalt. Gallic. *Vide*] LM ; *videte* OV. 10 *habent Dominum*] LM ; *h. Deum* OV. 11 *habet*] *habent* V. 12 *iuxta*] *iusta* L. 13 *in eis*] *in illis* L. 14 *populus*] *populum* L. 15 *dedit*] LM ; *nostra dabit* OV, ex hoc ipso Ps. 84, 13. 17 *ortus est*] M ; *hortus* (om. *est*) OV ; *natus est* L. 18 *descendens*] L ; *descendit* MOV. *in cuius*] L ; MOV om. *in*. 19 *Veritas repromissionis... prospexit*] L; om. MOV. 21 *et umbra*] LM ; *et in umbra* OV. 23 *osculatae*] *obsculatae* V semel et secundo. 24 *Misericordia e. v. obviav.*] L unus repetit. 25 *in mysterium*] *in mysterio* M. 27 *pax*] *et pax* OV.

11. *timorem*] 1 Io. 4, 18.
14. *populus*] 2 Cor. 6, 16.
15. *suum*] Ps. 66, 7.
18. *desiderant*] Cf. 1 Petr. 1, 12.

'Ipse enim est, ait apostolus, pax nostra, qui fecit utraque unum'. Hoc est mysterium, quod ecclesia desiderat, et clamat in Canticis canticorum dicens 'Osculetur me osculo oris sui'. Hoc est osculum, quod Paulus apostolus dicit 'Salutate invicem in osculo pacis'.

Etenim Dominus dabit benignitatem. Propterea ista oscula data sunt, ut daret Dominus benignitatem. *Et terra nostra dabit fructum suum.* Quod eo tempore promissum est, nunc videmus expletum. Terra nostra dat fructum suum, quando aratro iustitiae colitur, quando ieiuniis, quando abstinentia et ceteris virtutibus a veteribus vitiis extirpatur, ut evangelici seminis granum quod accepit in fructum centesimum reddat. Petrus et ceteri apostoli, quia excoluerunt diversis laboribus terram suam, possunt fiducialiter dicere, Terra nostra dedit fructum suum. Martyres quoque quando caeduntur, quando crucifiguntur, terra eorum reddet fructum suum.

Multa sunt quae dicantur, sed hora compellit ut finem accipiat oratio. In commune Dominum deprecemur, ut et meus sermo et vester auditus in opere convertantur. 'Non enim auditores tantum apud Deum iusti sunt, sed factores'. Qui enim loquitur vel audit, et non facit, in condemnationem suam aut auscultat aut dicit. Quid enim in evangelio dicit? 'Si caeci essetis, non haberetis peccatum'. Nos illud aliter convertamus: Si surdi essetis, et non audiretis, non haberetis peccatum. Verum quia et dicere et audire sine opere utrumque peccatum est, rogemus Dominum ut ponat in via gressus suos, hoc est, ut nobiscum in huius vitae periçulis comitetur, et in nostro corde ambulans sine offensa peccati nostri sem-

1 *enim est*] *est enim* L. 6 *dabit*] *daret* L. 7 *expletum*] *exemplum* V. 8 *dat*] L; *dabit* ceteri. 10 *in fructum*] LM; OV om. *in*. *centesimum*] *certissimum* L. 11 *quia*] LM; *qui* OV. 13 *quoque quando*] L om. *quando*. 14 *reddet*] M, fortasse pro *reddit*; *dedit* ceteri. 15 *compellit*] *competit* hoc loco quattuor codices, licet constanter Hieronymus in huiuscemodi formula verbo *compellit* utatur: cf. infra 49, 4; 50, 9 etc. 16 *et meus*] LM; OV om. *et*. 17 *in opere*] corr. *in opera* M. *tantum apud Deum*] LM; his omissis OV exhibent *legis*. 19 *aut auscultat*] OV; *aut ascultat* M; *auscultat* L, om. *aut*. *enim*] MOV inser. *Salvator*. 20 *illud alit. conv.*] L; *alit. conv. illud* MOV. 21 *audiretis*] LM; *audieritis* OV. *non haber. pecc.*] L; *pecc. non haber.* MOV. 22 *et dicere et audire*] *et audire et dicere* M. 23 *suos*] L; om. MOV. 24 *comitetur*] *committetur* OV.

1. *unum*] Ephes. 2, 14.
3. *sui*] Cant. 1, 1.
4. *in osculo pacis*] immo 'in osculo sancto'. Rom. 16, 16; 1 Cor. 16, 20; 2 Cor. 13, 12; 1 Thess. 5, 26.
17. *in opere convertantur*] Ita in fine tract. de ps. XCI. 126, 26 'et quod nos diximus et quod vos audistis opere conpleamus, et verba vertamus in opera'.
18. *factores*] Rom. 2, 13.
20. *peccatum*] Io. 9, 41.

per in nobis habitare delectetur. Cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO LXXXVII.

In ipso statim principio titulus difficillimus est, et licet necdum portum expositionis inchoavimus, et tamen obscurissimae nobis quaestiones incumbunt. *Canticum psalmi filiis Chore in finem pro meleth ad respondendum intellectus Eman Ezraitae.* Videtis quod in singulis verbis singulae quaestiones sunt. *Canticum psalmi*: non est magna difficultas. *Filiis Chore*: filiis Caath, de genere Levi. *In finem.* Diligenter advertite quod dixit, in finem, non in principio, non in medio, sed in finem promittitur: non in principio patriarchis, non in medio prophetis, sed in finem apostolis nobisque cantici laetitia promittitur. *Pro meleth. Meleth* sermo hebraicus est, interpretatur autem chorus. Chorus autem dicitur, quando multi in unum concinunt, et quomodo citharae diversae quidem chordae sunt, sed unum sonum efficiunt. Ergo, ut sciatis quia meleth chorus interpretatur,statim sequitur *Ad respondendum*: ut propheta concinente omnis chori multitudo in Dei laude respondeat. Nam mysterium praefiguratur ecclesiae de diversis gentibus congregatae, ut de diversis locis et de diversis partibus et moribus unus chorus Dei laudum efficiatur. *Intellectus Eman Ezraitae.* Eman unus de chorodidascalis fuit, quomodo Asaph vel ceteri fuerunt. Quod autem dicitur Ezraites, hoc est interpretatum, adiutorium Domini consecutus (siquidem Ezras

2 *Amen*] om. M. 3 *DE PSALMO LXXXVII*] Item ex quattuor codd. LMOV. 4 *portum*] *portus* L, iuxta graec. τινὸς ἄρχω? 5 *et tamen*] LM, *et* postea expuncto O; *tamen* V. 6 *Canticum*] LM, O in textu (gr. ᾠδὴ ψαλμοῦ); *titulus* V, O marg. 6.12.13 *meleth*] scripsi, ut in plerisque latinis psalteriis; *melech* codd., M lin. 6 corr. ex *amalech.* 7 *intellectus*] *intellectu* L. *Ezraitae*] L; *Ezrahitae* V, O marg; *Ezaelite* O in textu; *hisraelite* M. 9 *Caath*] restitui ex coniectura; *Cainan* L; *Chanaan* M; *Chanaam* OV. 12 *nobisque*] MOV; *nobis* L. *cantici laetitia*] LM; *canticum laetitiae* OV. 13 *Meleth*] non repet. OV. 14 *multi in unum*] *in unum multi* M. 15 *quidem*] om. V. *chordae*] absque *h* LM; om. OV. *sonum*] LM; om. OV. *efficiunt*] corr. ex *efficitur* L. *sciatis*] LM; *scias* OV. 16 *statim*] OV inser. *quod*, pro *quid*? *ut propheta*] L om. *ut.* 17 *concinente*] *concinentem* L. 18 *ecclesiae de*] L om. *de.* 19 *et de*] LM; OV om. *de.* *partibus et*] L; om. ceteri. *Dei laudum*] LM; *ad Dei laudem unum* OV. 20 *chorodidascalis*] *choro didascalus* V, O in textu. 22 *Ezras*] *Esdras* MOV.

13. *interpretatur a. chorus*] Et ita quidem Hieronymus in suo Psalterio ex hebr. transtulit: 'per chorum ad praecinendum'.

15. *unum sonum efficiunt*] Confer tract. de ps. CXLVIII. 312, 12 sq.

adiutor interpretatur) hoc est, auxilium a Domino consecutus. Ergo et iste chorus, qui in laudibus concinit, Dei est fultus auxilio. Curramus per singulos versiculos, et quia brevi spatio coartamur, singulas singulis sententiolas coaptemus.

Domine Deus salutis meae. Ex persona Salvatoris psalmus hic dicitur, hoc est, ex persona eius servi quem est dignatus adsumere. Quicquid ergo humiliter dicitur, ex persona humana narratur, quia saluti proficit humanae. *Die clamavi et nocte coram te.* Licet nocte clamaverim, mihi tamen virtutum conscientia lux fuit.

Intret in conspectu tuo oratio mea. 'In manus, tuas, Pater, commendo animam meam'. Intret in conspectu tuo oratio mea. *Inclina aurem tuam ad precem meam.* Ubi sunt ἀνθρωπομορφῖται, qui putant Deum habere membra? Inclina aurem tuam, Deus. Vox Filii ad Patrem est, ex persona nostri loquentis. Inclina aurem tuam. Magnae inbecillitatis est, si, cum audire voluerit, aurem indiget inclinare, ut vicinius audiat. Vide quam miserum est dicere, quod Pater Filium nisi inclinato capite audire non possit. Fragilitate humana loquitur scriptura, ut nos facilius quod dicitur intellegamus.

Quia repleta est malis anima mea. Multorum peccata porto, ideo pro omnibus doleo. Repleta est malis anima mea. Mala porto, ut ea in cruce deponam. *Et vita mea in inferno appropiavit.* Pulchre dixit,

1 *adiutor*] MOV, nec aliter Hieron. ep. 53, n. 7 'Ezras et Nehemias, adiutor videlicet, et consolator a Domino'; *adiutus* L. 2 *concinit*] corr. ex *concinunt* L. 3 *et*] LM ; om. OV. *coartamur*] *coartantur* OV. *singulas*] *singula* L. 4 *sententiolas*] *as* postea mutat. in *is* L. *coaptemus*] *s* mutat. in *r* L. 6 *eius*] MOV ; om. L. *quem*] *quam* L, corr. ex *quae*. 7 *humana*] vocem *natura* inseruit scriptor codicis L, dictionem 'persona humana' forsitan aegre ferens. 9 *tamen*] *tantum* OV. 10 *In m. t. Pater c. animam meam*] L ; *Pater in m. t. c. spiritum meum* OV ; M om. *In manus... oratio mea* propter homoeotel. 12 ἀνθρωπομορφῖται] ANTOΠΩΜΟΡΦΗΤΕ cod. L ; *antropomorphitae* MOV. 14 *nostri*] *nostra* M. 15 *cum*] scripsi ; *eum* LOV ; *enim* M. *audire*] *audiri* V. *vicinius*] *vicinus* V. *Vide*] LM ; *videte* OV. 20 *Repleta*] *Quia repleta* OV. *ea*] *et* L. 21 *in inferno*] codd. cum Augustino et latinis psalteriis non paucis. *appropiavit*] L et Psalt. Rom ; *appropinquavit* ceteri. *Pulchre d. appr.*] om. L.

1. *consecutus*] Aliter Hieronymus in libro de Nom. hebr. 'Ezraites, semen Dei': iam vero S. Doctorem in huiusmodi interpretationibus sibi consentaneum non esse etiam atque etiam moneo.

3. *singulis sententiolas coaptemus*] Hieron. tract. de ps. CII. 161, 3 'sententiolas debemus singulis versiculis coaptare'.

11. *meam*] Luc. 23, 46.

12. *Ubi sunt...?*] Cf. adnotat. Commentariol. in Psal. p. 16. l. 10.

12. *habere membra*] Hieron. tract. de ps. XCIII. 129, 13 'qui Anthropomorphitae sunt, qui dicunt Deum habere membra'.

appropiavit : non enim tenta est ab inferno, sed pro nobis appropinquavit in inferno. Denique in alio psalmo ex persona Domini dicitur 'Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem'.

Aestimatus sum cum descendentibus in lacum. Hoc putaverunt interfectores mei, me cum ceteris hominibus in inferi carcerem descendentem, in lacu inferiori retinendum : ignorantes me ideo descendisse, ut eos qui ibidem detinebantur mecum potius extraherem. *Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.* Non dixit, factus sum sine adiutorio, sed, factus sum sicut sine adiutorio, quia habebat adiutorem Patrem. *Inter mortuos liber.* Ceteri homines tenentur in inferno vinculis peccatorum : 'Nullus est hominum sine peccato, nec si unius diei sit vita eius'. Omnes enim in praevaricatione tenemur : et ideo quicumque in infernum descendit, lege tenetur inferni. 'Vinculis enim peccatorum suorum unusquisque constringitur'. Ego igitur liber eram natura, factus sum quasi debitor paululum propter peccata hominum.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris. Pulchre dixit, sicut vulnerati : non enim habebat vulnus, sed pro salute hominum vulnus accepit, sicut Esaias dicit 'Ipse vulnera nostra portavit, et pro nobis dolet'.

Posuerunt me in lacu inferiori. Ad inferni extrema descendi, ut omnes de inferni vinculis liberarem. *In tenebrosis et in umbra mortis.* Non dixit, in morte, sed, in umbra mortis. Mors mihi a Iudaeis inlata non fuit, sed umbra mortis : quia pro salute hominum voluntate descendi. Ideo lux in inferna descendi, ut animas de inferni tenebris liberarem.

Super me confirmatus est furor tuus. Propterea totus tuus furor super me venit, ut ab aliis recederet. *Et omnes fluctus tuos induxisti super me.* In me tempestas tota detonuit, ut mundo tranquillitas fieret.

1 *ab inferno*] *ab infero* M. 2 *in inferno*] M om. *in.* 3 *derelinques*]—*quis* M. *in inferno*] LM ; om. OV. 5 *Aestimatus*] *extimatus* V. 6 *ceteris hominibus*] om. M. *carcerem*] *carcere* L. 7 *inferiori*] *inferi* M. 9 *inter mortuos liber*] L M ; om. OV. 10 *sicut*] OV inser. *homo.* *quia*] L ; *qui* MOV. *habebat*] M ; *habebam* LOV. *adiutorem*] *adiutorium* M, O in textu. 12 *nec si*] MV, O in marg. expuncto *et si*, quod prius corrector scripserat ; *nisi* O in textu ; *nec* L, omisso *si.* *sit*] LM ; om. OV. 13 *eius*] add. *fuerit.* *et ideo... tenetur*] om. L propter homoeotel. *in infernum*] *in inferno* M. 15 *igitur*] MOV, fortasse pro *qui*, nota *q* cum *g* perperam confusa (conf. Morel, Eléments de critique, ed. Migne, col. 1019) ; *vero* L. 21 *inferni vinculis*] *vinc. inf.* L. *tenebrosis*] LMO, gr. σκοτεινοῖς ; *tenebris* V. *et in*] L ; MOV om. *in.* 23 *Ideo l. i. i. descendi*] LM, O suppl. in marg ; om. V. 24 *in inferna*] LM ; *ad. inf.* O. *inferni*] L, om. ceteri. 27 *detonuit*] corr. ex *detinuit* O.

4. *corruptionem*] Ps. 15, 10.
13. *eius*] Iob 14, 4 sq. iuxta LXX.
15. *constringitur*] Prov. 5, 22.
19. *dolet*] Is. 53, 4.

Longe fecisti notos meos a me. In passione crucis etiam apostoli me fugerunt, in tantum ut ipse Petrus diceret ' Nescio hominem '. Videtis quod sententiis brevibus magis quam expositionibus currimus, quia ita hora compellit. *Posuerunt me abominationem sibi.* Iudaei scilicet, dicentes ' Crucifige, crucifige talem : nos non habemus regem nisi Caesarem '.

Traditus sum et non egrediebar. Quid est hoc quod dixit, Traditus sum et non egrediebar? Tradiderunt me Iudaei, et tamen pro clementia mea non dimittebam eos, sed affectu versabar in eis. Traditus sum Pilato ab eis, et non egrediebar ab eis, dicens in cruce ' Pater parce eis, nesciunt quid faciunt '. Dicamus et aliter. Traditus sum et non egrediebar. In evangelio scribitur, quod cum quaererent eum praecipitare de supercilio montis, securus et liber de medio eorum evaserit. Hoc est ergo quod dicit : Numquid et modo non poteram, quando traditus sum, mea divinitate insidias hominum et discrimina mortis effugere ? Sed quia ad hoc veneram ut paterer, ideo nolebam nisi ut paterer. Quod traditus sum, voluntatis fuit, et quod non egrediebar, voluntatis fuit. Dicamus et aliter. Traditus sum quasi homo, et non egrediebar de divinitatis maiestate. Dicamus et aliter. Traditus sum ab hominibus, et de sinu Patris non egrediebar. Dicamus et aliter. Traditus sum quasi homo in terra, et quasi Deus non dimiseram caelum. *Oculi mei languerunt prae inopia.* Qui sanus maiestate mea eram, infirmus pro hominum peccatis effectus sum.

Clamavi ad te, Domine. Non solum voce, sed corde : sic quippe clamamus ad Patrem. ' Clamantem in cordibus nostris, Abba pater '. *Tota*

4 *abominationem*] *in abhominationem* L; *abhominationem* M; *abominationes* V, ob litteram *s* initio vocis seq. *scilicet*] *igitur* L. 5 *crucifige*] non repet. L. 7 *dixit*] *dicit* M. 8 *pro clementia mea n. dim. eos*] MOV; *hos a mea clementia non dimitt.* L. 9 *dimittebam*] *dimittam* M. *versabar*] *versabor* M. 10 *egrediebar*] *ego egred.* L. 13 *evaserit*] MOV; *exiit* L. *Hoc est ergo quod dicit*] LM ; om. OV. 14 *et modo non*] L; *et modo* OV, omisso *non*; *non modo* M, omisso *et*. *mea*] scripsi; *ea* quattuor codices, ob litteram *m* in fine vocis praeced. 15 *hominum*] *hominis* L. 16 *ideo n. n. u. paterer*] om. L. *nisi*] om. M. 17 *et quod*] LM; OV om. *et*. 18 sq. *Traditus sum quasi... et aliter*] om. V; O in marg. 2 m. suppl. *egrediebar*] *grediebar* L. 19 sq. *Traditus sum ab... et aliter*] item om. M propter homoeotel. 21 *caelum*] LM; *caelos* OV. 22 *Qui*] *Quia* V: cf. pag. praeced. l. 10. *hominum peccatis*] *hominibus* L. 25 *Clamantem*] L; *clamantes* MOV.

2. *hominem*] Marc. 14, 71.
6. *Caesarem*] Io. 19, 15.
11. *faciunt*] Luc. 23, 34.
12. *In evangelio*] Luc. 4, 29 sq.
25. *pater*] Gal. 4, 6.

die expandi manus meas ad te. Hoc est testimonium quod apostolus in epistola ad Romanos ex persona Salvatoris abusus est.

[Quod sequitur iam ex uno codice Laurentiano.]

Videtis ergo quod vim psalmo non facimus, sed apostoli sequimur auctoritatem. Si enim ille ex persona Domini unius versiculi abusus est testimonium, quare nos totum psalmum non ita velimus exponere? Quem si et aliter interpretari voluerimus, evidenti hac apostoli sententia sensus nostrae expositionis exsolvitur. Si voluerimus totum psalmum exponere, videmur nobismetipsis moram facere, quos iam hora compellit ad carnes Salvatoris veri agni pura et immaculata conscientia in unitate pacis accedere, ut possimus digne caelesti pane saturari, per Christum Iesum Dominum nostrum. Cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

[Aliter prosequuntur codices MOV, quos idcirco minutiori charactere hic describendos existimavi, ut possint cum vulgato Breviario, cuius nonnisi frustula exhibent, comparari :

Numquid mortuis facies mirabilia? Non illis qui viventes mortui sunt, sed mihi qui in te vivo. *Aut medici resuscitabunt?* et reliqua. Non aromata medicorum, sed tu Pater me resuscitas; neque illi, sed ego confitebor in populis.

Numquid narrabit aliquis in sepulchro et cetera. Non te laudabit sepultus in divitiis saeculi, neque habitans in perditione peccati.

Numquid cognoscentur mirabilia in tenebris, et iustitia tua in terra oblivionis? Et ego ad te Domine clamavi, et mane oratio mea praeveniet te. Hoc est, quia matutina me resuscitatione clarificabis.

Ut quid Domine repellis orationem meam, ut non transeat calix iste a me?

Pauper sum ego et in laboribus a iuventute mea: a tempore carnis adsumptae. *Exaltatus*: id est, in cruce. *Humiliatus*: hoc est, in sepulchro.

In me pertransierunt irae tuae. Transierunt, et non persteterunt.

Circumdederunt me sicut aqua tota die. Iudaei in fluctibus persecutionum. *Circumdederunt me simul.* Pharisaei cum sacerdotibus, Pilatus cum principibus et populis.

Elongasti a me amicum et proximum, et notos meos a miseria. Prae confusione passionis, etiam ipsi apostoli elongati sunt ab eo.]

1 *est*] L; om. MOV. *testimonium*] LM; *testimonio* OV. *quod*] L; om. MOV. Verbi *abuti* cum accus. seq. exempla suppetunt ex Plauto et Terentio. 2 *epistola*] OV inser. *sua*. *abusus est*] Corrector O in marg: 'potius legerem *usus est*'; sed cf. supra adnot. ad 14, 16. 8 *compellit*] scripsi; *compellat* L. Cf. supra 45, 15; 49, 4 etc. 9 *in unitate*] item ex coniectura; *inuitate* L. 12 *Non illis qui viventes*] Cf. Breviarium in Psal. (= β) apud Migne, in editione qua utor col. 1151 B sqq. 13 *resuscitabunt*] *suscitabunt* β. 14 *resuscitas*] *resuscita* OV. *illi*] *illis* OV geminata *s* quae sequitur. *confitebor*] β add. *tibi*. 19 *resuscitatione*] OV; *resurrectione* Mβ. Vox *suscitatio* exstat ap. Hieron. (Goelzer, p. 77).

2. *abusus est*] Cf. Rom. 10, 21.
9. *ad carnes Salvatoris*] Vides ante synaxim eucharisticam habitum esse hunc tractatum; sed et de ceteris plerisque idem fere sentio.

DE PSALMO LXXXVIII.

Octogesimus octavus psalmus hoc titulo praenotatur : *Intellectus Ethan Ezrahitae.* Ubicumque intellectus praemittitur, mysticum est quod sequitur et obscurum. Ethan interpretatur fortis, sive robustus ; Ezrahita autem, adiutus, sive adiutorium consecutus. Hoc dico, quia historiam carpimus. Recte ergo praemittitur intellectus, ut iste fortis sive robustus adiutorium consequatur a Domino, et ea quae sequuntur possit agnoscere. Ezrahita vero sive de loco nomen accepit, sive fuit de genere Merari. Lege Numerum et Leviticum libros, et ibi omnia plenius invenies. Intellectus Ethan. Praemittitur intellectus, ut lector ad scientiam provocetur. Si enim simplex esset historia, et non haberet aliquid mysticum, intellectus quid necesse esset lectorem in titulo commoneri? Ethan itaque ille, ut diximus, fortis sive robustus, Ezrahita vero, adiutus sive auxilium consecutus, recte ad intellegendum provocatur, ut possit scire quae dicenda sunt. Nam sequitur in psalmo, Iuravit Dominus David servo suo, usque in aeternum praeparabo semen tuum. Iudaei dicunt, quod Dominus cum iuramento promiserit, ut de semine David non deficiat in eis dux sive princeps, quod nunc patriarchae eorum et dicunt : Ecce usque hodie custodit Dominus iuramentum suum nobis. Sed si vere putant, quomodo eos Romanae potestati subditos vide-

1 *DE PSALMO LXXXVIII*] Ex quattuor codd. LMOV. 2.10 *Ethan*] *AEthan* L. 3 *Ezrahitae*] absque *h* L ; *ezdraite* M ; *israelitae* O in textu. *mysticum*] *mysticus* L. 4 *quod sequitur et obscurum*] L ; *et obsc. q. sequitur* MOV. *Ethan*] OV inser. *vero.* 4.8.13 *Ezrahita*] absque *h* L ; *esdraita* M ; *esdrahita* O, *h* postea expuncta. 7 *consequatur*] *consequamur* L. 9 *Numerum*] L, sic in Missali Rom. 'Lectio libri Numeri' Feria VI post Dom III Quadrag ; *Numerorum* MOV. *Leviticum*] LM ; *Leviticos* OV. 11 *aliquid*] postea mutat. in *aliquem* M. *mysticum*] L, *misticum* M ; *mystici* OV, qui et signum distinctionis post *intellectus* interponunt. 12 *intellectus*] *intellectum* M ; et post hoc item distinctio. *esset lectorem*] *lectorem esset* M. *itaque*] LM ; *quippe* OV. 13 *ille ut diximus*] L ; *ut dix. ille* MOV. *sive*] L ; *et* MOV. 14 *intellegendum*] L ; *intellegentiam* MOV. *provocatur*] *provocantur* V. 18 *et*] expunct. in M. 19 *Dominus*] *Deus* M. 20 *si vere putant*] LM ; *sive reputant* O in textu ; *si hoc reputant* V, O marg. *subditos*] *subditas* L.

4. *sive robustus*] Hieron. in Libr. de nom. hebr. ap. Migne 23, 865 'Ethan, robustus, sive ascensus.'

9. *plenius invenies*] Quo iure ad Numerorum et Levitici libros lectorem remittat, haud plane intellego; immo vereor, ne inscientia auditorum Hieronymus nimium more suo confisus sit.

12. *commoneri?*] Hier. epist. 65, 4 'Ubi enim simplex et apertus est sensus, quid necesse est audientem intellegentiae praemoneri?'

18. *patriarchae eorum*] Hieron. in Is. 3, 4 'Consideremus patriarchas Iudaeorum... et impletam prophetiam esse cernemus'; in Gal. 1, 1 'Usque hodie a patriarchis Iudaeorum apostolos mitti...'

mus, et servire iussionibus imperatorum? Verum mystice nobis de Christo repromittitur. Et aedificabo in generationem sedem tuam. Ergo mentitus est Deus, quod cum iuramento promisit, et non fecit (cum utique quod promisit Deus firmum esse deberet); si quidem usque hodie videamus hoc in Iudaeorum genere non stare? Sed hic intellectus necessarius est. Recte igitur ille fortis sive robustus intellectum necessarium habet auxilium sive adiutorium, ut mysteria huius psalmi possit advertere. Redeamus ergo ad principium psalmi.

Misericordias tuas Domine in aeternum cantabo. Non dixit misericordiam, sed misericordias. Si unum esset peccatum, una opus erat misericordia: quoniam ergo plura sunt peccata, plurimae sunt et misericordiae. Misericordias tuas Domine in aeternum cantabo. Quoniam in aeternum misericordiam consecutus sum, in aeternum cantare debeo, quia aeterna mihi est causa laudandi. Qui canit, dimisit luctum, dimisit metum, et ad gaudia transcendit, quia misericordiam consecutus est. Quod autem dicit, hoc est: Quia mihi peccata dimissa sunt per misericordiam Dei, propterea misericordiam eius cantabo. Quod autem dicit, in aeternum, hoc est: quia mihi non brevi tempore misertus es, sed in aeternum, et ego in aeternum sine cessatione laudabo, quia me in aeternum liberasti.

In generationem et generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo. O praeclarum ordinem psalmi! non prius coepit a veritate, et postea venit ad misericordiam: sed primum misericordiam consecutus est, et sic venit ad veritatem, cum indulgentiam peccatorum perceperat. Primum enim

2 *in generationem*]-*one* LM. 3 *cum iuramento*] L om. *cum.* 4 *quod*] om. M. *promisit*] LM; *promittit* OV. 5 *videamus*] L; *videmus* MOV. 6 *intellectum*] LM; *intellectus* OV. 7 *advertere*] *avertere* L. 9 *tuas Domine*] LMO, gr. Τὰ ἐλέη σου κύριε; *Domini* V cum Psalt. Gall. 11 *quoniam*] *quia* L. *plurimae sunt et*] L; *et pl. sunt* MOV. 12 *tuas Domine*] L; *Domini* hoc loco M cum OV. 13 *mihi est*] *est mihi* M. 15 *transcendit*] *trascendit* OV. 13-17 *Quod autem... cantabo*] om. L ob repetita verba *Quod autem... dicit.* 17 *misericordiam*] M; *misericordias* OV. *eius*] OV inser. *in aeternum*, quae verba codex M iure non agnoscit. *dicit in aet.*] L; *in aet. dicit* MOV. 17 *me i. ae. liberasti*] L; *in ae. me lib.* M; *in ae. lib. me* OV. 21 *In generationem*] M; -*one* LOV. 22 *prius*] L; *primum* M; om. OV.

5. *intellectus necessarius est*] Hieron. Commentariol. huius psalmi, p. 67, 10 'Propterea intellectus est necessarius, quia repromittitur thronus David in aeternum permanere, quem interim iuxta historiam olim videmus esse destructum.'

11. *et plurimae sunt misericordiae*] Cf. supra 42, 17 'Non dixit, salutis nostrae: quia multa peccavimus, multis salutibus indigemus'; et t. III² 93, 25 'Quare non dixit, salutis nostrae, sed, salutum nostrarum? Si semel peccaremus, una indigeremus salute. Multa peccavimus, proptera multis indigemus salutibus'.

cum peccator essem, ad veritatem accedere non audebam; cum autem misericordiam consecutus sum, iam securus ausus sum praedicare veritatem. Quod autem dicit, in generationem et generationem, pulchre dixit: non enim dixit in generationes et generationes, sed in generationem et generationem. Non ergo multas generationes commemorat, sed duas tantum, unam in circumcisione, aliam in gentibus: ad unam mittitur Petrus, et ad aliam mittitur Paulus. Et quod in principio oblitus sum dicere, nunc dicam: hic debet persona Domini Salvatoris constitui. In generatione et generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo. Qui prius loquebatur per patriarchas et prophetas, postea ipse loquitur praesens, sicut in Canticis dicitur canticorum: 'Osculetur me osculo oris sui'. Ergo quod dicit, hoc est: de quo loquebar per prophetas, inde et nunc per memetipsum loquor. Ut quem tonantem mundus audire non potuit, audiat saltem vagientem.

Quoniam dixisti, In aeternum misericordia aedificabitur. Ego ipse, qui tunc locutus sum in veteri testamento per patriarchas et per prophetas, nunc ipse per me loquor; non enim veni solvere misericordiae mandata quae lex construxerat, sed superaedificare. Sicut ipse in evangelio dicit: 'Non veni legem dissolvere, sed adimplere'. Quid ergo dicit Moyses? 'Adtende caelum et loquar, et audiat terra verba ex ore meo'. Hieremias quoque sic dicit 'Haec dicit Dominus'; ceteri prophetae sic dicunt: quia quod loquuntur Domini sint verba, et non sua, et quod per os ipsorum dicit, quasi per organum Dominus sit locutus. Quid ergo est

1 *autem*] *enim* L. 3 *Quod*] LM; *Quid* OV. 5 *ergo*] L; *enim* MOV. 6 *unam... aliam*] M; *una... alia* LOV. 7 *et ad*] L; MOV om. *et*. 10 *et prophetas*] *per proph.* M. 11 *in Canticis dicitur canticorum*] L; *dicit in C. c.* OV. 14 *vagientem*] corr. ex *vagantem* M. 15 *Ego*] *ergo* OV. 16 *et per*] LM; OV non repet. *per*. 17 *ipse per me*] *per me ipse* M. *misericordiae*] L; om. MOV. 19 *dicit*] L; *dixit* MOV. *dissolvere*] L; *solvere* MOV. 20 *ex ore meo*] L, gr. ἐκ στόματός μου; *mea* MOV. 21 *sic dicunt*] L; *similiter dicunt* MOV. 22 *sint verba*] OV; *sunt verba* L; *verba sunt* M. *et non*] L; MOV om. *et*. *et quod*] *et quos* OV. 23 *est*] L; *hoc est* M; *est hoc* OV.

7. *mittitur Paulus*] Hieron. Tract. de ps. LXXVIII 68, 11 '*In generationem et generationem*... Petrus in populo circumcisionis, et Paulus et Barnabas in gentibus'.

11. *sui*] Cant. 1, 1.

13. *tonantem... vagientem*] Hieron. ep. 82, 1 'non fulminans et tonans, sed in praesepi vagiens'; Homil. de Nativ. t. III² 397, 19 'tanto tempore tonavit in caelo, et non salvavit; vagiit, et salvavit'.

15. *aedificabitur*] Sic versum distinguit Hieron. Dial. cont. Pelag. II, 20; Romanum quoque Psalt. verba *in caelis* cum sequentibus coniungit.

19. *adimplere*] Matth. 5, 17.

20. *meo*] Deut. 32, 1.

23. *sit locutus*] Hieron. Comment. in Ierem. 23, 23 sq. 'Quod autem in prophetis crebo dicitur *Haec dicit Dominus*, propterea semper infertur, ne contemnantur quasi verba prophetarum, sed admoneantur iugiter Dei esse sermones quos loquuntur'.

quod dicitur, Aedificabitur, quasi domus magna vel civitas aedificetur? Videamus ubi alibi scriptum sit aliquid tale de aedificatione. Requiramus in Genesi, quid sibi sermo iste velit. 'Et tulit, inquit, Deus costam de latere Adae, et aedificavit illam in mulierem'. Vide quid dixit, aedificavit. Aedificatio enim, sicut superius diximus, non nisi in magnae domus fabrica dici solet. Quoniam ergo illa costa Adae in mulierem fabricata est, iuxta apostoli auctoritatem, Christum significat et ecclesiam; propterea dixit, Aedificavit de costa mulierem. Audivimus de primo Adam, veniamus ad secundum, et videamus quomodo de latere eius aedificetur ecclesia. Latus enim Domini Salvatoris in cruce pendentis lancea pungitur, et exinde exiit sanguis et aqua. Vultis scire quomodo de aqua et sanguine aedificetur ecclesia? Primum per baptismum per aquam dimittuntur peccata, deinde in sanguine martyrii coronatur. Quoniam ergo manifestum est, ecclesiam Dei misericordia aedificari, propterea sequitur *In caelis praeparabitur veritas tua.* In terra misericordia, et in caelo veritas est. Audi, haeretice, quod dicitur. In caelis praeparabitur veritas Dei. Si de caelo animae corruerunt propter peccata quae fecerant, quomodo ergo in caelis veritas praeparatur? Si cotidie animae praecipitantur ad terram, quomodo Dominus in oratione dominica docet et dicit 'Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra'? Ergo hoc rogamus ex auctoritate Domini et Salvatoris, ut quomodo anima sine corpore peccavit in caelo, ita in corpore peccet in terris; et quae iustitiam libera et in caelis servare non potuit, nunc corporis angustiis coartata ser-

2 *alibi*] LM; om. OV. 4 *Vide*] LM; *videte* OV. 5 *superius*] L; *supra* MOV. *in magnae*] LM; *ut magnae* OV. 6 *ergo*] LM; *enim* OV. *in mulierem*] V, O om. *in*; *in muliere* LM. 7 *iuxta*] *iusta* L. 11 *exinde exiit*] L; *exit inde* M; *exiit inde* OV. 12 *aedificetur*] *aedificatur* M. 13 *dimittuntur*] *dimittitur* L. *peccata*] MOV; mutat. postea in *peccatum* L. 14 *martyrii coronatur*] LM, O marg; *martyres coronantur* V, O in textu. 17 *quod*] L; *quid* MOV. *Dei*] L; *tua* OV; *tua in eis* M. 19 *praeparatur*] LM; *praeparabitur* OV. 22 *anima*] *animae* L. *corpore*] corr. ex *corpora* L. *peccavit*] M; *peccaverunt* L; *peccet* OV. 23 *ita*] OV inser. *et*. *iustitiam*] OV; *iusticia* LM. *et in caelis*] LM; OV om. *et*. *servare*] LM; *reservare* OV.

4. *in mulierem*] Gen. 2, 22.
7. *apostoli auctoritatem*] Ephes. 5, 32.
11. *et aqua*] Io. 19, 34.
14. *martyrii coronatur*] Hieron. epist. 69, 6 'Latus Christi percutitur lancea, et baptismi atque martyrii pariter sacramenta funduntur.'
17. *Si de caelo animae* etc.] Homil. de Nativ. t. III² 394, 25 'Si cotidie in caelo ruinae fiunt, quomodo in caelo gloria est?' Cf. etiam ibid. p. 79, 8 et Hieron. epist. 75, n. 1.
21. *in terra*] Matth. 6, 10.

vet in terris? Rem novam video: in caelo anima peccavit, et detrusa in terram est, ut quod in caelo perdidit, in terris inveniat. Sine corpore peccavit: quomodo esse potest, ut cum corpore Deum facilius mereatur? Siquidem 'caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem'.

Disposui testamentum electis meis. Vultis scire quomodo usque hodie disponat Dominus testamentum suum? Bene agamus, et merebimur dispositione Domini electorum esse participes. *Iuravi David servo meo.* Videamus quid sit, quod iuravit Dominus. Hoc utique quod sequitur. *Usque in aeternum praeparabo semen tuum.* Subveni nobis, apostole, et hunc interpretare versiculum. Quid enim dicit apostolus? 'Non dixit in seminibus, sed in semine quod est Christus.' Hoc est quod in Apocalypsi Iohannis dicitur: 'Qui habet clavem David, qui claudit et nemo aperit, aperit et nemo claudit'. Hanc clavem scribae et pharisaei tenuerunt in lege, quibus in evangelio Dominus dicit: 'Vae vobis scribae, qui tenetis clavem regni caelorum' et reliqua. O pharisaei, qui regni claves tenetis, et in Christo, qui est ostium regni et ianua, non creditis: vobis quidem repromittitur, sed nobis redditur: vos habetis carnem, sed nos spiritum: immo quia spiritum negastis, carnem quoque cum spiritu perdidistis.

Et aedificabo usque in generationem et generationem sedem tuam. In duabus generationibus, ut diximus, sedes Dei ponitur, in circumcisione scilicet et in gentibus.

Et confitebuntur caeli mirabilia tua Domine. Hoc est quod in octavo decimo psalmo dicitur: 'Caeli enarrant gloriam Dei'. Secundum mysticos intellectus, apostolos caelos appellat. Si enim dicitur ad peccatorem 'Terra

1 *video*] L; *audio* MOV. 2 *in terram*] *in terra* M. 3 *esse*] MOV; om. L, et legit *quomodo potest ut*... Cf. loquendi modum apud nos usitatum: 'Comment se peut-il que...' *Deum facilius*] LM; *facil. Deum* OV. 7 *suum*] om. L. *merebimur*] *merebitur* L, ut supra 48, 10 *habebam* pro *habebat.* 13 *in Apocalypsi*] *in apocalipsin* L. 15 *tenuerunt*] L; *tulerunt* MOV. *Dominus*] L; om. MOV. 16 *clavem*] *claves* M. 17 *ostium*] *hostium* MOV. 18 *repromittitur*] L; *prom.* MOV. 22 *Dei*] L; *Domini* MOV. 24 *est quod*] L; *et* M; om. OV. 26 *ad peccatorem*] postea mutat. in *peccatori* L.

1. *Rem novam video*] Lege sis adnot. ad. t. III[2] 414, 2.
5. *carnem*] Gal 5, 17.
12. *Christus*] Gal. 3, 16.
14. *claudit*] Apoc. 3, 7.
16. *caelorum*] Cf. Luc. 11, 52.
18. *sed nobis redditur*] Tract. de ps. XIIII. 31, 8 'Illi promisit, nobis redditurus est.'
20. *perdidistis*] Confer supra, In die dominica Pasch. 417 20 sqq.
22. *ut diximus*] paulo ante, p. 53, 5.
25. *Dei*] Ps. 18, 2.

es et in terram ibis', quare sancto vel iusto non dicatur, Caelum es et in caelum ibis? Sanctorum enim iuxta apostolum 'conversatio in caelis est'. Quod autem dicit, Confitebuntur caeli mirabilia tua, signum est paenitentiae praedicandae, quam nos apostolis annuntiantibus in Domini Iesu Christi confessione suscepimus; qui, si eorum monita et exempla sequamur, possumus nos quoque caeli appellari, quando illos imitamur, quorum conversatio sit in caelis. Dicit enim in alio loco propheta: 'Advena sum ego in terra et peregrinus sicut omnes patres mei'. Et hoc in Iudaea loquebatur, hoc est, in patria sua: et quomodo peregrinum se esse dicit? Sed quoniam sancti in praesenti saeculo peregrinantur in terra, nihil terrenum possidere cupientes, quorum possessio omnis in caelo est, ubi habet mansiones, ubi habet 'civitatem, cuius artifex et conditor Deus'. Ideoque et propheta, qui non est de hoc mundo, hic peregrinum se esse dicit, et animi voluntate ad patriam suam festinat, hoc est, ad paradisum, ad regna caelorum. Ne dicas, haeretice, quia dixi paradisum patriam esse sanctorum, quod animas asseram ante fuisse, quam in corpora huc venirent. Nec hoc dico, sed iuxta apostolum dico, qui affirmat nos omnes in praevaricatione Adae de paradiso per peccatum fuisse deiectos. Hoc apostolus dicit, Adam etiam in nobis corruisse, qui postea futuri eramus. Ideo nunc in Christo, hoc est, caelesti Adam credimus, qui per peccatum primi Adam de paradiso cecidimus, nunc

2 *iuxta*] *iusta* L. 5 *qui*] L; *quia* MOV. 8 *sum ego*] *ego sum* M. *Et hoc in*] L; OV om. *hoc*; *Et in hoc in* M. 10 *dicit*] *dicebat* L. *in terra*] L; *in terris* MOV. 11 *in caelo*] V om. *in*. 12 *habet... habet*] LM; *habent... habent* OV. De *habet* impersonali ap. Hieron. cf. Goelzer, p. 422. 13 *Deus*] OV add. *est*. *et*] L; om. MOV. 14 *esse dicit*] *dicit esse* OV. *voluntate*] *voluntatem* L, *m* postea expuncta M; *et voluntate* V. 16 *patriam esse*] *esse patriam* OV. 17 *in corpora*] M, *a* ex *e* corr. L; *in corpore* OV. *Nec*] L; *Non* MOV. *iuxta*] *iusta* L more suo. 19 *deiectos*] MOV; *egiectum*] *g* postea expuncto L, qui et add. verba *de paradyso* mox tractu calami deleta. 20 *nunc in*] LM; OV om. *in*. *hoc est*] M; *hoc* L, omisso *est*; *hoc est in* OV. 21 *credimus*] Deesse hic coniunctionem *quod* aliamve huiusmodi particulam primum suspicatus sum; postea vero memini alia suppetere in hisce tractatibus exempla constructionis *credimus... redeamus*: cf. 8, 1 *iudicandi sunt... oderint*; 65, 12 *Sicque fit... inferatur*.

1. *ibis*] Gen. 3, 19. Idem omnino t. III^2 259, 2 sqq. 'Ceterum secundum intellegentiam spiritalem quomodo dicitur peccatori *Terra es et in terram ibis*, sic et sancto, dicitur, Caelum es et in caelum ibis'. Cf. infra, Tractatum de Psal. 96; et Origenis homiliam V in Ierem. ab Hieronymo translatam, Migne 25, 657 A.

2. *in caelis est*] Phil. 3, 20.

8. *mei*] Ps. 38, 13.

13. *Deus*] Hebr. 11, 10.

17. *huc venirent*] Tract. de Psalmo LXXXIX. 107, 12 'Subrepit in hoc loco haeresis: ... Ergo erant animae antequam fieret orbis'. Cf. etiam Tract. de Ps. LXXVIII. 67, 5 sqq.

19. *deiectos*] Rom. 5, 12 sqq.

per secundi Adae iustitiam ad paradisum redeamus. Confitebuntur caeli mirabilia tua Domine. Quae mirabilia? quia caelum fecisti? aut quia terram fundasti? aut quia in unum maria congregasti? Quid enim hoc in Deo grande est, cui omnia dixisse fecisse est? Ista ergo in Deo sunt magna, in Deo mirabilia, quia Deus homo factus est, quia in virginis utero latuit, quia natus ex virgine in praesepio iacuit, quia ab hominibus vulneratus est qui hominum vulnera sanabat, quia alapis caesus est, quia crucifixus est, quia inmortalis mori passus est, et tantam ab hominibus iniuste illatam sustinuit poenam, qui ne poenam homines sustinerent ista perpetitur. Sol Dominum suum in cruce pendentem videre non potuit, sed abscondit se, ne Iudaeorum sacrilegio misceretur. Terra quoque contremuit, petrae scinduntur, omnis creatura turbatur, quia creator eius occiditur. Velum templi scinditur, quia quod clausum fuerat in Iudaea in cunctis gentibus aperitur; velum scinditur, et legis mysteria fidelibus ostenduntur: nam incredulis usque hodie operta sunt. Cum enim Moyses legitur, et vetus testamentum a Iudaeis omni sabbato recitatur, iuxta apostolum 'velamen positum est super cor eorum'. Legunt enim legem, sed non intellegunt, quia obscurati sunt oculi eorum ne videant. Similes enim sunt his de quibus dicitur: 'Oculos habent et non videbunt, aures habent et non audient'.

Quoniam quis in nubibus aequabitur Domino? Nubes sunt prophetae, nubes sunt apostoli, qui in arida hominum corda imbres inrigant doc-

2 *Domine*] om. M. 3 *hoc in Deo grande est*] *in Deo grande est hoc* M. 4 *Ista ergo in Deo sunt magna, in Deo mirabilia*] M; *Ista ergo sunt magna in Deo mirabilia* L; *I. e. sunt in Deo magna mirabilia* OV. 5 *Deus homo*] LM; *Deus et homo* OV. *virginis*] MOV; *virginalis* L, *s* postea in fine deleta. 7 *sanabat*] *sanavit* L. *quia crucifixus... passus est*] LM; om. OV. 15 *usque hodie operta sunt*] LM; *operata sunt usque hodie* OV. 16 *a Iudaeis*] MOV; L. om. *a*. 17 *eorum*] *illorum* L. 18 *sed non*] LM; *et non* OV. 19 *videbunt*] L; *vident* MOV in instanti, cum Psalt. Veron.

4. *dixisse fecisse est*] Hieron. in Mt. 16, 18 'quia meum dixisse fecisse est'.

15. *ostenduntur*] Hieron. in Matth. 27, 51 'Velum templi scissum est, et omnia legis sacramenta quae prius tegebantur, prodita sunt, atque ad gentium populum transierunt'; Epist. 120, c. 8, n. 2 'Deinde iuxta anagogen dicendum est, quod inclamante Iesu et emittente spiritum velum templi scissum sit in duas partes a summo usque deorsum, et omnia legis sint revelata mysteria; ut quae prius recondita tenebantur, universis gentibus proderentur'.

17. *eorum*] 2 Cor. 3, 15.

18. *ne videant*] Ps. 68, 24.

20. *non audient*] Ps. 113, 5 sq.

21. *Nubes sunt prophetae* etc] Idem Hieron. usque ad satietatem t. III^{2}, 43, 13; 54, 20; 141, 14; 143, 11; 181, 30; 296, 14 etc.

trinarum. *Similis erit Domino in filiis Dei?* Omnes sancti filii Dei appellatione et vocabulo nuncupantur, quia adoptione sunt filii; ceterum filius Dei Dominus noster Iesus Christus solus est filius natura proprius. De quo dicitur, Quis in nubibus vel in filiis Dei similis erit Domino? Hoc est, quis angelorum vel sanctorum creatori poterit adaequari in gloria vel in virtute, cum omnibus ipse det gloriam, ut laudes eius sine fine sint: quem omnis creatura expavescit et tremit, quem cherubin et seraphin, quem quattuor animalia sine cessatione collaudant, quem dominationes et principatus adorant, quem omni sterra veneratur? Cui est gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen.

[Hucusque codex Laurentianus. Sequuntur in MOV breves adnotatiunculae, quae maximam partem in Breviarium (=β) receptae sunt, verum ibi quidem alienis mercibus inmixtae:

Deus qui glorificatur in consilio sanctorum Paraclitus scilicet, qui in congregatione apostolica adorandus erat, aequalis esse Patri ac Filio praedicatur. *Magnus et metuendus super omnes qui in circuitu eius sunt.* Qui ei per innocentiam vitae appropinquare meruerunt.

Domine Deus virtutum quis similis tibi? potentia et virtute. *Potens es Domine, et veritas tua in circuitu tuo.* Ipsa veritas ait: ‘ Pater, volo ut ubi ego sum et ipsi sint mecum ‘.

Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. Tentationes, quas commovent servis tuis.

Tu humiliasti sicut vulneratum superbum. Diabolum, qui clavis crucis tuae sauciatus est. *Aquilonem et mare tu creasti.* Aquilo Antichristus intellegitur, de quo Dominus ait ad Hieremiam: ‘ Ab aquilone pandetur malum super cunctos habitatores terrae ’.

Thabor et Hermon in nomine tuo exultabunt. Hermon anathema interpretatur; Thabor, veniens lumen, vel veniat lux. Lumen, vetus testamentum intellegitur.

1 *Domino*] MOV cum gr. τῷ χυρίῳ; *Deo* L. *in filiis*] MOV; *inter filios* L cum Rom. Psalt. *filii Dei*] LM; OV om. *Dei.* 2 *quia*] L; *qui* MOV. *adoptione*] M, *ne* 1ª m. corr. ex *ni*; *adoptionis* LOV. 3 *solus*] om. L. *filius*] LM; om. OV. 4 *in nubibus*] *aequabitur* inserit L, et om. *vel in filiis Dei similis erit.* 6 *in virtute*] L om. *in.* *laudes*] MOV *laus* L, forsitan recte. 7 *sint*] *Canticum* inser. unus L, ex quo factum ut pronomen *quem* postea mutaretur in *quod.* *tremit*] OV, *it* corr. ex *et* M; *tremat* L. Cf. verbum ital. *tremare.* 9 *Cui est... Amen*] cod. L unus. 19 *commovent*] β, *t* corr. ex *s* M; *commovens* item O in textu; *commoves* V, O marg. 24 sq. *Thabor*] *Tabor* OV. 25 *Lumen*] codd., ast in Breviario plura leguntur: *Igitur iste qui optative vel prophetice adnuntiatur* (pro *adnuntiat?*) *venire lumen...* Forsitan antiquariorum oscitantia linea integra exciderit.

9. *quem omnis terra veneratur*] Heic subit animo illius hymni TE DEUM decantatissimi versiculus: ‘Te aeternum Patrem *omnis terra veneratur*’. Verum haec una erat ex formulis in sollemni gratiarum actione antiquitus usurpatis, v. gr. in Missa III ap. Mone, p. 20: ‘ quem omnis angeli cumlaudant et astra mirantur, maria benedicunt, *terra veneratur* ’.

17. *mecum*] Io. 17, 24.

23. *terrae*] Ier. 1, 14.

Ille enim qui anathema, id est, perditionem profert, novum testamentum ostendit, in quo peccata anathematizare iubemur, dicente Domino 'Nisi paenitentiam egeretis, omnes simul peribitis'.

Domine in lumine vultus tui ambulabunt. In illuminatione utique Spiritus sancti. *Et in nomine tuo*, id est, christiano.

Quoniam gloria virtutis illorum tu es, et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. Sicut eis beneplacita fuerunt praecepta tua, ita tibi beneplacitum est, et in te exaltabitur virtus eorum.

Quoniam Domini est assumptio, carnis utique. *Et sancti Israel regis nostri.* Ipsius Domini nostri Iesu Christi, qui in saecula regnat.

Hinc iterum propheta ad Patrem loquitur: *Tunc locutus es in aspectu filiis tuis*: in visione sanctis tuis, prophetis tuis atque electis. *Et dixisti, Posui adiutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea*: Christum Dominum, qui propterea electus de populo dicitur, quia carnem assumpsit ex homine.

Inveni David servum meum. Id est, elegit ut eius genere assumeret carnem. Quod autem ait, servum meum, apostolus explanat: 'Non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accepit'. *Oleo sancto meo unxi eum*: hoc est, laetitia et sanctitate.

Manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum in assumpto corpore.

Nihil proficiet inimicus in eo: diabolus scilicet. *Et filius iniquitatis non nocebit ei.* Iudas traditor.

Et concidam inimicos eius a facie ipsius: et Iudaeos utique, qui saepe a Domino confusi, tamquam concisi gladiis, discedebant a conspectu eius. *Et odientes eum in fugam convertam* cum daemonibus dicit iniquis, qui coram eo saepius fugiebant.

Et veritas mea et misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari manum eius, et in fluminibus dextera eius: hoc est, super principatus et potestates mundi.

Ipse invocabit me, Pater meus es tu. Ego primogenitum ponam illum, excelsum prae regibus terrae. Etenim Dominus Iesus 'primogenitus ex mortuis', sicut ait apostolus, excelsus factus, caelos ascendens, regna mundi subiciens cuncta.

In aeternum servabo illi misericordiam meam, et testamentum meum fidele ipsi. Haec in ecclesia perpetualiter conservat, quam redemit per testamentum suorum praeceptorum.

Et ponam in saeculum saeculi sedem eius, et thronum eius sicut dies caeli. Con-

3. *peribitis*] Luc. 13, 3.
17. *accepit*] Phil. 2, 6 sq.
31. *ex mortuis*] Col. 1, 18.
32. *excelsus factus*] Conf. Hebr. 7, 26. Simulque recte suspicetur aliquis carmen quoddam christianum heic commemorari: 'Dominus Iesus / excelsus factus / caelos ascendens / regna mundi / subiciens cuncta'.

gregatio enim sanctorum quae in ecclesia est, in qua Deus tamquam in throno residet.

Si dereliquerint filii eius legem meam et cetera usque *Et quae procedunt de labiis meis non faciam irrita.* Quod derelictores legis, iudiciorum oblitores, profanatores iustificationum, mandatorumque transgressores in virga, id est, in disciplina Dei corripiantur, et misericordia divina non auferatur. Illud ostenditur, ut nullus sine spe recuperationis ab ecclesia arceatur: quia sicut severitas divina terret arguente iustitia, ita pietas reparat moderante clementia.

Semel iuravi in sancto: meo in Homine illo Dominico. *Si David mentiar.* Nullo enim mendacio circumscribitur Deus. *Semen eius in aeternum manebit*: id est, populus acquisitus.

Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo. Significat ipsam ecclesiam in claritate futurae beatitudinis permanere. *Et sicut luna perfecta*, id est, tota lucida. *Et testis in caelo fidelis.* Ipse Christus Dominus, qui fidele testimonium reddidit Deo Patri in mundo, in caelos evectus.

Hinc ad Patrem vox apostolica: *Tu vero repulisti et distulisti Christum tuum*: tradendo inimicis.

Avertisti testamentum servi tui, per quod promiseras nos secum regnare. *Profanasti in terra sanctuarium eius.* Promiseras enim quod non dares sanctum tuum videre corruptionem, et nunc in sepulcro tegitur.

Destruxisti omnes sepes eius. Verba legis et prophetarum, in quibus retinebamur.

Diripuerunt eum omnes transeuntes viam. Transeunt enim illum qui dixit 'Ego sum via veritas et vita', cum vel vestimenta eius dividunt, vel corpus clavis et mucrone confodiunt. *Factus est obprobrium vicinis suis.* Iudaeis ac principibus sacerdotum.

Exaltasti dexteram inimicorum eius, cum humilias eum in mortem. *Laetificasti omnes inimicos eius.* Pilatum cum gentibus et Iudaeis.

Avertisti adiutorium gladii eius: cum non proficit Iudaeis sermo praedicationis illius. *Et non es auxiliatus ei in bello*: in conflictu utique passionis.

Et sedem eius in terram collisisti. Id est, sanctorum animas, quae conturbantur de obitu eius.

Minorasti dies temporis eius, perfudisti eum confusionem. Confusionem utique mortis. Haec dicebant apostoli, ignorantes eum a mortuis debere resurgere. Ideo ergo talia loquebantur apostoli, quasi exprobrantes Patri, quia ignorabant eum ab inferis redire. His igitur succedens ecclesia dicit:

Usquequo Deus irasceris in finem? exardescet sicut ignis ira tua? Quamdiu irasceris, ut eum a mortuis non revoces?

9. *in Homine illo Dominico*] De hac locutione, a nonnullis quidem Patribus reprehensa, ab Hieronymo tamen in translatione libri Didymi De Spiritu sancto usurpata, lege sis not. editorum ap. Migne 23, 152 D.

20. *corruptionem*] Ps. 15, 10.

24. *vita*] Io. 14, 6.

Memorare Domine quae sit mea substantia. Nulla mihi est vitae substantia, nisi in eo quem praestolor reverti de tartaro. *Numquid enim vane constituisti filios hominum?* Si enim illos non vane sed veraciter spe resurrectionis constituis, quanto magis debes suscitare Filium tuum?

Quis est homo qui vivit et non videbit mortem? aut quis eruet animam suam de manu inferi? Scio quid nullus carneus evadet mortem, neque animam suam servabit ab inferis; sed novi quia Deus sub velamento carnis latebat absconditus, quoniam mors et infernus non debeant retinere.

Ubi sunt misericordiae tuae antiquae Domine, sicut iurasti David in veritate tua? Si hic non resuscitatur.

Memor esto opprobrii servorum tuorum, qui eum expectant. *Quod continui multarum gentium*: quos congregavi tamquam in sinu, in una domo credulitatis.

Quod exprobraverunt inimici tui Domine. Iudaei, Sadducaei, Pharisaeique. *Quod exprobraverunt in commutationem Christi tui.* Cum se ab his commutans ad gentes diceret: 'Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta'.

Benedictus Dominus in aeternum: fiat fiat.]

DE PSALMO LXXXVIIII.

Lectus est octogesimus nonus psalmus, cuius titulus hic est: *Oratio Moysi hominis Dei.* Quarti libri exordium est, quoniam psalterium in quinque libros divisum scire debemus. A primo usque quadragesimum liber primus, a quadragesimo usque septuagesimum primum liber secundus, a septuagesimo primo usque ad octogesimum octavum liber tertius, ab octogesimo octavo usque ad centesimum quintum liber quartus, a centesimo quinto usque in finem liber quintus; et ideo quarti libri principium est, Oratio Moysi hominis Dei. Hebraei non solum istum psalmum, sed et alios decem qui sequuntur, quoniam in eis titulus non habetur, putant a Moyse esse conscriptos. Et propterea eos qui sine titulo sunt eius putant esse cuius et ille est, quia ei qui inscriptus est titulo adiacere videntur.

14 *in commutationem*] OV, cum praepositio in ceteris versionibus minime legatur. 15 *diceret*] Oβ; *dicere* V. 17 *DE PSALMO LXXXVIIII*] Ex quattuor codd. LMOV. 20.21 *usque*] L; MOV add. 21 *primus*] LM; OV add. *est*. *a quadragesimo*] LM; om. OV. 22 *secundus*] OV add. *est*. 23 *quartus*] *est* item add. OV. 24 *quintus*] *quintus est* OV. 26 *qui*] *quae* L. 27 *conscriptos*] *conscriptus* L. 28 *inscriptus*] *inscriptum* L.

15. *deserta*] Luc. 13, 35.

19. *in quinque libros divisum*] Cf. Commentariol. 46, 11.

27. *a Moyse esse conscriptos*] Hieron. Praefat. Comment. in Malach. 'Quod et in psalmis diximus, qui titulos non habent, eorum esse credendos, quorum priores psalmi nominibus praenotati sunt'; Epist. 140, n. 2 'Hanc habente scriptura sancta consuetudinem, ut omnes psalmi, qui cuius sint titulos non habent, his deputentur, quorum in prioribus psalmis nomina continentur'.

Oratio Moysi hominis Dei. Si omnes homines essent homines Dei, numquam additum esset, Oratio Moysi hominis Dei. Vultis scire quoniam non omnes homines homines Dei sunt? 'Homo cum in honore esset non intellexit : comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis'. Grande est ergo, dici homines Dei aut servos Dei. Quando enim de aliquo sic dicitur, non humilitatis sed dignitatis indicium est; nec enim condicio servitutis ostenditur, sed bene servientis dignitas demonstratur. Oratio Moysi hominis Dei. A Moyse lex conscripta est, a Moyse mundi natura monstratur, a Moyse dictum est quomodo homo ad imaginem Dei conditus sit. Quid ergo est hoc quod dicit, Oratio Moysi hominis Dei? Moyses quidem scribit quomodo factus est homo, ipse scribit et quomodo corruit. Nunc ergo orat, ut ille qui corruit in mortem elevetur ad vitam, et qui per peccatum cecidit diabolo faciente, rursum per Christum resurgat ad gloriam. Propterea ergo Moyses orationem facit ad Deum, et dicit:

Domine refugium factus es nobis. Refugium numquam dicitur, nisi fuerit persecutio : nisi enim nos alius persequatur, non indigemus ad alium refugere. Domine refugium factus es nobis. Quoniam nos grandis tribulationum aestus fatigat et cauma, sub umbra alarum tuarum refugimus. Domine refugium factus es nobis. Propterea ad tuum refugimus auxilium, quia nos grandis bestia persequitur; et quoniam multos adversarios habemus et hostes, tu nobis saltem unus esto refugium. *In generatione et generatione.* In isto loco serpens sibilat. Qui enim prius

3 *homines homines Dei*] OV; vox *homines* in LM non geminatur. 5 *homines*] scripsi; *hominis* LMOV. *servos*] item ex coniectura; *servus* OV; *servi* LM. 7 *condicio*] M; *conditio* LOV. 10 *Oratio M. h. Dei*] om. L. 11 sq. *scribit... scribit*] L; *scripsit... scripsit* LOV. 12 *in mortem*] *in morte* L. 14 *per Christum resurgat*] *res. p. Christum* M. *ad gloriam*] L; *in gloria* MOV. 15 *facit ad Deum*] *ad Deum facit* OV; *ad Dominum fecit* M. 18 *refugere*] LM; *confugere* OV. *refugium*] M inser. *tu*. 21 *bestia*] L; *mestitia* MOV. Cf. Hieron. ep. 140, n. 5. 'Si saevissima bestia hominis sanguinem sitiat...' 22 *unus esto*] *esto unus* M. *In generatione et generatione*] constanter scripsi iuxta graecum, neque codicum qui numquam sibi constant lectiones palam recoquere necessarium duxi. 23 *enim*] LM; om. OV. *prius a. dicunt*] L; *animas d. prius* MOV.

5. *illis*] Ps. 48, 13.

servos Dei] Tract. de ps. CXV. 218, 5 'Grandis dignitatis est et meriti, esse servum Domini'.

16. *Refugium numquam dicitur* etc.] Conferendus omnino locus iste est cum epist. 140 Hieronymi de hoc ipso psalmo LXXXIX ad Cyprianum, n. 5.

19. *et cauma*] Cf. Goelzer 'Latin. de s. Jérôme' p. 207.

23. *serpens sibilat*] Hieron. advers. Iovin. 1, 4 'Haec sunt sibila serpentis antiqui'; Tract. de princip. Marci, III[a] 326, 11 'Videtis sibila serpentis antiqui?' etc.

Qui enim prius, animas dicunt etc.] Idem qui supra 54, 17 et 56, 15, scil. Origenistae.

animas dicunt factas quam saeculum et ante quam in corpora mitterentur, hoc dicunt: Domine tu refugium factus es nobis in generatione et generatione, priusquam fierent montes aut formaretur orbis terrae: hoc est, priusquam mundus iste crearetur, tu nobis fuisti refugium: male distinguentes, male intellegentes. Nos enim sic debemus dicere: Domine tu refugium factus es nobis in generatione et generatione. Et huc usque distinctio. Deinde sic quod sequitur: ***Prius quam fierent montes, et formaretur orbis terrae, a saeculo et usque in saeculum tu es Deus.*** Hoc ergo dicitur, non quo hominis anima ante saeculum fuerit, sed quo Dominus Deus semper fuisse et ante saecula esse monstretur. Denique et sequens versiculus conveniens dicit, Et a saeculo et usque in saeculum tu es Deus. Ab aeternitate usque in aeternum manens es, nec principium nec finem habens.

Ne avertas hominem in humilitatem. Moyses pro homine deprecatur, et quid dicit? Quem ad imaginem tuam condidisti, non perire patiaris. Ne avertas hominem in humilitatem. Non consideres corporis vilitatem, sed animae dignitatem. Sufficiat nobis quod semel audivimus 'Terra es et in terram ibis', et propter peccati conscientiam humiliamur. Ne avertas hominem in humilitatem. Ne avertas, sed convertas: tu enim ***dixisti*** per omnes prophetas, ***Convertimini filii hominum.*** Sufficiat quod peccastis: agite paenitentiam, ut salutem habere possitis. Ne avertas hominem in humilitatem. Mitte Filium tuum, ut corpus nostrae humilitatis erigat in sublime, et de terrae oneribus liberatum per novam conversationem elevet ad caelum.

Quoniam mille anni ante oculos tuos sicut dies hesterna quae praeteriit. Ad aeternitatem Dei omne tempus hominis breve est: quamvis nobis

1 *in corpora mitterentur*] scripsi, cf. supra 56, 17 etc; *in corpore mitt.* L; *mitt. in corpore* MOV. 2.4 *tu*] LM, cf. supra 62, 18; om. OV. 3.7 *fierent montes*] L cum Psalt. Rom; *montes fierent* MOV. *terrae*] iterum cum Psalt. Rom. L; om. MOV. 7 *sic*] LM; om. OV. *et*] L, in graeco quoque καί legitur; *aut* MOV. 9 *non quo... sed quo*] scripsi; *non quod... sed quod* M; *non quo... sed quoniam* L; *non quod... sed quoniam* OV. Cf. cl. Ambr. Amelli praefationem ad 'S. Hieronymi Tractatum contra Origenem de visione Esaiae' (Montecassino 1901), p. XI. *Dominus*] L optime; om. MOV. 10 *monstretur*] L; *demonstraretur* MOV. 11 *dicit*] L; *est dicens* MOV. *Et a saeculo*] MOV, gr. καὶ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος; L om. *et.* 14 *in humilitatem*] *in humilitate* codd. hoc loco, qui tamen deinceps non sibi constant. 15 *imaginem tuam*] L; *tuam im.* MOV. 17 *Sufficiat*] L; *sufficit* MOV. *audivimus*] *audimus* L. 18 *in terram*] *in terra* V. *avertas, sed*] L; *avertas hominem sed* MOV. 20 *prophetas*] OV add. *tuos.* 21 *ut*] MOV; *et* L. 25 *sicut*] L; *tamquam* MOV. 26 *nobis*] L; om. MOV.

4. *male distinguentes*] In priore Tract. de hoc Psalmo, III[2] 107, 20 'Male distinguis, haeresis'.

18. *ibis*] Gen. 3, 19.

longum esse videtur, sed ad comparationem aeternitatis, quia fine concluditur, pro nihilo computatur.

Et custodia in nocte. Nox quattuor habet vigilias per ternas horas distinctas, sicut in evangelio dicitur 'Quarta vigilia noctis venit ad eos' Iesus, quod circa galli cantum intellegitur. Hoc est ergo quod dicit: mille anni apud te, non solum ad brevitatem diei, sed ad trium horarum spatia comparandi sunt. *Quae pro nihilo habentur anni eorum.* Quod dicit, hoc est: quoniam homo a principio mundi vivebat pene mille annis, et mille anni ante Deum sic sunt quasi custodia in nocte. Immo satis dixi: sic sunt tamquam nihil aetates hominum ad comparationem divinae aeternitatis. Vultis scire plenius quam nihil sit humana vita? Audite quid sequitur. *Mane sicut herba transeat.* Quomodo ros matutinus cito transiit, sic est hominum vita. Mane nostrum, adolescentia est. *Mane floreat et transeat.* In adolescentia et perfecta aetate floruimus, in senecta vero concidimus, et flos nostrae virtutis emarcuit. Quis enim nostrum scit quomodo aetas nostra pertransit? Nescientibus pene nobis, ita nos post tergum occupat senectus. *Vespere decidat, induret et arescat.* Vespere nostrum senectus est, quae iuventutis flore discusso, vario morborum induratur horrore. 'Omnis quippe caro faenum, et gloria eius sicut flos faeni aruit et decidit; verbum autem Domini manet in aeternum'. Adhuc vivimus, et pars nostra iam periit in senecta: licet animus idem sit, nos tamen qui vigorem pristinae iuventutis amisisse sentimus, quodammodo alii sumus.

In ira tua defecimus. Quia iram tuam per peccata meruimus, inmortalitatem quam dederas perdidimus in Adam, a quo nobis quasi naturaliter peccatum hereditario iure dimissum est. *Et in furore tuo turbati sumus.* Pulchre dixit, turbati: qui enim turbatur, non perit, sed terrore concutitur, ut sentiat potentiam eius quem peccando contempserat, et ad paenitentiam humilis subditusque confugiat. Et in furore tuo turbati su-

1 *videtur*] L; *videatur* MOV. *quia*] MOV; om. L. 7 *comparandi*] *i* ex *a* postea corr. M. 8 *vivebat*] LM; om. OV. 9 *Immo satis dixi*] Ita omnino quattuor codd. 10 *aetates*] *aetatis* OV. 12 *matutinus*] OV, *us* corr. ex *um* M; *matutina* L. Cf. Roensch, Itala und Vulg. p. 271. 13 *sic*] L; *et sic* MOV. 14.21 *senecta*] LM; *senectute* OV. 16 *pertransit*] LM; *pertransiit* OV. *post tergum*] *postergum* LOV. 17 *induret*] *indurat* L. 18 *quae*] OV; *et* M; *ex* L. 19 *faenum*] *fenum* L. 20 *decidit*] *cecidit* M. 22 *amisisse*] scripsi; *ammisisse* L; *amissae* OV; *amisse* M, mutat. in *amissum*. 25 *perdidimus*] LM; *perdideramus* OV. *a quo*] scripsi; *a qua* codd. 26 *peccatum*] *peccata* L. *hereditario*] *hereditarium* L. *turbati*] LM; *conturbati* OV. 27 *perit*] LM, O marg; *periit* V, O in textu. 28 *quem*] LM; *qui* OV. *contempserat*] L; *contempsit* MOV.

4. *ad eos*] Matth. 14, 25. 20. *in aeternum*] Is. 40, 6. 8.

mus. Quia offendimus, perturbamur ; sed quia Christum tuum credentes suscepimus, consolamur.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo. Nihil te nostrorum latuit peccatorum : omnia apud te manifesta sunt quae commisimus mala. *Saeculum nostrum in illuminatione vultus tui.* Omne quod vivimus, sive quod agimus, tuos oculos non latet : tenebrae ipsae non celantur apud te.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt. Ita dies transeunt et mors propinquat, ut quodammodo ignorantibus nobis aetas omnis et vita ipsa subtrahatur exigua. Hoc ipsum, quod ego nunc loquor et vos auditis, de parte vitae nostrae deciditur; et quamvis credamus in hoc aliquem animae esse profectum, tamen quia horarum spatia consumit, damnum est temporis et aetatis. Sicque fit, ubi lucrum nos habere putamus, ibi damnum potius inferatur.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur. Nihil pulchrius potuit dicere, quam ut humanam vitam et omnem sollicitudinem nostram studiaque describeret, quibus huc illucque discurrimus et opes praeparamus, divitias quaerimus, aedificamus domos, liberos procreamus : et videte cui rei comparantur. Anni nostri sicut aranea meditabuntur. Sicut enim araneam videmus in parietibus fila deducere, telas texere, quae repentino vento solvuntur; ita vitae omnis nostrae actus repentino tribulationis aut mortis impetu dissipantur. *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.* Videte quomodo paulatim humana vita subtracta est. Primo in paradiso acceperamus aeternitatem, quam perdidimus per inobedientiam : postea in mille annos vita antiquorum dilatata est: nunc in temporis nostri faece vix usque ad septuaginta pervenitur.

Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni : si autem multum,

1 *tuum*] LM ; *ut* OV. 4 *commisimus*] *commissimus* OV. 5 *in*] om. V, postea sup. lin. add. M. 6 *agimus*] MOV ; *cogitamus* L. 10 *credamus*] om. L. 11 *animae*] OV add. *meae*, sed in O diphthongus *ae* calami tractu deleta est. *esse*] om. L. 12 *temporis*] *tempore* V. *Sicque fit... inferatur*] quattuor codd. absque *ut*, quemadmodum supra 8, 1 ; 65, 12. 16 *et opes... quaerimus*] LM ; om. OV. 18 *comparantur*] MOV ; *comparatur* L. *araneam*] L ; *araneas* MOV. 20 *vitae omnis*] *vitae oñs* L , *omnis vitae* M ; *omnes vitae* OV. 21 *dissipantur*] *disip.* OV. 22 *anni*] scripsi ; *annis* codd. hic et paulo infra. 24 *in mille*] LM ; OV om. *in*. 26 *anni*] *annis* codd.

9. *Hoc ipsum, quod* etc] III² 109, 14 ' Hoc ipsum, quod loquimur, de morte est '.

14. *Nihil pulchrius potuit dicere*] Tract. de ps. LXXVI. 52, 9 ' Non potuit pulchrius dicere... '

17. *liberos procreamus*] Tract. I de Ps. LXXXIX 109, 17 ' Sic et vita hominum huc illucque discurrit... Possessiones quaerimus, divitias apparamus, procreamus filios '.

26. *si autem multum*] Ita certe Hieron. in laudata epist. ad Cyprianum et in Psalt. ex Hebr.

octoginta : et amplius eorum, labor et dolor. Videte quid dicat, Amplius eorum labor et dolor. Hoc est quod superius diximus, quia ubi lucrum putamus in vita nostra, ibi damnum et incommodum invenimus. Ubi augmentum annorum, ibi senectus : ubi senectus, ibi morbi : ubi morbi, ibi tormenta : ubi tormentum, ibi mortis desiderium.

Quoniam supervenit mansuetudo, et corripiemur. Quae est ista mansuetudo, per quam corripimur ? ' Memento Domine David et omnis mansuetudinis eius '. Quae est ista mansuetudo ? ' Discite quia mansuetus sum et humilis corde '. Supervenit mansuetudo. Non dixit, venit mansuetus, sed venit mansuetudo, quod est Dominus noster Iesus Christus ; qui quomodo in alio loco, non sapiens, sed sapientia vocatur, ita et hic, non mansuetus, sed mansuetudo ipsa nominatur.

Dexteram tuam sic notam fac, et compeditos corde in sapientia. Dextera tua, qua mundum fecisti, mundum illumina. ' Brachium enim Domini cui revelatum est ? ' Dextera tua, qua fecisti hominem, ipsa corpus humanum assumat et salvet. Et compeditos corde in sapientia. Ita intellegi potest : qui antea libere vagabantur, compediantur sapientia tua. Melius est enim bene compediri, quam male liberos habere pedes ; melius est bene stare, quam male currere. Quomodo pullus ille in evangelio, qui antea liber erat, et infrenis per praecipitia ibat, postea sessus a Domino refrenatur, et bene ambulare docetur : sic te deprecamur, ut dexteram tuam mundo notam facias, ut vagi et instabiles compediantur tua sapientia.

Convertere Domine usquequo. Convertere Domine, et ad imaginem tuam inspice : noli nobis dorsum ostendere, sed faciem tuam. Convertere usquequo. Qui dicit usquequo, ostendit se desiderare, et desiderii sui moras sustinere non posse.

Repleti sumus mane misericordia tua. Mysteria sunt quae dicuntur in psalmis, et figuris plena sunt omnia. Moyses ex persona humani generis deprecatur, ut filius Dei venire dignetur ad terras. Et quia dixerat, dexte-

1 *octoginta*] *in octoginta* L. *eorum*] *est* add. M ; sed et Hieron. ex hebr. legebat *et quod amplius eorum est.* *Videte*] *vide* M. 4 *augmentum*] *aucm.* M. 8 *Discite*] MOV add. *a me.* *mansuetus*] L, deleto *mitis* ; *mitis* MOV. 9 *Supervenit*] *superveniet* V. *dixit*] LM ; om. OV. 15 *fecisti hominem*] *hom. fec.* M. 19 *male currere*] LM ; OV om. *male.* 20 *infrenis*] LM, vox ab Hieronymo usurpata (cf. Goelzer, p. 165) ; *effrenis* OV. 21 *et... docetur*] LM ; *ut... doceatur* OV. 24 *et*] L ; om. MOV. *ad imaginem tuam*] cum *inspice* coniungunt LM ; OV cum *Convertere Domine.* 25 *noli*] *nolli* V. 26 *se*] LM ; om. OV. 29 *figuris*] *in figuris* L.

8. *eius*] Ps. 131, 1.
9. *corde* Matth. 11, 29.
14. *in alio loco*] Ut puta 1 Cor. 1, 24.
15. *revelatum est ?*] Is. 53, 1.

ram tuam sic notam fac, nunc quia exauditum se esse sentit, adiungit et dicit, Repleti sumus mane misericordia tua, quando Filius tuus die tertia a mortuis resurrexit. Et quia ad vesperam pro nostra vita in tenebras mortis descendit, ut nos ad lucem matutinam extraheret, ea hora nos plenitudinem tuae misericordiae cognoscimus. Unde vicesimus primus psalmus hoc titulo praenotatur : ' Pro assumptione matutina '. Semper quidem tua misericordia apparuit sanctis ; sed numquam tam manifeste et tam plene effusa est, quam quando redemptor omnium pro communi salute resurrexit. *Et exultavimus et delectati sumus.* Post resurrectionis laetitiam Domini nostri, qua nos et redemptos et resurrecturos esse iam credimus, reliquis vitae nostrae diebus gaudentes in hac fiducia exultamus, et hymnis canticisque spiritualibus Deo reddimus laudem per Iesum Christum Dominum nostrum : cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO XC.

Laus cantici ipsi David. Hoc primum scire debemus, quod ab octogesimo octavo usque ad centesimum, hoc est, undecim psalmos in hebraeo titulum non habere ; et eos, sicut in superiori psalmo proxime tractavimus, ad eumdem pertinere, ad quem pertinet et ille qui hoc titulo praenotatur : ' Oratio Moysi hominis Dei '.

3 *a mort. resurr.*] LM ; *resurr. a mort.* OV. *Et quia*] OV ; *Et qui* LM. *in tenebras*] LM ; *in tenebris* OV. 4 *lucem matutinam*] L ; *mat. lucem* MOV. 5 *tuae miser.*] L ; *miser. tuae* MOV. *vicesimus*] *vicescimus* V ; *et tricesimus* L. 9 *sumus*] MOV add. *et cetera.* 10 *et redemptos*] LM ; OV om. *et.* 15 *DE PSALMO XC*] Ex uno cod. Laurentiano, in quo solummodo inscribitur : *LXXXX.* Prior de hoc psalmo tractatus exstat t. III², pp. 113 sqq. 18 *sicut in*] scripsi ; *siculi* L. 19 *tractavimus*] *tractabimus* L.

6. *matutina*] Ps. 21, 1. Cf. Commentariol. 32, 8.

16. *ab octogesimo octavo*] Hoc ipso scilicet haud adnumerato, sicut nec altero termino. Ceterum audiendus ipse Hieronymus, ubi Contra Rufin. I, 13 haec de Origene adserit : ' Octogesimum quoque nonum psalmum, qui scribitur *Oratio Moysi hominis Dei*, et reliquos undecim, qui non habent titulos, secundum Hiulli expositionem, eiusdem Moysi putat ' ; Epist. 140, n. 2 ' Non solum nobis quinque reliquit libros (Moyses)... sed undecim quoque psalmos, ab octogesimo nono, cuius principium est *Domine refugium factus es nobis*, usque ad nonagesimum nonum, qui inscribitur *Psalmus in confessione*... hanc habente scriptura sancta consuetudinem, ut omnes psalmi, qui cuius sint titulos non habent, his deputentur, quorum in prioribus psalmis nomina continentur '. Eandem opinionem recoquit, Praefat. Comment. in Malachiam: ' Tempus quoque titulusque conveniunt : quod et in psalmis diximus, qui titulos non habent, eorum esse credendos, quorum priores psalmi nominibus praenotati sunt '.

20. *Dei*] Ps. 89, 1.

Qui habitat in adiutorio Altissimi. Nostrum est incipere, Dei est adiuvare : neque enim dormientes coronat, sed laborantes. *In protectione Dei caeli commorabitur.* Pro eo quod legimus, Dei caeli, in hebraico habet SADDAI. Unde hoc quod in Iezechiele dicitur 'Et audivi vocem Domini Saddai loquentis' ita potest intellegi, quod audierit vocem Domini Dei caeli loquentis : quoniam Saddai Dei caeli interpretatur.

Refugium meum Deus meus. Pulchre dixit, refugium : quoniam multi sunt persecutores, et tu solus refugium. Multa sunt vulnera, sed tu solus medicus es. *Sperabo in eum : quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium.* In isto saeculo plures sunt venatores, qui animas nostras capere desiderant, sicut a propheta dicitur : 'Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium'. Venatores quippe in scripturis sanctis in sinistram partem accipi saepe iam diximus. Nebrod enim ille gigas, adversus Deum semper rebellis, venator fuit. Esau quoque venator fuit. Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium. Legimus in Proverbiis: 'Oculus meretricis, laqueus peccatoris.' 'Quicumque enim viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo'. Quot peccata sunt, tot laquei ; quot laquei, tot venatores. Dogmata haereticorum, laquei sunt mortis. Denique sequitur : *et a verbo aspero.* Vides quoniam de haereticis dicitur. Pro eo quod nos habemus, aspero, in hebraico habet 'abscondito.' Semper enim haeretici secreta quaedam et magna pollicentur, ut quae vera sunt et manifesta diripiant.

In scapulis suis obumbrabit tibi. Quis obumbrabit? Utique Deus caeli, sicut gallina pullos suos, et quasi aquila nidum suum. Unde et in cantico Deuteronomii dicitur, quod populum Israhel in humeris portaverit, et quasi aquila protexerit. Potest et de Salvatore intellegi, quod in cruce sua nos suis alis protexerit. *Et sub pennis eius sperabis.* 'Tota die expandi manus meas ad populum non credentem et contradicentem mihi'. Manus

4 sqq. *SADDAI*] scripsi ; *saddi* L. *Iezechiele*] *Ezechiele* L, ultima *e* postea add. 6 *interpretatur*] *interpraetantur* L, altera *n* add. 1 m. sup. lin. 8 *et tu*] fortasse pro *sed tu*, uti lin. seq. 13 *Nebrod*] scripsi iuxta LXX Νεβρώδ ; *Nebron* L. *gigas*] corr. ex *gigans* L. 21 *haeretici*] *ci* add. sup. lin. L. 23 *obumb.*] *obbumb.* L. *Quis obumbrabit*] *Q. obbumbravit* L.

1. *Nostrum est incipere*] Cf. adnotata supra 39, 13.
2. *sed laborantes*] Item supra 40, 9.
4. *habet Saddai*] Lege sis adnot. in Commentariol. III[1] 70, 1.
5. *loquentis*] Ezech. 10, 5.
12. *venantium*] Ps. 123, 7.
14. *venator fuit*] Eadem fere ad litteram supra III[2] 114, 9 sqq.
16. *peccatoris*] Conf. Prov. 6, 25.
17. *suo*] Matth. 5, 28.
21. *habet abscondito*] Huic interpretationi non contradicit Psalterium ex hebr. Hieronymi 'de morte insidiarum'.
24. *pullos suos*] Cf. Matth. 23, 37.
26. *aquila protexerit*] Deut. 32, 11.
28. *mihi*] Rom. 10, 21.

Domini ad caelum levatae, non auxilium postulabant, sed nos miseros protegebant.

Scuto circumdabit te veritas eius: hoc est, in girum circumdaberis veritate. Et quid sequitur? *Non timebis a timore nocturno.* Iustus non habet nocturnum timorem, sed diei. ' Venite, filii, audite me, timorem Domini docebo vos '. Qui filii sunt prophetarum, timorem non habent nocturnum, neque tenebrarum, sed lucis et diei. ' Ut sagittent in abscondito rectos corde '. Diabolus sagittas suas in die non mittit, ne videatur. Omne enim quod in luce fit, manifestatur a luce.

Sed dicat aliquis: Si diabolus non sagittat in die, quomodo ergo sequenti versiculo psalmista dicit, *A sagitta volante per diem?* Quae est ista sagitta, quae per diem volat? Doctrina haereticorum est: quae quasi per diem, hoc est, legem Dei huc illucque volitat, dum adversus nos sollicite inquisita congerunt testimonia, quae interpretationibus suis a veritate depravant. *Et a negotio perambulante in tenebris.* Non dixit, stante, sed perambulante: quia haeretici numquam in sententiis stabiles sunt, sed semper mutantur atque perambulant. *Ab incursu et daemonio meridiano.* Legimus in Genesi, quod Ioseph fratres suos in meridie paverit; et in Canticis canticorum scriptum est: ' Ubi cubas, ubi pascis? In meridie.' Ergo quomodo sancti habent meridiem et lucem ubi pascant et recubent, ita et diabolus transfiguratus in angelum lucis habet ministros suos transfiguratos, velut ministros iustitiae. Ergo quando videris haereticum praedicantem, et dicentem, Haec dicit Moyses, hoc scriptum est in prophetis, hoc in evangeliis; nonne tibi videtur, si perfidiam mentis ignores, quod loquentem audias angelum Salvatoris? Simplices autem putant esse quendam daemonem meridianum, qui meridie magis homines possit incurrere. Nos autem haereticorum principes interpretabimur daemones meridianos, qui simulantes angelos lucis, dogmata

1 *levatae*] *laevate* L. *postulabant... protegebant*] *postulabat... protegebat* L. 3 *circumdaberis*] scripsi; *circumdaueris* L 1 m., tum *circumdabis*, ac demum *a* in *i* mutata. *veritate*] *veritatem* L. 8 *mittit.*] *mitt&* L. 10 *Sed*] sup. lin. corr. ex *Se* L. 11 *A sagitta*] *m* in fine erasa L. 15 *depravant*] sup. lin. corr. ex *depravat* L. Conf. supra lin. 1 sq. *perambulante*] *m* in fine erasa L. 16 *stante... perambulante*] *stantem... perambulantem* L. 21 *recubent*] *m* erasa sup. *u* L. *transfiguratus*] *us* postea corr. ex *um* L. 26 *putant esse quendam*] Ita omnino corrigendum, ex *putantes sequendum*, quod in L legitur.

6. *vos*] Ps. 33, 12.
8. *corde*] Ps. 10, 3.
9 *a luce*] Cf. Ephes. 5, 13.
17. *semper mutantur*] Cf. supra III^{2} 15, 14 'Cotidie enim haeretici inmutant dogmata sua '.
20. *In meridie*] Cant. 1, 6.
21. *lucis*] 2 Cor. 11, 14.

praedicant tenebrarum. Vultis aliquid dicamus eleganter? Arrius sive ceteri qui de Alexandria processerunt haeretici, dicuntur daemones meridiani.

Cadent a latere tuo mille, et decem milia a dextris tuis. A latere et a dextris. Non dixit, a sinistris, quia iustus sinistram non habet, sicut in evangelio scriptum est: 'Qui te percusserit in maxillam dexteram, praebe illi et alteram'. Non dixit, praebe sinistram: si quidem agni stabunt a dextris, et haedi a sinistris. Cadent a latere tuo mille, et decem milia a dextris tuis. A latere iusti, inbecillitates corporales possumus intellegere: in dextera autem, animae integritatem. Corporis laboribus, hoc est, ieiuniis et castitate cadent mille; a dextris autem, ubi per animae libertatem pura sanctaque doctrina est, ibi cadet hostium plurima multitudo. *Ad te autem non appropinquabunt.* Finge hostium cuneos contra virum iustum venire munitos, de quibus dicitur, Ad te autem non appropinquabunt: hoc est, prius corruent, quam ad te usque perveniant.

Verumtamen oculis tuis considerabis, et retributionem peccatorum videbis. Videbis cadavera mortuorum, et miraberis maiestatem Domini Salvatoris. Et retributionem peccatorum videbis. Ruina peccatorum, interitus eorum est. Quod dicit hoc est: Tu qui refugium tuum Dominum posuisti, oculis tuis haereticorum retributionem securus inspicis, quoniam te ab eorum traditionibus custodisti.

Haec in persona Domini ad iustum dicta sunt; nunc autem persona mutatur, et ex contemplatione iusti Domino respondetur: *Quoniam tu Domine spes mea.* Qui enim haec dicit, iustus est. *Altissimum posuisti refugium tuum.* Iterum persona mutatur: et ideo psalmi obscuri sunt, quia saepissime personae mutantur. Dum enim iustus Dominum inprecatur, et dicit, Quoniam tu Domine spes mea; audit a Domino, Altissimum posuisti refugium tuum. Et propterea tibi sequens conveniens est versus:

6 *dexteram*] 1 m. sup. lin. corr. *dextram* L. 8 *haedi*] *edi* L. 9 *inbecill.*] *inbeccill.* L. 11 *castitate*] *ti* suppl. sup. lin. L. 13 *appropinquabunt*] L cum Psalt. Rom. 15 *perveniant*] 1 m. corr. ex *pervenient* L. 17 *maiest.*] *magest.* L. 20 *inspicis*] L, pro *inspicies*? 22 *sunt*] post. m. corr. ex *sint* L. 23 *Domino*] *Domini* L. 28 *tibi*] L, timeo ut recte.

1. *Arrius... de Alexandria*] Hieron. Contra Rufin. II, 17 'Antequam in Alexandria quasi daemonium meridianum Arius nasceretur'.

7. *alteram*] Matth. 5, 39.

8. *a sinistris*] Matth. 25, 33.

25. *ideo psalmi obscuri sunt* etc.] III[2] 71, 22 'Prophetae et psalmi ideo obscuri sunt, quoniam subito, cum nescis, persona mutatur'; 130, 31 'Psalmi semper personas mutant, et ideo obscuri sunt' etc.

Non accedent ad te mala, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Non dixit, sonabit, sed, non appropinquabit tabernaculo tuo: non enim fieri potest, ut flagellum diaboli iusto non sonet. Si enim ipse Dominus flagellatus est, et tribulationibus temptationibusque vexatus est; quis iustorum non flagellabitur? Sed videamus quid est hoc, Non appropinquabit tabernaculo tuo. Hoc est: sonavit quidem extrinsecus, et carnalibus passionibus perturbare temptavit; sed animae tabernaculum, sive sensum, quod est tabernaculum fidei, non subvertit.

Quoniam angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne umquam offendas ad lapidem pedem tuum. Si quando aliqua adversus nos de scripturis interpretantur haeretici, non debemus turbari: quia et hoc testimonium usus est diabolus contra Dominum Salvatorem dicens 'Si Filius Dei es, mitte te deorsum; scriptum est enim, quoniam angelis suis mandavit de te' et reliqua. Diabolus sic interpretatur scripturas quasi diabolus: hunc enim psalmum ad personam Domini applicabat, qui non de Domino, sed de iusto quolibet viro dicitur. Sed concedo tibi, diabole, ut de Domino sit ipso scriptum, quia in manibus angeli portabunt te: quare quod sequitur non dixisti, *Super aspidem et basiliscum ambulabis*? O astutia versipellis inimici! Quod ad fragilitatem Salvatoris et ad temptationem hominis videbatur pertinere locutus est; quod autem contra se intellegebat, calliditate antiqua reticuit. Erras diabole, et fallacia tua temetipsum circumvenis. In hoc loco mendacium tuum ecclesiae prodest: quamvis hoc ad temptandum feceris, ostendisti quod filii Dei, iusti quique, angelorum manibus, hoc est adiutorio, praecipiente Domino et iubente portentur.

Cetera quae sequuntur, ad eandem pertinent expositionem. Quod autem iustis et Deo caris potestas sit, super antiquum et tortuosum calcare serpentem, et omnem exercitum eius pedum calcaneo premere, in evangelio evidentissime invenimus. Sic enim Dominus ad apostolos ait: 'Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones'.

2 *sonabit*] *sonavit* L. 3 *iusto*] *iustum* L. 10 *tuum*] corr. ex *tuo* 1 m. 12 *testimonium*] L, fortasse pro *testimonio*. Cf. tamen supra, p. 50, l. 1 et 4. 14 *est*] add. sup. lin. 15 *psalmum*] corr. ex *psalmus* 2 m. 17 *ipso*] *o* 2 m. in rasura. 27 *potestas*] cod. *potestatis*. *antiquum*] *antiqum* L.

2. *Non dixit, sonabit*] Eadem significatione verbo *sonare* utitur aliquando Hieronymus. v. gr. Comment. in Naum III, 1 sqq. 'Flagellum in eis Assyrii regis sonat... de quo ad iustum dicitur *Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*'.

11. *Si quando aliqua* etc.] Hieron. Contra Lucif. n. 28 'Nec sibi blandiantur (haeretici) si de scripturarum capitulis videntur sibi adfirmare quod dicunt, cum et diabolus de scripturis aliqua sit locutus.'

14. *de te*] Matth. 4, 6.

30. *scorpiones*] Luc. 10, 19.

Quam potestatem et nobis datam intellegere poterimus, quando nos apostolica conversatione adversus eos sciamus adcinctos. Rogemus ergo Dominum, ut qui potestatem dedit iustis, det nobis adhuc parvulis iustitiae adiutorium : ut imitatores simus apostolorum, et eorum meritis adiuvemur, in Christo Iesu Domino nostro. Cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO XCI.

Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo Altissime. Quare primum non dixit, Bonum est psallere, et postea confiteri ? Sed quia hic ordo erat verae confessionis, ideo sic dixit : bonum est primum agere paenitentiam, et peccata sua hominem Domino confiteri ; et cum peccata confessus sit, tunc ei psallere, cum paenitendo meruerit libera voce qua possit in Dei laude sine peccati confessione prorumpere.

Ad adnuntiandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem. Quare misericordia mane, et veritas in nocte cantatur ? Adtendite diligenter, quia obscura sunt quae dicuntur. Primum dixit, Bonum est confiteri Domino : deinde confessionem sequitur laudatio : et sic ille qui post paenitentiam laudare meretur, incipiet etiam annuntiare quem laudat. Sed quid est quod dixit, mane misericordiam annuntiari, et veritatem in nocte cantari? Ubicumque misericordia Domini est, ibi lux est, ibi mane, ibi hora est qua sol oritur et tenebrae caecae noctis peribunt. Et veritatem tuam per noctem. Ubi veritas, ibi iustitia : ubi iustitia, ibi iudicium : [ubi iudicium,] ibi misericordia non est : ubi misericordia non est, ibi periculum peccatorum est, ibi nox et non dies, sicut propheta dicit ' Quo vobis diem Domini ? Et hic est tenebrae, et non lux ': in qua die iuxta meritum uniuscuiusque examinatio celebranda est. Unde et in alio versiculo etiam sibi metuendum diem propheta... '...sustinebit ? '

7 *DE PSALMO XCI*] *XCI* solummodo L, ex quo hicce Tractatus nunc primum editur in lucem. 12 *meruerit*] ex *meruit* statim emendat. L. *libera voce qua*] Ita codex, nec quicquam immutare praesumpsi. 21 *hora*] *ora* L. 23 *ubi iudicium*] ex coniectura supplevi. 25 *hic*] L, pro *haec* ? *est tenebrae*] in marg. postea corr. *sunt tenebrae* L ; καὶ αὔτη ἐστὶ σκότος LXX Amos 5, 18, quod Hieronymus Comment. in Ioel 2, 11 similiter interpretatur *Et hic est tenebrae.* *iuxta*] *iusta* L. 27 *propheta... sustinebit*] Aliquid hic certo desideratur ; rimam autem ita facile expleri posse existimo : ' propheta *ostendit dicens, Magnus dies Domini et terribilis valde, et quis eum* sustinebit ? ' Cf. adnotat. infra.

25. *non lux*] Amos 5, 18.

27. *sustinebit?*] Mancum testimonium ad Ioel 2, 11 pertinere apparet ex Commentario Hieronymi, Migne 25, 1009 B et 1013 C : ' *Magnus enim dies Domini et terribilis valde, et quis sustinebit eum ?* Magnus est dies Domini atque terribilis, de quo alibi scriptum est *Utquid desideratis diem Domini ? Et hic est tenebrae, et non lux* ; rarusque aut nullus eum poterit sustinere, quin in se praebeat materiam saeviendi.'

In decachordo psalterio [cum cantico] in cithara. Quia delectasti me Domine in factura tua, et in operibus manuum tuarum exultabo. Hoc non potest dicere nisi vir eruditus, qui scit providentia Dei unumquodque esse creatum ; qui non scandalizatur a creaturae opera , sed intellegens singularum rerum rationem, glorificat creatorem et dicit, Quia delectasti me Domine in factura tua, et in operibus manuum tuarum exultabo. Audi Manichaee, audi Marcion, Valentine, et ceteri haeretici, qui creatori audetis detrahere, et videte quod, in quo vos scandalum patiemini, propheta delectatur, et exultat in operibus creatoris; sciens quod si quid videatur esse vitiosum, non ex natura, sed ex voluntate venisse.

Quam magnificata sunt opera tua Domine : nimis profundae factae sunt cogitationes tuae. Unde et apostolus dicit : ' O profundum divitiarum sapientiae et scientiae Dei ! ' Propterea ergo, quia nimis profundae factae sunt cogitationes tuae, et opera eius quae nec sensus nec ratio humana adsequi potest, in alio loco dicitur : ' Omnia opera tua in fide. ' Vide quid dicat, Opera tua in fide. Si creatura in fide et non in ratione consistit, quanto magis creator ipse et conditor omnium ? Quando ergo dicitur, Et omnia opera tua in fide, et ego ipse qui loquor in fide sum : si quidem pars operum eius sum. Et ego in fide et non in ratione consisto : non enim possum scire rationem quomodo gressus moveam, quomodo lingua sonet, quomodo cogitatio disponat, voluntas imperet, et corpus serviat voluntati, quomodo anima quae inmortalis est iungatur huic corpori quod mortale est, quomodo anima mea huc illucque discurrat, et rem quae corpore comprehenditur mundi illa latitudo non capiat. Hoc totum quare dico ? Quia audivi inter fratres contentionem, immo disputationem fuisse fidem. Disputationem dico, non contentionem : ubi enim contentio est, ibi peccatum : ubi autem disputatio, ibi pium est scientiae desiderium. Non enim quaerebat unusquisque probare quae

1 *decachordo*] *decacorda* L. *cum cantico*] om. L. *in*] corr. ex *cum* L. 3 *dicere*] poster. m. corr. ex *dici*. 4 *opera*] mutat. postea in *operibus*. 8 *patiemini*] *paciemini* L. Litteram *e*, licet superfluam, hic servandam duxi, cum eiusmodi vitiosae dictionis alia passim adferantur exempla. 9 sq. *sciens quod... venisse*] Alterum huiusce constructionis specimen habes supra 67, 16 sqq. 10 *sed ex*] ms. *sex ex*. 12 *cogitationes*] *es* ex *is* corr. L. 14 *quae*] codex, fortasse ex abundanti. 21 *sonet*] *sonat* L. 23 *mortale*] *e* ex *is* postea corr. 24 *rem*] *res* ms. 26 *fidem*] 1 m. corr. ex *finem* L. 26 sq. *content.*] *contempt.* L. 28 *enim*] *i* ex *e* 1 m. corr.

13. *Dei*] Rom. 11, 33.
15. *in fide*] Ps. 32, 4.
28. *scientiae desiderium*] Consonat Evodius Uzalensis in Epistula ad Valentinum quam nuper edidimus (Rev. Bénéd. XVIII, p. 254, l. 11) : ' Laudamus quidem studium vestrum, sed nolumus esse contentiosum; contentio enim perturbationem excitat, studium pietatem requirit '.

nesciebat, sed ignorantiam suam meae scientiae retulerunt: non enim voluerunt docere quod nesciebant, sed scire quod ignorabant. Ergo illorum quaestio non est aliena, quae de misericordia Domini agitata est. Dicitur in Esaia de Domino Salvatore: 'Generationem eius quis enarrabit?' Quando dicitur, Quis? omnis excluditur creatura. Non enim dixit, Generationem eius quis hominum enarrabit? sed generaliter, Quis? hoc est, non angelus, non archangelus, non cherubin, non seraphin. Si enim hoc quod dicitur caelestibus creaturis in Deo fuit absconditum, quid mirum si nobis de limo factis videtur ignotum? Relatum est mihi, fratres, quia inter se quidam fratres disputando quaesissent, quomodo Pater et Filius et Spiritus sanctus et tres sunt et unum sunt. Videtis ex quaestione, quam periculosa sit disputatio: lutum et vas fictile de creatore disputat, et ad rationem suae naturae non potest pervenire; et curiose quaerit scire de mysterio Trinitatis, quod angeli in caelo scire non possunt. Quid enim dicunt angeli? 'Quis est iste rex gloriae? Dominus virtutum, ipse est rex gloriae'. Similiter in Esaia dicitur: 'Quis est iste qui ascendit de Edom, candida vestimenta eius?' Vide quid dicunt: pulchritudinem praedicant, et de natura tacent. Ergo et nos simpliciter dicamus. Vis scire naturam Dei? vis scire quid sit Deus? Hoc scito, quod nescias. Nec in hoc contristeris, quia nescias: quia et angeli nescierunt, et omnis similiter creatura. Sed dicat aliquis: Quid ergo credo quod nescio? Quomodo Christianus sum, qui nescio quomodo sim Christianus? Dicam simpliciter, antequam aliqua de scripturis proferamus. O Christiane, quid tibi videris nihil scire? Si scias hoc ipsum, quod nescias, nonne magis tibi plus videris scire? Gentilis homo videt lapidem, et deum putat: philosophi vident caelum, et deum putant: alii vident solem, et deum putant. Tu vero vide quantam super istos habeas scientiam, qui dicis: Lapis deus esse non potest, sol esse deus non potest, qui alterius imperio currit. Vide quod in eo quod te dicis nihil scire,

1 *nesciebat*] *necebat* L, postea corr. *dicebat*. 7 *enim*] pro *ergo*? 8 *in Deo*] codex, pro *in Domino*, ut reor, aut etiam *a Deo*. 9 *Relatum est* etc] Ex hac ultima parte Tractatus consarcinatus est sermo inter Augustino suppositos 232 (=α). 15 *angeli*] *in caelo* repetit α. 21 *omnis... creatura*] *omnes... creaturae* α. *Quid*] L; *quomodo* α. 22 *sim*] *sum* initio lineae add. et delet. in L. 24 *quid*] *qui* α. 25 *tibi*] om. α. *videris*] *a ceteris* inser. α. 29 *qui*] *quia* α. *Vide quod*] L; *vides quia* α.

2. *docere quod nesciebant*] Hieron. Contra Ruffin. II, 10: 'cuius temeritatis sit, docere quod nescias'.
4. *enarrabit?*] Is. 53, 8.
16. *gloriae*] Ps. 23, 10.
17. *eius*] Is. 63, 1. Utrumque locum similiter ad angelos refert Hieronymus, Comment. in Is. 63, et in Abd. vers. 1.
19. *Hoc scito, quod nescias*] 'Pars enim scientiae est, scire quod nescias'. Comment. in Ezech. 42, 1 sqq. Cf. etiam infra, De Visione Seraphin in Esaia.

magis nosti : gentiles autem in eo quod se dicunt scire, nesciunt, quia falsa sunt quae noverunt. Simulque considera quid vocaris : fidelis utique, non rationalis. Denique accepto baptismo hoc dicimus : Fidelis factus est, sive factus sum. Credo quod nescio : et propterea scio, quia me scio nescire quod nescio. Sed dicat aliquis : Hoc non est exponere, sed fugere expositionem ; et nos sciebamus scire quod nesciebamus, tu nos doce scire quod ignoramus. Nonne melius est pie ignorantiam profiteri, quam temere sibi scientiam vindicare ? In die iudicii non damnor quia dicam, Nescivi naturam creatoris mei, si autem aliquid temere dixero : temeritas poenam habet, ignorantia veniam promeretur. Dicamus aliquid de scripturis, non rationem sequentes, sed auctoritatem Domini Salvatoris. Quid enim dicit, ascensurus ad caelum ad apostolos loquens, quibus praedicat ut magister et Dominus ? Nemo sic novit de natura sua dicere, quomodo ipse qui Deus est : nobis sufficiat scire de Trinitate, quod Dominus exponere dignatus est. Quid enim dicit ad apostolos ? 'Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti'. Tria nomina audio, et unum dicitur : non enim dixit, in nominibus, sed in nomine. Tria nomina dicit : et quomodo unum dicit, In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti ? Nomen Patris et Filii et Spiritus sancti unum est : sed Trinitatis est nomen. Quod dicitur, in nomine Patris Dei, in nomine Filii Dei, in nomine Spiritus sancti Dei : Pater et Filius et Spiritus sanctus unum nomen est divinitatis. Sed requiris a me quomodo uno nomine tres appellantur ? Nescio, et libere me nescire profiteor, quod Christus noluit indicare. Hoc solum scio, quia in hoc sum Christianus, quia unum Deum in Trinitate confiteor. Si autem dixero unam personam esse Patris et Filii et Spiritus sancti, Sabellianus appellabor, et incipio non esse Christianus sed Iudaeus : quia et Iudaeus dicit unum

5 *est*] α ; om. L. 15 *enim*] L ; *ergo* α. 17 *dicitur*] α add. *nomen*. 18 *unum dicit*] *unum ponit* α. 20 *Trinitatis est nomen. Quod dicitur*] L ; *Trinitas est nomen quod dicitur* α. 26 *Sabellianus*] α ; *Sabellius* L. 27 *incipio*] α ; *scio* L.

2. *fidelis u. non rationalis*] III² 154, 23 'Fideles dicimur, non rationales'.

3. *accepto baptismo*] Ita quidem Romae et alibi ; ceterum Hierosolymis, Mediolani, Remesianae fideles iam dicebantur, qui inter Competentes nomen dederant, baptismi sacramento mox expiandi. Confer S. Cyrilli Procatech. P. Gr. 33, 343, not. 1 ; S. Nicetae Fragm. 2, P. L. 52, 873 ; S. Ambros. De Sacram. I, 1.

5. *Hoc non est exponere, sed fugere expositionem*] Hieron. Contra Ruffin. II, 10 : 'Hoc est suspiciones hominum non sopire, sed serere'.

16. *sancti*] Matth. 28, 19.

17. *sed in nomine*] Comment. in Ephes. 4, 5 sq. 'Et non baptizamur in nominibus Patris et Filii et Spiritus sancti, sed in uno nomine'.

20. *Trinitatis est nomen*] Hieron. Comment. in Matth. 28, 19 'Nomenque Trinitatis unus Deus est'.

Deum, sed quia Patrem nescit et Filium et Spiritum sanctum, propterea mysterium non tenet Trinitatis. Ergo si sic dicimus unum Deum, ut Patrem et Filium et Spiritum sanctum excludamus a mysterio Trinitatis, Iudaei efficimur. Ego libere dico, non ex me, sed ex sententia Salvatoris, scandalum quod in animo nascitur auditoris: Quomodo tres unum sint? Quomodo Pater et Filius et Spiritus sanctus non dividantur in divinitate? Quandocumque personas appello, rogo vos, ne me putetis personas hominum dicere: ego personas in Patre et Filio et Spiritu sancto non dico quasi personas hominum, sed iuxta proprietates idioticas. Patris personam dico, quia Pater est, et Filii, quia Filius est, et Spiritus sancti, quia Spiritus sanctus est. Non est Pater Filius, nec Filius Pater, nec Spiritus sanctus Pater aut Filius: dividuntur enim proprietatibus, sed natura sociantur. Videte, hoc ipsum scandalum Philippus quondam apostolus sustinebat, quando dixit ad Dominum 'Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis'. Cui respondens Dominus ait: 'Philippe, tanto tempore vobiscum sum, et ignoras Patrem? Qui videt me, videt et Patrem'. Quod ipse Pater est, ipse Filius, hoc impium est dicere. In eo quod Filium vides, intellege Patrem: non enim potest appellari Filius, nisi Patrem habuerit. Quando dicitur Pater, non dicitur nisi habuerit Filium.

Multa sunt quae dicantur: sed sufficiat fidelibus pauca de mysterio Trinitatis audisse. Rogo vos, in monasterio magis certamen inter nos sit, quomodo adversarium triumphare quaeramus, quomodo ieiunemus, quomodo peccata nostra plangamus, quomodo cogitatio nostra non nos captivos in libidinem trahat, quomodo patientiam contra omnem iniuriam habeamus, quomodo fratri iniuriam facienti non resistamus, sed vincamus eum in humilitate, quam a Christo didicimus 'qui cum pateretur non comminabatur'. Si quando venerit cogitatio, et apposuerit, Quid est Deus? et quae est ratio Trinitatis? nobis sufficiat credere quia est. Et non temere rationem quaerere, sed timere, et orare Dominum semper debemus; et ei solam scientiam nostram in hac parte exhibeamus, ut diebus ac noctibus ei laudes canamus. Cui sit gloria et imperium in saecula seeculorum. Amen.

4 *Ego*] α; *Ergo ego* L. 5 *scandalum*] α add. *esse*. *in animo*] α; *in animum* L. 9 *sed i. p. idioticas*] L; om. α. 14 *ad*] α inser. *ipsum*. 15 *et s. nobis*] om. α. 17 *Quod*] L; *Quid?* α. 18 *dicere*] α inser. *sed hoc dicit*. 22 *in monasterio*] om. α. 28 *apposuerit*] L; *proposuerit* α.

15. *nobis*] Io. 14, 8.

17. *et Patrem*] Ibid. 9.

21. *Multa sunt quae dicantur, sed sufficiat f. pauca* etc.] Idem Hieronymus cum alibi tum infra, in fine Tractatus de Ps. XCII: 'Multa sunt quae dicantur, sed... pauca de laudibus Domini dixisse sufficiat'.

28. *comminabatur*] 1 Petr. 2, 23.

DE PSALMO XCII.

Titulus praesentis psalmi hic est : *Laus cantici David in die sabbati quando inhabitata est terra.* In die sabbati requies nostra est, et inhabitatio terrae nostrae est. ‘Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis’. Inhabitata est ergo terra nostra. Videamus itaque quid faciat ista habitatio, et quibus laudibus efferatur.

Dominus regnavit, decorem indutus est : indutus est Dominus fortitudinem et praecinxit se. Etenim firmavit orbem terrae, qui non commovebitur. Tres isti versiculi dicuntur a propheta de Domino Salvatore ; reliqui vero qui sequuntur ad ipsum Dominum diriguntur. Dominus regnavit, decorem indutus est. Dominus regnavit, qui ante servierat. Decore indutus est. Quid dicit Esaias : ‘Vidimus eum, et non habebat speciem suam : homo in plaga positus, sciens ferre infirmitatem’? Dominus regnavit, decorem indutus est. Quod dicit hoc est : Qui ante in vilitate carnis horruerat, nunc in deitatis maiestate resplendet. Quicquid enim in illo deforme est, nostrae reputetur condicioni : quicquid autem pulchritudinis, suae maiestati congrue applicabitur. Et praecinxit se. Hoc quod dicit, praecinxit se, debet aliquod significare mysterium. Quando praecincti non sumus, tunica nostra usque ad pedes dimittitur : nisi cingulo fuerit contracta, vestis tota dependet. Sic ergo et nos quia totam Domini fortitudinem ferre non poteramus, maiestatem suam carne praecinxit. Hoc est quod in alio loco dicitur : ‘Faciem meam videre non poteris, posteriora mea videbis’. Dicitur et de Helia in Regum volumine, quod steterit in monte Sina in foramine, et sic viderit Dominum praetereuntem. Videte quo-

1 *DE PSALMO XCII*] Ex quattuor codd. LMOV. 3 *inhabitatio*] L, cf. Goelzer, p. 72 ; *habitatio* MOV. 6 *efferatur*] corr. ex *offeramus* O ; *offeratur* V. 7 *decorem*] hic OV, infra vero *decore* constanter. 8 *se*] 1ª m. suppl. sup. lin. L, et in textu add. *virtutem.* 9 *Domino*] MOV ; om. L. 10 *sequuntur*] LM ; *dicuntur* OV. *Dominum*] om. M. 12-14 *Quid dicit... indutus est*] om. L ob repetita verba *Q. dicit.* 12 *Quid*] *quod* OV. 14 *ante*] L ; *antea* MOV. 15 *deit. maiest.*] *maiest. deit.* M. *resplendet*] V, itemque MO 2 m ; *resplendens* L, MO 1 m. *enim*] LM ; om. OV. 16 *reputetur*] LM ; *reputatur* OV. *pulchritudinis*] MOV ; *pulchrius* L. *suae maiestati*] corr. ex *siue maiestatis* O. 18 *aliquod*] corr. ex *aliqui* O. 19 *nisi cingulo*] corr. in marg. ex *ne singulos* O. 20 *dependet*] LM ; *pendet* OV. *Sic*] *Si* M. *ergo*] om. L. *Domini*] LM ; *deum* OV. 21 *carne praecinxit*] *carnem praecinxit se* L. 22 *mea*] L ; *vero* MOV. 23 *steterit*] corr. ex *steterunt* O. 24 *Dominum*] LM ; *Deum* OV.

4. *in nobis*] Io. 1. 14.
13 *infirmitatem*] Is. 53, 2 sq.
21. *ferre non poteramus*] Commentariol. 53, 17 ‘Adcinctus Dei contrahit vestimentum : non enim possumus expansa eum fortitudinis suae veste cognoscere’.
23. *videbis*] Exod. 33, 23.
24. *praetereuntem*] 3 Reg. 19, 11 sq.

modo in foramine positus vidisse dicitur posteriora Domini Salvatoris. Si petra interpretatus est Dominus atque Salvator... 'Christus autem, ait apostolus, erat petra'. Quando enim in foramine petrae ponimur, per carnem aspicimus Deum. Hoc totum quare dixi? Quia et sequentem versiculum eadem expositione complectimur: indutus est pulchritudinem, et praecinxit se. Quomodo per foramen petrae videtur Dominus atque Salvator, ita et per cingulum maiestas eius conspicitur.

Etenim firmavit orbem terrae qui non commovebitur. Si hunc mundum intellegimus ita a Deo esse firmatum, ut nulla umquam commotione turbetur, quomodo alibi dicitur 'Caelum et terra transibunt'? Quod si caelum et terra transibunt, quomodo hic dicitur, Firmavit orbem terrae qui non commovebitur? Οἰκουμένη in isto loco, quod in lingua nostra habitata interpretatur, mihi ecclesia esse videtur, de qua dicitur in evangelio: 'Ego et Pater meus veniemus, et mansionem apud eum faciemus'. Recte ergo dicitur habitatio, quae habet habitatorem Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Quod ergo de habitata, hoc est, de orbe terrarum in aeternum firmato intelleximus, intellegamus et de anima nostra. Si enim habemus habitatorem Patrem et Filium et Spiritum sanctum, terra nostra in aeternum non commovebitur.

Dictum est de regno Domini et de decore vestimenti eius, dictum est de fortitudine, dictum de orbe qui non commovebitur: nunc prophetae ad ipsum Dominum regnantem et tonantem sermo dirigitur. Et quid dicit? *Parata sedes tua, ex tunc a saeculo tu es.* Hoc quod dixit, Indutus est fortitudinem et praecinxit se, de carnis vilitate descendit: ceterum regnum tuum semper fuit. Parata sedes tua: parata semper, numquam incipiens. Ex tunc. Ex quando? ex quo tempore? Non habet definitionem,

3 *ponimur*] *ponitur* L, in quo *m* et *t* confundi non semel animadverti. 4 *sequentem*] *insequentem* M. 5 *pulchritudinem*] Ita quattuor codd. 6 *per foramen*] V om. *per*. 7 *maiestas*] corr. ex *maiestatis* O. *eius*] om. M. 9 *a Deo*] L om. *a*. *nulla*] *illa* L. 10 sq. *Quod si...transibunt*] om. M ob repet. *transibunt*. 11 *hic*] LM; *nunc* OV. 12 Οἰκουμένη] scripsi; DIKOHMHNHN cod. L; EKOYMENEN Marc. et Vatic. *in isto*] LM; OV om. *in*. 14 *meus*] LM; om. OV. *mansionem*] *mansione* OV. 15 *habitatio*] L fortasse pro *habitata*; *inhabitatio* MOV. 17 *firmato*] *firmata* L. 20 *Domini*] *Dei* L. *de decore*] LM; OV om. *de*. *dictum est*] M om. *est*. 21 *dictum*] LM; OV add. *est*. *prophetae*] *propheta* L. 23 *dicit*] *dicitur* M. *tua*] LOV add. *Deus* ex Rom. Psalt; quam vocem neque M, neque graecus, neque hebr. agnoscunt. *ex tunc a saeculo*] Ita coniung. L: cf. pag. seq. lin. 4. *quod*] LM; om. OV. 24 *vilitate*] *utilitate* M, O in textu. 26 *Ex quando*] L; *et quando* M, *et* postea deleto O; *quando* V. *ex quo*] LM; *et quo* OV. *definitionem*] *diffin.* OV.

3. *petra*] 1 Cor. 10, 4.
10. *transibunt*] Matth. 24, 35.
14. *faciemus*] Io. 14, 23.
16. *et Spiritum sanctum*] Tract. de Ps. XCV. 138, 23 'Οἰκουμένην in qua ipse habitat; oecumene enim melius graece dicitur quam latine... in qua habitet Pater et Filius et Spiritus sanctus'.

quia nec principium habet. Quotienscumque dixeris, ex tunc, numquam deficit tempus, sed sub incerto relinquis. Quia cum dixeris, tunc, convenit ut interrogeris : Quando ? Vides ergo quod sermo propheticus sine definitione positus est, quem cernis habere interrogationem. Ex tunc a saeculo tu es. Pulchre dixit, tu es ; non dixit, a saeculo tu coepisti, sed, a saeculo tu es. Tu es qui semper es, qui dixisti ad Moysen : 'Vade, et dic filiis Israël : Qui est, misit me ad vos'.

Elevaverunt flumina Domine, elevaverunt voces suas, a vocibus aquarum multarum, mirabiles elationes maris. Quot verba, tot sensus : quot versiculi, tot sacramenta. Elevaverunt flumina voces suas. Hoc est quod in alio loco dicitur : 'Fluminis impetus laetificat civitatem Dei'. Et in alio loco : 'Flumina plaudent manibus in idipsum'. Flumina mihi videntur esse quae irrigant universum orbem, apostolicae et propheticae dignitates. Elevaverunt flumina voces suas. Laudem et gloriam Domini praedicantes, per totum orbem eius iudicia annuntiantes. 'In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum'. A vocibus aquarum multarum. Voces aquarum multarum tria nobis mysteria praestiterunt. Videamus quae sunt ipsa mysteria. *A vocibus aquarum multarum, mirabiles elationes maris, mirabilis in excelsis Dominus : testimonia tua credibilia facta sunt nimis.* Si mare mystice intellegimus hoc saeculum... amarum est enim et tempestatibus plenum, in quo navigantes considerant multa Domini mirabilia. Propter quod dicit : Mirabiles elationes maris. Multos enim videmus undis tumentibus elevatos subito corruisse : alios vero videmus fluctibus oppressos rursum ad altiora sustolli. Nihil enim in hoc saeculo firmum, nihil stabile invenitur. Ubi tranquillitatem putaveris, ibi naufragium est : ubi quietis facies ostenditur,

1 *dixeris*] LM ; *dixerit* OV. 2 *deficit*] postea mutat. in *definis* M. *relinquis*] scripsi ex coniectura ; *relinquit* V, O marg ; *relinquens* LM, O in textu. Conf. supra 77, 15 *resplendens* pro *resplendet*. 3 *ut*] suppl. sup. lin. O. *interrogeris*] *interroges* V. *Vides*] *Videris* L. 4 *positus est*] LM ; *est pos.* OV. 5 *Pulchre dixit... sed a saeculo tu es*] L ; om. MOV. 6 *qui semper es*] MOV ; om. L. 8 *suas*] L inser. *Elevabunt flumina voces suas*, fortasse pro *fluctus suos*, ut in Cod. Alexandrino αρουσιν οι ποταμοι επιτριψις αυτων. 10. 14 *voces suas*] L constanter, iuxta gr. φωνὰς αὐτῶν ; *vocem suam* MOV. 10 *est*] om. M. 12 *in idipsum*] L et Psalt. Rom. iuxta gr. ἐπὶ τὸ αὐτό ; *simul* MOV. *videntur*] *videtur* V. 13 *dignitates*] Cf. Goelzer, p. 395 ; *dignitatis* OV. 15 *per*] *et per* M. *annuntiantes*] *nunciantes* M. 16 *exivit*] LM ; *exiit* OV. 19 *in excelsis*] OV, L in marg. 1 m. corr. ex *in altis* ; *in altis* item M. Cf. pag. seq., lin. 4. 20 *Si mare*] omnes codd., vereor ut recte. *intellegimus*] L ; *intellegitur* MOV. 24 *oppressos*] corr. ex *oppresos* V. 26 *quietis*] *quitis* V.

7. *ad vos*] Exod. 3, 14.
11. *Dei*] Ps. 45, 5.
12 *in idipsum*] Ps. 97, 8.
16. *eorum*] Ps. 18, 5.

ibi tempestatis impetus et turbines latent: et nisi clamaverimus 'Magister salva nos', repente perimus. *Mirabilis in excelsis Dominus.* Quicumque maris istius saeculi fluctus stabili super petram habitatione firmiter sustinere potuerit, hic intellegere poterit quam mirabilis in excelsis Dominus. 'Excelsus enim in excelsis habitat, et sanctus in sanctis' ; sicut et alibi dicit: 'Sancti estote, sicut et ego sanctus sum Dominus Deus vester'. Quem autem humiliat conscientia peccatorum, et ad caelum cum Iesu oculos non potest elevare, apud hunc Dominus non est admirabilis in excelsis, sed terribilis in subditis.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Hoc est quod in septimo decimo psalmo dicitur: 'Testimonium Domini fidele, sapientiam praestans parvulis'. Quibus parvulis? 'Pater, gratias ago tibi, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus saeculi, et relevasti ea parvulis'. *Domum tuam decet sanctitudo, Domine.* Vide quid dicat. Quicumque sibi videtur in domo habitare, si sanctitudinem non habet, alienus a domo est, quia domus ornamenta non habeat. Domum tuam decet sanctitudo, Domine. Si secundum apostolum templum et domus Dei nos sumus, ergo sanctitudo nostrae conversationis ornamentum et decor debet esse ecclesiae; si autem peccata et vitia in nobis deprehendantur, dedecus et foeditas domus Domini, non pulchritudo, sumus. Domum tuam decet sanctitudo, Domine. Domus Domini ecclesia est. Ecclesia vero secundum mysticos intellectus iam in diluvio per arcam figurata est, in qua munda magis animalia Domino iubente multiplicata sunt. Et quamvis propter inmunda et munda diversae habitaverint ferae, tamen domum Domini munda

1 *turbines*] *turbinis* OV, item M corr. ex *turbidinis*. *clamaverimus*] LM ; *clamaveris* OV. 2 *perimus*] L ; *peribimus* MOV. 3 *saeculi*] L ; om. MOV. *fluctus*] M corr. ex *fluctibus* ; *fluctibus* retinuere LOV. Cf. construct. gr. τινὶ ὑφίσταμαι, τινὶ ἀντέχω. *stabili*] M ; *stabilis* LOV perperam geminata, ut reor, *s* quae sequitur. *habitatione*] LM ; *habitationem* OV. 4 *hic intellegere poterit*] Haec verba desunt in L ob rationem saepe dictam. *in exc. Dom.*] L ; *Dom. in exc.* MOV. 5 *enim*] MOV ; om. L. 6 *estote*] *stote* V, O in textu, ex quo hispanicae originis praeberi videtur indicium. 8 *apud hunc Dominus*] LM optime ; *apud Dominum* OV. *admirabilis*] LOV ; *mirabilis* M. 14 *Domine*] om. M, et add. *in longitudinem dierum*. *Vide*] LM ; *Videte* OV. *videtur*] LM ; *viderit* OV. 15 *habet*] L ; *habeat* MOV. *quia*] scripsi ; *qui* L, item M corr ; *quae* OV, M 1 m. 17 *Si secundum*] L ; MOV om. *Si*. 19 *foeditas*] *fed*. L. 20 *decet s. Domine*] *Dom. d. sanct.* M. 22 *magis*] om. L. 24 *munda*] OV ; *mundam* LM.

2. *salva nos*] Matth. 8, 25.
5. *in sanctis*] Ex Isaia 57, 15 iuxta LXX: ὁ ὕψιστος ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν τὸν αἰῶνα, ἅγιος ἐν ἁγίοις; quae verba in Clementis Romani epistulam c. 59 indeque in nonnullas liturgias transierunt.
6. *vester*] Levit. 11, 44.
12. *parvulis*] Ps. 18, 8, etsi in textu psalmus septimus decimus allegatur.
13. *ea parvulis*] Matth. 11, 25.

decebant, quae iam inpari numero virginitatis sacrificia figurabant : ex quibus Noe de periculis diluvii liberatus dignum ex mundis Domino animalibus obtulit holocaustum. Multa sunt quae dicantur, sed hora excludimur, et pauca de laudibus Domini dixisse sufficiat. Cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO XCIII.

Deus ultionum Dominus, Deus ultionum libere egit. Sive Patrem, sive Filium, sive Spiritum sanctum dixeris, iuxta rationem Trinitatis quam in evangelio exposuimus, et Deus et Dominus est. Deus ultionum libere egit : qui in humilitate contemptus est, in maiestate postea vindicaturus est.

Exaltare, qui iudicas terram. Terram iudicas, quia caelum iudicari non meretur. Audi, haeretice, quomodo Dominus terram iudicat. Si in caelo ruina est, quur non et in caelo iudicium est? Si animae in caelo peccaverunt, quur terra sola iudicatur? *Redde retributionem superbis.* Omnia quidem sunt cavenda peccata, quia omnia contraria Deo sunt; sed et varie: superba inimica sunt Deo. ' Dominus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam '. Superborum est diabolus princeps. ' Ne in superbia, inquit, elatus in iudicio incidat diaboli '. Omnis enim qui exaltat cor suum, diaboli particeps est, qui dicebat :

1 *decebant*] OV ; *decebat* LM. *quae iam inpari*] LOV ; *quaedam in impari* M. *figurabant*] *figurabat* L. 2 *Noe*] *et Noe* M. 3 *hora*] *horam* OV. 4 *laudibus*] in marg. corr. ex *laude* O. 6 *DE PSALMO XCIII*] Ex uno codice Laurentio nunc primum vulgatur, conferendus cum priori tractatu III², 127 sqq. 8 *iuxta*] *iusta* cod. 12 *Terram iudicas*] *iudicas* ex *iudicans* corr. 13 *quomodo*] facile pro *quoniam*, compendio scripturae *quo* male lecto. 17 *sed et varie superba inimica sunt Deo*] L, fortasse pro *sed proprie superbia inimica est Deo.* 19 *inquit*] *inquid* ms. *in superbia... in iudicio*] cod. pro accusat. *incidat*] *incidas* L. 20 *particeps*] scripsi ; *princeps* L corrupte.

1. *inpari numero*] Hieron. in Agg. 1, 1 ' et inparem numerum solumque sequeretur, quem mundum esse gentilis quoque poeta novit dicens *Numero deus impare gaudet.* ' Pressius vero ad rem in epist. 123, n. 12: ' Quod si de mundis septena ponuntur, id est imparia, et in hoc virgitatis ac pudicitiae palma monstratur. Egressus enim de arca Noe Deo victimas immolavit, non utique de pari, sed de impari numero '.

13. *Si in caelo ruina est, quur* etc.] Cf. supra III² 394, 25 ' Si cotidie in caelo ruinae sunt, quomodo in caelo gloria est? '

15. *terra sola iudicatur*] Ibid. 79, 7 ' Non dixit, Iudica caelum, sed terram. Ergo terra iudicatur, non caelum. Si ergo terra iudicatur, et non caelum, ergo in caelo peccata non fiunt '.

18. *gratiam*] Iac. 4, 6.

19. *diaboli*] I Tim. 3, 6.

'In fortitudine faciam, et sapientia intellegentiae auferam fines gentium' et reliqua quae longuum est enumerare, in quibus diaboli superbiam propheta describit. Misericordiam Domini cetera vitia promerentur, quia humilitate subdita sunt Deo: superbia sola, quae supra vires erigitur, Deo resistit. Adulter aut fornicator oculos ad caelum non ausus est elevare, deiecto animo misericordiam Domini deprecabiliter sperat; sed quem conscientia declinat, in terra humiliat, sed elevat ad caelum. Superbia et gloriae appetitus quando levat hominem, tunc humiliat, quia inimicum suo peccato Deum facit.

Usquequo peccatores, Domine, usquequo peccatores gloriabuntur? Peccator qui Deum deprecatur, meretur veniam; qui autem gloriatur in scelere, superbus est: et superbia inimicum habet Deum. Hoc quod dicit, usquequo? ἀπὸ ξυνῶν intellegendum est, ut cognoscamus: Usque quo peccatores gloriabuntur? usquequo effabuntur et loquentur iniquitatem? usquequo loquentur omnes qui operantur iniustitiam? Humana igitur inpatientia Dei patientiam admiratur, et dicit: Ego peccator non fero peccatores; tu iustus quomodo portare potes? Usquequo peccatores, Domine, gloriabuntur? Non dixit, usquequo peccatores peccabunt? Grande habet peccatum, qui peccat, et insuper in peccato gloriatur. *Effabuntur et loquentur iniquitatem?* Omnia peccata sermone velantur: superbia autem prodit iniquitatem, dum in suo scelere gloriatur.

Populum tuum Domine humiliaverunt, et hereditatem tuam vexaverunt. Qui? superbi. *Viduam et advenam interfecerunt.* Historia manifesta est: si autem voluerimus interpretari secundum anagogen, cotidie diabolus superbus cum satellitibus suis in ecclesia humiles opprimit et vexat. *Dicentes, Non videbit nec intelleget Deus Iacob.* Patientiam Domini ignorantiam putaverunt.

1 *In fortudine*]-*inem* L. *faciam*] *faciem* L. *fines*] LXX ὅρια; *finem* cod. 2 *longum est enumerare*] emendavi ex *longe est enumerari*, quod in codice legitur. 3 *Misericordiam*] *miāe* L. 6 *deiecto*] *regecto* L. 8 *gloriae appetitus*] *gloria appetit* cod. 13 ἀπὸ ξυνῶν] = ἀπὸ κοινοῦ; *apoxinón* L. Cf. verba 'a paribus' quibus inscribuntur Romanorum Pontificum v. gr. Gregorii Magni epistulae non uni sed pluribus eaedem singulatim missae. *ut cognoscamus*] codex, ut reor, pro *ut legamus*; verbum enim graecum γιγνώσκω ad utramque notionem enuntiandam passim usurpatur, et *legere* scilicet, et *cognoscere*. 16 *admiratur*] *ammir*. L. 26 *intelleget*] cod. *intellegit*. *Patientiam*] *Pacientia* ms.

1. *gentium*] Is. 10, 13. Cf. Hieron. in Ezech. 15, 48 sq. 'Primam superbiam posuit, proprium diaboli primumque peccatum. Unde idem apostolus: *Ne inflatus*, ait, *superbia in iudicium incidat diaboli*, propter quam de caelo corruit. Dixerat enim: *Fortitudine faciam, et sapientia intelligentiae auferam terminos gentium*... Et: *Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam*'.

5. *Adulter aut fornicator* etc] Eadem fere habentur supra III[a] 399, 11 sqq.

Intellegite qui insipientes estis in populo, et stulti aliquando sapite. Qui plantavit aurem non audiet? qui finxit oculum non considerat? Naturali argumento corripit et convincit peccatores. O vos qui putatis ad Dominum non pertinere mortalia, qui cum Epicuro ab humanis rebus Dei curam dicitis separatam, audite naturale argumentum: quia parvuli estis, parva vobis exempla praebebo. Qui homini auditum dedit, ipse non audiet? Simulque vide quid dicat. Non par pari retulit: non enim dixit, qui plantavit aurem ipse aurem non habet? aut qui finxit oculum ipse oculum non habet? Sed quia in Deo membra non sunt, ideo sic dicit, ut nos quotienscumque in Deum talia legimus quae in scripturis saepe inveniuntur, intellegamus efficientiam significari, non membra. In Salomone legimus: 'In manu linguae mors et vita'. Numquid lingua manum habet? Sed ut facilius ad superioris sensus intellegentiam veniamus, hoc protulimus testimonium: ea enim ratione qua linguae manum dederis, ea et Deo universa membra daturus es.

Qui erudit gentes, non arguet? Quod dicit hoc est: qui dedit legem, ad hoc dedit, ut erudiat audientes, aut puniat contemnentes. *Qui docet hominem scientiam.* Non adiecit, Ipse non habet scientiam? Sed quid dixit?

Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanae sunt. Mirantur homines philosophorum ac poetarum dicentium:

O curae hominum, o quantum est in rebus inane!

Ecce psalmus David ante multa saecula eandem dixit sententiam. Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanae sunt. Quandiu homines sumus, vanas cogitationes habemus. 'Ego dixi dii estis, et filii Excelsi omnes'.

Beatus homo quem tu erudieris Domine, et de lege tua docueris eum. Vides ergo quod discenda sit lex, ut quae obscura sunt diligentius intel-

1 *insipientes*] *inscipientes* L. 3 *corripit*] *corripitur* L, deponensne pro activo, an potius error librarii, subdubito. 4 *Epicuro*] *i* ex *e* corr. L 13 *superioris sensus*] *superiori sensu* L. 17 *erudiat*] *eruditat* L. *contemn.*] *contempn.* L. 18 *quid dixit*] *qui dixit* L. 20 *Mirantur... philosophorum*] Graeca constructio τινὸς ἄγαμαι? 22 *O curae*] *O cure* L, uti codd. nonnulli supra, t. III[2] p. 130.

12. *vita*] Prov. 18, 21.
22. *inane*] Pers. sat. 1, 1.
26. *omnes*] Ps. 81, 6. — Simile quid invenies ap. Hieron. Comm. in Matth. 16, 13 sqq. 'Qui de Filio hominis loquuntur, homines sunt; qui vero divinitatem eius intellegunt, non homines, sed dii appellantur... Prudens lector, adtende, quod ex consequentibus textuque sermonis apostoli nequaquam homines sed dii appellantur... Illis, quia homines sunt, humana opinantibus, vos, qui estis dii, quem me esse existimatis?'

legi possint. Dicit enim apostolus, quia 'lex spiritalis est'. Et David: 'Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua'. Hoc est ergo quod dicit. Beatus homo quem tu erudieris Domine, et de lege tua docueris eum. Quare doces eum? Redde causas.

Ut mitiges ei a diebus malis. Ideo illum doces, ut in futurum illi parcas: ideo in praesenti corripis, ut in futuro non damnes. Iudicis enim sententia sustinenti mala est: non quod sententia mala sit, sed quod patienti eam, dum poenam sentit, iusta sententia et bona sentit malam. *Donec fodiatur peccatori fovea.* Quis est qui peccatori fodit foveam? Videamus quid alibi dicit propheta. 'Lacum aperuit et effodit eum, et incidit in foveam quam fecit'. Foveam igitur non facit Deus, sed peccator, ut cadat in eam. 'Caecus, inquit, si caeco ducatum praestat, ambo in foveam cadunt'.

Quis consurget mihi adversus malignantes? aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem? Quando dicit, Quis? aut rarum significat, aut nullum. Ex persona enim infirmi hominis propheta sic loquitur. Quis consurget mihi adversus malignantes? Venit Moyses, et meliorare non potuit: venerunt prophetae, et me de peccatorum laqueis non liberaverunt. Quis ergo consurget mihi? Pulchre dixit, consurget: quasi dormiens, quasi iacens. 'Exurge, quare obdormis Domine?' 'Magister salva nos, perimus'. Quis consurget mihi adversus daemonum multitudinem? Quis praebebit auxilium? Quis mecum stabit adversus operantes iniquitatem? Pulchre dixit, Quis stabit mecum? Nisi enim nobiscum steterit Dominus qui in passione iacuit, nisi consurrexerit qui in morte dormiebat, adversarios nostros superare non possumus. Propterea Stephanus praelians adversus impetus Iudaeorum videt Iesum stantem a dextris Patris. Stantem vidit, quia pro suo martyre dimicabat. *Nisi quia Dominus adiuvasset me.* Nisi quia Christus ab inferno surrexit, mea anima ad inferos descendisset.

Si dicebam, Motus est pes meus: misericordia tua Domine adiuvabat me. Inbecillitatis confessio cito Dei auxilium promeretur, et quanta superbia

5 *ei*] *eum* L ex Psalt. Rom. 6 *damnes*] *dampnes* L. 8 *iusta sententia et bona*] L, facile pro accusativo. 10 *aperuit*] *apperuit* L. 12 *in eam*] *a* ex *u* post. m. corr. L. *inquit*] *inquid*. *praestat*] *at* ex *as* corr. L. 14 *Quis*] *Qui* L hoc loco, deinceps vero *Quis*. *mihi*] L infra, hic autem *mecum*. 31 sq. *quanta... tanta*] L, pro *quantum... tantum*?

1. *est*] Rom. 7. 14.
2. *tua*] Ps. 118, 18.
7. *sustinenti mala est*] Hieron. in Amos 3, 3 sqq. 'Non per se malum est (bellum), sed malum videtur his esse qui sustinent'.
11. *fecit*] Ps. 7, 16.
13. *cadunt*] Mt. 15, 14.
20. *Domine?*] Ps. 43, 23.
21. *perimus*] Mt. 8, 25.

offenditur, tanta humilitate placatur. Si dicebam, Motus est pes meus: si confiteor peccata mea, si dicam pedem meum stetisse in lubrico, si non confidam in propria virtute, si non iacentem me esse robustum, statim misericordia tua adiuvat me.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuae laetificaverunt animam meam. Hoc est quod supra dixit: eundem sensum, eandem intentionem prosequitur. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuae laetificaverunt animam meam. Quantum dolorem vidisti in corde meo ex gemitu paenitentiae, tantum tuam misericordiam ministrabis: doloris enim magnitudo fiebat materia consolationis.

Numquid aderit tibi sedes iniquitatis? Tu qui iudicas iustitiam, numquid iniquitatem poteris habere vicinam? *Qui fingis dolorem in praecepto?* Praecepta Dei dolorem habent paenitentiae; sed ipse dolor bonus est, quia medicinam exhibet peccatorum. Nisi enim cum sudore et labore Dei praecepta non faciemus. Nemo ergo in deliciis aestimet coronari. 'Vidua quae in deliciis est, vivens mortua est'. Quod de una persona dixit apostolus, nos referamus ad omnes: neque enim apostolo sola fuit cura de viduis, qui totius ecclesiae doctor existebat. Modo quia non nominavit virginem, non monachum, non ecclesiasticum, ideo se non debet a deliciis sustinere? Si enim vidua homo est, et ceteri puto homines sunt: qui pro fragilitate communi id per delicias possunt incurrere, quod vidua pertimescit. Audi ergo quod dicit, Qui fingis dolorem in praecepto. Praecipitur enim nobis ut ieiunemus, praecipitur nobis ut sobrii simus, ut percutienti maxillam praebeamus alteram, ut auferenti tunicam dimittamus et pallium. Ista omnia praecepta sine labore non fiunt. 'Propter enim verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras'. Videtis ergo quod nemo in deliciis coronetur. 'Arta enim et angusta via est quae ducit ad vitam'. Quaecumque enim virtutes sunt, sine difficultate non fiunt. Ingenti labore ad montis cacumina pervenimus: quanto magis in caelum? Hoc est quod in evangelio dicitur: 'Regnum caelorum

2 *si confiteor*] pro *si confitear*? 3 *si non iacentem me*] Deest verbum, ant certe iterum subauditur *si non confidam*. 5 *consolationes*] *es* ex *is* L. 12 *aderit*] scripsi; *adherit* L: gr. συνπροσέσται. *sedes*] *es* ex *is* L. 13 *fingis*] *finges* L. 15 *sudore*] *u* 1 m. in ras. 16 *faciemus*] scripsi ex coniectura; *faciamus* L. *aestimet*] *extimet* cod. 21 *debet*] pro *debent*? *sustinere?*] Signum interrogationis addidi, quod quidem sententia exigere videtur. 23 *quod dicit*] L, pro *quid dicit*?

17. *mortua est*] 1 Tim. 5, 6. 29. *vitam*] Mt. 7, 14.
27. *duras*] Ps. 16, 4.

vim patitur.' Vim patitur, quia nobis subicitur per gratiam, quod non est subiectum per naturam : ut unde angeli corruerunt, homines ascendant : ut ubi corpora non ceciderunt, animae cum corporibus vadant. Dicat aliquis : Quomodo ergo eadem corpora nostra ibunt in caelum ? Si regnat Christus, nos regnamus cum Christo : quod ille iam possidet, nobis post resurrectionem pollicetur. Si primitiae regnant, et reliquiae regnabunt. Caro quae regnat in Christo, quur non regnet in credentibus Christo? 'Cum enim Christus apparuerit, tunc et nos apparebimus cum ipso in gloria.' Si caro ab angelis adoratur in caelo, quare in hominibus non regnet, qui regni meruerunt dignitatem ? Dicitur alibi : 'Et adorate scabellum pedum eius, quia sanctus est'. Quidam putant de terra dictum, scabellum pedum eius : mihi autem videtur quod ad comparationem divinae maiestatis incarnatio Salvatoris scabellum propter subiectionem humilitatis merito nuncupetur ; sed quia Christi est, adoratur. Nihil enim deest divinitati : quicquid enim οἰκονομία est in Christo, non illi additur, sed nobis proficit : ille in gloria assumitur, ut nobis futurae spei gratia demonstretur, qui cum ipso regnavimus. Cui est gloria et imperium in saecula saeculorum Amen.

DE PSALMO XCV.

Antequam de evangelio disputemus, de titulo psalmi videntur nobis pauca dicenda, et post tituli disputationem veniamus ad paucos versiculos ; ut intellectum quem de vestibulo dixeramus, idem in omni domus porta cognoscamus. Titulus hic est : *Quando domus aedificabatur post captivitatem, huic David.* Cuius domus aedificabatur post captivitatem ?

3 *non ceciderunt*] *cadere* hoc loco, ut gr. πίπτω = quadrare, locum habere. Cf. Forcellini h. v. 4 *Si*] Post hanc coniunctionem, littera *g* in L expuncta est. 11 *sanctus est*] L, et ita quidem in multis codd. graec. Ps. 98, 5 ὅτι ἅγιός ἐστι. 15 *quicquid enim*] *quia quicquit enim* L. οἰκονομία] ΥΚΩΝΟΜΕΙΑ cod., *o* minutiori super ω addito. 17 *regnavimus*] cod., pro *regnabimus* ? 19 *DE PSALMO XCV*] Item ex uno cod. Laurentiano nunc demum editur. 22 *dixeramus*] pro *dixerimus* ? 23 *porta*] cod. *porte*, fortasse ex graeco scrupulosius translato (ἐν cum dativo) ; alia exempla ap. Roensch, p. 412. *aedific.*] *hedific.* L. 24 *huic*] L, fortasse pro *hymnus*, compendio scripturae male lecto ; graec. ᾠδὴ τῷ Δαυίδ.

1. *patitur*] Mt. 11, 12.

2. *per naturam*] Hieron. in Matth. loc. cit. 'Grandis enim est violentia, in terra nos esse generatos, et caelorum sedem quaerere ; possidere per virtutem, quod non tenuimus per naturam'.

7. *Caro quae regnat in Christo*] Cf. III² 279, 23 sqq. 'Non despiciamus carnem, quae cum Christo regnat in caelo... Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt. Et quomodo in Christo regnant ?'

9. *gloria*] Col. 3, 4,

11. *sanctus est*] Ps. 98, 5.

22. *in omni domus porta*] His verbis ad memoriam revocatur initium tractatus de Psal. 1.

Quis putas ex nobis captus est et in captivitatis tempestate destructus, ut post captivitatem rursus aedificetur? Si omnes homines conclusit Deus sub peccato, et omnia in incredulitate inveniuntur: ubicumque peccatum, ibi captivitas: ubi captivitas, ibi ruina, ibi aedificatio necessaria est. Debemus ergo nostras domus diligentius considerare, ne forte in aliquo corruerint, et indigeant post captivitatem adificari; quibus, ne penitus corruant, omni labore et solertia subveniendum est, ut impleatur in nobis quod in Exodo scriptum est: 'Quoniam obstetrices timuerunt Deum, aedificaverunt sibi domos'. Vide quid dicat, Quoniam timuerunt Deum, aedificaverunt domos. Ergo domus nisi timore Dei non potest fabricari. Si ergo illae timore Dei aedificaverunt domos, quae non peccaverant, sed magis cum Dei voluntate fecerunt: nos qui capti sumus, quid facere debeamus? Audi, peccator: debemus quidem timere Deum, ne peccemus; sed secunda post naufragium tabula est paenitentia. Quando domus aedificabatur post captivitatem. Quando domus aedificabatur: non dixit, aedificata est, quia paenitentia non habet finem. Iustus quippe mortuus relinquit paenitentiam: ubicumque peccatum est, semper mordet conscientia. Ideo dicitur, aedificabatur, quia tempore non concluditur: quantumcumque vixeris, ibi semper incurris.

Cantate Domino canticum novum. Vetus homo deponitur, et extruitur novus: propterea cantatur canticum novum. *Cantate Domino omnis terra.* Quae tota mente ad Dominum conversa est, in Domini confessione laudes eius novae vocis suavitate decantat.

Non debemus inmemores esse promissi: ad evangelii lectionem, quoniam difficilis est, transire debemus. Semel dixisse sufficiat, psalmum dictum esse ex persona paenitentis: ad quam intellegentiam et quae reliqua sunt applicabuntur.

DE PSALMO XCVI.

Titulus psalmi ita praescribitur: *Quando terra eius restituta est.* Quando dicitur, restituta est, ostenditur quod ante fuerat, et postea non

1 *captivitatis*] *is* ex *es* 1 m. corr. *tempestate*] *s* postea sup. *te* addita. 4 *ruina, ibi*] Videtur desse membrum *ubi ruina*, ut supra 72, 23. 6 *quibus*] scripsi; *qui ibi* cod. 7 *impleatur*] *n* post *implea* expuncta. 8 *obstetrices*] *obsetrices* ms. 10 *domus*] *domos* L. 12 *peccaverant*] *ant* ex *unt* 1 m. corr. 14 *peccemus*] *peccemur* cod. *secunda*] *secundam* L. 17 *relinquit*] *reliquid* ms. uti supra non semel. 18 *mordet*] *mordit* L. 22 *est*] *t* 1 m. add. 28 *DE PSALMO XCVI*] Ex tribus cod. MOV. 29 *praescribitur*] scripsi; *perscribitur* M; *scribitur* OV. *Quando dicitur, restituta est*] M; om. OV.

3. *in incredulitate*] Cf. Rom. 11, 32 et Gal. 3, 22.
9. *domos*] Ex. 1, 21.
14. *secunda post naufragium tabula*] Cf. adnot. ad III² 134, 10.

fuerit, et iterum constituta sit. Quae est ergo terra ista David quae restituta est? David terra sancta Maria est, mater Salvatoris. 'Qui factus est ei ex semine David secundum carnem'. Quod David repromissum fuit, in Mariae virginitate partuque completum est, ubi virgo de virgine procreatur. Atque ita factum est, quod in evangelio dicitur, 'Verbum caro factum est, et habitavit in nobis': ut quod David fuerat repromissum, per sanctam Mariam nobis restitueretur.

Dominus regnavit, exultet terra. Exultet terra: unum habeat regem, quae prius a pluribus habebatur. *Laetentur insulae multae.* Dicitur in quodam propheta: 'Loquere ad habitatores insulae huius', hoc est, ad habitatores Hierusalem. Vides ergo quia Hierusalem insula nuncupatur. Ante ergo quam terra David restitueretur, una tantum Iudaeae insula exultabat; nunc autem David terra restituta, dicitur, Laetentur insulae multae. Insulas multas, diversas provincias sive urbes possumus dicere credentium populorum, sive diversas ecclesias interpretabimur. Quomodo enim insulae marinis fluctibus hinc inde tunduntur, sic et ecclesiae variis tempestatibus temptationum tunduntur quidem, sed non subvertuntur.

Nubes et caligo in circuitu eius. Nulli dubium quin Domini Salvatoris, in cuius circuitu nubes et caligo fuit caro quam est dignatus assumere; quamvis apparuisse dicatur in evangelio Ioannis. 'Et apparuit nobis'. Apparuit quidem apostolis, sed Iudaeis celabatur. Illis in monte ostenditur, istis in humilitatis valle celatur: illos beatitudinibus aedificat, istis in parabolis loquitur, ut videntes propter perfidiam non viderent. Nubes et caligo in circuitu eius. Apparuit sicuti voluit, non ut eius natura poscebat. 'Et posuit tenebras latibulum suum'. Si Deus lux est, quomodo lux potest habitare in tenebris? Illic tenebrae scientiam nostram significant et infirmitatem: quia maiestatem eius non possumus intueri.

1 *constituta*] *constructa* OV. *Quae est*] M; OV om. *est*. 3 *ei*] OV; om. M. 4 *Mariae*] OV; *matris* M. 10 sq. *habitatores*]-*orem* M. 12 *una*] *unam* V. 14 *diversas*] *et diversas* M. 15 *credentium populorum*] OV; *credentes populos* M. *sive diversas*] *urbes* inser. codex M pessime, ut vides, hoc loco depravatus. 16 *et*] M; om. OV. 17 *tempestatibus temptationum*] O; *temptationibus* solummodo M. 21 *celabatur*] OV; *celatur* M. 22 *beatitudinibus*] OV; *beatitudine* M. 26 *tenebrae*] *tenebres* M 1 m., geminata primum *s* quae sequitur, postea vero expuncta; *tenebras* OV. 27 *significant*] *n* add. 1 m. sup. lin. M; *significat* OV.

3. *carnem*] Rom. 1, 3.
6. *in nobis*] Io. 1, 14.
10. *huius*] Is. 20, 6? Cf. III² 140, 28; 150, 18.
16. *hinc inde tunduntur*] Lege adnot. III² 141, 3.
20. *nobis*] 1 Io. 1, 2. Hic, ut vides, locum epistulae I^ae S. Iohannis veluti ex huius evangelio desumptum venditat, quemadmodum in expositione psalmi LXXV. 49, 10 exemplum ex Apocalypsi sic adfert: 'Denique quid dicit ipse in evangelio?'
25. *suum*] Ps. 17, 12.

Si enim in istius solis, qui creatus est, qui conservus noster est, radios oculi humani intendre non possunt; et quanto magis in sole iustitiae tenebrae sunt et caligo in circuitu eius, ut a nobis non possit intellegi vel videri? Hoc est quod de sancto Moyse legimus: 'Et ingrediebatur in caliginem nubis' ut videret Deum, quem sine nube videre non poterat. Hoc et in Esaia dicit: 'Dominus veniet in Aegyptum in nube levi', hoc est, in sancta Maria. In nube levi, quia humano semine non gravabatur. *Iustitia et iudicium correctio sedis eius.* Quando dicitur correctio, ostenditur quod ante pravum fuerit. Iustitia et iudicium correctio sedis eius. Ante quam Dominus veniret in carne, inaequalitas erat, quia in Iudaea notus erat tantummodo Deus. Ille venit, et omnis terra unum et eumdem quem Iudaea noverat cognovit creatorem: et facta est correctio sedis eius.

Ignis ante ipsum praecedet. Dominus mundus est, 'sanctus in sanctis habitat': non possumus ad eum applicari, nisi vitia nostra ignis ante combusserit. 'Uniuscuiusque enim opus quale sit, ignis probabit'. *Et inflammabit in circuitu inimicos eius.* Non quasi inimicos suos inflammat inimicos Deus, sed quasi amicos: inimicorum enim vitia decoquit, ut de inimicis amicos faciat.

Illuxerunt fulgura eius orbi terrae. Hoc est quod dictur in Hieremia: 'Dominus qui fecit orbem terrae in sapientia sua, qui eduxit nubes ab extremo terrae, fulgura in pluviam fecit'. Illuxerunt fulgura eius orbi terrae. Aiunt philosophi qui solent de rerum disputare naturis, nisi nubes contra se venientes illisae fuerint, ignis ex his non potest elabi; cum vero quodam inter se certamine concitatae fuerint in tonitrua, tunc ex eis fulgur elabitur. Quam similitudinem etiam de lapidibus ignitis possumus intellegere. Hoc ideo diximus, ut simile aliquid facilius videamus

1 *in*] om. M. 3 *possit*] *possint* OV. 5 *in caliginem*] M; — *ine* OV. 6 *in nube levi*] *in nubem levi* OV. 7 *gravabatur*] OV; *gravatur* M. 8 sqq. *correctio*] M; *correptio* OV constanter. *eius*] OV; *tuae* M. 9 *pravum*] *parvum* V. 11 *notus erat*] M; *erat notus* OV. 14 *praecedet*] *praecedit* M. 15 *ignis*] M; om. OV. 16 *combusserit*] corr. ex *combuserit* V, ex *combusserat* O; *conbusserit* M. *probabit*] *probavit* OV. 18 *decoquit*] *dequoquet*, *et* in *it* postea correcto M, *quo* in *co* item mutato O; *decoquet* V. 20.22 *orbi*] *orbis* codd. 22 *fulgura*] *fulgora* M. 23 *naturis*] *natura* M. 24 *venientes*] O in textu, postea corr. *venientis*; *ventis* MV, O marg. 26 *Quam*] corr. ex *quoniam* O. *de*] M; om. OV. *ignitis*] *ingentis* V.

5. *in caliginem nubis*] Exod. 20, 21.
6. *levi*] Is. 19, 1.
7. *gravabatur*] Cf. III²65, 8; 141, 23.
11. *Deus*] Ps. 75, 2.
15. *habitat*] Is. 57, 15 sec. LXX: cf. supra 80, 5.
16. *probabii*] 1 Cor. 3, 13.
22. *fecit*] Ier. 51, 15 sq.
23. *Aiunt philosophi* etc.] Eadem fere ad verbum t. III² 143, 4 sqq.

in mysterio Salvatoris. Nos habemus nubes nostras, prophetas et apostolos; unde et alibi dicitur ' Veritas tua usque ad nubes '. Si usque ad nubes istius aeris veritas eius, quomodo alibi dicitur ' Veritas de terra orta est '? Ergo quod dicit hoc est. Veritas tua usque ad nubes. Prophetas utique et apostolos significat: quae nubes nisi inter se fuerint collisae, splendorem suum dare non possunt; si autem uno cursu contiguerint intonare, fulgura in toto orbe cadunt. Vultis scire quomodo sancti in scripturis nubes appellentur? Dicitur in Esaia: ' Mandabo nubibus ne pluant super eos imbrem '. Moyses nubes erat, et ideo loquebatur: ' Expectetur sicut pluvia eloquium meum '. Apostolorum epistolae nostrae pluviae sunt spiritales. Quid enim dicit Paulus in epistola ad Hebraeos? ' Terra enim saepe venientem super se bibens imbrem ' et reliqua. Et iterum: ' Ego plantavi, Apollo rigavit '. *Vidit et commota est terra.* In toto orbe sermones Domini fulgurantes terra sensit, et mota est, quae antequam moveretur dura erat, et verbum Domini suscipere non valebat. Respexit eam Dominus ' qui respicit terram et facit eam tremere '. Quid est hoc, facit eam tremere? ' Super quem alium requiescam, nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos?'

Montes sicut cera fluxerunt a facie eius. Montes, sublimes potestates dicit. Qui ante per superbiam erigebantur in caelum, ad adventum Domini humiliati sunt; et qui nimia indurabantur iactantia vanitatis, postea divinae sapientiae calore madefacti sunt.

Annuntiaverunt caeli iustitiam eius, et viderunt omnes populi gloriam eius. In duobus istis versiculis duae res significantur: caeli annuntiant iustitiam Domini, et vident omnes populi gloriam eius. Nisi enim caelum aliquis fuerit, iustitiam Domini non potest annuntiare. Si enim peccatori dicitur ' Terra es, et in terram ibis ' quare iusto non dicatur, Caelum es,

1 *in*] suppl. sup. lin. O. *mysterio*] scripsi; *ministerio* codd. 2 *et*] M; om. OV. *Si*] postea delet. in O, om. V. 3 *aeris*] M; *terrae* OV. 6 *cursu*] corr. ex *curso* O. *contiguerint*] scribere non dubitavi, cf. adiectivum *contiguus* ex *con* et *tago*; *conticuerint* V, O in textu, item M postea mutat. in *eas contigerit*; 'Puto legendum *contigerint*' O in marg. 7 *quomodo*] codd., fortasse pro *quoniam*, nota *quo* male lecta. 16 *terram*] *eam* M. 20 *Qui*] *Quae* M. *ad adventum*] M postea sup. lin. add. *vero*. 21 *nimia*] *anima* V. 22 *calore*] *m* in fine deleta O. *madefacti*] *madefactae* OV. 25 *caelum*] *caeli* OV. 26 *iustitiam*] *iustitia* OV. 27 *in terram*] *in terra* V.

2. *ad nubes*] Ps. 35, 6.
3. *orta est*] Ps. 84, 12.
9. *imbrem*] Is. 5, 6.
10. *meum*] Deut. 32, 2.
12. *imbrem*] Hebr. 6, 7. Nota Epistulam ad Hebraeos heic Paulo ab Hieronymo confidenter attribui.
13. *rigavit*] 1 Cor. 3, 6.
16. *tremere*] Ps. 103, 32.
18. *meos*] Is. 66, 2.
27. *ibis*] Gen. 3, 19. Cf. supra adnotat. ad 56, 1.

et in caelum ibis? Non enim habemus imaginem terreni, sed imaginem caelestis : quoniam ' nostra conversatio in caelis est '. Si quis ergo ambulaverit super terram, quamvis in carne, tamen non secundum carnem, iste libere potest Domini annuntiare iustitiam. Si enim aliquis minus sciens scrupulum patiatur, et dicat, Quid est quod iustos in hac vita videmus laboribus et egestate compressos, et peccatores divitiis et commodis omnibus efflorere? nisi ecclesiasticus vir in divinis scripturis fuerit eruditus, quomodo potest in huiusmodi causis Dei monstare iustitiam? Si autem in meditatione legis die noctuque laboret, facile respondebit, brevem praesentis temporis humilitatem aeternis postmodum praemiis compensandam. Multo enim melius est, exiguo aetatis suae spatio aliquem propter Dominum tolerare voluntariam paupertatem, ut divitiis in futurum perfruatur aeternis, quam hic abundare luxuriis, et postea intolerabilibus suppliciis cruciari. *Et viderunt omnes populi gloriam eius.* Qui prius scandalizabantur in cruce Domini, quia per se eum agnoscere non poterant, annuntiantibus postmodum caelis iustitiam Dei glorificant Deum.

Confundantur omnes qui adorant sculptilia. Si propheta benedictus, numquam benedictum novit maledicere ; et propterea in eo quod dicit, Confundantur, non contra illos, sed pro illis est: orat enim ut confundantur in errore suo, et ad Deum verum ac solum creatorem convertantur.

Exultaverunt filiae Iudaeae propter iudicia tua Domine. Quid sibi vult hic sensus, Exultaverunt filiae Iudaeae, et non filii? Intellegamus primum quid interpretatur Iudaea : et cum scierimus interpretationem, videamus quae sunt filiae interpretationis. Iudaea igitur confessio interpretatur. Quaecumque anima Deum confitetur, filia Iudaeae est. Ideo filias Iudaeae dicimus omnes credentium animas, quae ad Dei iudicia exultant. Nisi enim fidelis fuerit anima, ad Dei iudicia non exultat.

2 *ergo ambul.*] corr. ex *ambul. ergo* O. 6 *laboribus*] M ; om. OV. 12 *Dominum*] OV ; *Deum* M. 13 *abundare*] *hab.* M. 16 *Dei*] corr. ex *eius* O. 18 *sculptilia*] *scultilia* M. *benedictus*] *est* add. post. sup. lin. M. 19 *benedictum*] *um* postea in *us* mutat. M. 22 *Iudaeae*] codd. iuxta gr. τῆς Ἰουδαίας. *vult hic sensus*] M ; *hic s. vult* OV. 24 *quid*] *quod* codd. *scierimus*] *sciemus* V. 26 *Quaecumque*] *Quaecunque quae* V. *Iudaeae*] *Iudaea* OV. 27 *Dei iudicia*] M ; *iud. Dei* OV. 28 *iudicia*] M ; *iudicium* OV.

2. *caelestis*] 1 Cor. 15, 49.
in caelis est] Phil. 3, 20.
28. *exultant*] Hieron. epist. 39, 2 ' Exultaverunt enim filiae Iudae in omnibus iudiciis Domini. Si Iuda confessio interpretatur, confitens autem omnis anima credentis est : necesse est, ut qui se credere dicit in Christo, in omnibus Christi iudiciis gaudeat. Sanus sum, gratias refero creatori ; langueo, et in hoc laudo Domini voluntatem.'

Domus mea corruit, divitias naufragio perdidi, filius mihi mortuus est, servus fugit et res meas rapuit, qui dives ante fui nunc egestate consumor: nisi filia Iudaeae fuero, non exulto in iudiciis Dei. Beati Iob anima fuit filia Iudae, quae in damnis familiarium rerum sic se consolabatur dicens: 'Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum: nudus exivi de utero matris meae, nudus quoque ibo': subaudiatur, in terram. Primum ex divite pauper factus, substantiam amisit cum filiis: egestate pariter et orbitate depressus, postremo ad ultimam venit miseriam, morbo regio percussus et vulnere insanabili: insanabili hominibus, sed sanabili apud Deum. Quod medicina humana sanare non poterat, patientia sanavit et fides. Sedebat in stercore, et animo in paradiso deambulabat. Toto corpore putrescente, sola illi lingua servata est. quae Dominum blasphemaret. Videte artem hostis antiqui. Substantiam iusti viri hostili praeda diripuit, filios ruina oppressit, ipsum gravi vulnere et totius corporis horrore percussit: nihil ei reliquit nisi linguam et uxorem, ut illa tentaret et illa blasphemaret. Memor fuit diabolus pristinae artis, qua Adam aliquando decepit per mulierem: ita et hunc appetit per uxorem, aestimans quod semper viros possit per mulierem decipere, non considerans quia unus per mulierem deiectus est, et nunc per mulierem totus mundus salvatus est. In mente tibi venit Heva, sed considera Mariam: illa nos eiecit de paradiso, ista reducit ad caelum. Revertamur ad psalmi ordinem.

Qui diligitis Dominum, odite malum. Si Dominus bonus est... Quid enim legimus? 'Pastor bonus ponit pro ovibus suis animam suam'. Et iterum in alia parabola: 'Amice, si ego bonus, quare oculus tuus nequam est?' Qui diligitis Dominum, odite malum. Non possunt duae caritates in uno homine inter se esse contrariae. Quomodo non est consensus Christo cum Belial, iustitiae et iniquitati; sic fieri non potest, ut una

3 *Iudaeae*] V; *Iudae* MO, atque ita tres codd. concorditer lin. seq. 4 *familiarium*] *familiarum* codd. 8 *ad ultimam*] M; *ad ultimum* OV. 9 *percussus*] *est* sup. lin. postea add. M. 12 *illi*] M; om. OV. 14 *oppressit*] M; *depressit* OV. 15 *horrore*] corr. ex *orrore* O. *percussit*] *percusit* V. *reliquit*] V, *t* corr. ex *d* O; *reliquid* item M. 17 *per mulierem*] M; OV om. *per*. 18 *aestimans*] *extimans* OV. 19 *per mulierem t. mundus*] M; *totus m. p. mulierem* OV. 20 *Heva*] scripsi; *Æva* M; *Eva* OV.

6. *ibo*] Iob 1, 21.

13. *quae Dominum blasphemaret*] Tract. de ps. LXVI. t. III². 35, 14. 18 'Nihil enim illi remansit in corpore sanum, nisi sola lingua, per quam blasphemare possit... Solam linguam ei integram reservavit, ut possit Deum suum blasphemare.'

24. *suam*] Io. 10, 11.

25. *nequam est?*] Matth. 20, 15.

26. *Non possunt duae caritates* etc] Commentariol. 72, 14 'Duae simul boni et mali caritates esse non possunt.'

28. *iniquitati*] 2 Cor. 6, 14 sq.

anima et bonum amet et malum. Qui diligitis Dominum, odite malum: diabolum. Utriusque et amor et odium in opere consistit. ' Qui enim diligit me, mea mandata servabit'. De parte autem diaboli quid dicitur? ' Invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum; imitantur ergo illum qui sunt ex parte illius '. Aut certe simpliciter intellegendum: Qui diligitis ea quae bona sunt, odite ea quae mala sunt. Non potestis bonum diligere, nisi oderitis malum. *Custodit Dominus animas sanctorum suorum.* Ordo pulcherrimus: Qui diligit bonum et odit malum, quid meretur a Domino, nisi ut custodiatur ab eo? *De manu peccatoris liberabit eos.* Hic oritur questio: Si Dominus custodit animas sanctorum suorum, et de manu peccatoris liberat, quomodo in persecutione martyres opprimuntur? quomodo Petrum et Paulum Nero impius una die data sententia morte damnavit, si custodit Dominus animas sanctorum suorum? Diligenter attendite quid dicat. Custodit Dominus animas sanctorum suorum: animas dixit, non corpora. ' Nolite timere eos, ait, qui occidunt corpora, animas autem non possunt occidere; sed eum timete, qui corpus et animam potest occidere in gehennam '. Quomodo ergo custodit Dominus animas sanctorum suorum? In martyrio. ' Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius '. In martyrio ideo sanguis effunditur, ut anima de temptationibus liberetur: ut relinquat brevem vitam, et migret ad aeternam: ut relinquat persecutionem, et vadat ad coronantem Dominum nostrum Iesum Christum. Cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

3 *servabit*] M; *servat* OV. *parte... diaboli*] OV; *patre... diabolo* M pessime. 4 *introivit*] V 2 m; *introibit* O, V 1 m; *intravit* M. 7 *Dominus*] om. M. 9 *liberabit*] *liberavit* O, V 1 m. 11 *in persecutione*] M, *s* in fine expuncta; *persequutionibus* OV, *in* omisso. 12 *una die data sententia*] OV; M nescio quo scrupulo motus omisit. 14 *attendite*] M; *attende* OV. 17 *ergo*] M; om. OV. 18 *suorum? In martyrio.*] Tres codd. interpungunt: *suorum in martyrio?* *Pretiosa*] *est* add. OV. 20 *liberetur*] M; *liberentur* V; *liberaretur* O. 22 *honor et gloria*] *gloria et honor* OV.

3. *servabit*] Io. 14, 21.
5. *illius*] Sap. 2, 24 sq.
12. *una die*] Hieron. De viris inlustr. c. 5 ' Et hic ergo (Paulus) quarto decimo Neronis anno, eodem die quo Petrus, Romae pro Christo capite truncatur. '
17. *in gehennam*] Matth. 10, 28.
19. *eius*] Ps. 115, 15.

FRAGMENTUM TRACTATUS IN PSALMUM XCIII.

Quod sequitur fragmentum exhibuit ultima pagina codicis Rotomagensis A. 277 (527), fol. 133ᵛ, inter additamenta rudiori calamo saec. X exarata. Breve quidem illud ac nullius fere momenti, cum locus opportunus suppetat, oculis subiciendum duxi, quod neque praelo videatur indignum, et ex eo forsan aliquando integer tractatus reperiri possit.

TRACTATUS SANCTI HIERONYMI IN DIE PASCHAE.

Deus ultionum Dominus, Deus ultionum libere egit. Solus etenim ipse libere egit, qui nobis hodie ostendit quid fecerit. Libere enim egit, de quo multum antea fuerat prophetatum, quia 'factus est sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber'. Vultis tamen scire quid egerit? audite quid fecerit. Nulla necessitate, sed propria voluntate in ligno se suspendi permisit: clavis corpus suum perforari non rennuit: animam ponendo mortem sustinuit: carnem in sepulchro reposuit, et comitante secum anima ad inferna descendit: tenebrarum et mortis principem conligavit, legiones illius perturbavit: portarum inferni vectes ferreos effregit, omnes iustos qui originali peccato obstricti tenebantur absolvit; captivos in libertatem pristinam revocavit, peccatorum tenebris excaecatos splendida luce perfudit. Ecce audistis quid sit, quod defensor noster ultionis Dominus libere egisse describitur. Postquam enim exaltatus est, id est, a Iudaeis in cruce suspensus est, ut breviter cuncta perstringam, mox ut spiritum reddidit, statim unitate suae divinitatis anima ad infernorum profunda descendit, cumque tenebrarum terminum quasi quidam depraedator...

1 *TRAÇTATUS*] *TRACTUS* cod. 2 *ultionum*] *ultionem*. 3.14 *libere*] *liber*, propter litteram *e* sequentem. 4 *quia*] scripsi; *Qui* cod. 7 *perforari*] *perforare*. 9 *anima*] *animam*. 9.17 *descendit*] *discendit*. 11 *effregit*] *efregit* cod., fortasse pro *confregit*. *originali*]-*ale*. 12 *tenebris*] *tenebras*. 14 *describitur*] *discr*. 16 *unitate suae divinitatis*] Legendumne *unita suae divinitati*? 18 *depraedator*]-*atur* codex, qui mancus his verbis finem capit.

II.

1. IN ESAIAM TRACTATUS DUO AB ALIIS QUIDEM
IAM ANTEA EVULGATI,
NUNC VERO NOVIS CURIS RECOGNITI ET ILLUSTRATI.

2. GRAECA IN PSALMOS FRAGMENTA D. HIERONYMO ADSCRIPTA
EX COD. TAURINENSI B. VII. 30.

IN ESAIA PARVULA ADBREVIATIO DE CAPITULIS PAUCIS.

Unus liber est duodecim prophetarum : et quod solent facere medici in aegrotationibus, hoc prophetae quasi spiritales medici in animae vulneribus diversisque peccatis facere consuerunt. In duodecim prophetis quasi aegrotans, qui vitio suo curari noluerit, ad mortem usque describitur ; et postea per Christum, qui verus est medicus, sanatus post mortem esse narratur. Quod ergo duodecim prophetae per partes faciunt, et nihilominus ipsi breviter subindicant, hoc latissime maiores prophetae facere consuerunt. Ezras autem, qui interpretatur adiutor, et Zorobabel, qui interpretatur iste princeps in Babylone, et Iesus, qui in lingua nostra sonat salvator, in figura praecesserunt Domini : ut quod ceteri prophetae medicinalibus suis libris curare non potuerunt, isti curaverint, et reduxerint populum post captivitatem.

Visio Esaiae. Propterea visio dicitur, quia prophetae futura cognoscunt, et spiritalibus oculis Salvatoris intuentur adventum : unde et Videntes apud antiquos vocabantur prophetae. *Filii Amos.* Plerique putant, Amos, qui tertius est de duodecim prophetis, patrem esse Esaiae ; sed vehementer errant. Diversis quippe apud Hebraeos scribuntur litte-

1 *IN ESAIA* etc] Ex codd. Veron. XV. 13, foll. 38-42 (=V) et Bruxell. II. 1636, pp. 312-319 (=B) collatis cum edit. Migne P. L. 24, coll. 937-942 (=μ). 5 *In duodecim*] B ; Vμ om. *in.* 9 *latissime*] *latissimi* B. 10 *Ezras*] Vμ ; *Ezdras* B. 11 *iste*] *isti* B. 13 *non*] suppl. sup. lin. B. 15 *Esaiae*] V ; *Isaiae* Bμ. *visio dicitur, quia*] Vμ ; *dicitur visio, qua* B. 18 *Esaiae*] *aesaiae* B.

3. *Unus est liber d. p.*] Hieron. Prolog. Comm. in Ioel. enuntiato duodecim Prophetarum ordine iuxta LXX et hebraicam veritatem, ita prosequitur : ' Et quia semel omnes unius voluminis prophetas enumeravimus' etc. Neque dissonat Epist. LIII ad Paulinum, n. 8, ubi dicuntur ' duodecim Prophetae in unius voluminis angustias coartati. '

7. *verus est medicus*] Cf. supra III² 337, 14 ' Egregius medicus (Iesus), et verus est archiater. Medicus Moyses, medicus Esaias, medici omnes sancti : sed iste archiater est '. Quam similitudinem Hieronymus sumpsisse videtur ab Origene, in Ieremiam homil. 11, initio.

10. *adiutor*] Lege sis adnot. ad III² 113, 23.

11. *princeps in Babylone*] Ita fere Hieron. in Lib. de Nom. hebr. ubi de Zacharia ; in Commentario autem Ezechielis 19, 1 sqq. Zorobabel ' ex eo quod in Babylone natus est ' nomen accepisse traditur.

16. *unde et Videntes* etc]. Hieron. Comm. in Os. 12, 9 sq. ' Sciamus, inquit, omnem prophetiam in scripturis sanctis appellari visionem... : unde et prophetae ante dicebantur Videntes '. Itemque in Amos 7, 10 sqq. ' Prophetae, ut crebro diximus, prius appellabantur Videntes, quia quae ventura dicebant, cordis oculis intuebantur '.

ris: alius per SADE, alius per SIN. *Quam vidit super Iudaeam et Hierusalem.* Specialiter Esaias ad duas tribus mittitur, Iudam et Beniamin; *et Hierusalem*, hoc est, ad metropolim duarum tribuum civitatem. *In diebus Oziae, Ioatham, Achaz, Ezechiae, regum Iuda.* Sub istis ergo omnibus, qui regnaverunt in Iuda, prophetia eius extensa est; etiam in ipso libro repperiemus, quae visio sub quo dicta sit rege. Hoc secundum historiam. Secundum tropologiam autem, intellegendum quia quodcumque ad Samariam et ad decem tribus dicitur, hoc dici contra haereses; quodcumque vero contra Hierusalem, hoc dici contra ecclesiam. Prima intellegentia tropologiae ista est. Secunda illa: Anima quae erraverit, et de iustitia conruens vitiis subiacuerit, dicitur Efraim, dicitur Samaria; nam dicitur vaccas sibi aureas construxisse, et refertur ad decem tribus. Porro quicumque adhuc in proposito perseverat, et non in apertam prorupit insaniam, negans esse quod dicitur, et nihilominus vitiis subiacet, corripitur a propheta quasi Iudas, in quo sit vera Dei confessio, et quasi Hierusalem, quod pacem quidem habere videatur: ut ab occultis criminibus se retrahat, ne etiam illi captivitas veniat.

Audite caeli, et auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est.

1 *Iudaeam*] V iuxta gr. κατὰ τῆς Ἰουδαίας; *Iudam* μ. 2 *Beniamin*] corr. ex *ueniamin* V. 4 *istis*] extrema littera suppl. sup. lin. B. *ergo*] Vμ; *enim* B. 6 *repperiemus*] BV; *reper.* μ. 7 *tropologiam*] *tropologian* V. *quia*] BV; om. μ ob vitiosam, ut reor, constructionem *quia... dici*: sed conf. supra 67, 16 sq. 'scire debemus quod... titulum non habere'; 73, 9 sq. 'sciens quod... ex voluntate venisse'. 10 *illa*] B; *alia* Vμ. 11 *conruens*] V; *corruens* Bμ. *Efraim*] V; *Effraim* B; *Ephraim* μ. 12 *Porro*] B; om. Vμ. 13 *prorupit*] Vμ; *prorumpit* B. 14 *corripitur*] V inser. *autem*. 18 *et*] om. B. *percipe*] corr. ex *percipete* V; *percipite* B. *locutus*] *loquutus* B.

1. *alius per SIN*] Comment. in Is. 1, 1 'Amos autem pater Isaiae non, ut plerique autumant, tertius duodecim prophetarum est, sed alius, diversisque apud Hebraeos scribuntur litteris. Iste primam et extremam litteras habet ALEPH et SADE; ille AIN et SAMECH'; Prolog. in Amos 'Amos propheta, qui sequitur Ioelem, et est tertius duodecim prophetarum, non est ipse quem patrem Isaiae prophetae legimus. Ille enim scribitur per primam et ultimam nominis sui litteram ALEPH et SADE... hic vero per AIN et SAMECH.' Ex quo facile deprehendes, Hieronymum et in scriptis ingenii sui monumentis saepe dicta iterasse, et in repentinis orationibus saepius memoriam amisisse: neque enim aliam rationem verbi SIN heic pro SAMECH positi quaerendam esse putaverim.

2. *Iudam et Beniamin*] Comm. in Is. h. l. 'Ergo Isaias principaliter de duabus loquitur tribubus, Iuda et Beniamin'.

6. *sub quo dicta sit rege*] Ibid. 'Quodque in titulo ponitur, prophetasse eum sub Ozia et Ioatham et Achaz et Ezechia regibus Iuda, non ut in aliis prophetis confuse intellegendum est, ut nesciamus quid sub quo specialiter rege dictum sit: sed usque ad finem voluminis scriptum refertur, quid seorsum sub Ozia, et quid sub Ioatham, et quid sub Achaz, et quid sub Ezechia ei a Domino revelatum sit.'

Quoniam in cantico Deuteronomii scriptum est, eo tempore quo Moyses quasi nubes Domini loquebatur, 'Adtende caelum, et loquar, et audiat terra verba ex ore meo: expectet sicut pluviam sermonem meum, et descendant sicut ros verba mea', et legem Dei sub his testibus dederat, caelo videlicet et terra, hoc est, omnibus creaturis quae caelo includuntur et terra (ex parte enim totum indicatur συνεκδοχικῶς, quod tenetur in partibus : quia omnia includuntur, ut diximus, caelo et terra), quia legem Dei praevaricatus est populus, eosdem rursus testes vocat, sub quibus lex data est ; ut quoniam populus audire contempsit, cunctae audiant creaturae. Audite caeli, et auribus percipe terra. Iuxta historiam, quod dicit hoc est : Quoniam me genus contempsit humanum, et inter cunctas creaturas et elementa quae feci hoc tantummodo rebelle genus est quod repugnat voluntati meae ; propterea etiam inrationabiles quae putantur audiant creaturae, ut magis rationabiles condemnentur.

Quia Dominus locutus est: Filios enutrivi et exaltavi. Pulchre dixit, Filios enutrivi et exaltavi : non dixit, Filios genui, sicut in vulgari habetur interpretatione ; superfluum enim fuit dixisse, filios genui, cum utique omnis filius genitus sit. Ergo in eo quod dixit, filios, indicavit esse iam genitos. Nunc augmentum facit : quia non omnis, qui generat, et nutrit ; ergo ego et genui, et nutrivi. Et non solum enutrisse contentus fui, ut in more animalium et avium suae illos relinquerem passioni, et suo labori dimitterem ; sed quos parvulos enutrieram, magnos quoque, et adultos feci esse maiores : ut quibus vitam dederam, nunc darem etiam gloriam.

1 *Deuteronomii*] *deuteronomi* V. *scriptum*] *scribtum* BV. 2 *nubes*] *nubis* V. 3 *pluviam*] μ ; *pluvia* BV. 5 *omnibus*] *cum omnibus* B. *includuntur*] *includentur* V. 6 συνεκδοχικῶς] *synecdocicos* V. 7 *caelo et terra*] B optime ; *Caelum et terram* Vμ. 8 *praevaricatus*] *v* corr. ex *b* V. 12 *feci*] *fecit* V. 15 sq. *Pulchre—et exaltavi*] B ; om. Vμ. 16 *habetur*] B ; *habent* μ. 17 *fuit*] B ; om. Vμ. 18 *genitus sit*] BV ; *sit genitus* μ. *esse iam*] BV ; *iam esse* μ. 19 *non omnis*] B optime ; Vμ om. *non.* 20 *in more*] V ; item B, sed *in* postea erasum ; *in morem* μ. 21 *suo labori*] Vμ ; *sub labore* B. 22 *dimitterem*] Bμ ; *dimittere* V. *parvulos... magnos*] *o* ex *u* corr. B. 23 *feci esse maiores*] B ; *fecisse maiores ait* V ; om. μ. *nunc*] Vμ ; om. B.

4 *verba mea*] Deut. 32, 1 sq.

8. *eosdem rursus testes vocat*] Comm. in Is. h. l. 'Sive quia per Mosen testes vocaverat Dominus caelum et terram, dans populo Israel legem suam, et dixerat *Adtende caelum, et loquar: audiat terra verba oris mei* ; post praevaricationem populi, eosdem rursum in testimonium vocat, ut cuncta elementa cognoscant, iuste Deum in ultionem mandatorum suorum ad iracundiam concitatum.'

16. *non dixit, Filios genui*] Ibid. '*Filios genui et exaltavi*... Pro quo Symmachus et Theodotio ita verterunt : *Filios enutrivi et exaltavi*... Melius est autem iuxta hebraicum legere *Filios enutrivi*, quam *genui.*'

19. *augmentum facit*] quod Hieron. supra III² 2, 18 graeco vocabulo αὔξησιν appellat, itemque paulo infra 101, 4.

Ipsi autem spreverunt me. Pro tantis beneficiis vicissitudo contemptus fuit.

Cognovit bos possessorem suum, et asinus praesepe domini sui. Rationabili homini inrationabilia iumenta et pecora comparantur, ut cum illa beneficia senserint, et brutus quoque sensus non ignoret eum cuius beneficia sentit, solum genus humanum condemnetur quod contempsit Deum. Cognovit bos possessorem suum, et asinus praesepe domini sui. Bos qui laborat, qui iugo colla submittit, et multum ex labore suo plus praestat domino quam ipse a domino accipit, tamen intellegit possessorem suum. Asinus quoque praesepe domini sui intellegit beneficia, et locum in quo cibos accipere consuevit libentius videt. *Israhel non cognovit*, subauditur, me ; *populus meus non intellexit*, subauditur, nec possessorem nec dominum. Simulque considerate exempla quantam vim habeant. Bos licet cibos accipiat a domino, et asinus praesepe cognoscat, tamen multo plus labore suo praestat dominis, quam ipse a dominis accipit : ego autem cum nulla beneficia hominum habeam, nisi hoc tantummodo si salventur ipsi quos diligo, cum eis tanta praestiterim, et nihil acceperim, pro omnibus beneficiis contemptum solummodo reddiderunt. Quia ergo tanta perpessus sum, et perdidi filium quem enutrieram, quem exaltaveram, quod possum solum facere facio : plangam perditum et mortuum, quem aegrotantem sanare non potui.

Vae genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Mutaverunt nomina. Vae genti peccatrici : quae quondam gens mea dicta est. Populo gravi : peccatis enim gravibus praegravati sunt. Semini nequam : non meo semini, secundum quod alibi dictum est 'Et in semine tuo benedicentur omnes gentes.' Filiis sceleratis : nequaquam meis filiis, statim enim ut peccare coeperimus, cum conditione peccati et filiorum nomen amittimus. *Dereliquerunt Dominum* : quasi sequentem. In singulis verbis singuli sensus sunt. Cum omnia fecerint, cum cuncta

1 *contemptus*] B ; *contemtus* V. 5 *brutus*] BV ; μ mutavit in *brutorum*. 8 *submittit*] *summittit* B. 12 *subauditur, nec*] ante *nec* in B *me* additum et erasum. 13 *considerate*] B ; *considerat* μ. 14 *asinus*] Vμ repet. *licet*. 15 *praestat*] BV ; *praestant* μ. *ipse*] V, *e* corr. ex *i* B ; *ipsi* μ. 16 *accipit*] BV ; *accipiant* μ. *hoc*] B ; *haec* μ. 17 *si*] Vμ ; *ut* in rasura B. 19 *tanta perpessus*] *tantum percussus* B. *enutrieram*] *enutriveram* B. 24 *praegravati*] *praegraviti* V. 25 *Et*] om. B. 26 *in*] *In* in rasura B. 27 *conditione*] *condicione* V. 28 *Dereliquerunt*] *derelinquerunt* V, et iterum post pauca. *quasi sequentem. In singulis verbis singuli sensus sunt*] B optime ; *quasi sequentem in singulis viis* (*viris* V). *Singuli sensus sunt* μ.

26. *gentes*] Gen. 22, 18.
29. *In singulis verbis singuli sensus sunt*] Cf. III² 62, 19 'In singulis verbis sensus sunt'.

scelera perpetraverint, tamen ego non dimisi eos, sed expectavi ut aliquando ad me reverterentur; illi autem stantem me et pandentem manus ad paenitentiam eorum dereliquerunt. Et non eis sufficit quod dereliquerint (videte αὔξησιν peccatorum), sed etiam *blasphemaverunt Sanctum Israhel, abalienati sunt retrorsum:* id est, hoc coeperunt esse quod ante fuerant, antequam meo nomine censerentur.

Super quo percutiam vos ultra addentes praevaricationem? Poena ad hoc infertur a Domino, quasi a vero medico, ut per cauteria et mordacem pulverem sanitas subsequatur. Ergo quod dicit hoc est: Multa emplastra adposui, diversis medicaminibus curare vos volui, non invenio genus remedii, cum vestra cotidie aegritudo succrescat: non solum, inquit, non sanamini a prioribus vitiis, sed et me curare volente priora peccata, nova adponitis vulnera. *Super quo percutiam vos ultra?* Quasi dubitantis verba sunt: hoc est, in quo vos sanem? Quia enim plaga Domini ad hoc percutit ut emendet, ad hoc castigat ut sanet, dicit, Super quo percutiam? hoc est, quasi, Quod vobis inponam emplastrum, *addentes praevaricationem*: cum cotidie novis peccatis vetera copuletis?

Illud autem quod paulo ante diximus, prophetas esse medicos spiritales, et quasi totum genus curare morborum, nunc manifestissimo [monstratur] exemplo. Videte enim scriptura quid dicat. *Omne caput languidum, et omne cor moerens: a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus, et livor, et plaga tumens.* Omne caput languidum, et omne cor moerens. Frequenter admoneo, ut in prophetis verba singula consideremus; idcirco enim secundum historiam inperitis utilitas non non videtur, quia non intellegunt quod dicitur. Omne caput languidum, et omne cor moerens. Si quis aegrotaverit, vel difficillimo morbo corporis oppressus fuerit, habuerit autem animam laetiorem, infirmitas corporis laetitia animi sustentatur. Rursus si aliquis moerorem habuerit, et

2 *pandentem*] *expandentem* B, *ex* initio lineae additum. 4 *dereliquerint*] B; *dereliquerunt* μ. αὔξησιν] B; *auxesin* μ. *blasphem.*] *blasfem.* V. 5 *Israhel*] *Srahel* V. *retrorsum*] *retrosum* V. 7 *ad hoc*] *adhuc* B. 8 *a vero medico*] *a viro m.* B. 9.16 *empl.*] V, *hempl.* 2ª m; *impl.* B. 12 *me curare volente*] V; *mea cura revolente* B; *mea cura revolvente* μ pessime. *nova*] *vos* B. 17 *novis*] *nobis* V. 20 *monstratur*] supplevi ex coniectura; *curatur* BV, repetito scil. ex oscitantia verbo membri praecedentis; quapropter adsentire nequeo Scip. Maffeio, *cernatur* legendum esse adnotanti. *scriptura*] *scribt.* B. 21 *moerens*] *maerens* V fere constanter. 22 *livor*] *libor* V. 23 *admoneo*] *ammoneo* B. 26 *vel*] *et* B. 26 *corporis*] B; *corpores* V, *s* expuncta; *corpore* μ. 27 *oppressus*] *oppresus* V. 28 *animi*] om. μ.

28. *laetitia animi sustentatur*] Comm. in Is. 1, 5 'Animi laetitia interdum dolorem corporis mitigat: quod si ad aegrotationem corporis accedat aegritudo animi, duplicatur infirmitas.'

dolorem cordis, et diversas tribulationes, robustum autem corpus, inbecillitatem animae sanitas corporis sustentat. Cum autem et corpus in aegrotatione est, et anima in dolore, nulla possunt subvenire remedia. Hoc est ergo quod dicitur, Omne caput languidum, et omne cor moerens. Simulque considera, quia principali animae, hoc est cordi, corporis comparaverit principale, id est caput. In capite omnes sensus sunt : ceteris membris truncatis vivere animal potest, truncato capite vita omnis aufertur. Et non dixit, omne caput amputatum : superfluum enim erat cetera membra describere et morbos reliquorum artuum, si amputatum dixisset. Languidum ergo dicit, ut et in descriptione membrorum ceterorum habeat locum. *A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.* Totus aegrotat Israhel : ne unus quidem vir sanctus inveniri potest, quasi in corpore membrum aliquod quod sanum esse videatur. Si enim esset in toto corpore aliquid quod sanum esset, ex unius sanitate etiam cetera medelam trahere viderentur. *Vulnus, et livor, et plaga tumens.* Vulnus, peccata recentia : livor, antiqua scelera : plaga tumens, incoctum est et vetus delictum, quasi quodam pure parturiens. *Non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.* Non quo haec Deus non fecerit : fecit haec omnia, et sine causa missi erant prophetae, si ista non fecissent : sed, quia non est sanitas subsecuta, quodammodo videntur non facta esse quae facta sunt.

Secundum tropologiam, *Audite caeli, et auribus percipe terra :* hoc est, et vos qui sancti videmini, et vos qui peccatores, pariter audite. *Filios enutrivi et exaltavi : ipsi autem me spreverunt.* Deus filios homines habere dignatus sum : enutrivi eos et magnificavi, ut de servis amicos dicerem : ipsi autem spreverunt me, hoc est per peccata sua, et certe cum nullam

4 *quod*] Vμ inser. nomen *medicamine*, ex loco adlato inferius lin. 18 forte anticipatum. 7 *animal*] B ; *anima* μ. 8 *enim*] om. B. 9 *describere*] *desscr.* V. *morbos reliquorum*] μ ; *morborum liquorum* B ; *morborum relinquorum* V. 10 *descript.*] *describt.* V ; *discribt.* B. 13 *quod*] om. B. 15 *cetera medelam*] *cetere medella* V. 17 *est et*] V ; Bμ om. *est*. *delictum*] *i* ex *e* corr. V. *quodam*] alteram *d* sup. lin. add. B. *pure*] *puri* B. 18 *Non quo*] BV ; *Non quod* μ. *Deus*] *ei* sup. lin. inser. B. 19 *haec omnia*] B ; *enim omnia* Vμ. 20 *subsecuta*] *subsequuta* B. 23 *videmini*] *vidimini* V. 25 *sum enutrivi*] *sum et nutrivi* B. *de servis*] *de servos* V. 26 *hoc est*] V ; μ om. *est*.

5. *principali animae, hoc est, cordi*] Hieron. Epist. 64, 1 'Quaeritur ubi sit animae principale. Plato in cerebro, Christus monstrat in corde'; Comm. in Matth. 15, 19 sq. 'Ergo animae principale non secundum Platonem in cerebro, sed iuxta Christum in corde est.' Conf. etiam supra III[1] 16, 17 et III[2] 397, 28.

6. *principale i. e. caput*] In Is. h. l. 'Inter ipsos quoque sensus et omnia membra corporis principalem locum obtinet caput, in quo visus et odoratus, auditus et gustus est'.

meam duritiam senserint. Et prudenter dixit, spreverunt. Nemo spernitur, nisi cuius nimia bonitas est: ergo et illi, clementiam et mansuetudinem meam inbecillitatem interpretantes, spreverunt quem timere et amare debuerant. Et proponit exemplum, quod supra diximus, de bove et asino. Hoc autem totum interpretamur in sanctis, qui per peccata sua a Domino recesserunt, quod multo deteriores sint brutis animalibus: illa enim, non habentia tanta dominorum et possessorum beneficia, nihilominus a domino non recedunt: et bos enim cum vapulaverit, et asinus cum a domino fuerit indagatus, non sentit plagas, sed beneficiorum tantummodo recordatur; et cum viderit dominum, adludit, et laetitiam mentis quibuscumque potest gestibus indicat: Israhel vero, hoc est anima videns Deum, me cognoscere noluit.

[IN ESAIAM VI, 1-7.]

Et factum est, anno quo mortuus est Ozias rex, vidi Dominum Sabaoth sedentem super thronum excelsum et elevatum: et Seraphin stabant in circuitu eius: sex alae uni, et sex alae alteri. Videamus quid de hoc loco Esaiae prophetae vir, ut putant, eruditissimus senserit. Oziam regem fuisse Iudaeae sacra scriptura commemorat. At Origenes: 'Non poterat, inquit, Esaias propheta cernere visionem, nisi ei fuisset Ozias rex mortuus.' Quod nos nequaquam recipimus; siquidem vivente Ozia ante hoc capitulum multa Esaiam vidisse legimus, sicut ipsius prophetae testatur

1 *senserint*] *senserit* V. *Nemo*] *enim* sup. lin. add. B. *spernitur*] BV; *spernit* μ. 2 *illi*] B; *illius* μ. 5 *in sanctis*] optime BV; *in scripturis* μ, et absque codicum auctoritate add. *de eis.* 6 *multo*] *multe* V. 7 *habentia*] *habentium* V. *nihilominus*] corr. ex *nihil omnibus* V. 9 *indagatus*] scripsi, iuxta cod. B; *indignatus* μ; item V, sed *a* ex *ti* correcta et *tu* sup. lin. suppleto. 11 *indicat: Israhel*] *indicatis israhel* B; *indicat srahel* V. 12 *noluit*] *EXPLICIT DE AESAIA PAUCA CAPITULA* V; *EXPLICIT FELICITER* B. Veronenses vero editores add. *etc.* Et in nota: 'Abunde satis haec sint ad internoscendum consarcinatoris ingenium. Cetera nec operae pretium est persequi.' Prudenter id quidem, cum nihil omnino amplius in codice habeatur! 13 *IN ESAIAM*] A cl. Ambrosio Amelli nuperrime luce donatus (=α) ex mss. Casin. 342 et 345 (=C); deest inscriptio in codd. 17 *vir ut*] scripsi; *ut rut* cod. 342; *ut ut* α. 21 *Esaiam*] *esaya* cod. 342.

9. *indagatus*] Hieron. Vita Hilarion. n. 5 'Ego, inquit, aselle,... per aestus indagabo et frigora'. Idem verbum eodem fere sensu ex antiqua translatione Danielis 2, 44 a Victorino Pettabionensi episcopo et martyre adhibitum esse animadverti in fragmento Comment. in Apoc. a cl. Io. Haussleiter nuper edito (Theolog. Literaturblatt 26 april. 1895, p. 197, l. 30 sq): 'Et regnum hoc alia gens non indagabit: namque dominus *percutiet et indagabit* universa regna'; quo quidem loco apud LXX habetur λεπτυνεῖ καὶ λικμήσει.

16. *alteri*] Is. 6, 1 sq.

19. *rex mortuus*] Cf. primam Origenis homil. ex translatione Hieronymi, ap. Migne 24, 937 A.

exordium, dicens : 'Visio quam vidit Esaias filius Amos propheta, quam vidit contra Iudaeam et contra Hierusalem in diebus Oziae Ioatham et Achaz et Ezechiae regum Iuda.' Quomodo ergo Origenes adserit, non potuisse Esaiam videre visionem, nisi ei mortuus fuisset Ozias rex, cum perspicue antequam Ozias moreretur Esaias coeperit prophetare? Et idem ait 'Audi caelum, et auribus percipe terra, quia Dominus locutus est', exponens quae et post visionem Dominus sit locutus. Nec negatur quod Ozias rex peccator fuerit : sed hoc quaerimus, quomodo propter regem peccatorem sanctus propheta visionem Dei videre non potuerit? Igitur in consequentibus idem Origenes, Oziam regem allegorice interpretans, inter cetera etiam hoc intulit : 'Talem regem et principem animae oportet mori, ut possimus Dei cernere visionem. Neque enim frustra scriptum est, *Factum est in anno quo mortuus est Ozias rex, vidi Dominum Sabaoth*. Unicuique nostrum ut vivit Ozias, vivit Farao, sed quamdiu Aegyptia opera facimus, et non ingemiscimus : si autem mortuus nobis fuerit Farao, statim dolorem gemitu protestamur, sicut in Exodo scriptum est. In hunc modum quamdiu vivit Ozias, non possumus Dei cernere visionem.' Cum haec ita disserat, non tam pertinaces sumus, ut allegoriam, si pia sit, et de veritatis fonte ducatur, refutandam putemus; ita dumtaxat, si non sit contraria veritati, non pervertat historiam, si sensum scripturae sanctae sequatur, et non voluntatem perversi interpretis scripturarum praeferat auctoritati. Dicamus igitur et nos Origeni, qui allegoriae nubilo universa confundit : Non sic divinatio tua, non sic. Historia enim pro qualitate temporum quae gesta sunt narrat, et legentes exemplo sui provocat sequi optima et vitare contraria; porro allegoria quasi quibusdam gradibus per historiam ad excelsa conscendit, ut sublimior sit, non contraria. Denique beatus apostolus Paulus exponens sacramenta Adam et Evae, non negavit plasmationem eorum, sed super

1 *propheta*] cod; *prophetae* α, nescio quare. 2 *Ioatham*] *Ioathan* α. 11 *animae*] *ante me* cod. 342. | *me oportet mori*] ab his incipit cod. 345, quocum codex 342 parum ultra progreditur. 14 *ut vivit*] *utui-* | *uiuit* cod. 342. 19 *allegoriam*]—*ia* C. 21.22 *script.*] *scribt.* C. 26 *gradibus*] *gravibus* C. 28 *Evae*] *Eva* C.

3. *Iuda*] Is. 1, 1.
6. *locutus est*] ibid. 2.
18. *visionem*] Origen. ab Hieronymo translat. loc. cit. 937 A. B.
22. *scripturarum praeferat auctoritati*] Suggerit Amellius Hieron. epist. 98, n. 19 : 'qui auctoritati scripturarum Origenis praeferunt deliramenta'.
23. *allegoriae nubilo*] Idem Amellius simile quiddam apud Hieron. notavit epist. 84, n. 2 : 'Allegoriae nubilum serena expositione discutitur'.
28. *super fundamentum historiae*] Idem vir. cl. ad Hieron. Comm. in Is. lib. 6, prolog. nos revocat, ubi scribitur 'super fundamenta historiae... spiritale extruerem aedificium'.

fundamentum historiae spiritalem intellegentiam aedificans, ait : ' Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem suam, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in ecclesia. ' Et alibi, cum ex historia antiquissima proferret exemplum, in qua scriptum est, quomodo ad Moysi virgam de petra aqua eruperit, ut sitiens populus biberet, sic aptat intellegentiam spiritalem : ' Bibebant inquit, ex spiritali sequente eos petra ; petra autem erat Christus. ' Apertissimam enim historiam nequaquam negat, et ea quae gesta sunt ad excelsiorem intellegentiam trahens sic erigit culmen, ut fundamenta non subtrahat. Si in hunc modum Origenes allegorias quaereret, et nos libenter haberemus ; sed quia sic aedificat mendacium ut destruat veritatem, refutamus eius explanationem.

Consideremus ergo quid dicat : ' Non poterat cernere visionem propheta, quamdiu vivebat Ozias. ' Et allegorice interpretans statim infert : ' Oportet principem animae Oziam primum mori, ut sic propheta cernat visionem. ' Quid ergo dicemus ad id quod Esaias loquitur : *O miser ego, quoniam conpunctus sum, quoniam cum sim homo, et inmunda labia habeam, in medio populi inmunda labia habentis ego habito, et regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis?* Si enim inmunda habebat labia, quomodo in huius anima mortuus erat rex Ozias, ut cerneret visionem ? In tantum autem et sua et populi labia confitetur inmunda, ut postea se dicat purgationis gratiam consecutum. Sequitur enim : *Et missum est ad me unum de Seraphin, et in manu habebat carbonem, quem forcipe tulerat de altari. Et tetigit os meum, et ait : Ecce tetigit hoc labia tua, et auferet iniquitates tuas, et peccata tua purgat.* Nec ante iniquitates eius ablatae

5 *Moysi*] scripsi ; *Moyse* C ; *Moysis* α. 7 *sequente*] *sequenti* C. 9 *negat*] *negant* C. *et*] pro *sed?* 12 *destruat*] *destruhat* C. 16 *Oziam*] *Ozias* C. 25 *auferet*] scripsi, gr. ἀφελεῖ ; *aufert* α ; *auferes*, *s* sub rasura C.

4. *in ecclesia*] Ephes. 5, 31 sq. Adserit Hieronymus (Comment. ad h. l., Migne 26, 568 C) Apostolum, pro *patre suo* et *matre sua*, pronomina abstulisse, et *patrem* tantum posuisse *et matrem*, insuper verba *et adhaerebit uxori suae* penitus praetermisisse. Sed haec quidem ibi ille anno fere 387 Origenem secutus ; ceterum sex circiter post annos adversus Iovinianum ita scribit I, 16 : ' Hoc ipsum interpretetur Apostolus : *Propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una.* Statimque subiungit : *Sacramentum hoc magnum est, ego autum dico in Christo et in ecclesia* '. Non est igitur, cur S. Doctorem nostro tractatori opponas.

8. *Christus*] 1 Cor. 10, 4.

11. *libenter haberemus*] Cf. supra III[a] 181, 24 : ' Angeli libenter habent praedicari eorum creatorem '.

20. *meis*] Is. 6, 5.

26. *purgat*] ibid. 6 sq.

sunt et peccata mundata, quam cerneret visionem. Quomodo ergo iuxta Origenis allegoriam Ozias princeps animae eius mortuus erat, qui adhuc labia post visionem habebat inmunda, quippe cum postea iniquitates eius ablatae sint, et peccata mundata? Apparet enim Dominus etiam peccatoribus, ut eos retrahat a peccatis. Nam et sanctus Paulus cum esset adulescens et vastaret ecclesiam, et acceptis adversum apostolos litteris in eorum sanguinem desaeviret, apparuit ei Salvator, et locutus est: 'Saule, Saule, quid me persequeris?' Sed et Nabuchodonosor rex Chaldaeus, cum in fornace ignis tres pueri deambularent, vidit quartum in medio eorum, et ait: 'Nonne tres pueros misimus in medium ignis ligatos? Et quomodo ego video quatuor viros solutos, et ambulantes in medio ignis, et corruptio non est in eis, et visio quarti similitudo filii Dei?' Moses quoque, qui nutritus in Aegypto est, et eruditus omni Aegyptiorum sapientia, vidit visionem ardentis rubi, qui non comburebatur; cumque dixisset 'Transiens videbo visionem hanc magnam', Deus prius locutus est ad eum: 'Mosi, Mosi, ne propinques huc, solve calciamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est'. Qui eruditur deinceps, ut post visionem Dei gracilis vocis et linguae tardissimae esse se dicit, id est indignum ministerio verbi Dei, pro quo ad populum mittebatur. In hunc ergo modum clementissimus Deus et Esaiae, iuxta quod homo videre poterat, se offert videndum; et idcirco post visionem propheta loquitur: *O miser ego, quoniam conpunctus sum. Nam cum homo* [*sim*], *et inmunda labia habeam, in medio populi inmunda labia habentis habito, et regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis.* Nihilque est aliud quod propheta commemorat, nisi hoc: Cum peccator sim et plenus iniquitatum, vidi Dominum sedentem super thronum excelsum

1 *iuxta*] *iusta* C. 6 *apostolos*] *apostolis* C. 16 *prius*] legendum esse conicio; *pius* C. *Mosi, Mosi*] gr. Μωυσῆ Μωυσῆ; *Mosy, Mosy* C. 19 *dicit*] Mercati coniecit *dicat*. 23 *sim*] om. C. 24 *Nihil... aliud*] *Nichil... aliut* C.

8. *persequeris*] Act. 9, 4.

13. *Dei*] Dan. 3, 91 sq. Obicit vir eruditissimus Io. Mercati (Rev. Biblique X, 389), haud parum discrepare verba heic commemorata ab iis quae leguntur in Commentario Danielis P. L. 25, 534 sq. Neque id negamus: sed nodus facile expedietur, ubi animadverteris, Danielis exemplum in Commentario secundum « hebraicam veritatem » ipso monente Hieronymo proferri, hic e contrario iuxta antiquam translationem ex graeco memoriter praestringi, quod illi « cotidie in conventu fratrum scripturas edisserenti » solenne erat. (Contra Ruf. II, 24 et 27).

15. *magnam*] Exod. 3, 3.

17. *sancta est*] ibid. 4 sq.

20. *clementissimus Deus*] Cf. supra III[2] 72, 32 'O clementissimus pater' et locum Comment. Is. ibi in nota laudatum.

24. *meis*] Is. 6, 5.

et elevatum. Quin rebus probatur, Origenis allegoriam nec elegantiam habere nec veritatem : non enim, ut ille testatus est, princeps animae eius mortuus est, et sic vidit visionem Dei, cum post visionem inmunda labia se habere testatus sit. Sive igitur iuxta historiam, sive iuxta allegoriam, mentitus esse convincitur. Vivo enim Ozia vidit Esaias visionem contra Iudaeam et Ierusalem, sicut scriptum legimus ; et eodem anno quo mortuus est Ozias, vidit aliam visionem. Porro iuxta allegoriam sic errasse deprehenditur. Quomodo enim mortuus erat princeps animae eius Ozias, cum adhuc labia haberet inmunda ? Si autem illi non erat mortuus qui labia habebat inmunda, quomodo morietur et nobis quando viderimus visionem, si post visionem adhuc labia habuerimus inmunda ? Est autem sensus perspicuus, iuxta illud quod Paulus scripsit : ' Cum ergo adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est '. Et de Esaia dicimus similiter : si adhuc labia habebat inmunda, et necdum ei mortuus erat Ozias, quem Origenes interpretatur principem animae prophetalis, vidit Esaias non ex suo merito sed ex clementia Salvatoris visionem ; et licet eum inmunda labia prohiberent ne videret divinam magnificentiam, tamen misericordia Creatoris sui videndam se offerebat, quae idcirco apparet peccatoribus, ut peccata eorum auferat.

Cessent ergo Origenis tendiculae, et veritas superet, adversum quam rursus loquitur : ' Duo vidi Seraphin : in utroque erant senae alae : duabus tegebant faciem, non suam sed Dei, et duabus tegebant pedes, non suos sed Dei, et duabus volabant. ' In hoc quoque loco arguitur suum posuisse sensum, qui semper novitatibus gaudet, et erubescit dicere quod omnibus pateat. Neque enim Dei faciem, iuxta quod Deus videri potest, duabus alis operiebant Seraphin, ut ille confixit ; sed suam, ut prophetae ostenderent Dei faciem, iuxta id quod Deus est, mortalium oculis non videri. Unde et Moyses cum loqueretur ad Dominum : ' Ostende te mihi manifeste, ut videam te ' audit ab eo : ' Nemo videbit faciem meam, et vivet. '

6 *sicut scriptum legimus*] scripseram, in quo Iohannem Mercati mihi adsentiri cognovi ; *sicut scriptum est. Legimus* C. 15 *animae prophetalis*] scripsi ; *prophetantis* α, qui in C legi adserit *prophetatis*. Cf. infra 109, 13. 17 *videret*] *viderent* sub ras. C. *divinam magnificentiam*] *divina magnificentia* C. 21 *vidi*] α inter errata ; *vidit* C. 23 *arguitur suum*] *arguit ursuum* C. 25 *enim*] *ei* C. 27 *Deus*] C ; α mutavit in *Dei*.

13. *mortuus est*] Rom. 5, 8.
15. *animae prophetalis*] et infra 109, 13 *desiderio prophetali*. — Hieron. Ep. 96, 3 ' prophetale vaticinium ' ; ibid. n. 9 ' prophetalis sermo ' etc.
20. *Cessent ergo Origenis tendiculae*] Hieron. Ep. 98, 6 ' Cessent Apollinaris discipuli... ' ; ibid. n. 8 ' Sed cessent illi a novorum... ' ; ibid. n. 2 ' haereticorum... tendiculas declinantes ' etc.
23. *volabant*] Cf. Migne 24, 939 B.
29. *videam te*] Exod. 33, 13.
vivet] ibid. 20.

Quibus dictis docetur cupiditati suae modum ponere, et fragilitatis propriae nosse mensuram. Sed et Iohannes clamat : ' Deum nemo vidit umquam ; Unigenitus Deus, qui est in sinu Patris, ipse narravit. ' Cuius sententiae definitio non homines tantum, sed omnes rationabiles creaturas et quicquid extra Deum est docet Deum videre non posse iuxta id quod Deus, sed iuxta id quod se creaturis suis dignanter ostendit. Quas ob causas et sanctus Paulus ait : ' Regi autem saeculorum incorruptibili invisibili soli Deo honor et gloria. ' Quando dicit invisibilem Deum, non aliis visibilem et aliis invisibilem esse significat : quicquid enim invisibile est, a nullo videri, sed invisibile est omnibus, ut invisibilis Dei natura servetur. Cui sensui et illud testimonium congruit : ' Qui solus habet inmortalitatem, et lucem habitat inaccessibilem ; quem nullus hominum vidit umquam, nec videre potest '. Verbum inaccessibile [....] Ergo Seraphin suam operiebant faciem, non Dei : quia nulla creatura, sive visibilium sive invisibilium, divinam potest comprehendere magnitudinem.

In consequentibus quoque non utile adserit : ' Duo Seraphin operiebant Dei pedes. ' Si enim faciem illius et pedes Seraphin operiunt, maiora

10 *videri*] α inter uncinos suppl. *potest.* 11 *Cui sensui*] α ; *cui sensu* C. 12 *habitat*] *abitat* C. 13 *Verbum inaccessibile*...] Aliqua hic desiderari suspicor, uti profecto desiderantur infra, ubi ' de tabernaculo in ty...... factum erat '.

3. *narravit*] Io. 1, 18. Utrumque locum in Commentario quoque Isaiae 6, 1 adlatum notat Amellius. Quod idem accidit in Dialogo contra Pelag. III, 12 : ' Audit (Moyses) a Domino, *Non potes videre faciem meam ; non enim videbit homo faciem meam, et vivet*... Et Iohannes evangelista sacra voce testatur, dicens, *Deum nemo vidit umquam; Unigenitus Filius qui est in sinu Patris ipse narravit* '. Quod autem hic legitur *Unigenitus Deus*, non *Filius*, id quidem minime neglegendum, praesertim cum absolute dixerit recentissimus Novi Testamenti latini editor Io. Wordsworth, p. 509, ' *unigenitus Deus* apud Latinos NUSQUAM apparere nisi apud Iren. p. 256 '. In graecis vero exemplaribus praedicta lectio tantam habet auctoritatem, ut eam in textum recipere Westcott et Hort non dubitaverint.

7. *incorruptibili invisibili*] 1 Tim. 1, 17 item ex graeco ἀφθάρτῳ ἀοράτῳ. Cf. Hieron. ep. 18, n. 17 : ' Siquidem ipse Deus invisibilis et incorruptibilis...'

13. *potest*] 1 Tim. 6, 16. Referendus animus ad Dialog. c. Pelag. III, 12 ubi inter exempla ex Exodo et Iohanne superius iam exhibita hoc quoque S. Pater commemorat : ' Unde et apostolus invisibilem solum Deum, qui et lucem habitat inaccessibilem, et quem nullus hominum viderit, neque possit videre, appellat. '

14. *non Dei*] Quod nunc nimio studio concitatus infitiatur orator, anno 381 in ep. 18 haud cunctanter probaverat ; itemque anno 392 in Comment. Abacuc 3, 1 aperte describit ' duo Seraphin... in Isaia velantia caput et pedes Domini '. Demum an. circ. 410 in Comment. Isaiae 6, 2 animo iam aequiori utramque interpretationem ' iuxta hebraei sermonis ambiguitatem ' admitti posse concedet.

erunt Deo, cuius, ut ita dicam, summum ultimumque operiunt. Quod nequaquam ita accipiendum est, ne Seraphin Deo maiora credamus; quod Origenes licet sermone taceat, consequentibus loquitur. Omne enim quod aliud [operit], maius est eo quod operit; et quicquid operitur, minus est eo quo operitur. Ad quod ille, quid diceret nesciens, inpietate pervenit. David quoque incircumscriptum asserens Deum, mystica voce decantat: 'Quo ibo ab spiritu tuo, et a facie tua quo fugiam? Si ascendero in caelum, tu illic es; si descendero in infernum, ades. Si assumpsero pinnas meas deluculo, et habitavero in extremis maris. Etenim manus tua illuc deducet me, et tenebit me dextera tua.' Unde et sanctus Paulus loquitur de Mosi: 'Invisibilem enim quasi videns expectabat.' Iuxta quem sensum et Seraphin extrema Dei, quae spiritaliter appellantur pedes eius, non operiunt; sed suis gressibus et desiderio prophetali inponunt modum, ne ultra velint tendere, quam creaturarum fragilitas patitur. Unde suos operiunt pedes, ut plus quam Deus se vult intellegi, scire non cupiant. Dicit etiam: *Seraphin stabant in circuitu eius.* Stare ea indicat, et in sua manere mensura, ne ad maiora festinent. Unde et mediis alis volabant, ut mediocritate contenta sint volatus quae additur; ut humilia relinquentes, de Deo quae excelsa sunt cogitent. Omnipotentem autem esse Deum qui maiestate sua cuncta continet, et publica mortalium vox est, et propheta testatur dicens: 'Operuit caelos virtus eius.' Ante quem Salomon aliis verbis eundem exprimit sensum: 'Gloria Dei abscondit verbum.' David quoque de Deo similia sentiens: 'Posuit, inquit, tenebras latibulum suum.' Unde ostenditur incomprehensibilem esse et invisibilem Deum. Etiam Esaias, qui ante dixerat *Vidi Dominum*

4 *operit*] post *aliud* suppl. α; om. C. 5 *diceret*] α; *dicere* C. 9 *habitavero*]-*abero* C. 11 *de Mosi*: *Invisibilem*] scripsi: *de Mosyn visibilem* C; *de Mosyn*: *Invisibilem* α. 18 *contenta sint volatus*] *contentas in tuo latus* C. 23 *de Deo*] conieci; *et Deo* α. Cf. inter errata editionis Amellianae ad n. 7 *et Seraphin* pro *de Seraphin*. 24 *ostenditur*] recte suspicatus est Io. Mercati; *adtenditur* α, qui quidem adnotat in C legi *tenditur*, spatio vacuo relicto pro duabus litteris.

3. *quod Origenes licet sermone taceat, consequentibus loquitur*] Mira verborum similitudo cum epistula 98, n. 15: 'Quod licet sermone taceat (Origenes)... tamen ipsa dicere necessitate compellitur, quae prioribus dictis ordine nectit sequentia.' Cf. etiam Dialog. c. Pelag. I, 19: 'Quod licet non dicatis, ... tamen aliis verbis loquimini.'

4. *maius est eo quod operit*] Hieron. in Abac. 3, 4 'Nosse debemus, minus esse quod operitur ab eo quod operit... Cum ergo virtus Dei operiat caelos, maior est caelis virtus eius, qua operiuntur caeli.'

5. *quid diceret nesciens*] Item ep. 98, n. 14 'Simili errore deceptus, et nesciens quid loquatur...'

10. *tua*] Ps. 138, 7-10.

11. *expectabat*] Hebr. 11, 27.

16. *eius*] Is. 6, 2.

21. *virtus eius*] Abac. 3, 3 iuxta LXX.

23. *verbum*] Prov. 25, 2 item graece.

24. *suum*] Ps. 17, 12.

Sabaoth sedentem super thronum excelsum et elevatum, in consequentibus loquitur *Et domus inpleta est fumo*, ut inconprehensibilem Deum et inaccessibilem demonstraret; quo scilicet tenebris et caligine circa eum involuta sint omnia, licet appareat his quos erudire voluerit, sicut ipse dignatur. Quod et sanctus Paulus intellegens ait: 'O profundum divitiarum et sapientiae et scientiae Dei! Quam inscrutabilia iudicia eius et investigabiles viae illius! Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? aut quis dedit ei, ut retribuatur illi? Quia ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia.' Si autem in ipso sunt omnia, et Seraphin sunt; et licet aliis creaturis maiora videantur, tamen Deus ab eis operiri non potest, sed et ista et omnes alias creaturas maiestas divina circumdat. In eo enim quod dicitur 'O profundum divitiarum sapientiae et scientiae Dei!' inconprehensibilitas illius demonstratur. Cumque idem apostolus Paulus scribit in alio loco 'Credere oportet accedentem ad Deum quia est', non posuit quis et qualis sit debere cognosci, sed tantum quod sit. Scimus enim esse Deum, scimusque quid non sit; quid autem et qualis sit, scire non possumus. Quoniam bonitatis est atque clementiae descendentis ad nos, ut aliqua de eo aestimare valeamus, esse eum sentiamus beneficiis: qualis autem sit, propter profundum interiacens nulla potest intellegere creatura; et, ut pressius aliquid loquar, quid non sit Deus novimus, quid autem sit scire non possumus. Non quo aliquid habens, postea habere desierit; sed quo id, quod nobis iunctum est per naturae fragilitatem, ille non habeat: verbi gratia, aut mutabilis ut corpus, ut aliquo indigeat, ut humanis pateat aspectibus, et si qua sunt alia, quibus creatura subiecta est. Quae cum a Deo facta sit, sapientia eius et ratione perfecta est. Neque enim, ut quidam philosophorum putant, absque providentia fortuito cuncta esse coeperunt: quia quicquid fortuitum est, non habet ordinem atque consilium; quod ex arte descendit, quae apparet in cunctis, et artificis prudentiam suo declarat intuitu, non

6 *et sapientiae*] Cα, iuxta graec. Rom. 11,33 καὶ σοφίας. 8 *aut quis d. e. u. retribuatur illi?*] 1 m. in ras. C. 15 *sed*] *et* C. Cf. supra 105, 9. 16 *quid autem*] *quit autem* C. 19 *esse*] C; *et esse* α. 23 *aut mutabilis ut corpus*] C α; legendum suspicor *ut mutabile sit corpus*, saltem *aut* in *ut* esse mutandum.

1. *elevatum*] Is. 6, 1.
2. *fumo*] ibid. 4.
9. *omnia*] Rom. 11, 33-36.
15. *quia est*] Hebr. 11, 6.
26. *ut quidam philosophorum putant*] Hieron. in Eccles. c. 9. Migne 23, 1138 C: 'Et haec, inquit, aliquis loquatur Epicurus, et Aristippus, et Cyrenaici, et ceterae pecudes philosophorum. Ego autem mecum diligenter retractans, invenio, non, ut quidam male aestimant, omnia fortuito geri.'

solum in opere, sed et in consilio operis atque ratione. Lucet itaque in omnibus creaturis Dei sapientia, nihilque quod factum est absque causa et utilitate factum est. Ipsa quoque utilitas habet in se pulchritudinem, et pulchritudo utilitate decoratur; unaque elementorum materies diversas accipit formas, ut in singulis speciebus Dei providentia cognoscatur. Quod considerans, in laudes Dei psalmista prorumpit dicens: 'Mirabilia opera tua, et anima mea cognoscit nimis.' Et propheta ei adsentiens loquitur: 'Consideravi opera tua, et expavi.' Illud quoque quod scriptum est 'Ecce omnia bona valde', non fortuito processisse significat creaturam, sed Dei cuncta facta consilio atque sapientia, ut et species et pulchritudo et incredibilis consonantia in omnium creaturarum diversitate noscatur. Beatus propheta 'Caeli, inquit, enarrant gloriam Dei': non quod caeli os et linguam et arterias moveant ad clamandum; sed quod ex sua consonantia et perpetua servitute Creatoris indicent voluntatem. Ex magnitudine enim et pulchritudine creaturarum consequenter Creatorem earum intellegimus, et 'invisibilia Dei a constitutione mundi per ea quae facta sunt intellecta conspicimus.' Quid sit igitur, ut diximus, Deus, scire non possumus; quod autem sit, intellegimus, non nostro sensu, sed illius misericordia, per ea quae fecit Factoris prudentiam contemplantes. An non in navi et aedificio artificem navium et caementarium cogitamus, in opere videntes artem, et in singulis quae ratione perfecta sunt, rationem invisibilem cernimus? Unde et Deus per creaturas suas perspicitur, et invisibilitatem suam quodammodo facit esse visibilem. Neque enim caelum operit Deum, et facit esse invisibilem, nec Seraphin et ceterae creaturae, quasi possit videri, et eorum beneficio atque operimento visibilis esse desistat; sed in omnibus est, et ubique est, et super omnia est, et cuncta percurrit visibilia et invisibilia, regens omnia atque sustentans, nec loca mutans locis, sed cuncta ratione dispensans; ut terrae moles illius voluntate solidata sit, rursumque ad nutum eius concutiatur, pavefaciens corda mortalium, quando correptione indigemus; ut maria soluto liquore diffusa sint, et cum ad statutos venerint terminos, inlisione fluctuum retundantur; ut in quatuor tempora anni circulus dividatur, et per momenta decrescentia atque crescentia diversitate aeris

1 *ratione*] C 1 m; *rationis* α, C poster. man. corr. Atqui prior lectio sane retinenda erat. 4 *decoratur*] α; *decoretur* C. 6 *prorumpit*] scripsi; *prorupit* Cα. 7 *propheta ei*] conicit Mercati; *prophetae* Cα. *adsentiens*] *adesentiens* C. 23 *perspicitur*] iterum ex coniectura; *prospicit* Cα.

7. *nimis*] Ps. 138, 14.
8. *expavi*] Abac. 3, 2 iuxta LXX.
9. *valde*] Gen. 1, 31.
12. *Dei*] Ps. 18, 1.
17. *conspicimus*] Rom. 1, 20.

foveantur semina, nutriantur germina, et solis caloribus torreantur; rationabiles quoque et invisibiles creaturas suo illustrans lumine, ut semper Dei amore teneantur, et nequaquam ad terrena declinent. Quin rebus ostenditur, Seraphin non Dei vultum pedesque texisse, ut Origenes somniat, volens illum probare invisibilem, non naturae proprietate, sed beneficio creaturarum. Nam cum propheta dixisset *Vidi Dominum Sabaoth sedentem super thronum excelsum et elevatum*, rursum videntur Seraphin operire faciem suam et pedes, ut prophetae ostenderent Dei magnificentiam non videri, sed pro qualitate meritorum offerre se conspectui mortalium, ita tamen, ut invisibilis permaneret. Unde et Moyses erudiens populum quod esset invisibilis Deus, loquitur: 'Vocem sermonum eius audistis, et similitudinem non vidistis, sed tantum vocem.' Quod quidem Dominus atque Salvator etiam de Spiritu Sancto dicit: 'Spiritus ubi vult spirat, et vocem eius audis, sed nescis unde veniat et quo vadit', etiam Spiritum invisibilem et incomprehensibilem esse protestans. A quo doctus apostolus Paulus in haec verba prorumpit: 'Quis enim scit hominum ea quae sunt in homine, nisi spiritus hominis qui est in eo? Sic et ea quae Dei sunt nullus novit, nisi Spiritus Dei qui est in eo.' Cumque Deus invisibilis sit, consequenter et Spiritus qui in Deo est invisibilis appellatur, continens omnia atque pertransiens, iuxta illud quod alibi scriptum est: 'Spiritus Domini inplevit orbem terrarum.' Legimus de omnipotente Deo: 'Nonne caelum et terram ego impleo? dicit Dominus.' Quod et de Salvatore, qui humanum corpus assumpsit, apostolus credens loquitur: 'Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes caelos, ut impleat omnia.' Cuius participatione et Seraphin plenitudinem sortiuntur, et per sanctificationem Spiritus Sancti omnes sanctae fortitudines recipiunt sanctitatem.

Transeamus ad Hiezechihel, ut illum quoque similia sensisse doceamus. Describens visionem Cherubin, et quatuor animantium sacramenta, hoc

8 *prophetae*] α; *propheta* C. 11 *sermonum*] α; *sermonem* C. 16 *prorumpit*] *prorupit* Cα, ut pag. praeced., l. 6. 20 *iuxta*] *iuxta* C moresuo. 21 *inplevit*] C 1 m. corr. ex *replevit*. 24 *credens*] = 'confidens', uti gr. πιστεύων. 25 *Seraphin plenitudinem sortiuntur*] scribendum conicio; *Seraphin in plenitudine sortiuntur* Cα.

12. *vocem*] Deut. 4, 12.
15. *vadit*] Io. 3, 8.
18. *in eo*] 1 Cor. 2, 11.
21. *terrarum*] Sap. 1, 7.
23. *Dominus*] Ier. 23, 24.
25. *omnia*] Eph. 4, 10.
27. *sanctae fortitudines*] Cf. Hieron. in Is. 6, 5 'Seraphin, quos angelicas fortitudines intellegimus'; et Translat. Didymi de Spir. sancto n. 56 'supernae rationabilesque virtutes, quas solet scriptura angelos et fortitudines nominare' Sed et supra, de Ps. X 4, 16 'haereticae vel contrariae fortitudines'.

etiam intulit : ' Et alae eorum extentae desuper quatuor, singula duas habebant alas coniunctas sibi, et duabus operiebant corpora sua.' Consideremus quid dicat : sua velabant corpora, non Dei ; ut per haec verba discamus, omnem creaturam, quamvis sit rationabilis, et terrena transierit, tamen condicione fragilitatis suae Deum, ut est, videre non posse, nec clarum lumen eius caligantibus oculis intueri. Quem sensum sub aliis verbis idem propheta mystica narratione describit : ' Et ecce vox super firmamentum quod erat super caput eorum, quasi visio lapidis, similitudine throni ; et super similitudinem throni, similitudo quasi species hominis. Et vidi quasi visionem electri a lumbis et supra ; et a renibus deorsum quasi aspectum ignis, et splendorem in circuitu, quasi visionem arcus in nube in die pluviae. Haec erat visio splendoris in circuitu, et hic aspectus similitudinis gloriae Domini. ' Qua descriptione demonstrat, non Deum se cernere, sed similitudinem gloriae Domini ; ut ex similitudine quam ferre non sustinet, quanta sit veritas valeat suspicari, cuius imaginem sanctis quibusque largitur : quia naturam divinae maiestatis creatura non conspicit. Unde idem propheta in consequentibus loquitur : ' Et surrexi, et egressus sum in campum ; et ecce ibi gloria Domini stabat sicut visio gloriae quam prius videram super fluvium Chobar, et cado in faciem meam '; ut ostenderet invisibilem esse Deum, et omne quod conditum est Conditorem suum videre non posse. Legimus in evangelio, cum transfiguratus Dominus fuisset in monte, cecidisse apostolos in faciem suam, quoniam gloriam vultus eius ferre non poterant. Non solum enim Deus Pater omnipotens, sed etiam Filius, id est sermo Dei, iuxta naturam suam invisibilis est. Quamobrem et visibile idem humanum corpus assumpsit, ut per id quod videri poterat, praesens Deus invisibilis loqueretur.

Cum hoc nemo dubitet, rursum Origenes de Seraphin disputans, sic ea super mensuram suam laudat, ut Filium Dei blasphemet, et Spiritum

29 *Filium*] *Filius* C.

2. *sua*] Ezech. c. 1, vers. 11 ; 23 mendose apud Amellium, 13 vero iuxta Mercati, qui et ipse, ut verbis Hieronymi utar, (Tract. de ps. 77, III[a] 60, 18) ' dum errorem emendaret, fecit errorem '. Simulque considera hic quoque ex graeco, in Commentario vero Ezechielis iuxta Hebraicam veritatem proferri testimonium : non est igitur cur tantopere miretur Mercati Nostrum optime cum Ambrosio, non cum Hieronymiano Commentario concordare.

13. *Domini*] Ezech. 1,25—2,1 constanter iuxta graecum.

20. *meam*] Ezech. 3, 23 item ex graeco.

24. *sed etiam Filius... invisibilis est*] Consonat Hieron. in Comment. Isaiae h. l. (Migne 24, 94 sq.) : ' Ad quod respondebimus, non solum Patris divinitatem, sed ne Filii quidem et Spiritus sancti, quia una in Trinitate natura est, posse oculos carnis aspicere... Ergo Dei natura non cernitur, sed videtur hominibus, ut voluerit. '

Sanctum. Dicit enim in consequentibus : 'Sed haec de Seraphin quae circa Deum sunt, et sola rationabiliter atque prudenter dicunt *Sanctus Sanctus Sanctus.* Ideo prudenter laudant atque sapienter, quia sancta sunt.' Nec nos possumus denegare, quod Seraphin rationabiliter dicant atque prudenter, Sanctus Sanctus Sanctus : sed quaero a doctore praecipuo, ubi in sanctis scripturis legerit, sola Seraphin Deum laudare prudenter ; cum omnes rationabiles creaturae et primogenita caelestis ecclesiae Deum noverint? Et Throni, et Dominationes, et Principatus, et Potestates, et Fortitudines, quas Paulus enumerat, prudenter sanctum praedicant Deum. Nam Esaias clamat : 'Sanctus Dominus qui habitat in excelsis.' Et ante illum David : 'Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorate scabillum pedum eius, quia sanctus est.' Danihel quoque de angelorum exercitu loquitur : 'Milia milium ministrabant ei.' Omnes enim administratorii spiritus sanctum Deum prudenter et rationabiliter praedicant ; quod et quattuor pueros in camino aestuantis incendii cecinisse legimus : 'Benedicite angeli Domini Dominum, laudate et exaltate eum in saecula.' Et non solum Seraphin, ut Origenes audacter pronuntiat, scienter et docte laudant Deum dicentia *Sanctus Sanctus Sanctus* ; sed et omnes creaturae, iuxta Ananiam et Azariam et Misahel, digne laudare Dominum comprobantur. Sequitur enim : 'Benedicite omnia opera Domini Dominum, laudate et exaltate eum in saecula.' Sed et in psalmis omnes creaturae ad laudem Domini provocantur, dicente David : 'Lau-

7 *caelestis ecclesiae*] *caelesti aecclesiae* C. 19 *iuxta*] *iusta* C et sic constanter.

3. *Ideo prudenter laudant atque sapienter*] Pro his verbis legitur in Origenis homilia ab Hieronymo translata, Migne 24, 934 B, *Propter hoc servant mysterium Trinitatis.* Ubi iterum miratur Io. Mercati lectionum varietatem. Verum ne obliviscaris velim, Origenis effata hic memoriter a vehementissimo tractatore, illic placide ex graeco, eaque benigniori passim interpretatione, a translatore exhiberi. Et quidem paucis ante mensibus Ruffinus Hieronymo obiecerat nimiam libertatem in Graecis Adamantii latine vertendis, et ad probatiorem sensum haud sine sententiarum praetermissione deflectendis : quapropter facile crediderim, placita Origenis, ubi in aliquo differunt, accuratius nunc atque in ipsa translatione proferri. Quod vero ad praesentem locum pertinet, nequaquam existimo hac magis quam illa relatione adversarium infamari.

10. *in excelsis*] Is. 33, 5 iuxta Gr.

12. *sanctus est*] Ps. 98, 5. Notanda huius loci congruentia cum exemplo supra allato, Tract. de Ps. XCIII, p. 86, l. 11.

13. *ei*] Dan. 7, 10.

17. *saecula*] Dan. 3, 58. Quod autem de quattuor pueris loquitur, non tribus, fortasse alludit ad vers. 92 ibid., nisi, quod magis equidem crediderim, notam numeri ·IIII· pro ·III· scriba oscitanter legerit. Cf. lin. 19 infra.

21. *in saecula*] Dan. 3, 57.

22. *ad laudem Domini provocantur*] Cf. supra III[2] 307, 15 'Quia ad laudes Dei angelos provocavimus...'

date Dominum de caelis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius.' Et utique si laudant Deum, sanctum illum esse noverunt; et non solum Seraphin, ut ante iam diximus, sed omnia quae laudant Deum, sanctum norunt esse quem laudant. Scimus quidem multas esse mansiones apud Patrem: sed in singulis mansionibus, iuxta mensuram eorum quae in mansionibus variis commorantur, Dei sanctitas praedicatur; ita ut Seraphin iuxta modum fidei suae Deum laudent, et noverint sanctitatem, iuxta quam et Archangeli et Angeli et omnes administratorii spiritus laudant sanctum Deum. Quod si solum, iuxta Origenis errorem, detur Seraphin, ergo Gabriheli archangelo et Michaheli et ceteris, qui eandem in servitute Dei obtinent dignitatem, scientia tolletur, et ratio laudis Dei, dicente Paulo: 'Sed accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Hierusalem caelestem, et multorum milium frequentiam, et ecclesiam primitivorum qui scripti sunt in caelis.' Quod si iuxta Origenen sola Seraphin laudant prudenter Deum, ergo haec omnia insipienter et irrationabiliter eum laudare credenda sunt. Et quomodo psalmista dicit: 'Hymnus omnibus sanctis eius'? Aut qua fiducia nos, qui homines sumus, Esaias ad laudem Domini cohortatur dicens: 'Laudate Dominum, clamate nomen eius'? Et rursum in eodem volumine, Iudaeorum impietatem arguens, loquitur: 'Vae gens peccatrix, populus plenus peccatis, semen peccati, filii iniqui; dereliquistis Dominum, et ad iracundiam provocastis Sanctum Israhel.' Hoc quod dixit, Sanctum Israhel, prudenter dixit, an inprudenter? Non puto aliquem tam vaesanum, ut audeat dicere, prophetam stulte sanctum Dominum praedicare. Et in alio loco eiusdem prophetae legimus: 'Sic dicit Dominus Sanctus Israhel: cum conversus ingemueris, tunc

8 *quam*] α, pro *quem*? 11 *ceteris*] *caeteri* C. *obtinent*] *optinent* Cα. 21 *filii*] *fili* α.

2. *eius*] Ps. 148, 1 sq.

5. *apud Patrem*] Cf. Io. 14, 2.

10. *iuxta Origenis errorem*] Hieron. Epist. 96, 17 et Cont. Ruf. II, 10 'iuxta Origenis errorem'; Ep. 98, 12 'iuxta errorem eius'; Ep. 96, 5 'iuxta sceleratum Origenis errorem' etc.

15. *in caelis*] Hebr. 12, 22 sq.

18. *eius*] Ps. 148, 14.

19. *nomen eius*] Is. 12, 4.

22. *Israhel*] Is. 1, 4. Arguit heic quoque Io. Mercati translationis varietatem, cum Hieronymus hunc locum iuxta LXX interpretans dixerit *semen pessimum... concitaverunt*, non *semen peccati... provocastis*. Respondeo crimen facile transferri posse in librarium, qui post *peccatrix... plenus peccatis* tertio fortasse *peccati* posuerit pro *pessimo*, quod revera in Graeco legitur (πονηρόν). Porro lectionem *provocastis* etiam apud Tertullianum et Hilarium notavit Petrus Sabatier, a quibus eam Tractator mutuari potuerit. Quid quod ipse Hieronymus hic quidem et in Is. *populus plenus peccatis*, in Amos vero 5, 4 sq. *plenus delictis* ex LXX maluit interpretari: igitur in dubium deinceps vocanda erit huiusce Commentarii auctoritas?

salvus eris.' Si sola Seraphin prudenter laudant sanctum Deum, ergo excluduntur angeli et omnes rationabiles creaturae et ipse propheta a laudatione prudenti, qua dicit *Sanctus Sanctus Sanctus*. Anna quoque cum ablactasset Samuhel, gratias referens Deo, in haec verba prorupit: 'Laetata sum in salutari tuo, quia nemo sanctus ut Dominus, et non est sanctus sicut Deus noster.' Ergo haec loquens inprudenter loquebatur. Sed et Esaias adventum Domini in carnem praenuntians scribit: 'Sanctificate eum qui contempnit animam suam, qui abominationi est gentibus quae serviunt principibus.' Quomodo eum laudare debemus nos, qui ex gentibus sumus? prudenter, an inprudenter? Si prudenter eum laudamus, et ipsi sumus laude condigni; sin autem stulte, ergo et nobis stultitia coaptabitur. Quod autem dixit 'Qui contempnit animam suam', pro eo quod est humiliat, et parvi ducit, debemus accipere, atque neglexit; quod Salvator fecit dicens: 'Nunc anima mea turbata est' et 'Tristis est anima mea usque ad mortem.' Quod utique pro assumpti corporis humilitate dicebat. Haec ideo diximus, ut doceremus, non solum Seraphin, sed et angelos quoque, et alias rationabiles creaturas Deum sanctum laudare prudenter.

Porro Origenes de caelestibus disputans, et arbitrum se faciens uniuscuiusque spiritalium sanctitatis, et de Seraphin temeraria voce pronuntiat: 'His enim nihil sanctius novimus inter ea quae sunt.' Haec ille dicit; nos autem et Seraphin, et Thronos, et Principatus, et Potestates, et Virtutes, et Dominationes, quae iuxta Paulum apostolum serviunt Deo, et omnes Angelos atque Archangelos qui suum ordinem servaverunt, sanctos novimus, Dei solius intellegentiae relinquentes, quis quo

7 *Esaias*] *Esayas* Cα. 18 *arbitrum*] *arbitreum* C. 20 *novimus inter ea quae sunt. Haec ille dicit*] C optime; α correxit *novimus. Interea haec sunt quae ille dicit.* Cf. adnot. infra. 24 *quis quo*] scribere non dubitavi; *quisque* α.

1. *eris*] Is. 30, 15 ex graeco. Saepe laudato censori displicet, quod hic legitur *conversus*, ubi ap. Hieron. habetur *reversus*; sed profecto minutiora haec, quam ut alicui negotium facessant.

6. *noster*] 1 Reg. 2, 1 sq.

9. *principibus*] Is. 49, 7 iuxta LXX. Et Hieronymus quidem in Comment. h. l. vertit *despicit* pro *contemnit*; parum hoc, insuper ubi hic habes *quae serviunt principibus*, in Commentario transtulit *qui servus est principum*. Optime: verum idem ipse post pauca fatetur *servos* pro *servo* legi apud Septuaginta (τῶν δούλων τῶν ἀρχόντων). In hoc igitur Tractatu sententiam ex graeco diligentius repraesentat, quam ad sensum suum nimia libertate in Commentario detorquet.

11. *nobis stultitia coaptabitur*] Hieron Contra Pelag. I, 14 'solamque perfectionem et veram iustitiam Dei tantum virtutibus coaptandam'; Transl. Didymi de S. S. n. 38 'nullum verbum potest ei proprie coaptari' etc.

14. *turbata est*] Io. 12, 27.

15. *ad mortem*] Mt. 26, 38.

20. *quae sunt*] M. 24, 939 C: 'His enim, in omnibus quae sunt, sanctius nihil est.'

sanctior sit. Neque enim novimus qui Archangeli quibus Archangelis sanctiores sint, nec qui Angeli quibus Angelis videantur esse meliores. ' Stella ab stella differt in claritate '. Quas oculis contemplantes, possumus iudicare quae stella qua stella maior sit ; de Angelis autem quos non videmus et Archangelis, Principatibus, Thronis et Dominationibus, Virtutibus et Potestatibus, et de aliis ministeriis spiritalibus iudicare non possumus ; quia inferior humiliorque natura de melioribus se non potest ferre sententiam, ut dicat : ille Angelus illo Angelo melior est, et ista Dominatio et Potestas et Virtus illa Dominatione et Potestate et Virtute sublimior est. Quod Origenes de Seraphin audacter pronuntiat dicens, quod ' in his quae sancta sunt, nihil Seraphin sanctius sit. ' Dicente autem David ' Qui regis Israhel intende, qui deducis sicut oves Ioseph, qui sedes super Cherubin manifestare ', putasne aliquis nostrum scire potest, utrum Cherubin sanctiora sint quam Seraphin, cum et illa sint sancta, et Deus solus et hii quibus ipse revelare dignatur habeant huius rei notitiam, quae quibus sanctiora sint? Nam et apostoli cum ignorarent mensuram suam, et nescirent quis quo maior esset, diiudicati sunt a Domino ; et ita Petro datus est principatus, ut unusquisque suum ordinem possideret. Et David canit : ' Domine probasti me et cognovisti me. ' Si enim 'nemo novit hominum ea quae sunt in homine, nisi spiritus hominis qui in eo est ', qua temeritate Origenes ausus est dicere se nosse, quid quo in caelestibus sanctius sit, et quod nihil ei Seraphin sanctius esse videatur? Quis illi huius arbitrii tradidit potestatem, ut inter Cherubin et Seraphin diiudicet? Dicente autem Hiezechihel de Cherubin ' Et vox alarum Cherubin audiebatur usque ad atrium exterius, sicut vox Dei Saddai ', stultae temeritatis est, aliquem velle decernere, quae inter Cherubin et Seraphin diversitas sit, cum haec solius Dei scientiae reservetur. Rursumque narrante eodem propheta de Cherubin ' Et egressa est gloria Domini de vestibulo domus, et ascendit super Cherubin ; et assumpserunt Cherubin alas suas, et elevata sunt de terra in conspectu meo ', quis

3 *ab stella*] *ab stellae* C. 5 *Thronis*] *Throni* C. 12 *deducis*] scripsi ; *deduces* Cα. *sicut oves*] Cα, iuxta graec. ὡσεὶ πρόβατα. 22 *ei*] scripsi ; *et* Cα. 25 *Saddai*] *Sadda* C. 26 *stultae temeritatis*] scripsi fido animo ; *stulta* (1ª m. corr. ex *stulte*) *et temeritatis* C ; *et stultitiae et temeritatis* maluit α. 27 *haec*] absque necessitate α in *hoc* commutat. 29 *vestibulo*] *bestibulo* C.

3. *in claritate*] 1 Cor. 15, 41.
13. *manifestare*] Ps. 79, 2.
16. *cum ignorarent mensuram suam*] Ep. 92, 1 'nec intelligant mensuram suam '.
19. *me*] Ps. 138, 1.
21. *in eo est*] 1 Cor. 2, 11.
qua temeritate Origenes ausus est] Hieron. ep. 96, n. 6 'qua temeritate Origenes... ausus sit '.
25. *Saddai*] Ezech. 10, 5.
30. *meo*] Ibid. 18 sq.

hominum mensuram sanctitatis eorum se nosse iactabit, et ad comparationem gloriae Seraphin minora subsistere, aut pronuntiare de caelestibus, cum terrena non norit? Quis enim scit ad liquidum, qui homines quibus hominibus sanctiores sint, nisi forte nobis Sanctus revelarit? Quod ignorans Origenes, linguae suae non ponit modum. Idem Hiezechihel rursum describens Cherubin ait: 'Et gloria Domini Israhel erat super ea. Hoc est animal quod vidi sub Deo Israhel super fluvium Chobar: et cognovi quod Cherubin essent. Quatuor facies uni, et octo alae uni, et similitudo manuum hominum subter alas eorum. Haec erant facies quas vidi subter gloriam Domini iuxta fluvium Chobar; unumquodque contra faciem suam gradiebatur'. Esaia docente cognovimus quod Seraphin senas habeant alas; porro Hiezechihel nos instruxit quod unum Cherubin quaternas habuerit facies et octonas alas. Si licet pronuntiare de maioribus, quid putas maius est, qui unam habet faciem, sex alas, an qui quatuor facies et octo alas? Sed de his non solum loqui, sed et cogitare temerarium est, praesertim cum qua ratione ipsi facti simus ignoramus, dicente David de Deo: 'Ipse novit figmentum nostrum.' Utraque sancta sunt: sed quae maiora, Deus viderit. Si enim maris atque harenarum, astrorum quoque et nubium imbriumque mensuram scire non possumus, nec terrae profundum, nec abyssi magnitudinem, nec numerum herbarum quae in montibus campis vallibusque nascuntur, nec qua ratione ipsi compacti simus; cur ea quae excedunt humanae scientiae modum? Tanta Origenes desaevit audacia, ut dum apud inperitos quosque et simplices gloriam quaerit novitate verborum, hominem se esse non noverit. De Iohanne Baptista Salvator ait in evangelio: 'Quid existis in desertum videre? calamum vento agitari? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiti sunt, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? prophetam? Etiam dico vobis, et plus quam prophetam.' Et statim iungit: 'Non surrexit inter natos mulierum maior Iohanne Baptista.' Et de Iob idem Dominus loquitur: 'Vidisti servum meum Iob? Quoniam non est qualis ille super terram: homo sine querela, iustus Dei cultor, recedens ab

5 *modum*] *monitum* sub. ras. C. 8 *facies*] *facie* C. *octo alae*] iuxta gr. uti cl. Amelli adnotavit; *quattuor alae* Vulg. 10 *vidi*] *ut di* C. Cf. supra 103, 17. 14 *faciem*] α inserit *et*. 16 *simus*] *sumus* C 1 m. in rasura. 20 *abyssi*] *abissi* C. 23 *desaevit*] scripsi; *desivit* Cα.

11. *gradiebatur*] Ezech. 10, 19-22.
17. *nostrum*] Ps. 102, 14.
29. *prophetam*] Mt. 11, 7-9.
30. *Baptista*] Ibid. 11.

omni mala re, et adhuc retinet innocentiam.' Respondeat ergo nobis Origenes, si audivit Dominum loquentem, sicut de Iohanne et Iob, etiam de Seraphin, quod nihil illis sanctius sit. Si autem non audivit, taceat, et Deo diiudicandi creaturas suas scientiam derelinquat. Dicente enim David de Deo 'Ascendit super Cherubin et volavit' et sanctus Paulus ad Hebraeos ait de tabernaculo in ty [.....] factum erat 'Et super arcam Cherubin gloriae obumbrantia propitiatorium'; periculosum est Seraphin sanctiora dicere quam Cherubin, et modum humanae humilitatis excedere. Dominus ad Hieremiam loquitur: 'Probatorem dedi te in populis, ut probes eos'; et Origenes, quasi probator caelestium et rerum invisibilium constitutus, audet de Seraphin dicere, quod nihil illis inter rationabiles creaturas sanctius sit.

Et si huc usque temeritas processisset, ferremus utcumque eius amentiam; nunc autem maiora blasphemat, et inpietas eius ad ipsum pervenit Deum. Filium enim et Spiritum Sanctum, quasi quidam fictor idoli, et novorum simulacrorum conditor, appellat duo Seraphin; et in hunc sacrilegii erumpit vomitum 'a principali Sancto Seraphin sanctitatis accipere consortium, *et alter clamat ad alterum: Sanctus Sanctus Sanctus*'. Et iterum: 'Quae sunt, inquit, ista Seraphin? Dominus meus et Spiritus Sanctus.' Quod Seraphin a Deo, qui sanctitatis omnium caput est, acceperint sanctitatem, et clament alter ad alterum, Sanctus

6 *tabernaculo*] *tavern.* C. *arcam*] *archam* C. 8 *et modum*] 1 m. add. in C. 10 *et Origenes*] pro *at Origenes?* 14 *maiora blasphemat*] scripsi; *maior blasphemat* Ca. Conf. supra 113, 29 *Filius blasphemet* pro *Filium*. 21 *acceperint*] *acciperint* C.

1. *innocentiam*] Iob 2, 3.

2. *Respondeat ergo n. Origenes, si*] Interpellandi modus cuius innumera apud Hieronymum proferri possunt exempla. Cf. Comment. in Mt. 2, 15 'Respondeant qui Hebraeorum voluminum denegant veritatem'; et in Tractatibus supra III^{2} 217, 19 'Respondeant nunc Iudaei, quomodo...'; ibid. 418, 14 'Respondeant Iudaei, et qui tantum secundum litteram...'; III^{3} 26, 24 'Respondeant enim, quomodo exultet' etc.

5. *volavit*] Ps. 17, 11.

6. *in ty ..... factum erat*] Aliquid hic desiderari manifestum est. Amellius rimam ita supplevit, ut Hieronymum de Novo Testamento loquentem induceret. Mihi quidem magis arridet haec aliave eiusdem significantiae sententia: *in ty [po corporis Dominici, in cuius similitudinem Iudaicum illud tentorium] factum erat.*

7. *propitiatorium*] Hebr. 9, 5.

10. *eos*] Ier. 6, 27 iuxta gr.

16. *novorum simulacrorum conditor*] Hieron. Epist. 96, 11 'novorum dogmatum assertor'; ibid. n. 16 'novae impietatis assertor'; Ep. 100, 13 'Origenis simulacra contemnant'.

17. *a principali Sancto Seraphin sanctitatis accipere consortium*] Haec certe ex Origene proferre videtur orator; quae nimio, ut reor, orthodoxiae studio in homiliarum translatione praetermiserat Hieronymus.

Sanctus Sanctus, negare non possumus ; ut autem Filius aestimetur et Spiritus Sanctus, hoc penitus refutamus. Quicquid enim consortio alterius possidet sanctitatem, abusive dicitur sanctum, nec eiusdem est sanctitatis, cuius illud a quo accipit sanctitatem ; Filius autem et Spiritus Sanctus, non abusione, alteriusque consortio, sed per naturam [.....] quae sanctificante Deo sanctitatis nomen accepit, aut permanet in sanctitate, et sancta dicitur ; aut per neglegentiam perdens quod acceperat, sancta esse desistit. Porro Filius et Spiritus Sanctus non alterius consortio habent sanctitatem, ne similes creaturis esse videantur, et aliunde accipere quod non habebant, inferioresque esse eo cuius possident sanctitatem. Sicut enim corpus habens colorem non est ipsum quod color, sed coloris participatione aut album est aut rubrum aut nigrum, nec est tale (quamquam absque colore esse non possit) qualis ipse color ; sic Filius si aliunde habet sanctitatem, iuxta Origenem, sanctus non erit per naturam. Quod de Filio diximus, hoc et de Spiritu Sancto intellegamus. Aliud enim est esse sanctum per naturam, aliud per participium : quia in altero non potest deesse quod semper est, in altero potest auferri, quia acceptum est. Dicamus et aliud exemplum. Ignis calidus per naturam est, facit autem calere et alia quae calorem illius participatione susceperint ; et non tam per naturam calida sunt, quam caloris participatione dicuntur. Sic Filius et Spiritus Sanctus si aliunde possidet sanctitatem, non secundum naturam sed secundum gratiam sanctitatem habere credendus est. Sed quid ad Origenem, qui Filium et Spiritum Sanctum non natura sed participatione sanctum ausus est dicere, ut non multum distet a nobis, qui sanctitatis ex alio meremur habere consortium (quod etiamsi sermone taceat, ipsa rerum consequentia loquitur), et ignorat quod licet color non possit a corpore separari, tamen omnis participatio quae aliunde descendit, inferioris meriti fit ab eo, cuius participatione fit sancta ? Aliud enim est per naturam, aliud per accidentiam aliquid possidere. Igitur Filius et Spiritus Sanctus, si ex aliquo principali accipiunt sanctitatem, non erunt sancta natura, sed abusione.

5 *naturam*] *natura* C. 7 *neglegentiam*]-*tia* C. 18 *aliud*] *aliut* C. 23 *quid*] scripsi ex coniectura ; *quod* α.

1. *negare non possumus*] Hieron. Cont. Ruf. I, 18 ' Haec Origenes scripsit, negare non possumus '.

5. *naturam..... quae sanctificante*] Hic etiam aliquid deest, quod fortasse ita suppleri possit : *sed per naturam* [*sancti sunt. Creatura vero*] *quae sanctificante Deo* etc.

18. *Dicamus et aliud*] Agnoscis unam ex iis quas in ore constanter habet locutiones Tractator noster, v. gr. III[a] 9, 17 ; 76, 33 ; 79, 3-4 ; 148, 20 etc.

26. *quod etiamsi sermone taceat*] Cf. adnot. supra ad 109, 3.

Quicquid enim participatione fit sanctum, accipit quod non habebat ex eo cuius coeperit habere consortium. Verum absit ut hoc de Filio sentiamus et Spiritu Sancto, et in tantam erumpamus amentiam, ut iuxta deliramenta Origenis duo Seraphin Filium et Spiritum Sanctum esse dicamus. Quin potius loquamur ad eum zelo apostoli: 'Cui enim de Seraphin et aliis creaturis dixit Deus, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et iterum: Adorent eum omnes angeli eius? Ad angelos enim dicit: Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem urentem. Ad Filium vero: Thronus tuus in saeculum saeculi, virga directionis virga regni tui.' Rursumque de Filio, et nequaquam de Seraphin, psalmista decantat: 'Et tu in principio Domine terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt caeli.' Neque enim haec de Seraphin dicuntur, sed de Filio; nec Seraphin fundaverunt terram, aut opera manuum eorum sunt caeli, ut iuxta Origenis furorem Filium et Spiritum Sanctum esse credamus. Cui enim de Seraphin, aut 'cui angelorum dixit Deus: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nonne hi omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditate accepturi sunt salutem?' Unde de Seraphin clamat Esaias: *Missum est ad me unum de Seraphin*; haud dubium quin quasi ministrum et Dei inperiis serviens. Mittitur autem propter eos qui salutem consecuturi sunt. In hoc etiam evidenter agnoscimus secundum Origenis disputationem Seraphin non esse Filium et Spiritum Sanctum, quoniam clamant: *Sanctus Sanctus Sanctus Dominus Deus Sabaoth; plena est universa terra gloriae eius.* Qui nisi essent ministri spiritus prophetantes Domini nostri Salvatoris adventum, dicerent sine dubio, Pleni sunt caeli et terra gloria mea. Dicit Esaias: *Missum est ad me*

13 *eorum*] scripsi; *eius* Cα. 24 *essent*] α; *esse* C.

3. *in tantam erumpamus amentiam, ut*] Hieron. Ep. 96, 10 'in tantam eruperit vecordiam, immo dementiam, ut...'; Ep. 92, 1 'in tantam prorumpentes dementiam, ut...' etc.

iuxta deliramenta Origenis] Hier. Ep. 96, 9 'iuxta Origenis deliramenta'; Ep. 98, 19 'Origenis praeferunt deliramenta'; Ep. 100, 12 'iuxta deliramenta eorum' etc.

5. *loquamur ad eum zelo apostoli*] Hieron. Ep. 100, 12 'Nos ergo ad eum... zelo fidei concitati loquamur'.

10. *tui*] Cf. Hebr. 1, 5 8.

12. *caeli*] Ps. 101, 26.

18. *qui hereditate accepturi sunt salutem*] Hebr. 1, 13 sq. Idem locus occurrit in Comment. Is. 6, 2 sq. et ibi quidem legitur *qui hereditatem accepturi sunt salutis*, uti iam adnotavit Amellius. At vero in Translat. Didymi de S. S. n. 13 itidem adducitur, atque his verbis clausula enuntiatur: *qui accepturi erant salutem*. Vides igitur, haud magno plerumque argumento esse huiusmodi verborum discrepantias in exemplis e sacra Scriptura ab Hieronymo proferendis.

unum de Seraphin, et in manu sua habebat carbonem, quem forcipe tulerat de altari; et tetigit os meum, et dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, et aufert iniquitates tuas, et peccata tua mundat. Non ergo unum de Seraphin, sed carbo quem tulerat de altari, ignitus videlicet sermo Dei atque doctrina, abstulit iniquitates prophetae, et peccata mundavit. Quod si Dei Filius esset Seraphin, qui iniquitates abstulit et peccata mundavit, debuerat dicere: Ecce abstuli iniquitates tuas, et mundavi peccata tua. Sermo igitur Dei de spiritali raptus altari abstulit iniquitates prophetae, et peccata mundavit. Qui si in credentium corde servetur, usque hodie aufert iniquitates, et mundat peccata, ut David ait: 'In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.'

FRAGMENTA GRAECA IN PSALMOS.

Ps. 4. 7 sq.

Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου Κύριε· ἔδωκας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου.] Θεοῦ πρόσωπον ἐν χαρακτῆρσι θεωρούμενον οὔ μοι δοκεῖ ἕτερον παρὰ τὰς ἀρετάς νοεῖν ὁ προφήτης· ταύταις γὰρ τὸ θεῖον εἶδος χαρακτηρίζεται. Καὶ τοῦτο εἰπών, τὸ τέλειον γνώρισμα τῆς ἀρετῆς λέγει. Τὸ φῶς τοῦ Κυρίου ὁ Χριστός ἐστιν, ὃς καὶ ἐδίδαξεν ἡμᾶς τὰ ὄντως ἀγαθά· δι' ἃ καὶ τὴν νοητὴν εὐφροσύνην ἐσχήκαμεν, τὴν εἰς νοῦν καὶ καρδίαν.

Ps. 5, 7.

Ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος.] Οὐκ εἶπεν, τοὺς λαλήσαντας·

7 *dicere*] *diceret* C. *mundavi*] *t* in fine expuncto C. 13 Θεοῦ κ. τ. λ.] Ex cod. Taurinen. graec. B. VII. 30 (=T), fol. 30v. Verba Θεοῦ πρόσωπον — ἀρετῆς λέγει affert Pitra, *Analecta sacra* t. III, 376 (=P) inter Eusebiana, non tamen sine varietatibus. χαρακτῆρσι] τοῖς σοῖς inser. P. οὔ μοι δοκεῖ ἕτερον] Pitra om. οὐ et ἕτερον. 15 Καὶ τοῦτο] ἐκ τούτου P. 18 Οὐκ εἰπέν] Ibid. fol. 31.

7. *abstuli...et mundavi*] Et ita quidem Origenes ex versione ipsius Hieronymi, homil. 1 et 4 in Isaiam, quem secuti sunt Hilarius et Cassiodorus; Noster vero, ubicumque suo nomine scribit vel loquitur, tertia semper iuxta graecum utitur persona.

11. *tibi*] Ps. 118, 11.

14. χαρακτηρίζεται] Pulchre eamdem sententiam explicat Hieronymus, Comm. in Ephes. 3, 12 ubi enumeratis virtutibus, scilicet ratione, veritate, sapientia, iustitia, ita prosequitur: 'Quomodo haec nobis tribuunt fiduciam ad Deum, sic et accessum: ut noster ad eum sensus accedat, et diligentius contempletur, et aliquid sibi de eius maiestate adsumat et vindicet, et quasi de radiis solis calorem quemdam splendoremque luminis mutuetur, et dicat *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.*'

18. Οὐκ εἰπὲν κ.τ.λ.] Conf. Hieron. supra III[a] 13, 8: 'Non dixit, Qui operati sunt iniquitatem, sed, Qui operantur iniquitatem'. Itemque post pauca: 'Si autem quicumque loquitur mendacium iam perit et occidit animam suam, omnes autem mentimur: ergo omnes peribimus?'

τὸ ψεῦδος· ἀλλά, τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. Εἰ δὲ ἀπόλλει Κύριος πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης, κατὰ τὸν Δαυίδ, πάντας ἄρα ἀνθρώπους ἀπολλύσει Κύριος.

Ps. 7, 2.

Σῶσόν με ἐκ πάντων τῶν διωκόντων με καὶ ῥῦσαί με.] Τίς οὖν ἡ διάφορα τοῦ σώζεσθαι καὶ τοῦ ῥύεσθαι; Ὅτι τῆς σωτηρίας μὲν κυρίως οἱ ἀσθενοῦντες χρήζουσιν, τοῦ ῥύεσθαι δὲ οἱ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ κατεχόμενοι. Εὔχεται οὖν περὶ τῆς ἐνταῦθα ζωῆς καὶ τῆς μελλούσης· σῶσον γάρ με, φησίν, ἐνταῦθα ἀπὸ τῶν διωκόντων, ῥῦσαι δέ με ἐκεῖ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐρεύνης.

Ps. 9, 24.

Ὅτι ἐπαινεῖται ὁ ἁμαρτωλὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ψυχῆς αὐτοῦ.] Μυρία γὰρ παράνομα δρῶντες, καὶ ἐπαίνους παρὰ τῶν κολάκων καρποῦνται. Τὸ καὶ ὁ ἀδικῶν ἐνευλογεῖται, τὴν τοῦ διαβόλου ὁ προφήτης ἐσήμανεν ἀνομίαν· ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ αἰθέρι τούτῳ ἀρχὴν αὐτὸν προσέταξεν, εὐλογεῖται μὲν λοιπὸν ἐν ἑαυτῷ.

Ibid. 36.

Ζητηθήσεται ἡ ἁμαρτία αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ·] δι' αὐτὴν μὲν τὴν ἁμαρτίαν. Τόδε ὅλον· Ὄντως ἐάν, φησί, ἐκζητίσεις τὴν ἁμαρτίαν τοῦ πονηροῦ, οὐ μὴ εὑρεθῇ· τοῦτ' ἔστιν, ἀπολεῖται ὁ πονηρὸς δι' αὐτήν. Ποῦ γὰρ ἡ τοῦ Ἰούδα φιλαργυρία; ποῦ ἡ τῆς αἰγυπτίας πονηρία; ποῦ ἡ τοῦ Φαραὼ ὑπερηφανία; Μετὰ τοῦ καρποῦ καὶ ἡ ῥίζα ἀπόλετο. Τοῦτο σαφέστερον ὁ Σύμμαχος εἶπεν· Ἐκζητηθήσεται ἡ ἀσέβεια αὐτοῦ, ἵνα μὴ εὑρεθῇ. Ἐκείνης γὰρ ζητουμένης καὶ δεικνυμένης, οὗτος ἀπόλλυται.

Ps. 15, 4.

Οὐ μὴ συναγάγω τὰς συναγωγὰς αὐτῶν ἐξ αἱμάτων.] Συνάγων, φησίν, συναγωγὰς ἐκ τῶν ἐθνῶν, οὐ δι' αἱμάτων ταύτας συνάξω· τοῦτ' ἔστιν, οὐ παρασκευάσω διὰ τῆς νομικῆς μοι προσέρχεσθαι λατρείας, δι' αἰνέσεως δὲ μᾶλλον καὶ τῆς ἀναιμάκτου θυσίας.

3 ἀπολλύσει] απολλυσι T. 4 Τίς οὖν] T, fol. 33. 9 Μυρία] T, fol. 37v. 11 ἐνευλογεῖται] 1 m. corr. ex ενευλογειτε. 12 ἐν τῷ αἰθέρι τούτῳ] cod. εν το εθερει τουτο. 13 ἑαυτῷ] εαυτο cod. 14 δι'αὐτήν] T, f. 39. 17 ὑπερηφανία] υπεριφανια T. 21 Συνάγων] T, f. 43v. 23 προσέρχεσθαι] προέρχεσθαι ap. Pitra, *Anal. sacra* II, 469.

2. ψεύστης] Ps. 115, 11.
19. μὴ εὑρεθῇ] addendum αὐτός cum editoribus Hexaplorum.

21-24. Συνάγων κ.τ.λ.] Eadem Origeni inscripta reperies apud I.B. Pitra, *Anal. sacra* II, 469.

Ps. 16, 14.

Ἀφῆκαν τὰ κατάλοιπα τοῖς νηπίοις αὐτῶν.] Πάσης, φησίν, παρανομίας ἐνεπλήσθησαν· καὶ εἰς παῖδας δὲ ταύτην παρέπεμψαν.

Ps. 17, 21.

Καὶ ἀνταποδώσει μοι κύριος κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου] Πέπεισμαι γὰρ ὅτι κατὰ τὸν καιρόν, φησίν, τῆς δικαιοκρισίας αὐτοῦ, οὐ μνημονεύσας μου τῆς ἁμαρτίας, κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου ἀποδώσει μοι· τὰς γὰρ ἄλλας μου πράξεις τὰς ἐν δικαιοσύνῃ ὥσπερ ἐν ζυγῷ ἀντιπαραλαβών, καὶ ἀντιστήσας τὰ ἁμαρτήματά μου, κατὰ πολὺ πλεοναζούσας εὕροι τοῦ γενομένου μοι ἁμαρτήματος.

Ps. 18, 4.

Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν.] Ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ἆρα οὐκ ἔστιν τινὰ πράγματα, καὶ μὴ ἀφίενται φωνὴν τὸν τεχνίτην ἀνακηρύττοντα. Ναὶ μήν· καὶ γὰρ ἐκ τῆς καλῶς ἡρμοσμένης νηὸς ἡ τέχνη τοῦ ναυπηγοῦ φαίνεται.

Ps. 22, 2.

Ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με.] Ὕδωρ ἀναπαύσεως, τὸ ἅγιον βάπτισμα.

Ibid. 6.

Καὶ τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου εἰς μακρότητα ἡμερῶν.] Τὴν ἐκκλησίαν λέγει· ὁ γὰρ ἀξίως σφραγισθεὶς ἐν αὐτῇ μένη εἰς τὸ αἰών.

Ps. 24, 7.

Κατὰ τὸ ἔλεός σου μνήσθητί μου.] Ἄνθρωποι μὲν μνημονεύοντές τινων, τὰς φαντασίας τῶν προεγνωσμένων ἀνακινοῦσιν ἐν ἑαυτοῖς· Θεὸς δὲ μνημονεύων λογικῆς φύσεως, οὐχὶ φαντασίαν αὐτῆς λαμβάνει (γνώως γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς οὐσιώδης), ἀλλὰ γίνεται ἐν αὐτῇ. Τούτου γὰρ λέγεται μεμνῆσθαι ὁ Κύριος, τοῦ ἐν ᾧ χώρει. Καὶ πρότερον μὲν διὰ τῆς θεωρίας τῶν γεγονότων ὁ Κύριος χώρει ἐν οἷς χώρει· ἔπειτα δὲ καὶ δ ἁ τῆς γνώσεως τῆς ἑαυτοῦ.

1 Πάσης] T, f. 45v. 3 Πέπεισμαι] πεπισμαι T, fol. 48. 6 ἀντιστήσας] scripsi; ανασστησας T. 8 Ὃ λέγει] T, f. 51. 9 ἀφίενται] cod. αφιεντε. 10 Ναὶ μήν] ναιμιν T. 11 φαίνεται] ms. φενεται. 12 Ὕδωρ] T, f. 58. 13 Τὴν ἐκκλησίαν] Ibid. 58v. 14 μένη εἰς τὸ αἰών] ita ms. 15 Ἄνθρωποι] T, f. 60v. 17 γνώως] sic.

10. νηός] Conf. Hieron. supra p. 111, l. 20 'An non in navi et aedificio artificem navium et caementarium cogitamus?'

Ps. 30, 10.

Ἐταράχθη ἐν θυμῷ ὁ ὀφθαλμός μου.] Ἐν θυμῷ, φησίν, τῷ σῷ, τοῦτ' ἔστιν τοῦ Θεοῦ. Ὀργισθέντος σου γάρ, φησίν, τοσούτοις ἔπεσον κακοῖς, ὡς καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ληφθέντας ὑπὸ ταραχῆς μήδε ὁρᾶν δύνασθαι.

Ps. 32, 11.

Λογισμοὶ τῆς καρδίας αὐτοῦ ἀπὸ γενεῶν εἰς γενεάς.] Καρδία ὁ Πατὴρ εἴρηται, ὁ ἐν μέσῳ τῶν δύο μαζῶν ἤ γοῦν τοῦ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος· καὶ γὰρ ἡ καρδία καὶ οἱ μαζοὶ ζωῆς εἰσιν χωριστικοὶ καὶ χωρητικοί.

Ibid. 18.

Ἰδοὺ οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν.] Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἡ παντοπτικὴ αὐτοῦ δύναμις, ἢ πολλάκις ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα· ὡς ἐν μέσῳ δυο φώτων, ὁ Πατὴρ τῶν φώτων.

Ps. 33, 16.

Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους.] Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὅλως δὲ ὀφθαλμός ἐστιν ὡς τὰ πάντα ἐφορῶν.

Ps. 35, 3.

Τοῦ εὑρεῖν τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ καὶ μισῆσαι.] Τοῦτο δέ, φησίν, [οὐ] λογίζεται, ὅτι ὁ Θεὸς εὑρίσκει τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ, καὶ εὑρὼν μισεῖ καὶ αὐτὴν καὶ αὐτόν.

Ps. 38, 7.

Μέντοι γε ἐν εἰκόνι διαπορεύεται ἄνθρωπος.] Πᾶς ἄνθρωπος ζῶν ἐν εἰκόνι διαπορεύεται· ἤτοι τῇ τοῦ Θεοῦ, τηρῶν τὸ κατ' εἰκόνα· ἢ ἄλλου τινος ζώου. ἵππος θηλυμανὴς ἢ ἄλλο τι ἄλογον κατὰ τὸ ἦθος γίνομενος. Ἡ ὄντως ὁ κόσμος οὗτος εἰκών ἐστιν τοῦ ἀοράτου Πατρός· αὐτεξουσίως οὖν πορεύεται ὁ ἄνθρωπος ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ, ὅ ἐστιν εἰκών.

1 Ἐν θυμῷ] fol. 68v. 4 Καρδία] f. 72v. 6 χωριστικοὶ καὶ χωρητικοί] χωριστηκοι και χωριτικοι ms. 7 Ὀφθαλμοί] T, f. 73. 10 Ὀφθαλμοί] Ibid. f. 75, et Coislin. 80, fol. 91. 11 ὅλως δέ] om. Coislin. ἐφορῶν] Ad verba quae sequuntur in Psalmo πρόσωπον δὲ κυρίου κ. τ. λ. codex Coislin. 80 subiungit : Τοῦ αὐτοῦ (i. e. Hieronymi) : Τὴν τῶν πραγμάτων ἔνδειξιν ὀνομάζει. 12 Τοῦτο δέ] T, fol. 78v. οὐ λογίζεται] particula negans deest in ms. 14 Πᾶς ἄνθρωπος] T, fol. 86v. εἰκόνι] εικονη ms. 16 κατὰ τὸ ἦθος] cod. κατοηθος.

11. ἐφορῶν] Conf. item III² 129, 18 'Ego autem dico quod Deus... totus oculus est, quia omnia videt'.

14. Πᾶς ἄνθρωπος κ.τ.λ.] Eadem fere ad litteram inter Origeniana apud Pitra, *Anal. sacra* III, 30.

Ps. 44, 3.

Ἐξεχύθη χάρις ἐν χείλεσί σου.] Οὐ μόνον διὰ τοὺς λόγους τῆς χάριτος τοὺς ἐκπορευομένους ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν χάριν τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν, λέγοντος· Ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι.

Ps. 54, 24.

Ἄνδρες αἱμάτων καὶ δολιότητος οὐ μὴ ἡμισεύσωσι τὰς ἡμέρας αὐτῶν.] Τὴν τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἀτελειότητα δείκνυσιν ὁ προφήτης, ὡς τῶν πονηρῶν ἀνδρῶν πάντη τῆς κατ' ἀρετὴν πολιτείας ἐφυστερούντων, καὶ μήδε πρὸς μέτρον τι ταύτης ἐξικέσθαι γνωριζομένων.

Ps. 58, 4.

Ὅτι ἰδοὺ ἐθήρευσαν τὴν ψυχήν μου.] Θηρεύουσι τὴν ψυχὴν διὰ τῶν πονηρῶν λογισμῶν, ὅταν αὐτῇ καλα ὑποβάλλουσιν τὰ μὴ ὄντα καλά· ὥσπερ ὅταν δέλεαρ τῷ χαλκῷ οἱ ἁλιεῖς περιβάλλουσιν.

Ps. 72, 13.

Καὶ εἶπα· Ἄρα ματαίως ἐδικαίωσα τὴν καρδίαν μου κ. τ. λ.] Κἀγώ, φησίν, ταῦτα ὁρῶν ἐθορυβούμην τοῖς λογισμοῖς κατ' ἐμαυτὸν ἐννοῶν, μήπως ἄρα ὑπὲρ ἀρετῆς πόνος τὴν δικαιοσύνην ἀσκεῖν, καὶ τὸ καθαριεύειν ἀδίκου πράξεως, καὶ τὸ ὑπὲρ τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων ἐμαυτὸν μαστίζειν τῇ ἐξομολογήσει, καὶ τοῦτο ὥσπερ ἐκκοιτὴς διανίστασθαι εἰς τὸ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημάτων κακοῦν, ἀνόητά μοί εἰσι.

Ps. 88, 44.

Ἀπέστρεψας τὴν βοήθειαν τῆς ῥομφαίας αὐτοῦ.] Ἐνταῦθα τὴν εἴσπραξιν δηλοῖ ἣν ἐποιήσαντο Ἰουδαίων παῖδες τόλμῃ κατὰ τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ, ἰδόντες τὰς τοσαύτας θεοσημείας. Ἐλθόντος γὰρ Τίτου υἱοῦ Οὐεσπασιανοῦ, κατὰ Ἰώσηππον, εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐν ἡμέραις ἀζύμων, ἔκλεισεν ἐν αὐτῇ μυριάδας Σ̅Ο̅· κατὰ τὸν νόμον γὰρ Μωϋσέως οὐκ ἦν ἑορτάζειν αὐτοὺς ἔξω Ἱεροσολύμων, καὶ ἐξετρύβησαν παντελῶς. Τότε ἐκάει καὶ ὁ ναὸς αὐτῶν· Θ̅ γὰρ μυριάδας εὗρεν ζῶντας καὶ μόνον.

1 Οὐ μόνον] T, f. 94v. 3 Ἀφέωνται] αφαιονται ms. 5 Τὴν τ. ἀγαθῶν] T, 109r. ἀτελειότητα] ατελοτητα ms. 6 πολιτείας] πολητειας ms. 8 Θηρεύουσι] T, fol. 113r. 11 Κἀγώ] Ibid. f. 137. 12 κατ' ἐμαυτόν] ms. καθ' εμαυτον. 14 τοῦτο] cod. pro articulo? 15 ἐκκοιτής] sic. 17 Ἐνταῦθα] T, f. 167. 19 θεοσημειας] sic.

3. ἁμαρτίαι] Mt. 9, 5 etc.
8. Θηρεύουσι κ.τ.λ.] Pitra, op. cit. p. 63.
23. καὶ μόνον] Conf. Iosephum, *De bello Iud.* VI, 9, et *Dialogum Iudaei et Christiani* quem edidit A. C. McGiffert (Marburgi 1889) p. 79.

Ps. 95, 7 sq.

Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν κ. τ. λ.] Πατριὰς καλεῖ τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν ἡγουμένους, ἱερεῖς καὶ προέδρους, οἷς πρέπει δοξάζειν τὸν θεὸν διὰ τῶν ἔργων τῶν ἀγαθῶν, καὶ μὴν καὶ τιμᾶν ἀπὸ δικαίων πολιτειῶν. Ἔτηγε μὴν καὶ θυσίας ἀναφέρειν οἵτας, ἀναφέρειν δὲ ἐν ταῖς θείαις αὐτοῦ αὐλαῖς· δηλαδὴ ταῖς ἐκκλησίαις τοὺς προσαχθησομένους αὐτῷ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ibid. 11.

Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ.] Οὐρανὸν πολλάκις ἡ γραφὴ καλεῖ τοὺς ἐν οὐρανῷ ἀγγέλους, ὥσπερ καὶ γῆν τοὺς ἀπὸ γῆς ἀνθρώπους. Καὶ πάλιν φησίν, Πᾶσα δὲ ἡ γῆ ἠρίστα, ἀντὶ τοῦ, Καιρὸς ἦν ἀρίστου. Καλεῖ οὖν γῆν τοὺς ἀπὸ γῆς ἀνθρώπους, καὶ οὐρανὸν τοὺς ἐν οὐρανῷ ἀγγέλους. Λοιπὸν οὕτως νοήσωμεν τὸ Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοί.

Ps. 98, 6.

Προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ.] Ὑποπόδιον αὐτοῦ ἡ πᾶσα τῆς κτίσεως ὑποταγή. Τινὲς μὲν κεφαλὴν Χριστοῦ τὴν θεότητα λέγουσιν, ὑποπόδιον δὲ τὴν τοῦ ἀνθρώπου μορφὴν ἣν ἐνεδύσατο· οἱ γὰρ πόδες τὴν δουλείαν σημαίνουσιν.

Ps. 109, 3.

Μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου.] Ἢ τὸν καιρὸν τῆς κρίσεως διὰ τούτου σημαίνει, ἐν ᾧ δυνάμει θείᾳ πάντας κατακρίνει, ἐρχόμενος μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ· ἢ τὸν καιρὸν τῆς γεννήσεώς φησιν, ἥτις καὶ ἡμέρα δυνάμεως προσαγορεύεται.

1 Πατριάς] πατρειας T, f. 175v. 3 πολιτειῶν] cod. πολητειων. Ἔτηγε... οἵτας] sic ms. 6 Οὐρανόν] T, fol. 176. 7 καλεῖ] καλῃι ms. 11 Ὑποπόδιον T, fol. 179 et Coislin. 80, fol. 282. αὐτοῦ] T; Θεοῦ Coisl. τῆς] om. Coisl. 12 ὑποταγή] Coisl. add. εἴρηται. μὲν κεφαλήν] δὲ κεφαλὴν μέν Coisl. 13 τὴν τοῦ ἀνθρώπου μορφήν] T; τὴν μορφὴν τοῦ δούλου Coisl. 14 Ἢ τὸν καιρόν] T, fol. 204. 15 σημαίνει] σημαινη cod.

6. Οὐρανὸν πολλάκις κ.τ.λ.] Conf. Hieron. in Is. 1, 2: 'Caelum et terram ad audiendum provocat, in caelo supernas significans angelicasque virtutes; in terra mortalium genus, μετωνυμικῶς ab his quae continent, ea quae continentur'.

12. Τινὲς μὲν... λέγουσιν] Cf. Hieron. supra III² 154, 5: 'Legi in cuiusdam libro: Adsumptio, inquit, humani corporis; hoc est, hominem quem Deus de Maria dignatus est adsumere, ipsum, inquit, dicit scabillum pedum eius.' Et simile quiddam legi animadverti in libello apocrypho qui Melitonis Clavis dicitur; qui item ab his verbis incipit: 'Caput Domini, ipsa divinitas'.

Ps. 118, 73.

Αἱ χεῖρές σου ἐποίησαν με καὶ ἔπλασάν με.] Ὅλως ὁ Θεὸς χείρ ἐστιν, ὡς τὰ πάντα διερευνῶν· χεῖρες δὲ Θεοῦ, ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δι᾽ ὧν τὰ πάντα μάλιστα δὲ τὸν ἄνθρωπον ἐδημιούργησεν. Καὶ τὸ μὲν Ἐποίησεν, νοήσεις καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, ποίημα γὰρ Θεοῦ ἀμφότερα· τὸ δὲ Ἔπλασεν, ἐπὶ τοῦ σώματος νοητέον.

Ps. 129. 2.

Γενηθήτω τὰ ὦτά σου προσέχοντα εἰς τὴν φωνὴν τῆς δεήσεώς μου.] Ὦτα ἐπὶ Θεοῦ καὶ τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις νοοῦμεν, δι᾽ ὧν αἱ δεήσεις ἡμῶν πρὸς Θεὸν εἰσέρχονται.

1 Ὅλως] T, fol. 216^v. 3 ἐδημιούργησεν] εδημιουργισεν ms. 6 Ὦτα] T, fol. 229.

2. διερευνῶν] Hieron. supra III^2 129, 20 'Totus manus est (Deus), quia omnia operatur'.

2-5. χεῖρες δὲ Θεοῦ κ.τ.λ.] Eadem sub nominibus Origenis, Cyrilli, Athanasii, Didymi, Evagrii ap. Pitra, *Anal. sacra* III, 279 not. Porro p. 518 ad Ps. 118, 73 aliud lemma legitur Ἱερωνύμου nomine inscriptum. Interim graeca nostra conferre proderit cum Hieronymo Latino, Comm. in Ephes. 2, 10: 'Et diligenter observa quia non dixerit, Ipsius figuratio sumus atque plasmatio, sed, *Ipsius factura sumus*. Plasmatio quippe originem de terrae limo trahit: factura vero iuxta similitudinem et imaginem Dei sumpsit exordium. Quod in centesimo quoque octavo decimo Psalmo simul positum diversa significat: *Manus tuae fecerunt me et plasmaverunt me*. Factura primum locum tenet: deinde plasmatio.'

APPENDIX.

ARNOBII EPISCOPI EXPOSITIUNCULAE IN EVANGELIUM

NUNC PRIMUM INTEGRAE
EX COD. 132 UNIVERSIT. GANDAV. EDITAE.

G = cod. Universit. Gandav. 132 (olim S. Petri Blandin.) saec. XII.

μ = Migne, Patr. Lat. 53, 569-581.

β = Pseudo-Theophili Allegoriae, Maxima Biblioth. Patr. (Lugduni 1677) t. II, part. 2, pag. 166-175.

EXPOSITIUNCULAE ARNOBII EPISCOPI IN EVANGELIO IOHANNIS EVANGELISTAE MATTHAEI ET LUCAE.

INCIPIUNT CAPITULA EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM.

I.	In principio erat Verbum etc.
II.	De nuptiis in Cana Galilaeae.
III.	De caeco.
IIII.	De Lazaro.
V.	Ambulate dum lucem habetis.
VI.	De vite et palmite.
VII.	De Abraham.
VIII.	De gladio Petri.

INCIPIUNT CAPITULA SECUNDUM MATTHAEUM.

I.	De muneribus magorum.
II.	Vox clamantis in deserto.
III.	De cibo Iohannis.
IIII.	De pala et area.
V.	De ieiunio et templo.
VI.	Esto benignus adversario tuo.
VII.	Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.
VIII.	Nolite vobis condere thesauros in terra.
IX.	Quid vides festucam in oculo fratris tui.
X.	Numquid colligunt.
XI.	De viro qui aedificavit domum suam super petram.
XII.	De sponso.
XIII.	De profluvio.
XIIII.	Mitto vos sicut oves in medio luporum. [f. 128v]
XV.	Nonne duo passeres asse veneunt.
XVI.	De homine habente manum aridam.
XVII.	Regnum caelorum simile est thesauro abscondito in agro.
XVIII.	Ubi coegit discipulos ut ascenderent navem.
XIX.	Quia difficile dives introit in regnum caelorum.
XX.	De patrefamilias qui prodiit conducere mercennarios.
XXI.	De pullo asinae.
XXII.	De patrefamilias qui plantavit vineam.

6 *Cana*] *chana* G. 17 *pala*] scripsi, ut infra 136, 9 ; *palea* G.

XXIII. Reddite, inquit, quae Caesaris sunt Caesari et quae Dei Deo.
XXIIII. Insurget autem regnum super regnum.
XXV. Qui in Iudaea sunt fugiant ad montes.
XXVI. De decem virginibus.

EXPLICIT MATTHAEUS. INCIPIT LUCAS.

I. De nativitate Iohannis.
II. Ne dixeritis: Patrem habemus Abraham.
III. Nemo accendit lucernam, et ponit eam sub modio.
IIII. Ubi ascendit Iesus in montem orare.
V. Ubi homo descendebat ab Hierusalem in Iericho.
VI. Ubi hominis divitis possessio bene attulit fructum.
VII. De grano sinapis.
VIII. De aedificatione turris.
IX. De homine cui ait filius iunior: Da mihi portionem quae me contingit.
X. Facilius introibit camelus per foramen acus, etc.
XI. De Zachaeo quem vidit in arbore.
XII. De homine qui abiit accipere regnum.
XIII. Venit dies paschae, et misit Petrum et Iohannem in civitatem.

EXPLICIUNT CAPITULA EVANGELII SECUNDUM LUCAM.

INCIPIT DE EVANGELIO IOHANNIS.

I.

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, et cetera.

INTERPRETATIO.

Principium Deus est, qui principator omnium esse voluit. In hoc itaque principe erat Verbum, hoc est Christus, de quo dicit: 'Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum'. Ostendit Christum ex Deo processisse, de quo in psalmo · XLIIII° · vox paterna ait: 'Eructavit cor meum verbum bonum' hoc est Christum. Per quem 'omnia facta sunt, et sine quo factum est nihil': hoc est idola, quae sine arbitrio Christi facta sunt; de quo apostolus dicit: 'Scimus quia nihil est idolum.'

II. ITEM DE NUPTIIS IN CANA GALILAEAE.

Et die tertio nuptiae fiebant in Cana Galilaeae, et mater Iesu erat ibi.

34 *Cana*] *canam* G.

24. *Verbum*] 1 Io. 1 sq.
30. *bonum*] Ps. 44, 1.
32. *idolum*] 1 Cor. 8, 4.

Vocatus autem est Iesus et discipuli eius ad nuptias, et vinum non habebant, et cetera.

INTERPRETATIO.

Facta sunt ista omnia, sed habent spiritalem intellectum. Nuptiae scilicet coniunctio Christi est et ecclesiae, hoc est novae legis traditiones. Hydrias autem · VII · lapideas, ecclesias · VII · demonstrat super petram fundatas. Aqua, inquit, plenas: hoc est baptismi gratia. Quod autem dicit, Capientes metretas binas, hi sunt qui matrimoniis iunguntur. Ternas autem capientes, hi sunt qui spiritales effecti, Trinitatis virtutibus implentur. Architriclinus autem, Moyses est. Novus autem sponsus, Christus est. Aqua in vino conversa, passionis cruorem demonstrat.

CAPITULUM III. DE CAECO.

Et egressus Iesus de templo, dum ambulat, vidit hominem caecum a nativitate sua, et interrogaverunt eum discipuli eius dicentes: Rabbi, quis peccavit, hic an parentes eius, quia caecus natus est? Respondens Iesus ait illis: [fol. 129]. *Neque hic peccavit, neque parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in illo. Haec dicens, exspuit in terram, et fecit lutum de sputo. Dixitque ei: Vade ad piscinam Siloe, et lava oculos tuos. Abiit ergo, et lavit*, et cetera.

INTERPRETATIO.

Caecus quem dicit, genus hominum gentilium demonstrat, quod a nativitate in caecitudine errabat. Siloam autem, fontem luminis interpretatur, quod est baptisma, unde cordis oculos inluminamus.

DE LAZARO. CAPITULUM IIII.

Fuit vir autem quidam infirmus nomine Lazarus de castello Mariae et Marthae sororis eius. Haec est autem Maria quae unxerat Dominum unguento et exterserat pedes eius capillis suis, cuius frater infirmus erat, etc.

INTERPRETATIO.

Facta sunt ista omnia, sed habent spiritalem intellectum. Nam Lazarus genus humanum demonstrat, qui in morte condormiebat, priusquam Christus veniret. Institis autem constrictus, hoc est genus hominum peccatis involutum. Martha autem et Maria, ecclesia et fides intelliguntur, rogantes Christum ut Lazarum suscitaret, hoc est, vitam hominum

5 *traditiones*] G; *traditionis* μ. 6 *Hydrias*] *Idrias* G; *Hydriae* μ. *lapideas*] G; *lapideae* μ. *demonstrat*] G; *demonstrant* μ. 9 *virtutibus*] μ; *virtutes* G. 11 *in vino*] G; *in vinum* μ. 17 *exspuit*] *expuit* G. 22 *Siloam*] *Syloam* G.

1. *non habebant*] Io. 2, 1 sq. 27. *infirmus erat*] Io. 11, 1 sq.
19. *et lavit*] Io. 9, 1 sq.

excitaret. Lapide devoluto de monumento, hoc est, duritia de corde hominum remota. Quarto autem die excitatum, evangelicam demonstrat figuram, quae nobis duritiam cordis repellent. Quod autem dicit, Lacrimatus est Iesus, de infidelitate scilicet Iudaeorum.

CAPITUL. QUINTUM.

Ambulate dum lucem habetis, ne tenebrae vos comprehendant; qui enim ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Cum ergo lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis fieri possitis.

INTERPRETATIO.

Lucem quod dicit, lex Dei est, in qua ambulare debemus. Tenebras autem quod dicit, ignorantia est. Sive quia lux Christus est, tenebrae autem Antichristus est.

DE VITE ET PALMITE. CAPIT. VI.

Ego sum, inquit, vitis vera, et Pater meus agricola est: omnem palmitem in me non ferentem fructum et cet.

INTERPRETATIO.

Merito Christus vitis est, quia vitam nobis attulit. Recte et Pater eius agricola, quia mundi gubernator est: qui et pluvias et tempora quasi bonus cultor administrat. Palmitem vero quod dicit fructiferum, nostrum populum significat. Infructuosus autem haereticorum figura est, quem ignis expectat.

DE ABRAHAM. CAP. VII.

Abraham pater vester expectavit ut videret diem meum: et vidit, et gavisus est.

INTERPRETATIO.

Priusquam Christus veniret ante duorum milium annorum Abraham defunctus est. Quomodo ergo Dominus dicit, Abraham vidit diem meum, et gavisus est? Tunc scilicet quando Isaac ad victimam lignum portabat, et arietem victimae dignum [f. 129v] dedit, et gaudens filium recepit. Tunc exultavit, quia crucis lignum vidit.

2 *Quarto autem die excitatum*] *Quartum a. diem excitatum* μ; *Quartus a. dies excitati* (corr. ex *excitatus*) G. *evangelicam*] G; *evangeliorum* μβ. 3 *quae*] μ; *qui* G. *nobis*] Gμ; *a nobis* β. 8 *possitis*] μ; *potestis* G. 17 *attulit*] μ; *extulit* G. 19 *quod*] sup. lin. mutat. in *quem* G. 26 *duorum milium*] G graecorum more; *duo milia* μ. *defunctus*] *defuntus* G. 28 *quando*] μ; *quo* G.

8. *possitis*] Io. 12, 35 sq.
15. *fructum*] Io. 15, 1 sq.
24. *gavisus est*] Io. 8, 56.

DE GLADIO PETRI. VIII.

Simon igitur Petrus habens gladium eduxit, et percussit servum principis sacerdotum, et amputavit illi auriculam dextram.

INTERPRETATIO.

Cum antea Dominus praeceperit discipulis suis ne quidem virgam in via ferrent, quomodo Petrus exemit gladium, et amputavit auriculam puero sacerdotis, et Dominus ei dixit, Reconde gladium tuum in tecam suam? Gladius scilicet Spiritus sanctus est, sicut apostolus Paulus ad Ephesios meminit. Auricula autem amputata, auditus Iudaeorum est, sicut Isaias dicit: 'Domine quis credidit auditui nostro?' Teca vero Petrus erat, in quo Spiritus Dei latebat.

EXPLICIT SECUNDUM IOHANNEM. INCIPIT SECUNDUM MATTHAEUM.

DE MUNERIBUS MAGORUM. CAP. I.

Aperientes, inquit, thesauros suos obtulerunt ei munera, aurum, thus, et mirram. Et responso moniti sunt in somnis ne reverterentur, ad Herodem, sed per aliam viam regressi sunt.

INTERPRETATIO.

Tunc scilicet magi praesago spiritu Christo munera offerebant: aurum scilicet quasi regi, thus autem quasi Deo, sive quia passionis immolationem demonstrabat. Mirra autem sepulturae signum ostendebat. Magi autem ipsi tipus credentium erant. Herodes autem diaboli significat figuram. Quod autem magis dictum est, ne reverterentur ad Herodem, hoc est, qui ex gentibus ad Christum veniunt, ne rursus ad diabolum revertantur.

CAPITUL. II.

Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur, et erunt prava in directa.

INTERPRETATIO.

Vallem quod dicit, mundum istum demonstrat, repletum Christi doctrina. Montes autem et colles humiliati, perfidia scilicet diaboli, et idolorum cultura, quae in adventu Christi humiliata sunt atque depressa.

7 *reconde*] *recunde* G. 21 *demonstrabat*] G; *demonstrabant* μ.

3. *dextram*] Io. 18, 10.
8. *ad Ephesios*] 6, 17.
10. *nostro?*] Is. 53, 1.
17. *regressi sunt*] Mt. 2, 11 sq.
28. *directa*] Mt. 3, 3; Luc. 3, 4 sq; Is. 40, 3 sq.

Quod autem dicit, Erunt prava in directa, hoc de gentilium pravitate dicebat, qui nunc recta itinera gradiuntur.

DE CIBO IOHANNIS. III.

Cibus autem Iohannis erat locusta et mel silvestre.

INTERPRETATIO.

Locustae quas dicit, populorum multorum demonstrant figuram, qui ad Iohannem veniebant. Mel autem fructum dulcedinis eorum demonstrat, quorum credulitate et fide Iohannes saturabatur.

DE PALA ET AREA. IIII.

Habens, inquit, palam in manu sua, purgabit aream [fol. 130] *suam, et colliget frumentum in horreo, paleas autem comburet igni inextinguibili.*

INTERPRETATIO.

Area quod dicit, mundus iste intelligitur. Frumentum vero quod dicit, sancti et fideles intelliguntur. Pala vero crucem demonstrat. Horreum autem paradisus est, ubi sancti colliguntur. Paleae autem leves, id est, perditi homines, qui in gehennam mittuntur, et igni exuruntur.

DE IEIUNIO CHRISTI. V.

Et cum ieiunasset Iesus, postea esuriit. Et dixit ad eum is qui temptabat: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Ille autem dixit ei: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo Dei. Tunc assumpsit eum diabolus, et statuit eum supra pinnaculum templi, et dixit illi: Si filius Dei es, mitte te deorsum, et excipiant te angeli, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

INTERPRETATIO.

Christus ieiunans nos esuriebat, quos iustitia saturabit. Lapides autem nos fuimus, qui duritiam cordis habuimus. Templum autem Christianos homines demonstrat, Paulo apostolo dicente: 'Vos estis templum Dei.' Fastus autem templi caritas est, per quam eminet templum, per quam Christus in Christianis ascendit. Quod autem diabolus Christo dixit, Mitte te de templo hinc deorsum, hoc est: suadebat Christo, ut de nostra caritate descenderet. Ne forte, inquit, offendas ad lapidem pedem tuum: hoc est, quasi qui increduli essemus, veluti duritiam lapidum haberemus, ita offensionem nostram Christo obiciebat.

6 *Locustae*] G; *Locustas* μ. 9 sqq. *pala... palam*] μ; *palea... paleam* G. 10 *purgabit*] μ; *purgavit* G. 13 *Area*] G; *Aream* μ. 22 *excipiant*] G; *excipient* μ. 27 *Fastus*] G; *Fastigium* μ. *per quam eminet templum*] G; om. μ.

4. *silvestre*] Mt. 3, 4. 22. *tuum*] Mt. 4, 1 sq.
11. *inextinguibili*] Mt. 3, 12. 26. *Dei*] 2 Cor. 6, 16.

CAP. VI.

Esto benignus adversario tuo cito, dum es cum illo in via, ne forte adversarius tradat te iudici, et iudex ministris, et in carcere mittaris

INTERPRETATIO.

Adversarius quod dicit, exteriorem hominem demonstrat, hoc est carnalem, cum quo iter facimus Via autem transitum saeculi huius demonstrat. Huic ergo adversario benigni simus, hoc est, casti cum illo vivamus, ne admissis inlicitis tradat nos iudici, hoc est Christo; et iudex, inquid, ministris, id est angelis, et angeli in carcerem nos tradant, hoc est in gehennam.

CAP. VII.

Nesciat, inquid, *sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit elemosina tua in abscondito.*

INTERPRETATIO.

Dextera nos sumus, quia Christum colimus, qui in dextera Patris sedet. Sinistra autem Iudaei sunt atque haeretici. Proinde nesciat sinistra, quid pars faciat dextera.

CAPIT. VIII.

Nolite vobis condere thesauros super terram, ubi tinea et comestura exterminant, et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in caelo, ubi fures non effodiunt neque furantur, et cetera.

INTERPRETATIO.

Terra quam dicit, habitaculum corporis nostri significat. Thesaurus vero fides est. Quod ergo dicit, Nolite vobis condere thesauros in terra, hoc est, nolite thesaurizare in carne; ubi tinea, inquit, [f. 130v] comedit, hoc est, avaritia sive libido; et fures effodiunt, hoc est diabolus, qui fidem furatur. Sed condite, inquit, thesauros in caelo, hoc est in spiritu, qui caelum intelligitur. 'Qui seminaverit in carne, de carne metet corruptionem; qui autem seminaverit in spiritu, de spiritu metet vitam aeternam'

CAP. VIIII.

Qui vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non consideras?

5 *Adversarius*] G; *Adversarium* μ. 8 *ne admissis inlicitis*] G; *ne forte ob admissa illicita* μ. 23 *Terra*] G; *Terram* μ. 28 *intelligitur*] μ inser. *sicut apostolus Paulus dixit.*

3. *mittaris*] Mt. 5, 25.
13. *abscondito*] Mt. 6, 3 sq.
21. *furantur*] Mt. 6, 19 sq.
30. *aeternam*] Gal. 6, 8.
33. *consideras?*] Mt. 7, 3.

INTERPRETATIO.

Hoc ad haereticos dicit, qui audent cum Iudaeis altercari, de quorum oculis eximere se putant festucam, hoc est, coronae illius spineae festucas; ut in oculis suis trabem non sentiant, hoc est, crucis offensionem.

X.

Nunquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem malos fructus facit.

INTERPRETATIO.

Spinae quas dicit et tribuli haereses intelliguntur, de quibus fructum iustitiae nemo colligit, hoc est, martyres ex haereticis nemo. Arbor autem mala vetus homo est, qui multos fructus facit, hoc est peccata, libido, et avaritia. Arbor autem crux est, quae fructum vitae credentibus attulit.

XI.

Omnis qui audit verba mea haec et facit ea, similabo eum viro sapienti qui aedificavit domum suam super petram. Descendit pluvia, advenerunt flumina, flaverunt venti, et inpegerunt in domum illam, et non cecidit: fundata enim fuit super petram. Et omnis qui audit verba mea et non facit ea, similabo eum viro stulto qui aedificavit domum suam super harenam. Descendit pluvia, flaverunt venti, inpegerunt in domum illam, et cecidit, et facta est ruina eius magna.

INTERPRETATIO.

Petra scilicet Christus est, auctor apostolorum. Domus autem quam dicit, habitaculum corporis nostri est. In hac igitur petra, hoc est Christo, domum nostram aedificemus, hoc est, corpus nostrum sanctificemus; ut cum flumina et ventus venerint, hoc est, impetus persecutionis et procella, inpulsi non cadamus. Harena autem non aliud quam haereses intelliguntur, quae omni tempestate volvuntur. Super hanc igitur harenam, hoc est haeresim, quicunque domum suam, hoc est, corpus suum et fidem suam aedificaverit, stultus est. Mox enim ut advenerint flumina et venti, hoc est tempus persecutionis, ilico cadet.

CAP. XII.

Non possunt, inquid, *filii sponsi ieiunare, quamdiu cum illis est sponsus.*

3 *spineae*] μ; *spine* G. 9 *Spinae... tribuli*] G; *Spinas... tribulos* μ. 12 *libido et avaritia*] G; *libidines et avaritiam* μ. 23 *Domus*] G; *Domum* μ. 28 *quae*] μ; *qui* G. 29 *hoc est corpus suum et fidem suam*] G; om. μ. 30 *aedificaverit*] μ; *dicaverit* G. *ut*] G; om. μ.

7. *facit*] Mt. 7, 16 sq. 21. *magna*] Ibid. 24-27.

Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, et tunc ieiunabunt illis diebus [fol. 131]. *Nemo autem inmittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: tollit enim plenitudinem eius a vestimento, et maior scissura fit. Neque mittunt vinum novum in utres veteres, alioquin rumpit vinum utres, et vinum perit et utres; sed mittunt vinum novum in utres novos, et utraque servantur.*

INTERPRETATIO.

Sponsus Christus est; filii autem sponsi nos sumus. Proinde si quis lectioni insistit, non ieiunat: quia sponsus cum illo est, qui dixit 'Ego sum panis vitae.' Et tunc incipient ieiunare. Indumentum autem novum hominem novum demonstrat; vetus autem indumentum veterem hominem significat. Si quis ergo hominem interiorem, hoc est spiritalem, coniunxerit cum exteriore, id est carnali, maiorem scissuram facit. Vinum scilicet novum, sacramentum est. Utres autem veteres, Iudaei sunt; utres vero novi nos sumus, qui hoc musto potamur.

XIII.

Ecce mulier sanguinis profluvium habens per annos duodecim accessit retro, et tetigit vestimentum eius. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum vestimentum eius, salva ero. Ille autem dixit ad discipulos suos: Quis me tetigit? sensi enim a me exisse virtutem. At ubi vidit mulier illa, quae tetigerat vestimentum eius, non posse celari, procidit ad pedes eius dicens: Ego Domine tetigi, quia profluvio sanguinis vexabar. Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te salvam fecit.

INTERPRETATIO.

Facta sunt ista omnia, sed habent spiritalem intellectum. Nam mulier in profluvio sanguinis conversa, ecclesia est; in cuius imaginem iam tunc Machabaea iugulabatur, cuius sanguis in imagine ecclesiae profluebat. Veniente autem Christo, sanguis eius iam non in profluvium mortis, sed in martyrium gloriae translatus est. Vestimentum autem eius quod tetigit, corpus Christi est; quod et nos attingimus, et sanamur. Duodecim autem anni, apostolorum numerum demonstrat.

1 *dies cum*] G; μ om. *cum*. 9 *insistit*] G; *persistit* μ. *cum illo est*] μ inser. *qui est Christus*. 15 *hoc*] G; *de hoc* μ. 22 *quia*] μ; *que a* G. 29 *in martyrium gloriae*] μ; *in martyrum gloria* (*gloria* add. sup. lin.) G. 31 *anni*] G; *annos* μ.

6. *servantur*] Mt. 9, 15-17.
10. *vitae*] Io. 6, 35.
23. *salvam fecit*] Mt. 9, 20 sq; Luc. 8, 43 sq.

CAP. XIIII.

Ecce ego, inquid, *mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote*, inquid, *prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae.*

INTERPRETATIO.

Lupi quos dicit, persecutores nostri sunt. Oves autem nos sumus, qui tempore persecutionis a lupis coercemur. Sed estote, inquid, astuti sicut serpentes, et simplices sicut columbae: hoc est, sicut serpens in necessitate mortis caput suum celat, corpus autem suum morti tradit; ita et nos caput nostrum [f. 131ᵛ], hoc est, Christum celemus confitendo, corpus autem nostrum lupis tradamus. Columba autem ecclesia est, cuius filii, quotiens ob nomine Christi occiduntur, gaudent et exultant.

CAP. XV.

Nonne duo passeres asse veneunt? Et unus ex illis non cadet in terra sine voluntate Patris vestri, qui in caelo est.

INTERPRETATIO.

Duo passeres quos dicit, spiritus et anima intelliguntur, sicut in psalmo dicit: 'Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.' Asse autem quod dicit, denarius fidei est, a quo convenimus. Terra autem homo ipse est, qui sine Patris voluntate nec animam nec spiritum potest accipere.

CAP. XVI.

Venit, inquid, *Iesus in synagogam, et invenit ibi hominem habentem manum aridam, et dixit illi Iesus: Extende manum tuam. Et extendit manum, et facta est sana sicut altera.*

INTERPRETATIO.

Facta sunt ista omnia, sed habent spiritalem intellectum. Nam aridam quod dicit manum, infructuosi hominis ostendit personam. Proinde Dominus dixit ad eum, Extende manum tuam: ut elemosinam cum misericordia extensa manu pauperi porrigamus.

CAP. XVII.

Simile est, inquid, *regnum caelorum thesauro absconso in agro; quem*

9 *celemus*] G, et ita quidem legendum praesensit Beda Grundl, Theolog. Quartalschr. Tübing. 1897, vol. LXXIX, p. 560; *colamus* μ. 11 *ob nomine*] G. Cf. H. Rönsch, Ital. u. Vulg. p. 408; *ob nomen* μ. 18 *a quo convenimus*] G; *a quo eum venimus* μ; *ad quam religionis studio convenimus* β.

3. *columbae*] Mt. 10, 16.
14. *in caelo est*] Ibid. 29.
17. *venantium*] Ps. 123, 7.
24. *altera*] Mt. 12, 9 sq.

qui invenit homo absconsum, vadit, et vendit omnia quae habet, et emit agrum illum.

INTERPRETATIO.

Ager hic mundus est. Thesaurus autem in agro absconsus Christus est, qui latuit triduana illa passione. Sive quia ager paradisus est, thesaurus autem vita eterna est. Proinde vendamus quicquid in hoc saeculo habemus, ut ad illum agrum perveniamus.

XVIII.

Et coegit discipulos ut ascenderent navem, et praecederent trans mare donec remitteret turbas. Navis autem iam erat in medio mari fluctibus turbata: fuit enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis abiit ad illos ambulans in mari; et cum viderent eum, turbati sunt. Dixit autem Simon Petrus: Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas. At ille ait: Veni. Et descendit Petrus super aquam ambulans, ut veniret ad Iesum. Videns autem Petrus ventum validum venientem ad se timuit; et cum coepisset mergi, clamavit dicens: Domine salvum me fac.

INTERPRETATIO.

Mare scilicet saeculum est; navis autem, in qua apostoli ascenderunt, ecclesia est. Quod autem dicit, Fluctibus turbata est, hoc est, quod ecclesia persecutione pulsatur. Ventus autem contrarius diabolus est, qui [f. 132] ecclesiae contrarius est. Quod autem dicit, Quarta vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare, hoc est, quod quatuor evangelia nobis attulit, qui in nocte ignorantiae iacebamus. Quod autem dicit, Turbatus est Petrus visa tempestate, hoc est, quod in passione Christi turbatus est, ut etiam negando fides eius submergeretur.

CAP. XVIIII.

Iesus autem dixit discipulis suis: Amen dico vobis, quia difficile dives intrabit in regnum caelorum. Iterum dico vobis, facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem in regnum Dei.

INTERPRETATIO.

Divitem populum Iudaicum dicit, qui cum divitiis de Aegypto exierunt; de quo in psalmo dicit 'Divites eguerunt et esurierunt.' Camelus autem nos fuimus, qui nihil rectum in nobis habuimus; qui nunc sarcinas peccatorum deposuimus, et per foramen acus introivimus, hoc est, per arctam

1 *vadit*] G; *vadet* μ.

2. *illum*] Mt. 13, 44.
16. *salvum me fac*] Mt. 14, 22-30.
29. *Dei*] Mt. 19, 23 sq.
32. *esurierunt*] Ps. 33, 11.

et angustam viam quae ducit ad vitam. Nam Iudas Scariothis dives fuit de pretio quo Christum tradidit, sed in regnum caelorum non intravit.

CAP. XX.

Simile est regnum caelorum homini patrifamilias, qui prodiit primo mane in foro conducere operarios in vineam suam; et placuit illi cum operariis singulis denariis diurnis. Et egressus circa horam sextam et nonam, et idem fecit. Sed et circa horam undecimam egressus est, et invenit alios stantes, et ait illis: Quid hic statis otiosi? Et illi responderunt: Quia nemo nos conduxit. Et ait illis: Ite et vos in vineam meam. Vespere autem facto dixit dominus procuratori suo: Voca operarios, et redde illis mercedem, incipiens a novissimis usque ad primos. Cum ergo venissent qui circa horam undecimam fuerant vocati, acceperunt singulos denarios. Venerunt autem et priores, sperantes se amplius accepturos. Et cum accepissent singulos denarios, coeperunt murmurare adversus patremfamilias dicentes: Hi novissimi una hora operati sunt, et pares illos nobis fecisti, qui sustinuimus laborem totius diei.

INTERPRETATIO.

Paterfamilias Christus est, qui operarios conducit, hoc est, qui credentes colligit, ut mercedem accipiant. Vinea autem, cultura legis est. Denarius autem, vita aeterna est. Quos autem dicit ad horam primam operatos, virgines sunt, qui se laborem et calorem carnis sustinuisse dicunt. Forum autem mundus iste intelligitur. Qui autem sero ad opus accesserunt, abstinentes sunt. Quod autem dicit, Vespera mercedem acceperunt, hoc est, quod in adventu Christi recipient casti mercedem [f. 132ᵛ] laboris sui.

CAPUT XXI.

Et adduxerunt asinae pullum, et sedit super eum, et deponentes vestimenta sua in via, alii autem caedebant ramos de arboribus et proiciebant ante eum dicentes: Osanna filio David.

INTERPRETATIO.

Asinae quem dicit pullum, populum novellum demonstrat, hoc est nostrum, qui et praesepium domini sui cognovit, hoc est altare, ubi cibaria colligimus. Turba autem quam dicit vestimenta sua iactantem, hoc est, quod credentium multitudo veterem hominem expolians se proiciet. Arbores

1 *Scariothis*] G ; *Iscariotes* μ. 24 *casti*] μ ; *ea isti* G. 30 *Asinae*] μ ; *Asinus* G. 32 *iactantem*] scripsi ; *iactantam* G ; *iactantes* μ.

1. *ad vitam*] Cf. Mt. 7, 14.
16. *diei*] Mt. 20, 1-12.
28. *David*] Mt. 21, 7 sqq.
31. *cognovit*] Cf. Is. 1, 3.
33. *expolians*] Cf. Coloss. 3, 9.

autem iidem homines sunt. Rami vero de arboribus abcisi, peccata sunt quae in nobis virescebant.

XXII.

Aliam, inquid, *parabolam audite. Erat quidem paterfamilias qui plantavit vineam, et sepem illi circumdedit, et fodit in ea lacum et aedificavit turrim, et locavit eam colonis, et ipse peregre profectus est. Cum autem appropinquasset tempus fructuum, misit servos suos ad cultores illos, ut acciperent de fructibus suis. Coloni autem apprehensos servos viros, alium ceciderunt, alium vero lapidaverunt, alium autem decollaverunt Item misit alios servos plures prioribus, et fecerunt illis similiter. Novissime autem misit illis filium suum unicum dicens: Forsitan filium meum verebuntur. Quem et ipsum apprehensum occiderunt.*

INTERPRETATIO.

Paterfamilias quem dicit, Patris similitudinem demonstrat. Vinea quam dicit novellasse, lex nova est. Turris autem ecclesia est; lacus baptisma est. Coloni autem Iudaei sunt; sepis vero fides est. Servi quos dicit occisos, prophetae intelliguntur. Posteriores quos dicit missos, apostoli sunt, ex quibus unus decollatus est Iohannes. Novissime autem filium occiderunt, scilicet Christum.

XXIII.

Reddite, inquid, *quae Caesaris sunt Caesari, et quae Dei sunt Deo.*

INTERPRETATIO.

Iubemur, inquid, in persecutione reddere que Caesaris sunt Caesari, hoc est, corpus in quo habet potestatem; reddere quae Dei sunt Deo.

XXIIII.

Fuerunt, inquid, *apud nos septem fratres. Primus eorum uxore ducta non relictis filiis mortuus est, et reliquit uxorem suam fratri suo; similiter et secundus, et tertius, et quartus usque ad septimum. Novissime autem omnium et mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius eorum erit uxor? Nam omnes septem habuerunt illam uxorem.*

INTERPRETATIO.

Septem quos dicit fratres, patriarchas septem demonstrat, qui sunt septem libri Moisi. Uxor autem eorum synagoga est; cum qua septem

1 *iidem*] *idem* G. *Rami... abcisi*] optime G; *Ramos... abscindentes* μ. 8 *viros*] G; om. μ. 24 *Deo*] μ prosequitur: *spiritum scilicet et fidem.*

12. *occiderunt*] Mt. 21, 33 sqq; Mc. 12, 1 sqq.
21. *Deo*] Mt. 22, 21.
30. *uxorem*] Mt. 22, 25 sqq.

patriarchae coeuntes semen nominis Christi infuderunt, et fidem nunquam concepit.

XXV.

Insurget autem regnum super regnum [f. 133] *et gentes super gentem, et erunt fames et terraemotus per loca singula. Sed haec omnia initia erunt gemitus et doloris. Tunc tradent vos in mortem, tunc multi scandalizabuntur, et tradent se alterutrum ad mortem, et multi pseudoprophetae exsurgent et seducent multos; et propter scelerum habundantiam refrigescet caritas multorum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.*

INTERPRETATIO.

Regnum super regnum quod dicit, hoc est, quod super regnum Christi audet diabolus haereses suscitare. Fames autem et terraemotus, hoc est, quod aliquanti homines, [qui] terra intelliguntur, famem patiuntur, hoc est, sine Spiritu Dei, nec intellectum habentes, ad haereses submoventur. Et tradent se, inquid, in mortem. Et pseudo, inquid, prophetae exsurgent; ut puta Amaxobius, qui multos decepit.

XXVI.

Tunc, inquid, *qui in Iudaea sunt fugiant ad montes; et qui in agro est, non revertatur retro ad vestimentum suum. Vae autem praegnantibus et lactantibus in illis diebus. Orate autem, ut non fiat fuga vestra hieme vel sabbato.*

INTERPRETATIO.

Iudaea scilicet terra sancta est, hoc est, casti homines quique carnem suam sanctificaverunt. Fugiant, inquid, ad montes: hoc est, ad apostolorum doctrinam. Et qui in agro est, non revertatur ad vestimentum suum: hoc est, qui in saeculo est, non revertatur ad veterem hominem. Vae autem praegnantibus et lactantibus: hoc est, quicunque fratrum et sacerdotum avaritiam velut praegnans conceperit, vae illis erit. Lactans autem is erit, qui mandata Christi non recte docuerit: hic non cibo sed lacte potavit. Hiems autem quod dicit, tempus capiendi homines ostendit. Item et Iudaeo sabbato fugere non licet, nec etiam de civitate recedere permittit. Ita et nos oremus, ut saeculum fugere possimus, ne ab antichristo veluti ab hieme aut sabbato preoccupemur.

XXVII.

Tunc, inquit, *simile aestimabitur regnum caelorum decem virginibus,*

4 *gentes*] G; *gens* μ. 13 *qui*] supplevi ex μ; om. G. 14 *nec*] μ; *necis* G. 16 *ut puta Amaxobius*] G recte; *ut pote Amapobius* μ. 23 *quique*] G; *qui* μ.

9. *salvus erit*] Mt. 24, 7 sqq. 21. *sabbato*] Mt. 24, 17-20.

quae acceperunt lampades suas et exierunt obviam sponso et sponsae. Quinque autem ex illis erant fatuae, et quinque prudentes. Fatuae autem acceptis lampadibus suis non sumpserunt oleum secum in vasis suis; prudentes autem tulerunt oleum in vasis suis cum lampadibus.

INTERPRETATIO.

Decem virgines quas dicit, quinque sapientium nomina dicimus, id est, spem, fidem, caritatem, castitatem, et elemosinam. Vasa autem habitationes eorum sunt, hoc est, ho[f. 133v]mines in quibus inhabitant. Oleo, inquit, plenas: hoc est, spiritali gratia. Lampades vero, vigilantium spiritus sunt. Obviam euntes sponso, hoc est Christo. Fatuae autem sunt istis contrariae: quae quod vident sperant, alia infidelitas, tertia sine caritate, quarta autem carnalis, quinta vero infructuosa. Horum etiam lampades extinguuntur: quia oleum non habent, hoc est, spiritalem gratiam.

EXPLICIT SECUNDUM MATTHAEUM. INCIPIT SECUNDUM LUCAM.

CAP. I.

Ideoque nascetur tibi filius, et vocabis nomen eius Iohannem, et multi in nativitate eius gaudebunt, et vinum et siceram non bibet.

INTERPRETATIO.

Vinum quod Iohannes bibere prohibetur, luxuria intelligitur; sicera autem dactili sucus est, qui non aliud quam carnis dulcedo intelligitur. Proinde hoc genus poculi spiritales effugiant.

CAP. II.

Ne dixeritis, Patrem habemus Abraham. Dico autem vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae. Iam quidem securis ad radices arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur, et in ignem mittetur.

INTERPRETATIO.

Lapides quos dicit, Iudaei intelliguntur propter duritiam et incredulitatem suam. De quibus filios Abrahae resuscitavit, hoc est apostolos; sive gentilium duritiam, de quibus martyres coronavit. Arbores autem homines intelliguntur; quibus securis posita est, hoc est duorum testamentorum acumen, quorum manubrium crux intelligitur.

9 *vigilantium*] G corr. ex *vigilantiae*; *vigilantia* μ.

4. *lampadibus*] Mt. 25, 1-4. 28. *mittetur*] Lc. 3, 8-9.
19. *non bibet*] Lc. 1, 13-15.

CAP. III.

Nemo, inquid, *lucernam accendit, et ponit eam sub modio aut in abscondito, sed super candelabrum, ut omnes qui ingrediuntur lumen videant.*

INTERPRETATIO.

Lucerna Christus est, qui dixit 'Ego sum lumen huius mundi'; sive mandata eius, quae illuminant corda nostra. Vas autem mundus iste intelligitur, modius vero haereses; candelabrum autem veritas, quod lumen demonstrat. Proinde hanc lucernam, hoc est mandata Christi, non in saeculo abscondamus, sed super candelabrum ponamus. Ut luceat, inquit, omnibus introeuntibus in domum: hoc est, in ecclesiam.

CAPIT IIII.

Et ascendit Iesus in montem ut oraret. Et dum oraret, factus est aspectus vultus eius inmutatus; et vestimentum eius factum est album, refulgens sicut nix. Et ecce viri [fol. 134] *duo conloquebantur cum eo: erat autem Moises et Helias apparentes in gloria. Et dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. Petrus vero, et qui cum illo erant, gravati erant a somno; et vigilantes viderunt gloriam eius, et duos viros qui cum ipso erant, et dixerunt ad Iesum: Magister, bonum est nobis hic esse, et faciamus tabernacula tria, tibi unum, et Moysi unum, et Heliae unum, nescientes quid dicerent.*

INTERPRETATIO.

Merito Dominus ascendit in montem altum, hoc est, in sublimitate Patris sui; inmutatus est in splendore luminis, ne forte apostoli adhuc aliquid dubitarent. Iam enim ante dixerat ad eos: 'Modicae fidei, quid dubitastis?' Quod autem dicit, Vestimenta eius splendida facta sunt, inmutationem sanctorum futuram demonstrat. Quod autem dicit tria tabernacula, triduanam habitationem passionis demonstrat.

CAP. V.

Suspiciens, inquid, *Iesus ait: Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Iericho, et incidit in latrones, qui despoliaverunt eum, et plagis impositis reliquerunt eum semivivum, et abierunt. Quidam autem sacerdos descende-*

6 *Vas*] G; *Vasum* μ. 10 *in ecclesiam*] μ; *in ecclesia* G. 14 *erat*] Gμ, pro *erant*? 17 *vigilantes*] Gμ, pro *evigil.*? 18 *hic*] μ; suppl. in marg. G. 29 *Suspiciens*] G, uti codd. Evang. multi, pro *Suscipiens*.

3. *videant*] Lc. 11, 33.
5. *mundi*] Io. 8, 12.
20. *dicerent*] Lc. 9, 28-33.
21. *Interpretatio*] Omnino differt ab ea quae edita est in μ; in quo praeterea desiderantur reliqua, quae heic primum ex cod. Gandavensi proferuntur in lucem.
25. *dubitastis?*] Mt. 14, 31.

bat eadem via, et cum vidisset eum, preteriit. Similiter et levita cum vidisset illum, pertransiit. Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus illum. Quem ut vidit, misericordia motus èst, et accedens alligavit vulnera eius, infundens oleum et vinum. Et inposuit illum super iumentum suum, et duxit ad stabulum, et curam illi adhibuit. Et alia die protulit duos denarios, et dixit stabulario, et ait: Curam illius habe, et quodcunque supererogaveris ego revertens reddam tibi.

INTERPRETATIO.

Hierusalem visio pacis interpretatur; Hiericho autem saeculum est. Homo autem qui descendebat ab Ierusalem in Hiericho, Adam fuit, qui proiectus a facie Dei in saeculo venit, inquit, in latrones: hoc est, in diabolo, qui eum despoliavit, et plagas illi infixit, hoc est, quod indumentum inmortalitatis illi abstulit, et peccata mortis infixit. Sacerdos autem et levita, Moyses et Aaron intelliguntur; quia Adae vulnera, hoc est gentilium peccata, non curaverunt. Samaritanum autem Christum dixit, qui Samaritanus dictus est. Ipse, inquit, plagas eius curavit: hoc est, vulnera nostra sanavit, vinum et oleum infun[f. 134v]dendo, hoc est, sanguinis sui et crismatis sacramentum; et ad stabulum perduxit, hoc est, ad ecclesiam. Stabularii autem episcopi sunt. Quod autem dixit, Revertens reddam tibi, hoc est, in adventu suo mercedem medicinae episcopis daturus.

CAP. VI.

Dixit autem ad illos parabolam talem, dicens: Hominis cuiusdam divitis possessio bene attulit fructum. Et cogitavit intra se, dicens: Quid faciam, quoniam non habeo ubi congregem fructus meos? Et ait: Hoc faciam, destruam horrea mea, et maiora aedificabo, ubi congregabo omnia quae nata sunt mihi; et dicam animae meae: Habes multa bona, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte repetunt animam tuam a te. Quae ergo praeparasti, cuius erunt?

INTERPRETATIO.

Divitem stultum dicit, hoc est, carnalem divitem et honustum peccatis,

6 *dixit*] G, pro *dedit*? 14 *vulnera*], *peccata* expuncto, G.

7. *tibi*] Lc. 10, 30-35.

9. *Hierusalem visio pacis* etc.] Ista quoque in rem suam convertit Pseudo-Theophilus: ex quo certius comperimus ultimas has adnotatiunculas genuinum Arnobii fetum esse.

18. *crismatis sacramentum*] et infra 148, 13 *oleum, hoc est, crismatis gratia.* Conf. Arnob. in Psal. IV 'vinum in sanguine, oleum in chrismate'.

19. *Stabularii a. episcopi sunt*] Conf. Hieron. Commentariol. psalm. 146 III[1] 100, 1-4.

29. *erunt?*] Lc. 12, 16-20.

quae totum hominem fructu impietatis repleverant. Cui maior apotheca et horreum fabricatur, hoc est, cor hominis; et mentem impellebant ad infidelitatem, ne Deum agnosceret. Anima autem eius avaritia est, sive libido, in qua vetus homo luxuriatur. Huic itaque Christus respondit: Stulte, hac nocte repetunt animam tuam a te; hoc est, illa nocte qua Christus passus est, et hominem veterem occidit in cruce.

VII.

Dixit ad eos parabolam: Si est in vobis fides tanquam granum sinapis, dicetis huic monti, Transfer te, et transferet se a vobis.

INTERPRETATIO.

Sinapis quod dicit, sacramentum fidei demonstrat, quod per Trinitatem sumit candorem: hoc est, per aquam et Spiritum baptismi, et oleum, hoc est crismatis gratia. Ignei carbones, Spiritu sancti figura est. Mons autem diabolus intelligitur, pro magnitudine malitiae suae. Proinde dicit: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transfer te hinc, et transferet se a vobis.

CAPITUL. VIII.

Aliam parabolam dixit apostolis: Quis ex vobis volens turrim aedificare non prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt ad consummandum, ne forte cum posuerit fundamentum et non potuerit perficere, omnes transeuntes cum viderint incipiant deridere eum dicentes: Hic homo stultus coepit aedificare, et non potuit consummare?

INTERPRETATIO.

Turrem quod dicit aedificandam, habitaculum corporis nostri est, quod ex omnibus mandatis Christi aedi[f. 135]ficare debemus, et trabe crucis contignare; et computare sumptus, hoc est, perseverantiam fidei, ne forte perfectum *** nostrum denotent.

VIIII.

Et ait Iesus: Homo quidam habuit duos filios. Et ait adolescentior: Pater, da mihi portionem substantiae meae, quae mihi continget. Et divisit illis substantiam. Et non post multum congregatis omnibus adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, et ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose. Et cum consummasset omnia illa, facta

8 *fides*] suppl. in marg. G. 24 *Turrem*] β, *e* ex *i* corr. G. 26 *contignare*] G optime; *consignare* β. 27 *perfectum *** nostrum*] Lacunam stellulis indicavi; *ne forte aliqui imperfectum opus nostrum derideant* β.

9. *a vobis*] Lc. 17, 6. 22. *consummare?*] Lc. 14, 28 sq.

est fames magna in regione illa, et coepit ipse egere, et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant. In se autem reversus dixit: Surgam et ibo ad patrem meum et dicam ei, Pater peccavi in caelum et coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut unum ex mercennariis tuis. Et exsurgens reversus est ad patrem suum. Et cum adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius, et misericordia motus currens cecidit supra collum eius, et osculatus est eum. Dixitque illi filius: Pater, peccavi in caelum et coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut unum ex mercennariis tuis. Dixit autem pater ad servos suos: Cito proferte stolam primam et induite illum, et date annulum in manu eius et calciamenta in pedibus eius, et adducite vitulum saginatum et occidite, et manducemus et epulemur: quia hic filius meus mortuus erat et revixit, perierat et inventus est. Et coeperunt epulari. Cum autem esset filius eius senior in agro et appropiaret domui, audivit sinphoniam et chorum, et interrogavit unum de servis quidnam haec essent. Isque dixit: Frater tuus venit, et pater tuus occidit vitulum illi saginatum, quia salvum illum recepit. Indignatus est autem, et noluit introire. Pater vero illius egressus coepit rogare illum. At ille respondens dixit patri suo: Ecce quot annis servio tibi, et nunquam mandatum tuum praeterivi, et nunquam dedisti mihi hedum, ut cum amicis meis epularer; sed postquam hic filius tuus qui devoravit substantiam suam cum meretricibus venit, occidisti illi vitulum saginatum. At ille respondens dixit ei: Fili, tu semper mecum fuisti et es, et omnia mea tua sunt. Epulari autem [f. 135v] *et gaudere te oportet: quia frater tuus mortuus erat et revixit, perierat et inventus est.*

INTERPRETATIO.

Duo filii quos dicit, fidelium et paenitentium inducit parabolam. Sed alius interior intellectus est. Nam duo filii, Adam et Christus intelliguntur. Pars autem patrimonii, paradisus est: quem Adam acceperat, quem per luxuriam perdidit, hoc est, per inobedientiam. Abiit, inquam, in longinquam regionem: hoc est, in seculo proiectus. Cum porcis cibum sumebat, hoc est, cum gentibus. Quod autem recordatus ad patrem revertitur, hoc est, quod gentes quarum Adam figuram habet cognoverunt factorem suum. Stola autem prima, quam indutus est: vitam scilicet, quam diabolus ademerat, per Christum recepit. Calciamenta vero, vestigia munita demonstrant, quae lapsus diaboli non timeant; sicut apostolus

28 *Pars*] scripsi ex coniectura; *Pater* G; *per Patrem* β; fortasse legendum *Partem*. 29 *inquam*] G, facile pro *inquit*, ut alibi. 33 *vitam*] β; *vita* G. 35 *quae*] *qui* G.

24. *inventus est*] Lc. 15, 11-32.

Paulus ait 'Calciati pedes in praeparatione evangelii pacis.' Vitulus autem occisus Christi passio est, qui pro Adam, hoc est, pro gentibus passus est; cui Pater dicit, Tu mecum fuisti et es, et omnia mea tua sunt.

[X.]

Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem in regnum caelorum.

INTERPRETATIO.

Dominus iustitiae mandata docet, et divitem obiurgat; sed habent spiritalem intellectum. Nam plerique divites de bonis suis pauperibus communicant: numquid nam et in regnum caelorum non intrabunt? Proinde divitem populum Iudaeorum dicit, qui in divitiis suis fidentes Christum recipere noluerunt. De quibus in psalmo tricesimo tertio dicit: 'Divites eguerunt et esurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.' Camelus autem gentilium demonstrat figuram, qui nihil in se recti habuerunt, et nunc exposita sarcina peccatorum per foramen acus ingrediuntur, hoc est, per angustam viam quae ducit ad vitam. Nam Iudas Scarioth de pretio traditionis dives fuit, sed in regno caelorum non intravit.

CAP. XI.

Et ingressus Iesus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zacheus princeps publicanorum et ipse dives, et cetera.

INTERPRETATIO.

Facta sunt ista omnia, sed habent spiritalem intellectum. Nam adeo Zacheus statura pusillus erat, quia fidem necdum habuerat [f. 136]; ideo nec Christum videre poterat, nisi in arborem ascenderet, hoc est, postquam crucis fide, per quam credentes exaltantur, merito credens medium quae possidebat donavit.

CAP. XII.

Dixit Iesus parabolam talem: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum et reverti. Et convocatis decem servis suis, dedit illis decem mnas, et ait ad illos: Negociamini dum venio. Cives autem eius oderant illum, et miserunt legationem post illum dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est ut rediret accepto regno, et cetera

4 *X.*] Numerus capituli deest in G. 23 *adeo*] G, facile pro *ideo*. 26 *per quam*] scripsi ex coniectura; *postquam* iterum G.

1. *pacis*] Eph. 6, 15.
6. *caelorum*] Lc. 18,25.
14. *bono*] Ps. 33, 11.
18. *non intravit*] Eadem fere supra, cap. XIX in Math.
21. *dives*] Lc. 19, 1 sqq.
33. *regno*] Lc. 19, 12 sqq.

INTERPRETATIO.

Sacerdotum parabolam dicit, et Iudaeos obiurgat. Nobilis scilicet Christus est, qui et homo dictus est. Quod autem dicit, Abiit accipere regnum et reverti, hoc est, quod ad Patrem suum ascendit, et accepit potestatem iudicii in quo venturus est. Quod autem dicit, dedit servis suis decem mnas, hoc est, quod sacerdotibus decalogi legem dedit. Cives autem, quos dicit respuisse regnum eius, Iudaei sunt, qui Christum regem respuerunt. Proinde in adventu suo promovebit sacerdotes bene agentes. Et inimicos, inquid, qui noluerunt me regnare super se, hoc est, Iudaeos puniet merito suo.

CAPITULUM XIII.

Venit, inquit, *dies Paschae, et misit Petrum et Iohannem dicens : Ite in civitatem ad quendam, et occurret vobis homo amphoram aquae portans ; sequimini eum in domo in qua introierit, et dicetis patrifamilias domus : Dicit tibi magister, Ubi est refectio mea, ubi pascha cum discipulis meis manducem ? Et ille vobis ostendet triclinium stratum et domum magnam : ibi parate. Et euntes invenerunt sicut dixerat illis, et paraverunt pascha. Et cum facta esset hora, discubuit, et apostoli cum eo.*

INTERPRETATIO.

Pascha, passio Christi est. Triclinium autem magnum stratum ecclesiam demonstrat, ubi nos pascha passionis celebramus. Nam et sic intelligere possumus, quod patremfamilias Patrem suum dicit ; domus autem habitationem caelestem significat. Triclinium vero stratum plenum, hospitia paterna demonstrat, Hierusalem scilicet, ubi cum sanctis convivium habiturus est. Amen.

EXPLICIT SECUNDUM LUCAM.

8 *promovebit*] *bit*, expuncto *at* G. 12 *Paschae*] *pasce* G.

18. *cum eo*] Lc. 22, 7-14.

DE TRACTATU HIERONYMI DEPERDITO IN PSALMUM L.

Priusquam finis operi imponatur, occurrit animo insigne Cassiodori testimonium, ubi de psalmi L versu 13 (Migne 70, 367 D):

Nam et beatus Hieronymus adversus haereticos in hoc psalmo luculenter et breviter de Trinitate disseruit.

Quibus equidem verbis latentem adhuc tractatum potius designari putaverim, quam locum quemvis ex operibus Hieronymi.

Quod vero attinet ad 'brevem et elegantissimum tractatum de similitudine carnis peccati contra Manichaeos' quem veluti ab Hieronymo scriptum profert Agobardus, Advers. Felicem Urgel. c. 39 (Migne 104, 65 sq.), is profecto mihi Hilarium magis sapere videtur, et ex eodem fortasse libello decerptus fuerit, cuius fragmentum in Arnobii Conflictu alterum laudatur sub nomine 'Hilarii scribentis in Constantium imperatorem de incarnatione Domini' (Migne 53, 289 sq.)

INDICES

AD VOL. III PART. II ET III.

I. INDEX LOCORVM S. SCRIPTVRAE

quae explicantur vel allegantur in tractatibus S. Hieronymi.

Ubi stellula praefigitur, ad voluminis tertii partem IIIte, lector, revocari scias; sin minus, ad partem II.

GENESIS
1, 2 . . . 54, 12
1, 3 . . . 308, 20
1, 9 . . . 164, 6
1, 31 . . . *111, 9
2, 17 . . . 77, 20
2, 22 . . . *54, 3
3, 8 sq. . *ad vesperam* hoc est δειλινόν 8, 25
3, 9 . . . 74, 18
3, 17 . . . 2, 10
3, 18 . . . *41, 12
3, 19 . 16, 28; 34, 11; 89, 14; 167, 27; 259, 3; *55, 26; 63, 17; 90, 27
4, 10 . . . 268, 8
4, 16 . . . 191, 8
6, 3 . . . 112, 30; *38, 7
6, 13 . . . 368, 30
7, 2 . . . 270, 23
8, 21 . . . 294, 9
9, 25 . . . 69, 25
11, 7 . . . 281, 13
12, 1 . . . 9, 6
12, 7 . . . 31, 8
15, 5 . . . 295, 12
15, 11 . . . 369, 24
22, 12 . . . 9, 11
22, 18 . . . 9, 9; *100, 25
25, 8 . . . 125, 25
28, 11 . . . 221, 22; 259, 16
28, 12 sq. . . . 221, 27; 259, 23
28, 16-18 . . . 259, 29
30, 37 . . . 340, 6
32, 32 . . . *4, 5
34, 30 . . . 237, 1
35, 18 . . . 20, 2
35, 19 . . . 244, 17
37, 4 . . . 231, 26
37, 35 . . . 185, 5; 330, 2
38, 11 . . . 408, 19
43, 25 . . . 69, 14
49, 6 . . . 237, 2
49, 7 . . . *19, 4
49, 8 . . . 42, 8

EXODI
1, 21 . . . 114, 2
3, 3 . . . 274, 9; *106, 15
3, 4 sq. . . . *106, 16
3, 14 . . . 320, 27; *79, 6
7, 1 . . . 53, 3
8, 19 . . . 336, 15
12, 5 . . . 406, 16
12, 6 . . . 27, 15
12, 8 sq. . . . 407, 8
12, 10 . . . 408, 25
14, 15 . . 11, 4; 50, 10; 268, 4; 314, 2
15, 1 . . . 298, 24
15, 21 . . . 41, 18
17, 12 . . . *25, 10
20, 12 . . . 376, 9
20, 21 . . . *89, 4
21, 17 . . . 376, 10
24, 15 . . . 120, 27
32, 1 . . . 47, 18
32, 10 . . . 155, 18; 358, 13
33, 13 . . . *107, 28
33, 20 . . . *107, 29
33, 23 . . . *77, 22

LEVITICI
2, 13 . . . 324, 1
11, 3 . . . 135, 22
11, 44 . . . *80, 6
14, 2 sq. . . . 95, 2
18, 5 . . . 332, 13
33, 3 . . . 119, 9

NUMERORUM
4, 3 . . . 369, 21
9, 10 . . . 406, 17
12, 7 . . . 218, 9; 252, 29
18, 20 . . . *19, 1
33, 52 . . . *11, 25

DEUTERONOMII
4, 12 . . . *112, 11
4, 24 . . . 12, 21; 65, 14; 305, 13
5, 31 . . . 74, 11; 152, 1; 254, 8
10, 10 . . . 346, 32
16, 21 . . . *11, 18
17, 16 . . . 46, 25; 298, 25
19, 15 . . . 150, 15
25, 7 . . . 324, 17
32, 1 sq. . . . *53, 20; 99, 2
32, 2 . . . *90, 9
32, 9 . . . *20, 14
32, 11 . . . 114, 25; *68, 24
32, 15 . . . 272, 2

IOSUE
2, 16 . . . 101, 15
5, 16 . . . 410, 13

IUDICUM
2, 1-5 . . . *39, 20
3, 15 sqq. . . . *25, 10

RUTH
1, 16 . . . *20, 21
4, 7 . . . 324, 17

I. REGUM
2, 1 sq. *116, 5
2, 18 . . . . 155, 7
4, 1 . . . . 259, 28
7, 10 . . . . 156, 11
9, 1 . . . . 20, 10
9, 9 . . . . 374, 16
16, 14 sq. 48, 23
26, 9 . . . . 43, 23

II. REGUM
8, 2 . . . . *20, 15
12, 13 . . . . 421, 11
15, 32 et 16, 16 . multi Graecorum nescientes legunt *Chusi amicus David.* Non ita habet in hebraeo, sed ita habet scriptum *Chusi filius Arachi amicus David.* 19, 14
16, 5 sqq. 20, 14
18, 12 . . . . 21, 15

III. REGUM
5, 15 sq. 111, 16. 25
10, 28 . . . . 46, 26; 298, 25
12, 29 . . . . 63, 20
17, 5 sq. 203, 29
17, 9 . . . . 204, 9
19, 11 sq. *77, 23
21, 19 . . . . 271, 18
21, 29 . . . . 271, 21

IV. REGUM
2, 23 . . . . 70, 19; 92, 14
6, 15 sqq. 47, 6

I. PARALIP.
12, 38 . . . . 232, 10

II. PARALIP.
11, 13 . . . . 62, 31

IOB
1, 21 . . . . *92, 5
1, 22 . . . . 35, 19
2, 3 . . . . *118, 31
2, 7 . . . . 35, 16
4, 18 . . . . 48, 3; 368, 9
7, 1 . . . . 39, 23
14, 4 sq. . 48, 1; 213, 15; 368, 8; *48, 12
15, 15 . . . . 48, 2
22, 3 . . . . *14, 14
25, 5 . . . . 277, 2
40, 11 . . . . 409, 18; *4, 3

PSALMORUM
1. . . . . p. 1 sqq.
1, 1 . . . . 362, 26
1, 4 . in quibusdam legitur *non sic* ex secundo; sed sciamus quia in hebraico semel positum est 7, 14.
1, 5 . . . . *8, 11
1, 6 . . . . 292, 16
2, 1 . . . . 150, 24
2, 6 . . . . *18, 25
2, 8 . . . . *19, 9
3, 4 . . . . *27, 11
4, 3 . . . . 112, 29
4, 7 . . . . 113, 7
5. . . . . p. 10 sqq.
5, 1 . . . . 17, 11; 18, 6
5, 5 . multi male legunt et dicunt καὶ ἐπόψῃ με, sed sciamus errorem esse; sic dicitur καὶ επόψομαι hoc est *videbo* 12, 5
5, 7 . . . . *17, 22
5, 10 . melius habet in hebraeo *cor eorum* ἐπίβουλον 14, 24
5, 13 . . . . 115, 8; 161, 33; *4, 14
6, 1 . . . . 17, 13
6, 2 . . . . 18, 20
6, 6 . . . . 172, 11; 379, 25
6, 7 . . . . 313, 17
7. . . . . p. 17 sqq.
7, 10 . . . . *22, 19
7, 14 . dixit *ardentibus*, non dixit *arsuris* 23, 22
7, 16 . . . . *84, 10
8, 2 . . . . 414, 11
8, 3 . . . . 175, 12; *34, 13
8, 5 . . . . 279, 18
9. . . . . p. 25 sqq.
9, 1 . *pro morte filii* in hebraeo scriptum est 26, 3; hebr. *lamanasse almuth laben*; Symm. *triumphus adolescentiae filii*; quinta editio *triumphus florentis iuventutis filii* * 12, 8
9, 15 . . . . 99, 19
9^2, 14 . . . . *7, 4
10. . . . . *1 sqq.
10, 1 . pro *in finem* Symmachus ἐπινίκιον, Aquila et sexta editio τῷ νικοποιῷ transtulerunt * 1, 5
10, 2 . 88, 8; Aquila et Symmachus generaliter *avem* pro *passere* transtulerunt * 3, 6
10, 3 . *69, 7; hebr: *Quia ecce impii tetenderunt arcum, posuerunt sagittas super nervum, ut percutiant in obscuro rectos corde* * 3, 13
10, 6 . hebr: *Dominus iustum probat, impium vero et diligentem iniquitatem odit anima eius* * 7, 14
10, 8 . hebr: *Quoniam iustus Dominus et iustitiam diligit, aequitatem videbunt facies eorum* * 9, 24
11, 2 . . . . 286, 29
11, 7 . . . . 147, 13
13, 1 . . . . 287, 1
13, 3 . . . . 184, 24
14. . . . . p. 27 sqq; cf. 370, 5
15. . . . . *p. 10 sqq.
15, 1 . quinta editio ipsum verbum hebraicum posuit *Mactham David*, Aquila *humilis et simplicis David*, Symmachus *humilis et inmaculati David* * 10, 18.
15, 2 . 180, 18; Symm. et quinta editio, *Bonum meum non est sine te* * 14, 22

15, 3 . hebr: *Sanctis qui in terra sunt, et sublimibus meis, omnis voluntas mea in eis* * 15, 4
15, 4 . Septuaginta *infirmitates*, Symm. *aerumnae*, Theod. et quinta editio *idola*, Aquila διαπονήματα, hebr. *asaboth* * 16, 17.
Septuag. *acceleraverunt*, Aquila προικισαμένων * 17, 1
15, 6 . *in praeclaris*, gr. *in fortibus* * 20, 3.
Aquila *Etenim hereditas mea* [*speciosissima*?] *est mihi* * 21, 6
15, 7 . Aquila et Theodotion *Benedicam Dominum consiliatorem meum* * 22, 3
15, 8 . lat. *providebam*, gr. προορώμην, hebr. *sebethi* i. e. *proponebam* * 24, 14
15, 9 . vulg. *lingua mea*, LXX et cet. editt. *gloria mea*, hebr. *chabod* * 27, 2
lat. *habitabit* sive *requiescet*, gr. κατασκηνώσει i. e. *peregrinabitur* * 27, 25
15, 10 . . . . * 48, 3
. *vias*] hebr. *viam* * 30, 15
adimplebis me laetitia] Theodot. *Septem laetitiae* et *Cum vultu tuo delectatio in dextera tua. Victori*, Aquila et Symm. *Plenitudo laetitiarum cum facie tua* vel *apud faciem tuam* * 31, 5
Delectatio in dextera tua usque in finem] Symm. *Virtus in dextera tua in aeternum* * 31, 21
in finem] Aquila, Theodot. et cet. exceptis Symm. et LXX *victori* * 31, 1
16, 4 . . . . * 85, 27
17, 2 . . . . * 109, 23
17, 3 . . . . * 20, 3
17, 10 . . . . 209, 15
17, 11 . . . . * 119, 5
17, 12 . 32, 4; 120, 19; 142, 15; 163, 24; * 88, 25
17, 34 . . . . 273, 18
18, 1 . . . . * 111, 12
18, 2 . 144, 2; 162, 10; 259, 5; 260, 24; * 55, 25
18, 5 . . . . * 79, 15
18, 8 . . . . * 80, 11
18, 13 sq. 47, 25; 213, 1
19, 8 . . . . 46, 28; 289, 6
20, 7 . . . . * 30, 18
21, 1 . . . . * 67, 6
21, 2 . . . . 384, 30
21, 15 . . . . 273, 4
21, 32 . . . . 173, 25
22, 4 . . . . 410, 10
22, 5 . . . . * 19, 24
23, 7 . . . . 416, 14
23, 10 . . . . * 74, 15
31, 1 . . . . * 41, 21
32, 4 . . . . * 73, 15
32, 6 . . . . 387, 25
32, 17 . . . . 298, 23
33, 8 . . . . * 25, 6
33, 9 . . . . 235, 26; 382, 13
33, 12 . . . . * 69, 5
35, 6 . . . . 141, 11; 296, 8; * 90, 2
35, 7 . 122, 21; 163, 25; 297, 5; 393, 5; 406, 1
35, 10 . . . . 200, 25
38, 7 . . . . 214, 23
38, 13 . . . . 228, 16; * 56, 7
38, 14 . . . . 168, 11
39, 3 . . . . 12, 8; 254, 7
39, 9 . . . . 195, 7; * 22, 10
41. . . . . p. 410 sqq.
41, 8 . . . . 55, 1; * 5, 3
43, 6 . . . . 124, 4; 147, 16
43, 23 . . . . 36, 14; 75, 14; * 84, 20
44, 5 . . . . * 21, 10
44, 8 . . . . 247, 10
44, 11 sq. . . . . . . 331, 32; * 21, 11
44, 14 . . . . 285, 14
44, 17 . . . . 61, 23
45, 5 . . . . 100, 6; * 79, 11
48, 13 . . . . 345, 13; * 62, 3
49, 16 . . . . 51, 11
50. . . . . p. 421 sqq.
50, 3 . . . . 338, 21
50, 6 . . . . 276, 21; 338, 22
50, 9 . 95, 20; 102, 23; 304, 4; 338, 28
50, 11 . . . . 158, 26
50, 12 . . . . 338, 25
50, 13 . . . . 48, 28; 419, 22
50, 15 . . . . 338, 32
50, 16 . . . . 338, 23
50, 19 . . . . 294, 20
51, 10 . . . . 125, 5; 138, 20
55-59, 1 . Aquila *humilis perfecti David* * 10, 21
56, 9 . . . . * 27, 16
62, 2 . 87, 19; non legamus πῶς ἁπλῶς, sed ποσαπλῶς, hoc est *multipliciter* 178, 17
62, 3 . . . . 178, 15
63, 5 . . . . 115, 20
63, 7 . . . . 177, 5
66. . . . . p. 31 sqq.
66, 7 . . . . 303, 5; * 44, 15
67. . . . . p. 36 sqq.
67, 7 . in hebraeo habet *Dominus inhabitare facit monachos in domo* 37, 13
67, 12 . in hebraeo habet *quae evangelizantur* 38, 11
67, 24 . . . . 199, 6
67, 31 . . . . 46, 7; 64, 4
67, 32 . . . . 102, 15
72, 2 . . . . 212, 20
72, 9 . . . . 282, 4
72, 20 . . . . 100, 7
73, 11 . . . . 112, 3
73, 12 . . . . 96, 23
73, 13 . . . . 40, 22

73, 14 . . . 406, 11
73, 19 . . . 107, 8; 328, 17; 415, 25
74. . . . p. 43 sq.
74, 1 . in hebraeo non habet *in finem*, sed habet *victori* 43, 19
74, 9 . . . * 9, 10; 40, 21
75. . . . p. 44 sqq.
75, 2 . 32, 15; 79, 30; 321, 12; 357, 27; 367, 1; * 89, 10.
75, 3 . 302, 16; in hebraico habet *et factum est in Salem umbraculum eius* 45, 14
76. . . . p. 49 sqq.
76, 3 . in hebraeo habet *manus mea nocte extenditur et non quiescit* 50, 4. 23
76, 4 . in hebraico habet *memor fui Dei et conturbatus sum* 51, 3
in hebraeo melius habet *loquebar in memetipso, et defecit spiritus meus* 51, 6
76, 5 . 193, 8; in hebraeo *prohibebam suspectum oculorum meorum. con stupebam et non loquebar* 51, 8
76, 11 . in hebr. *et dixi, inbecillitas mea* 52, 12
76, 18 . in hebr. *discusserunt nubes aquas* 53, 24
77. . . . p. 57 sqq.
77, 2 . pro *propositionibus* in hebraeo habet *aenigmata* 58, 30
77, 13 . in hebraico non habet *utrem*, sed *acervum* 65, 3
78. . . . p. 66 sqq.
78, 9 . in hebraico habet *Adiuva nos Deus Iesus noster* 66, 23
79, 2 . . . * 117, 12
80. . . . p. 68 sqq.
80, 11 . . . 25, 15; 284, 10
80, 16 . in hebraico melius habet *inimici Domini negabunt eum* 73, 9
81. . . . p. 74 sqq.
81, 1 . . . 53, 2; 254, 8; 260, 13
81, 6 . 53, 3; 112, 28; 215, 19; 260, 13; * 23, 25
81, 7 . 215, 19; melius habet in hebraico *vos autem sicut Adam moriemini* 77, 21
82. . . . p. 81 sqq.; * p. 31 sqq.
82, 8 . ubi dicitur *alienigenae*, in hebraico habet *Philistiim* 82, 22; * 33, 21
83. . . . p. 85 sqq. et * 36 sqq.
83, 13 . melius habet in hebraico *in perperfectione* 91, 22
84. . . . p. 92 sqq.; * p. 41 sqq.
84, 2 . melius in gr. Εὐδοκήσας κύριε, h. e. *bene placuit tibi Domine in terram tuam* * 41, 5
84, 12 . . . * 90, 3
86. . . . p. 98 sqq.
86, 2 . . . 300, 28
86, 5 . LXX interpretes ita transtulerunt: *Numquid Sion dicet homo?* Speraverunt ergo multi, nec intellexerunt μήτι Σιών quid est, et addiderunt ρ, et legunt μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ ἄνθρωπος 102, 27
87. . . . * p. 46 sqq.
88. . . . * p. 51 sqq.
88, 3 . . . 271, 8
88, 23 . . . 422, 6
88, 49 . . . 347, 10; * 28, 5
89. . . . p. 106 sqq.; * p. 61 sqq.
89, 1 . . . * 67, 20
89, 1 sq. . sic ergo legendum est: *Domine refugium f. e. n. i. g. e. generatione*, et hucusque distinctio. Rursum aliud principium *Priusquam montes fierent*, etc. 107, 21; * 63, 5
89, 8 . melius habet in hebraico *vitia nostra in inluminatione vultus tui* 109, 11
89, 12 . in quibusdam codicibus dicitur *eruditos*, in aliis dicitur *conpeditos* 111, 29
90. . . . p. 113 sqq.; * p. 67 sqq.
90, 2 . pro *Deo caeli* in hebr. habet *Saddai* * 68, 3
90, 3 . pro *aspero* in hebr. habet *abscondito* * 68, 20
90, 5 . . . 183, 10
90, 6 . melius dicitur graece ἀπὸ συμπτώματος 116, 1
91. . . . p. 119 sqq.; * p. 72 sqq.
92. . . . * p. 77 sqq.
92, 1 . . . 149, 16
93. . . . p. 127 sqq.; * p. 81 sqq.; p. 94
95. . . . p. 133 sqq.
95, 1 . . . 312, 3
95, 5 . . . 259, 1
96. . . . p. 139 sqq.; * 87 sqq.
96, 1 . . . 149, 17
97. . . . p. 144 sqq.
97, 8 . . . * 79, 12
98. . . . p. 149 sqq.
98, 5 . . . * 86, 10; 114, 11
99, 2 . . . 160, 23
100. . . . p. 156 sqq.
101. . . . p. 158 sq.
101, 1 . . . 66, 20; 106, 6
101, 10 . . . 132, 7; 304, 15
101, 26 . . . * 121, 11
102. . . . p. 160 sqq.
102, 4 . . . 183, 11
102, 14 . . . * 118, 17
102, 15 . . . 159, 9
103. . . . p. 162 sqq.
103, 4 . . . 142, 27
103, 6 . secundum hebraicum *amictus eius* i. e. terrae 163, 29
103, 12 . *petrarum*] in hebraico habet *arborum* 164, 29
103, 15 . . . 237, 28
103, 17 . . . 383, 19

103, 26 . . . 383, 18
103, 32 . . . *90, 16
104. . . . p. 168 sqq.
105. . . . p. 171 sqq.
106. . . . p. 174 sqq.
106, 23. 24 . . . 169, 4
107. . . . p. 180 sqq.
107, 2 . in aliis codicibus legitur *in gloria tua*, sed melius est secundum hebraicum legere *in gloria mea* 180, 15
107, 3 . . . 313, 8
108. . . . p. 186 sqq.
108, 6 . . . 282, 10; *25, 3
108, 24 . *propter oleum*] in hebraeo significat intellegibile oleum 194, 7
109. . . . p. 198. sqq.
109, 1 . . . *30, 20
109, 2 . in hebraico non tam *virgam* habet quam *sceptrum* 198, 28
109, 4 . . . 45, 6; *18, 25
110. . . . p. 205 sq.
111. . . . p. 206 sqq.
112, 7 . . . 393, 12
113. 3 . . . 53, 23
113, 5 sq. . . . *57, 19
113, 12 . . . *16, 23
113, 16 . . . 259, 7
114. . . . p. 209 sqq.
114, 4 . pro *o* in hebraeo habet *anna* 210, 22; 218, 2
115 . . . p. 213 sqq.
115, 11 . in hebraico habet *Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendacium*, quod dicitur *zecam* 214, 12
115, 13 . . . *9, 17; 19, 25
115, 15 . . . *93, 18
115, 16 . in hebraico ita habet: *Rogo, Domine, quia ego servus tuus* 218, 3
117, 14 . . . *20, 4
117, 16 . . . 145, 8
117, 19 . . . 415, 15; 416, 11
117, 22 . . . 259, 26
117, 24 . . . 413, 21
118, 1 . . . 28, 27; 414, 28
118, 11 . . . 208, 18; *122, 10
118, 18 . . . 328, 30; *84, 2
118, 27 . . . 415, 1
118, 30 . . . 415, 1
118, 62 . . . 209, 17
118, 103 . . . 73, 34
118, 105 . . . 113, 21; *4, 6
118, 137 . . . *10, 15
119. . . . p. 219 sqq.
119, 1 . 49, 22; 88, 28; 177, 17; 185, 25
119, 4 . . . 274, 14
119, 7 . . . 302, 24
120, 1 . . . 46, 12; 88, 29; *3, 9
120, 4 . . . 51, 14; 394, 7
121, 1 . . . 88, 30
123, 5 . . . 203, 24
123, 7 . . . 114, 14; *68, 11
125, 1 . . . 104, 14
125, 5 . . . 412, 8
126, 1 . . . 110, 17; *14, 24
126, 5 . . . 416, 4
127. . . . p. 233 sqq.
127, 1 . . . 283, 20
127, 2 . latina exemplaria ita habent: *Labores fructuum tuorum manducabis*; sed nos legimus in hebraeo ita scriptum *Labores manuum tuarum manducabis* 235, 2
127, 3 . . . 125, 6; 283, 21
128. . . . p. 240 sqq.
128, 1. 2 . . . 33, 30
129, 3 . . . 239, 2; *7, 10
131. . . . p. 243 sqq.
131, 1 . . . *66, 7
131, 2 . in hebraico non habet ὡς h. e. *sicut*, sed habet ὅς h. e. *qui* 244, 3
131, 6 . in hebraeo non habet *eam*, sed habet *eum* 245, 1
131, 7 . . . 153, 20
132. . . . p. 245 sqq.
132, 1 . 256, 1; ubi nos dicimus τερπνόν, et Aquila interpretatur εὐπρεπές, in hebraeo habetur *Naum*, quod interpretatur *pulchrum* 333, 9
133. . . . p. 251 sqq.
133, 1 . *in atriis domus Dei nostri* in hebraicis voluminibus non habetur, sed in sequenti psalmo est 254, 9
133, 2 . . . 50, 16; 209, 19
134, 1 sq. . . . 254, 11
135. . . . p. 260 sqq.
136. . . . p. 262 sqq.
136, 9 . . . 272, 7
137. . . . p. 265 sq.
137, 1 . *117, 19; *Quoniam audisti omnia verba oris mei*] iste versiculus in hebraico non habetur 266, 5
138, 7-10 . . . *109, 7
138, 12 . . . 65, 13
138, 14 . . . *111, 6
139. . . . p. 267
140. . . . p. 268 sqq.
140, 5 . . . 125, 15
141. . . . p. 274 sqq.
142. . . . p. 276 sqq.
143. . . . p. 278 sqq.
143, 1 . . . 315, 24
145. . . . p. 287 sqq.
145, 1 . *Aggaei et Zachariae* in hebraico non habetur, sed in septuaginta interpretibus 287, 18
145, 8 . secundum hebraicam et graecam veritatem *Dominus sapientes facit caecos* 291, 21
146. . . . p. 293 sqq.
146, 1 . Theodotion: αἰνεῖτε τὸν Ἰά 293, 25
non dixit *bonus psalmus*, sed absolute *bonum psalmus* 294, 4; cf. 209, 26
147. . . . p. 300 sqq.

147, 16 . male interpretatus est latinus *nebulam*: quod enim ὀμίχλη dicitur in graeco, in hebraico habet *pruinam* 304, 10
148. . . . . p. 306 sqq.
148, 1 sq. . . . . * 114, 22
148, 4 sq. 54, 7; 259, 6
148, 5 . . . . 331, 29
148, 7 . in hebraeo non habet *dracones*, sed habet *thanninim* quod interpretatur *cete* 310, 12
148, 14 . . . . * 115, 17
149. . . . . p. 311 sqq.

PROVERBIORUM
1, 3 . . . . * 10, 9
1, 4 . . . . * 23, 3
3, 16 . . . . * 25, 19
3, 18 . . . . 4, 22
3, 34 . . . . 243, 1; 399, 26
5, 22 . . . 218, 19; 242, 17; * 48, 14
6, 25 . . . . * 68, 16
8, 12 sqq. . . . . * 22, 6
8, 15 . . . . 282, 25
8, 27 . . . . 261, 2; 388, 12
15, 32 . . . . * 8, 5
16, 2 . . . . * 6, 1
18, 17 . . . . 260, 10
18, 21 . 225, 1; 255, 17; 269, 6; * 27, 2; 83, 12
19, 8 . . . . * 8, 7
20, 8 . . . . * 6, 2
21, 1 . 42, 16; 48, 32; 266, 22; 282, 21; 293, 10
22, 20 . . . . 140, 12
23, 1 . . . . 57, 21
25, 2 . . . . * 109, 22
27, 16 . . . . . . 176, 11; 305, 14
30, 17 . . . . 297, 16
31, 4 . . . . 238, 3

ECCLESIASTAE
1, 2 . . . . 280, 1
1, 18 . . . . * 17, 7
4, 12 . . . . 315, 11; 340, 7
7, 24 sq. 122, 22
11, 2 . . . . 18, 15; 110, 13; 414, 8
12, 6 . . . . 55, 21

CANTICI CANTICORUM
1, 1 . . . . * 45, 3; 53, 11
1, 2 sq. 246, 26; 366, 27
1, 3 . . . . 329, 2
1, 6 . . . . 116, 24; * 69, 19
1, 15 . . . . * 21, 8
2, 1 . . . . 34, 14; * 41, 13
2, 8 sq. 251, 14
2, 11 . . . . 139, 17
2, 12 . . . . 88, 11
3, 4 . . . . 153, 26; 219, 5
4, 7 . . . . * 21, 7
5, 1 . . . . 69, 6; 237, 17. 29
5, 2 . . . . 394, 6

SAPIENTIAE
1, 6 . . . . * 22, 21
1, 7 . . . . * 112, 21
1, 11 . . . . 13, 19; 226, 11
2, 24 sq. . . . . * 93, 4
8, 2 . . . . 236, 8
16, 21 . . . . 302, 7

ECCLESIASTICI
3, 33 . . . . 257, 19
10, 9 . . . . 16, 27
15, 9 . . . . 254, 5; 335, 15
15, 18 . . . . 376, 3
25, 12 . . . . 208, 27
27, 12 . . . . 37, 13

ISAIAE
1, 1-6. . . . . * p. 97 sqq.
1, 2 . *Filios enutrivi*, non *genui*, ut in vulgari habetur interpretatione * 99, 16
1, 3 . . . . 393, 3
1, 4 . . . . * 115, 21
1, 6 . . . . 294, 26
1, 13 sq. . . . . * 7, 22
1, 15 . . . . 268, 25
1, 16 . . . . 102, 23
1, 18 . . . . 304, 3
2, 3 . . . . 199, 1
3, 12 . . . . 271, 26
4, 4 . . . . * 9, 5; 18, 2
5, 6 . 43, 14; 141, 10; 182, 1; 296, 13; * 90, 8
6, 1-7. . . . . * p. 103 sqq.
6, 1 . . . . 74, 22
6, 5 . . . . 227, 10
6, 7 sq. . . . . 227, 16 sq.
6, 8 . . . . 131, 7; 389, 18
7, 14 . . . . 34, 27; 390, 12; 395, 29
8, 18 . . . . 211, 15; 419, 1
9, 1 . . . . * 16, 17
9, 6 . . . . * 43, 10
10, 13 . . . . * 82, 1
11, 1 . . . . 96, 22; * 41, 14
11, 2 . . . . * 22, 1
12, 4 . . . . * 115, 19
13, 2 . . . . 98, 16
14, 12 . . . . 78, 6
14, 13 sq. . . . 81, 21; 84, 13; 224, 23
19, 1 . . 65, 5; 141, 18; 142, 1: * 89, 6
20, 6? . . . 140, 28; 150, 18; * 88, 10
22, 1 . . . . 251, 9
26, 18 . . . . 105, 18
27, 3 . . . . 100, 5
29, 8 . . . . 46, 20
29, 13 . . . . * 18, 19
30, 15 . . . . * 115, 26
33, 5 . . . . * 114, 10
34, 4 . . . . 163, 9
40, 6 . . . . 87, 22; * 64, 10
40, 8 . . . . * 64, 20
43, 25 sq. 422, 27
43, 26 . . . . 277, 16
47, 14 . . . . 227, 4; * 8, 27

49, 7 . . . . *116, 7
50, 5 . . . . 94, 7
51, 17 . . . . *9, 19
52, 1 . . . . 100, 4
52, 2 . . . . 261, 22
52, 6 . . . . 333, 32
53, 1 . 53, 13; 145, 8; 281, 16; *66, 14
53, 2 . . . . 194, 9
53, 2 sq. *77, 12
53, 4 . . . . *48, 19
53, 7 . . . . . . 304, 1; 322, 23
53, 8 . . . . . . 390, 11; *74, 4
57, 15 . . . . *80, 5; 89, 14
62, 2 . . . . 144, 13
62, 10 . . . . 97, 25
63, 1 . . . . 41, 3; *74, 16
63, 3 . . 41, 1; 69, 2; 184, 24; 286, 28
65, 5 . . . . 48, 6
66, 1 . . . . 153, 1; *6, 6
66, 2 . . . 55, 25; 151, 16; *90, 17

IEREMIAE
1, 5 . . . . 334, 21
1, 13 . . . . 184, 8
1, 14 . . . . 176, 12
2, 13 . . . . 23, 29; 148, 12; 411, 20
2, 21 . . . . 69, 4
3, 22 . . . . 107, 30
5, 8 . . . . 84, 9; 298, 27
6, 16 . 137, 1; 234, 6; 386, 3; melius dicitur in graeco τρίβους 234, 19
6, 27 . . . . *119, 9
9, 21 . . . . 269, 11
12, 9 . . . . 363, 10
13, 1 sqq. 248, 14
13, 11 . . . . 150, 1
13, 16 . . . . 98, 18; 281, 4
13, 23 . . . . 20, 27
15, 15-17 . . . . 210, 13 sqq.
15, 17 . . . . 274, 7; 287, 14
16, 16 . . . . *8, 22
17, 5 . . . . 185, 29
17, 16 . . . . 17, 6
23, 23 . . . . 357, 30
23, 24 . . . . *112, 22
25, 15 sq. *9, 20
26, 18 . . . . 239, 7
28, 25 . . . . 98, 17
48, 10 . . . . 180, 28
51, 7 . . . . . . 63, 28; *33, 24
51, 15 sq. *89, 21

THRENORUM
2, 1? 153, 16
2, 18 . . . . . 11, 9; 50, 14; 94, 20
3, 24 . . . . . . 233, 27; 267, 12

BARUCH
3, 12 . . . . 411, 22
3, 38 . . . . 181, 29

EZECHIELIS
1, 1 . . . . 369, 31
1, 2 . . . . 326, 2
1, 6 sqq. 39, 14; 319, 2
1, 11 . . . . 146, 8; *113, 1
1, 12 . . . . 146, 10
1, 16 sqq. 55, 17
1, 18 . . . . 146, 13; 163, 2
1, 25—2, 1 . . . . *113, 7
1, 27 sq. 299, 11
3, 23 . . . . *113, 18
9, 4.6 . . . . 369, 6
10, 5 . . . . *68, 4; 117, 24
10, 13 . . . . 146, 3
10, 18 sq. *117, 28
10, 19-22 . . . . *118, 6
11, 19 . . . . 262, 13
13, 2 sq. 82, 11
16, 25 . . . . 105, 16
16, 42 . . . . 271, 3
16, 55 . . . . *9, 13
18, 4 . . . . 347, 14
22, 18 . . . . *9, 3
27, 3 . . . . 102, 19
28, 12 . . . . 78, 8
28, 13 sq. 78, 13
28, 16 . . . . 28, 13; 39, 3
29, 9 . . . . 281, 7
33, 6 . . . . *17, 23
33, 12 . . . . 173, 2
37, 16 . . . . 68, 10
44, 2 . . . . 111, 7; 390, 29
44, 3 . . . . 111, 1; 390, 30
46, 8 . . . . 111, 1
47, 8 sqq. 56, 9

DANIELIS
3, 18 . . . . 289, 11
3, 57 . . . . *114, 20
3, 58 . . . . *114, 16
3, 91 sq. *106, 10
4, 10 . . . . 51, 14
7, 9 sq. 74, 24; 152, 5
7, 10 . . . . 39, 14; *114, 13
12, 3 . . . . 295, 24
13, 56 . . . . 398, 11

OSEE
1, 2 . . . . 120, 23
1, 10 . . . . *43, 16
4, 12 . . . . 334, 2
4, 14 . . . . 271, 9
7, 4 . . . . 171, 13; 306, 15
7, 11 . . . . 63, 7
9, 14 . . . . 285, 7

IOELIS
2, 11 . . . . *72, 27
2, 32 . . . . 298, 7

AMOS
1, 3 sqq. 3, 12
5, 18 . . . . *72, 24

ABDIAE
4. . . . . 165, 24

MICHAEAE
2, 9 . . . . *3, 8

NAHUM
1, 9 . . . 271, 1; *9, 14

HABACUC
2, 1 . . . 94, 14
2, 3 . . . 290, 9
3, 2 . . . *111, 8
3, 3 . . . 170, 4; *109, 21

SOPHONIAE
1, 12 . . . 357, 4

AGGAEI
1, 1 . . . 50, 6
2, 12 . . . 354, 22

ZACHARIAE
1, 9 . . . 258, 22; *43, 8
2, 1 sqq. . . . *20, 11
3, 1 . . . 183, 25; 202, 2; *26, 2
3, 2 . . . 189, 8; *26, 11
3, 3 . . . 189, 3; 202, 5
3, 4 . . . 189, 7
4, 7 . . . 98, 17
9, 16 . . . 55, 13; 146, 7
11, 8 . . . 56, 26
13, 7 . . . 195, 10

MALACHIAE
3, 1 . . . 319, 19
3, 2 sq. . . . *9, 7
4, 2 . . . 37, 8; 418, 13

MATTHAEI
1, 21 . . . 32, 20; 66, 25; 216, 24
3, 3 . . . 97, 22
3, 9 . . . 419, 5
3, 22 . . . 323, 15
4, 6 . . . 118, 4; *70, 13
4, 8 sq. . . . 284, 20
4, 19 . . . 375, 12
5, 3 . . . 26, 21; 38, 5; 158, 20
5, 4 . . . 313, 2
5, 5 . . . 104, 18; 212, 17; 412, 9
5, 8 . . . 10, 13; 90, 9
5, 9 . . . 232, 17
5, 14 . . . 40, 13; 76, 27; 100, 8
5, 17 . . . 38, 5; *53, 19
5, 22 . . . 292, 24
5, 23 . . . 229, 16
5, 27 . . . 323, 4
5, 28 . . . 267, 14; 323, 2; *68, 16
5, 39 . . . 117, 18; *4, 21; 70, 6
5, 45 . . . 308, 8
6, 10 . . . 32, 13; 309, 15; *54, 20
6, 11 . 262, 16; 290, 23; in hebraico evangelio secundum Matthaeum ita habet *Panem nostrum crastinum da nobis hodie* 262, 17
6, 22 . . . 382, 11
6, 24 . . . 376, 5
6, 26 . . . 284, 14; 290, 13
6, 33 . . . 50, 1
7, 14 . . . *85, 28
7, 23 . . . 8, 22
8, 11 . . . 176, 9
8, 20 . . . *38, 23
8, 21 . . . 375, 21
8, 22 . . . 375, 20
8, 25 . . . 36, 16; *80, 1; 84, 20
8, 29 . . . 140, 6
8, 32 . . . 335, 23
9, 9 . . . 362, 4
9, 22 . . . 155, 2
9, 28 . . . 155, 1
10, 8 . . . 362, 12
10, 15 . . . *9, 13
10, 16 . . . 91, 25
10, 19 . . . 284, 11
10, 26 . . . 75, 5
10, 28 . . . 234, 1; *93, 15
10, 37 . . . 376, 5
10, 40 . 90, 18; 103, 29; 136, 16; 389, 13
11, 7-9 . . . *118, 26
11, 8 . . . 322, 12
11, 11 . 90, 30; 197, 19; 387, 18; *118, 29
11, 12 . . . 329, 30; 385, 13; *85, 31
11, 15 . . . 94, 6; 382, 10; 401, 21
11, 25 . . . 162, 21; 276, 8; *80, 12
11, 28 . . . 71, 7; 151, 9
11, 29 . 81, 20; 243, 21; 276, 4; *66, 8
12, 36 . . . 75, 2; 269, 7
13, 25 . . . 175, 13
13, 29 . . . 79, 20
13, 34 sq. . . . 59, 6
13, 35 . *Haec facta sunt ut impleretur quod scriptum est in Asaph propheta.* Sic invenitur in omnibus veteribus codicibus, sed homines ignorantes tulerunt illud. Denique multa evangelia usque hodie ita habent: *ut impleretur quod scriptum est per Esaiam prophetam* 59, 23
13, 46 . . . 136, 28; 234, 10; 385, 25
13, 55 sq. . . . 194, 19
13, 58 . . . 289, 20
14, 25 . . . 108, 4; *64, 4
15, 4 . . . 376, 9. 10
15, 14 . . . *84, 12
15, 24 . . . 357, 22
16, 4 . . . 62, 4
16, 6 . . . 407, 12
17, 1 . . . 348, 3
17, 5 . . . 38, 17; 141, 7; 352, 10
17, 19 . . . 281, 1
17, 20 . . . 335, 7
18, 7-9 . . . p. 373 sqq.
18, 20 . . . 286, 15
18, 21 sq. . . . 230, 25
19, 21 . . . 132, 3; 284, 21
19, 23 . . . 86, 19
20, 15 . . . *92, 25
20, 16 . . . 170, 1; 342, 26
20, 22 . . . 216, 27
20, 23 . . . 216, 28
20, 30 . . . 243, 6
22, 29 . . . 59, 20
22, 32 . . . 213, 23; *14, 4

22, 43 . . . 198, 5
23, 2 . . . 367, 25
23, 27 . . . 14, 27; 37, 21
23, 37 . . . 193, 13; 239, 8; 418, 16
23, 38 . . . 220, 12; 239, 12; 300, 11
24, 12 . . . 305, 9
24, 28 . . . 323, 17
24, 35 . . . 28, 8; *78, 10
25, 33 . . . *70, 7
25, 45 . . . 421, 22
26, 35 . . . 275, 24; 385, 2
26, 37 . . . 203, 16
26, 38 . 192, 31; 196, 27; 203, 15; *116, 14
26, 39 . 60, 22; 192, 31; 203, 19; 216, 26
27, 6 sqq. . . . 60, 20
27, 9 . *in Hieremia*, error scriptorum pro *in Zacharia* 61, 7
27, 39 . . . 187, 28
27, 45 . . . 60, 9
27, 49 . . . 194, 22
27, 62 65 . . . 391, 12
28 5 sq. . . . 392, 3
28, 10 . . . 38, 12; 246, 2
28, 13 . . . 188, 1
28, 19 . . . *75, 16

MARCI
1, 1-31 . . . p. 319-339
1, 7 . . . 332, 17; 329, 13
1, 8 . . . 329, 16
1, 16-20 . . . 361, 24
4, 34 . . . 58, 27
4, 39 . . . 56, 6
5, 2 . . . 286, 21
5, 30-43 . . . p. 339 sqq.
6, 35 sqq. . . . 341, 27
8, 1-9 . . . p. 341 sqq.
8, 21 . . . 343, 8
8, 22-26 . . . p. 343 sqq.
9, 1-7 . . . p. 346 sqq.
10, 45 . . . 16, 15
10, 50 . . . 343, 27
11, 1-17 . . . p. 353-65
11, 9 sq. . . . 418, 22
13, 32 sq. . . . p. 365 sq.
14, 3-6 . . . p. 366 sqq.
14, 13 sqq. . . . 364, 25
14, 31 . . . 287, 2
14, 71 . . . *49, 2
15, 25 . et in Marco *hora sexta* scriptum fuit, sed multi pro ἐπισήμῳ graeco putaverunt esse gamma 60, 12
15, 29 . . . 194, 21

LUCAE
1, 5 . . . 322, 4
1, 8 . . . 322, 5
1, 32 . . . *6, 1
1, 35 . . . 395, 27
1, 41 . . . 386, 25
1, 69 . . . 147, 15
2, 7 sqq. . . . p. 392 sqq.
2, 7 . . . 245, 9
2, 34 . . . 202, 15
2, 52 . . . *21, 19
3, 6 . . . 87, 21
3, 23 . . . 369, 15
4, 5 sq. . . . 202, 8 sqq.
4, 29 . . . *49, 12
6, 12 . . . 327, 22
6, 21 . . . 89, 16; 104, 19
6, 25 . . . 212, 18
6, 45 . . . 128, 18
7, 37 sqq. . . . 368, 1
8, 8 . . . 58, 25; 142, 10
9, 28 . . . 348, 3
9, 31 . . . 350, 28
9, 58 . . . 245, 15
10, 16 . . . 398, 19
10, 19 . . . *71, 30
10, 30 . . . 30, 1
11, 15 . . . 194, 19
11, 52 . . . 368, 25; *55, 15
12, 20 . . . 289, 1
12, 35 . . . 409, 12
12, 49 . . . 414, 24
13, 6 sqq. . . . 358, 9
13, 11 . . . 161, 23; 291, 8
15, 17 . . . 332, 21
16, 9 . . . 70, 22; 86, 12; *37, 5
16, 13 . . . 376, 17
16, 19-31 . . . p. 376 sqq.
16, 22 sq. . *mortuus est autem et dives, et sepultus est. Et in inferno elevans oculos suos* 379, 4
17, 21 . 126, 11; 329, 29; 338, 9; 392, 10
18, 2 . . . 76, 2
18, 18 sq. . . . 278, 2
19, 12 . . . 150, 29
19, 13 sqq. . . . *14, 11
19, 33 . . . 353, 27
20, 37 sq. . . . 276, 27
23, 34 . . . 21, 30; 187, 25; *49, 10
23, 46 . . . 199, 24; 288, 26; *47, 10
23, 53 . . . 391, 3
24, 5 . . . 392, 7
24, 32 . . . 227, 3
24, 39 . . . 390, 21

IOHANNIS
1, 1-14 . . . p. 386 sqq.
1, 1 sq. . 119, 16; 303, 3-22; 395, 5; 408, 9
1, 3 . . . 365, 24
1, 3 sq. . multi male legunt dicentes: *Quod factum est in ipso vita erat*; sed ita distinguitur: *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est* 387, 21
1, 12 . . . 77, 7; 200, 15; 302, 15
1, 14 . 303, 4; 395, 5; *27, 15; 77, 4; 88, 5
1, 18 . . . *108, 2
1, 26 . . . 338, 8; 392, 9
1, 29 . . . 6, 11; 303, 30; 322, 22
1, 33 . . . 39, 9; 326, 23

2, 13 sqq. 361, 1
2, 16 364, 5
3, 8 *112, 14
3, 13 22, 21
3, 18 7, 31
3, 29 322, 16; 321, 26
3, 30 322, 15; 329, 15
4, 13 sq. 411, 23
4, 34 235, 24
5, 22 44, 18
5, 27 44, 19
5, 39 59, 18
5, 46 383, 12
6, 41 97, 13; 165, 7
6, 44 33, 22
6, 54 301, 24
6, 55 201, 17
7, 37 sq. 65, 21; 148, 23; 286, 4
7, 39 313, 9
8, 31 *30, 11
8, 34 414, 19
8, 39 169, 27
8, 44 334, 30
8, 56 346, 15
9, 41 291, 24; *45, 19
10, 8 301, 7; 389, 19
10, 11 278, 13; *92, 24
10, 18 194, 27; 205, 1; *28, 2
10, 22 139, 4
11, 43 43, 11; 66, 16
11, 44 291, 6
12, 4 368, 17
12, 24 34, 18; 301, 17; 367, 26
12, 27 *116, 14
12, 32 108, 15; 182, 9; 204, 23; 418, 5
14, 2 *37, 18; 115, 5
14, 6 9, 17; 32, 11; 52, 27; 96, 20; 115, 16; 141, 12; 181, 28; 234, 24; 266, 30; 276, 14; 277, 29; 296, 10; 414, 27; *8, 21; 33, 17
14, 8 *76, 15
14, 9 *76, 16
14, 10 *6, 15; 19, 7
14, 21 *8, 8; 93, 2
14, 23 *78, 14
14, 27 45, 19; 64, 2; 111, 14; 139, 14; 232, 22; 240, 2; 302, 17
14, 28 284, 27
14, 30 21, 27; 197 26
14, 31 220, 11; 239, 11
15, 19 373, 17
16, 33 339, 27
17, 5 *19, 19
17, 6 44, 3; 161, 1
18, 36 373, 16
19, 6 21, 30; 41, 6; 187, 5
19, 14 60, 9
19, 15 41, 6; *49, 5
19, 34 *54, 11
20, 15 392, 15
20, 17 392, 17

ACTUUM
1, 6 366, 11
1, 7 366, 17
2, 13 238, 12
2, 29-32 *13, 4
3, 6 208, 6; 336, 16
4, 32 246, 14
8, 1 396, 19
9, 4 *106, 8
10, 34 270, 5
16, 18 336, 17

AD ROMAN.
1, 1 218, 11
1, 3 *88, 2
1, 17 330, 16
1, 20 *111, 16
2, 11 77, 12
2, 13 *45, 17
3, 4 13, 20; 215, 22
5, 3-5 210, 11
5, 8 *107, 12
5, 20 218, 21; 310, 6
6, 12 11, 16; 48, 31; 293, 9
7, 14 56, 19; *84, 1
7, 23 212, 28; 222, 20; 270, 7
7, 24 67, 10; 212, 30; 222, 21; 270, 10
8, 3 38, 6
8, 8 *38, 11
8, 9 *38, 15
8, 15 313, 29
8, 22 308, 3
8, 28 35, 11
9, 16 185, 18
10, 21 *50, 2; 68, 27
11, 17 sq. 66, 5
11, 25 sq. 73, 15; 340, 25; 359, 19
11, 32 145, 24; 173, 31
11, 33-36 *110, 5
11, 33 122, 21; *29, 5; 73, 12
12, 1 136, 18
12, 11 305 12; 414, 25
12, 18 230, 23; 302, 23
12, 19 127, 19
12, 20 127, 21; 230, 15
13, 12 sq. 254, 23
14, 5 396, 7
14, 21 238, 4
15, 19 303, 10
15, 20 80, 5
15, 24.28 80, 7; 303, 13
16, 20 114, 16

I. AD CORINTH.
1, 2 298, 16
1, 5 207, 14
1, 23 373, 9
1, 24 4, 21; 53, 10; 59, 22; 90, 5; 105, 24; 261, 1; 295, 20
2, 11 *112, 16; 117, 20
2, 13 4, 16; 10, 26; 19, 20
3, 3 215, 17
3, 6 126, 8; *90, 13
3, 10 98, 11
3, 13 *89, 16
3, 16 105, 2; 258, 18

4, 20 . . . 50, 8
5, 5 . . . 87, 25
7, 7 . . . 233, 23
7, 23 . . . 161, 28
7, 31 . . . 28, 8
8, 5 . . . 53, 1
8, 6 . . . 260, 22
9, 26 . . . 241, 26
9, 27 . . . 49, 7; 270, 9
10, 4 . 265, 18; 272, 8; *78, 2; 105, 7
10, 12 . . . 160, 15
10, 31 . . . 4, 3; 256, 27; 355, 10
11, 3 . . . 368, 13
11, 19 . . . 42, 19
12, 21 . . . 374, 11
12, 23 . . . 374, 25
13, 9 . . . 182, 29; 213, 11; 214, 19
13, 12 . . . 213, 12
14, 38 . *si quis cognoscit, cognoscitur* 8, 23
15, 9 . . . 42, 5; 260, 8; *17, 8
15, 26 . . . 22, 2
15, 41 sq. . . . 221, 6; *117, 3
15, 49 . . . 260, 25; *91, 1
15, 50 . . . 279, 21; *38, 5
15, 53 . . . *28, 21
15, 54 sq. . . . 272, 13
15, 55 . . . 212, 14

II. AD CORINTH.
2, 15 . . . 382, 12
3, 13 . . . 329, 3
3, 15 . . . *57, 17
4, 7 . . . 62, 19; 63, 24; 117, 7
5, 1 . . . 114, 1
5, 6 . . . *38, 18
5, 16 . . . 154, 11; *29, 3
5, 21 . . . *28, 6
6, 12 . . . *34, 9
6, 14 sq. . . . 12, 16; *92, 27
6, 15 . . . 334, 6
6, 16 . . . 258, 14; *44, 12
8, 9 . . . 106, 15; 192, 26
11, 3 . . . *23, 5
11, 6 . . . 80, 12
11, 14 . . . 116, 29; *69, 21
12, 2 . . . 308, 17
12, 9 . . . *17, 10
12, 10 . 87, 27; 194, 16; 222, 23; *17, 10
13, 3 . . . 90, 16; 103, 27

AD GALAT.
3, 16 . . . *55, 12
4, 6 . . . 11, 5; *49, 25
4, 16 . . . 407, 20
4, 24 . . . 348, 23
5, 17 . . . 87, 16; *55, 4
6, 7 . . . 235, 14
6, 14 . . . 124, 17; 313, 14

AD EPHES.
1, 21 . . . 307, 5
2, 5 . . . 13, 7
2, 6 . . . 5, 5
2, 14 . . . 111, 15; *45, 1
2, 15 . . . 270, 20
2, 16 . legendum putat Hieronymus *in ea* i. e. cruce, non *in semetipso* 174, 20
4, 5 . . . 281, 27
4, 8 . . . *41, 16
4, 10 . . . *112, 24
4, 13 . . . 247, 4
4, 26 . . . 51, 17; 193, 10; 196, 3
5, 13 . . . *69, 9
5, 31 sq. . . . *104, 1
5, 32 . . . *54, 7
6, 12 . . . 254, 20
6, 16 . . . 23, 24

AD PHILIPP.
1, 23 . 228, 23; in graeco non habet *dissolvi*, sed *reverti* 67, 17
2, 6 sqq. . . 52, 18; 161, 13; 195, 16; 267, 26
3, 8 . . . 386, 1
3, 13 . . . 242, 1
3, 15 . . . 396, 7
3, 19 . . . 285, 19
3, 20 . . . *38, 17; 56, 2; 91, 2
4, 7 . . . 111, 15; 232, 13
4, 13 . . . *20, 24

AD COLOSS.
1, 26 . . . 53, 11; 390, 7
2, 3 . . . 365, 27
2, 8 . . . 215, 12
3, 4 . . . *86, 8
4, 6 . . . 324, 1

I. AD THESSAL.
2, 19 . . . 207, 13
5, 17 . . . 4, 1; 169, 23

I. AD TIMOTH.
1, 14 . . . 420, 23
1, 17 . . . *108, 7
1, 20 . . . 184, 2
2, 8 . . . 257, 11; 269, 1
3, 6 . . . 399, 24; *81, 19
3, 15 . . . 253, 30; 346, 17
5, 6 . . . *85, 17
5, 12 . . . 403, 13
6, 5 . . . 364, 16
6, 16 . . . *108, 11

II. AD TIMOTH.
2, 5 . . . 240, 16; 241, 22
2, 26 . . . 114, 17

AD HEBRAEOS.
1, 3 . . . 275, 5
1, 5-8 . . . *121, 5
1, 13 sq. . . . *121, 15
6, 7 . . . *90, 11
7, 3 . . . 201, 5
9, 5 . . . *119, 6
11, 6 . . . *110, 14
11, 10 . . . 98, 13; *56, 12
11, 26 . . . 381, 23

11, 27 . . . . *109, 11
11, 37 . . . . 381, 19
12, 6 . . . . 270, 24
12, 22 sq. *115, 12
12, 23 . . . . 258, 5; *39, 9

IACOBI.
1, 15 . . . . 422, 8
3, 5 . . . . . . 224, 15; 380, 12
4, 3 . . . . 223, 29
4, 6 . 81, 16; 243, 2; 262, 3; *81, 17

I. PETRI.
1, 12 . . . . *44, 18
2, 11 . . . . 228, 16
2, 22 . . . . 21, 28
2, 23 . . . . *76, 27
3, 21 . . . . 414, 7
5, 8 . . . . 21, 25; 269, 21
5, 13 . . . . 320, 3

I. IOHANNIS.
1, 1 . . . . 381, 29; 382, 15
1, 2 . . . . *88, 20
1, 8 . . . . 2, 24
2, 6 . . . . 16, 14
2, 18 . . . . 10, 18; 407, 2
2, 19 . . . . 12, 18; 285, 11
3, 15 . . . . 224, 29
4, 18 . 16, 9; 35, 6; 206, 19; *44, 11
5, 19 . . . . 254, 19; 402, 2

APOCALYPSIS.
1, 13 . . . . 322, 26
1, 16 . . . . 314, 9
2, 10 . . . . 416, 2
2, 17 . . . . 144, 15
3, 7 . . . . 111, 9; 416, 8; *55, 13
3, 12 . . . . 144, 15
3, 20 . . . . 49, 10; 105, 7
4, 6 sqq. 319, 2
5, 8 . . . . 268, 20
6, 9 . . . . *39, 4
6, 10 . . . . 268, 9
7, 4 sqq. 73, 19; 359, 27
8, 12 . . . . 78, 20; 83, 10
14, 4 . . . . 73, 20; 410, 18
17, 15 . . . . 54, 6
21, 6 . . . . *1, 16
21, 10 sq. 258, 9
22, 1 sq. 6, 2

II. INDEX NOMINVM ET RERVM.

Aaron interpretatur *montanus* 247, 20.
Abenezer, *lapis adiutorii* 259, 28.
Abessalon sepulcrum aetate Hieronymi permanebat * 12, 1.
Abraham: de vocatione Abrahae sermo Hieronymi deperditus 31, 2; primus Abraham senex dicitur 125, 22.
Abramium, ubi habitavit Abraham 9, 7.
Acheldemach, *sanguinis ager* Iudaeorum, sed nostra sepultura est 60, 24; 190, 20.
adeps frumenti, largitas et pinguedo gratiae spiritalis 73, 30.
adiuvat nos Deus, non dormientes, sed laborantes 66, 28; 185, 17. *cf.* gratia.
adoptione sancti filii Dei nuncupantur, Christus autem filius est natura proprius * 58, 1.
adorare in scripturis dupliciter dicitur 153, 6.
advena est, qui non est habitator 129, 2.
aedificatur semper, quodcumque viderit, christianus 121, 6.
aedificatio quando dici solet * 54, 5.
aegrotatio semper delicata est 378, 7; laetitia animi mitigatur * 101, 26.
Aegyptus interpretatur *tenebrae* 43, 2.
Aelia ab Hadriano condita 397, 3.
aemorrousa, ecclesia de gentibus congregata 177, 14.
aenigma non est hoc quod dicitur, sed aliud quod significatur aenigmate 59, 1.
aequalis omnium hominum condicio 77, 16.
aequitas proprie dicitur, quae pravum rectum facit 149, 8.
aetas perfecta quadragesimo anno venit 192, 7; aetas perfecta iumentis tres anni sunt, hominibus triginta 369, 26.
aeternitati comparatum omne tempus breve est 108, 9; nihil bonum est, nisi quod aeternum est 123, 13.
Aggareni interpretantur *proselyti* 82, 15; * 33, 8.
agnus quarta decima die immolatur 27, 16; 406, 4; agni paschalis mystica interpretatio 406 sqq.
Alexander Macedonum imperator minime par Paulo apostolo 80, 8.
Alexandria: Sarapium in Alexandria destructum 142, 4; qui de Alexandria processerunt haeretici * 70, 2.
aliena peccata quomodo sunt 213, 2.
allegoria sublimior historia est, non contraria * 104, 24.
alleluia: psalmi diebus dominicis sub alleluia cantati 17, 15; ubicumque duo alleluia praescribuntur in psalmo, unum de fine est prioris psalmi, et alterum eius qui sequitur 171, 28; 306, 22; alleluia quid significet 293, 18.
altarium: martyres, victima Domini, esse sub altario merentur * 39, 6.
Altissimum solum Patrem esse dicunt Arriani 103, 16.
Amalech interpretatur *lingens terram* 82, 20; * 33, 18.
ambulare Deum, quid significet 9, 1; 74, 12.
Amon interpretatur *populus turbidus* 82, 18; sive *populus falsus* * 33, 15.

Amos, qui tertius est de duodecim prophetis, patrem esse Esaiae plerique falso putabant * 97, 17.
angelorum multitudo per currus et equos significatur 39, 12; 47, 12; sciunt angeli quid fecerim 75, 7; non potest angelica dignitas mortem recipere, sed tantum ruinam 78, 4; angeli non erimus, sed quasi angeli 126, 20; angeli ignis Dei sunt 142, 28; de angelis quod in Genesi praetermissum, in versiculo psalmi CIII significatum est 163, 13; non habent corpus, sed toti lumen sunt 163, 16; non sunt subiecti peccatis 163, 17; et angelos salvat Christus, et homines 181, 6; ipsi angeli libenter habent praedicari eorum creatorem 181, 24; quod faciunt angeli in caelis, hoc monachi faciunt in terris 219, 2; * 39, 10; angelus dicitur Christus * 43, 9; angeli Trinitatis mysterium in caelo scire non possunt * 74, 14. 20; inter angelos primum throni dicuntur 307, 4. 10; cunctarum virtutum caelestium nomen scire non possumus 307, 16; libenter talibus oneribus praegravantur angeli, ut adducant homines ad regna caelorum 378, 26; per Spiritum sanctum omnes angeli recipiunt sanctitatem * 117, 26.
anima humana, vera ecclesia, verum templum Christi est 105, 1; animas fuisse antequam mundus fieret haeresis calumniatur 107, 12; * 39, 24; 54, 17; 56, 16; 62, 23; 81, 14; vide animam sanctam, quam grandis sit: Christum capit, quem caelum non capit 258, 15; anima hominis quam pretiosa 335, 25; anima Dei, quae * 7, 21; animam hominis mundi latitudo non capit * 73, 24; animae principale, cor * 102, 5.
anna, interiectio deprecantis apud Hebraeos 210, 24; 218, 3.
Anthropomorphitae dicunt Deum habere membra quae etiam nos habemus 129, 13; * 24, 25; 26, 22; 47, 12; iram Dei et furorem simpliciter accipiunt * 6, 19.
Aoth iudicis multiplex et grande mysterium * 25, 11.
apis et formicae sapientia 121, 17.
Apocalypsis Iohannis in occidente omni et in aliis Phaenicis provinciis et in Aegypto recepta, in Palaestina non recipitur 5, 20 sqq; liber tamen ecclesiasticus est, quem recipiunt et interpretantur veteres, *ibid*; in ecclesiis legitur, neque enim inter apocryphas scripturas habetur 314, 7.
Apocryphos inter Patriarcharum liber computatur * 22, 22; item liber Henoch 250, 1.
Apollinarius Laodicenus tacito nomine notatur 197, 1; 398, 1; eius dogma de sensu Christi nova haeresis ab Hieronymo appellatur * 28, 12.
Apollonius signa fecit 80, 20.
Apostoli sunt principes Iuda 42, 7; fides nostra non probatur nisi per illorum sanguinem 80, 27; sunt fundamenta ecclesiae 98, 23; portae Sion 99, 14; eorum vox tonitruum erat 143, 15; veritas Dei in apostolis est 182, 3; eorum doctrina quam velociter cucurrerit 303, 9; nequaquam temerarie Iesum secuti sunt 331, 20; apostolos imitantur monachi 331, 44; 375, 8. 15; etsi parum dimiserunt apostoli, utique et magna similiter dimisissent 332, 3; quidquid apostolis loquitur Christus, ecclesiae loquitur 374, 6; apostolus dicitur lingua hebraica siloas 389, 16; apostoli fuere Iohannes Baptista et Esaias 389, 17; apostolos a Iudaeis eiectos latini susceperunt 396, 15; nobis, qui christiani esse volumus, apostolorum sequenda sententia est * 13, 12; apostoli omnibus peccatoribus iniquiores * 16, 8; gloria Christi sunt * 27, 12; imitatores simus apostolorum * 72, 4.
apparet Dominus etiam peccatoribus * 106, 4.
Apuleius fecit signa 80, 20.
aquae multae, haereses diversae 281, 24; aqua de Christi latere exiens baptismum significat * 54, 13.
aquila est diabolus 165, 25.
araneae labori vita hominum comparatur 109, 15; * 65, 14.
arcae a Noe factae numerorum sacramenta 368, 30.
argentum, sermo Dei 38, 25; 147, 12.
Aristoteles promisit viam quae duceret ad civitatem 177, 8; syllogismus Aristotelis 215, 6; non invenit Christus in Aristotele locum 245, 13; *cf.* 350, 12; Aristotelici sunt et Platonici omnes haeretici 63, 25; *cf.* 267, 20; 272, 10.
arma Domini et nostra haec sunt, oratio 187, 21; 279, 6; christianorum arma, pax est 232, 12.
Arrianorum dogma 33, 17; 224, 7; dicunt Altissimum solum Patrem esse 103, 16; locus contra Arrianos 133, 1; dicunt: Maior est Pater, qui iubet, quam ille cui iubetur 198, 23; 308, 23; nominant Christum 253, 27; impiissimi Arriani Filium bonum dici posse negant 278, 1; Arrianae haereseos insania * 22, 2.
Arrius haereticus 14, 28; 112, 9; dicit Filium Dei similiter esse filium ut nos sumus 77, 6; creaturam esse et facturam 200, 9; Spiritum sanctum non numerat cum Patre et Filio 306, 6; Arrius, daemon meridianus * 70, 1.
artium diversarum gloria est implere quod norint * 27, 8.
Asaph, iuxta quosdam, psalmos a David compositos cantavit, iuxta alios ipse et conposuit et cantavit 43, 27; Asaph prophetae testimonium apud Matth. XIII 59, 24; Asaph illo tempore fuit, quando fuit David 64, 19; interpretatur *synagoga* 70, 16.
asina credentes de synagoga, pullus asinae populum gentium significat 355, 18.
athleta dormiens perdit victoriam 185, 22; 131, 32; athletarum multa genera 241, 23.
aves caeli specialiter monachi sunt 284, 16.
atrium unum, et plura atria 136, 24; atria nostra, patriarchae et prophetae 137, 5.

Augustino falso adscriptus sermo XLV ad Fratres in eremo, ex Hieronymi tractatibus consarcinatus est 172, 16 n.
aurum dicitur eloquentia saecularis 63, 27; * 34, 4.
Babylon interpretatur *confusio* 63, 29; 101, 30; 263, 2; * 34, 1.
baptisma: tractatus de ps. XIIII ad eos qui ad baptisma accedunt 27, 9; cotidie videmus baptismum haereticorum esse amaras aquas 174, 16; baptisma peccata dimittit, regna autem caelorum non potest donare 261, 7; baptismum Iohannis Baptistae praecursor fuit baptismi Salvatoris 321, 7; 325, 18; baptismum recepturi quomodo se praeparent 364, 26; *cf.* 365, 16; 366, 25; 368, 7; post baptisma ungebantur neophyti 368, 13; baptismum iam in principio Geneseos significatum 54, 15; sine Spiritu non potest esse 54, 16; in baptismate peccata remittuntur, in paenitentia operiuntur * 41, 22.
Barabbas interpretatur *filius patris* 188, 8.
barba, virilitatis indicium 246, 1.
Barnabae epistula laudatur * 16, 6.
Basan *confusio* interpretatur 40, 31.
Basilides CCCLXV deos adserit * 36, 11.
beatitudo nostra futura est, totum quod promittitur de futuro est 16, 11; beatitudo prima, non peccasse; secunda, post vulnus sanare cicatricem * 44, 6.
beneficia Dei erga hominem 161, 6.
Beniamin *filius dexterae* interpretatur 19, 23; 20, 7; semper tribus Beniamin appellatur Iemini 20, 8.
Bethania, viculus Marthae et Mariae, ubi hodie Lazarus (*pro* Lazarium?) 354, 7; interpretatur *domus oboedientiae* 354, 10; 357, 14; 367, 5.
Bethlehem: felix est qui Bethlehem habet in corde suo 138, 13; in austro posita est 176, 6; Ephrata quare nomen accepit 244, 19; Bethlehem prae omnibus locis sanctis venerabilior 245, 6; Terra est, quae dedit fructum suum * 44, 15; Encaeniorum dies in Bethlehem 139, 2.
Bethphage interpretatur *domus maxillae* 354, 13.
Bethsaida interpretatur *domus venatorum* 343, 10.
βοηθός Ezras propheta dicitur 113, 24.
bonum nihil est, nisi quod aeternum est 123, 17; bonus recte dicitur Filius, bonus et Spiritus sanctus 278, 1; fieri non potest, ut una anima et bonum amet et malum * 92, 28.
Bosor interpretatur *caro* 41, 4.
Britannia: crux Christi et in Britannia est, et in India est 138, 7. *cf.* 261, 15.
caelum: peccata in caelo non fiunt 79, 8; 394, 25; * 54, 17; caelum sunt sancti 259, 5; * 90, 26; apostoli * 55, 26; divina mysteria 296, 19; plures caelos dicimus 308, 16; ruinas cotidie in caelo fieri falso quidam adserunt 394, 25; * 81, 13; caeli septem a philosophis appellati * 31, 20.
calciamenti soluti sacramentum 324, 15.
calix furoris Domini * 9, 15; calix in scripturis interdum pro desiderato potu et gaudio accipitur * 19, 23; calix aureus, dogmata philosophorum et eloquentia oratorum 63, 28; * 34, 1.
calliditas vel in bonam vel in malam partem accipitur * 23, 2.
calor malus calore Spiritus sancti expellitur 306, 15.
Calvaria significatur locus resurrectionis 86, 4.
cantare, in theoria semper significat scriptura 37, 2; 98, 4; 147, 1; 169, 1; 180, 3.
canticum novum est Dei filius crucifixus 144, 8; in praesenti certamen est, non canticum 282, 15.
caph interpretatur καρπός i. e. pars aliqua manus 235, 11.
Capharnaum interpretari potest et *ager consolationis* et *ager pulcherrimus* 333, 7.
caput qui elevat, odit Deum 81, 16; caput in scripturis divinitas dicitur 247, 3; corporis principale, caput * 102, 5.
carbones ignis quomodo congregandi super caput inimici 127, 22; 230, 16; carbo desolatorius, quid 227, 2; carbones super quos sedetur in Isaia * 8, 26.
caritas nisi ante refrixerit, non peccamus 305, 11.
caro et cor alicuius ut in commune consentiant difficile est 87, 14; caro quasi nubes et caligo in circuitu Salvatoris * 88, 19; caro quomodo multipliciter serviat Domino 178, 17; * 37, 26; non caro sed carnis opera despicienda 279, 22; 287, 25; * 38, 4; caro hominis Dominicae carnis portio est 336, 4; caro nostra in Domino resurrexit * 28, 19; 86, 5; caro ipsa desiderat regna caelorum * 37, 21.
καρπός dicitur graece ἄρθρα i. e. pars aliqua manus 235, 12.
Cassiodorius tractatus Hieronymi in Marcum commemorat, praef. iii; 327, 15 not.; item de Ps. XLI, praef. iv.
Cataphrygae et Montanus quid dicant 183, 3; * 41, 2.
κατηχήσεως principio de vocatione Abrahae sermonem Hieronymus habuerat 31, 1; *cf.* 365, 4.
catechumeni inter auditores Hieronymi 27, 9; 281, 26; 365, 2. 12.
Cedar interpretatur *tenebrae* 228, 26.
Cedron lingua hebraea interpretatur *tenebrae* 204, 14; Christus traditur in torrente Cedron 204, 17.
cellarium proprie dicitur, quod divitias conpositas habet 284, 7.
certamen homini quare dederit Deus * 40, 7.
cervus serpentes occidit, et ipsos comedit 165, 26; 411, 11; i leo accipitur in sanctos 273, 16.
cherubim interpretatur *scientiae multitudo* 30, 16; 152, 8.
Chore interpretatur *Calvaria* 70, 18; 86, 3; 98.

7; 411, 3; *41, 2; quicumque psalmus praescribitur *filiorum Chore*, nihil triste habet, sed semper laeta significat 85, 27; 92, 3; 410, 21.

chorus non est, ubi dissensio 312, 15; chorus dicitur, quando multi in unum concinunt *46, 13; ecclesiae, chorus Dei, *ibid.* 19.

christianus, quodcumque viderit, semper aedificatur 121, 6; *73, 4; numquam christiano nox est 181, 1; semper christiano persecutio est 186, 5; nobis, qui christiani esse volumus, apostolorum sequenda sententia est *13, 12; in hoc christianus sum, quia unum Deum in Trinitate confiteor *75, 24.

Christi agendi ratio sequenda 16, 13; 364, 17; Christus flos Mariae virginis, fructus factus est, ut nos manducaremus carnes ipsius 34, 14; omnia genera poenarum veniant, dum post plagas Christus adveniat 35, 28; Christus et hospes noster est et conviva 49, 1; Christus, David noster 27, 14; Moyses noster 71, 7; sufficit victoribus facies Christi 90, 10; Christi vita exemplum est *23, 14; Christum possumus parere, si volumus 97, 12; 105, 17; 173, 9; Christus crucifixus, serpens in eremo suspensus 115, 1; crucifixus quidem erat in corpore, sed vere crucifigebat ibi daemones 124, 11; 174, 22; Iudaei dicunt quoniam si non aliquis unguatur unguento regali, non potest christus vocari 170, 12; Christus habuit sensum humanum 196, 28; 397, 28; non duae personae in Christo, sed qui filius Dei est, ipse est et filius David 198, 14; 325, 9; 356, 6; haud mirandum si hominis verbis loquitur Christus 199, 32; oculi quoque ipsius et vultus divinum quiddam spirabant 331, 22; 361, 22; sermo ipse Domini operatorius erat 331, 28; egregius medicus Christus et verus est archiater 337, 14; ipse et medicus et medicamentum 338, 3; *68, 8; 97, 7; solum Christum in lege et prophetis considerat Hieronymus 353, 16; omne quod fecit Christus, sacramenta sunt, salus nostra est 355, 9; inter omnia signa quae fecit Christus quodnam mirabilius Hieronymi sententia 361, 14; iudicii diem ignorare Christus qui dicitur 365, 18; Christus non in Epiphaniis sed VIII kl. ian. natus est 396, 5; in Epiphaniis renatus est 397, 6; Christus homo perfectus 397, 23; nulla plaga est quae debeat amorem Christi superare 403, 5; Christus in cruce nos alis suis protexit *68, 26; ad hoc venit, ut dimicet et superet dimicando *2, 21; Christi plagis sanamur, illo patiente non patimur *4, 14; Christi grandis humilitas in orando Patrem pro nobis *13, 18; Christus in scripturis et pontifex appellatur et rex *18, 23; ut sacerdos, Patrem habet specialem et propriam portionem, *19, 7; quomodo cibus noster et potus Christus est, ita Christi cibus et poculum Pater est, i. e. communis cum Patre divinitas *19, 26; Christus ab universo carnis phantasmate purus *23, 16; Christus unus atque idem filius Dei, nunc ut homo rogat, nunc ut Dominus exaudit *24, 11; Christi anima habuit quidquid absque peccato humana anima habere consuevit *28, 10; caro eius post resurrectionem eiusdem naturae, licet alterius gloriae *28, 22; quare non Christus totus sed derelicta carne anima Christi descendit ad inferos *29, 14; quomodo nunc sedere nunc stare dicitur ad dexteram Patris *30, 22; mentes nostrae mortis dominicae memores sint *11, 15; Deus Verbum tamdiu in caelis fuit, quamdiu homines non tantum peccaverunt ut ad eos ipse descenderet *29, 7; pauci sunt bellatores, qui pro Christo dimicent *32, 4; Christus angelus dictus *43, 9; Christi descensus ad inferos *48, 6; quem tonantem mundus audire non potuit, audiat saltem vagientem 397, 19; *53, 13; per os prophetarum quasi per organum Dominus est locutus *53, 23; Homo Dominicus ab Hieronymi antiquo interpolatore appellatur *60, 9; Christus mansuetudo ipsa nominatur, sicut alio loco non sapiens sed sapientia *66, 11; quicquid οἰκονομία est in Christo, non illi additur, sed nobis proficit *86, 15.

Chus lingua hebraea interpretatur *Aethiops* 20, 25.

Chusi filius Iemini non idem atque Chusi filius Arachi 19, 11; in titulo psalmi VII per *sin* litteram scribitur, in Regnorum per *samech* 19, 12; Saulem significat 21, 1; et diabolum 21, 21.

cibos inmortales habeat anima necesse est 235, 21.

cimicem facere et pulicem, quid necesse fuit 122, 7.

circus: clamor in circo 116, 7.

cithara nostra, et corpus et anima et spiritus 121, 3; non potest esse cithara, si una chorda defuerit 147, 3; 296, 5; cithara Dei monachus est 180, 29; corpus Christi 181, 7; citharam inter et psalterium quid intersit 312, 26.

civitas in multis aedificiis consistit 105, 9.

clamor in scripturis, non vocis, sed cordis est 11, 3; 50, 12; 94, 10; 177, 18; 268, 2; 314, 1.

claves psalmorum 1, 5.

clementia Dei erga Iudaeos 192, 10.

climata mundi quattuor 175, 29.

coenobium: in monasteriis et maxime in coenobiis solent rixae esse et simultates 231, 11; vera ibi fraternitas, unus animus est 246, 4; solent aliquanti fratres dicere: Si in coenobio mansero, solus orare non possum 328, 2; coenobii synaxis ab iis qui manent in deserto non contemnenda 400, 28.

cogitatio: qui in cogitatione non peccaverit, nullus hominum reperitur 48, 9; una cogitatio felix est, cogitare de Domino 130, 20; *37, 9; cogitationibus malis eiectis, daemones

occiduntur 158, 7; in mea potestate non est aut cogitare aut non cogitare quae mala sunt, quasi necessitas mihi imponitur 213, 4; parvuli dicuntur cogitationes 265, 13; 272, 8; cogitationum exordia, quas vocant προπαθείας * 24, 8.
columba in baptismo Iesu similitudo monstrata est, veritas non fuit 326, 17; columba felle carere dicitur * 3, 4.
communicare dupliciter intellegitur in scriptura 270, 18.
conclusio, syllogismi extrema pars * 8, 2.
concordiam tantam in bono non potest habere populus Dei, quantam mali habent in malo 81, 30.
concupiscentiarum scintillam omnes habemus 179, 14; difficile est esse, quem concupiscentia non temptet 347, 27.
confessio dupliciter intellegitur 162, 19; confessionis verae ordo * 72, 10; confitere illi peccata, qui sanare potest 119, 28.
conparatio: omne quod conparatur, minus est ab eo cui conparatur 2, 1.
conscientiae nostrae libri Dei sunt 75, 3.
contentio in quo a disputatione differat * 73, 26.
continentia ante perceptionem Eucharistiae servanda 409, 21.
contraria esse quae putantur, providentia Dei saepius pro utilitate fiunt 170, 19.
conversionis velocis et gratuitae exempla * 16, 10 sq.; nemo convertitur, nisi qui pergit illuc ubi prius erat 211, 20.
cophini Aegypti et cophini Iesu 71, 9.
cor nostrum sit in manu Christi 293, 11; cor, principale animae * 102, 5.
cornu semper in regno ponitur 124, 3; 147, 14.
cornuta tantummodo animalia in templo immolantur 124, 4; 147, 20.
corona et scutum apud Deum idem sunt 16, 32; 115, 8; 162, 4; 183, 12; susceptio pro corona in scripturis ponitur 183, 8; coronat te Deus, non propter merita tua, sed propter suam misericordiam 161, 32; nos si fuerimus lapides pretiosi, nostrum Dominum coronabimus 415, 3; nemo in deliciis aestimet coronari * 85, 16.
corpus sancti morientis pretiosum est 217, 25; organum hominis corpus est 263, 21; aequale habemus et nos et sancti corpus 270, 6; corporis labores minus prosunt quam animae libertas et pura doctrina * 70, 10.
correctio supponit inaequalitatem * 89, 8.
correptio: infelix est qui a Deo non corripitur 72, 26; 271, 1.
corrigitur quod ante rectum fuit et postea depravatum est 137, 14; 142, 18.
corvi daemones sunt, et qui daemonibus serviunt; corvorum pulli, qui de parentibus idolatris nascuntur 297, 15; hi dicuntur de rore vivere 298, 1.
Creatorem in operibus quicumque non intellegit, iste insipiens est 123, 6; *cf.* 163, 3; creatorem nullae gentes sunt quae naturaliter non intellegant 137, 16; creatoris erga hominem beneficia 161, 6; hoc a beluis distamus, quia nos intellegimus creatorem nostrum, illae non intellegunt 280, 7; conditor Deus semper inter medias creaturas suas est 388, 15.
creaturarum ordine et constantia fertur homo ad creatorem 121, 8; singulae habent utilitates suas 122, 12; * 111, 2; universa creatura Dei oculos habet, et intellegentia plena est 163, 5; 167, 4; creaturae omnes nobis serviunt 307, 31; 310, 27; quomodo a servitute liberabuntur 308, 5; a Dei creatura vir eruditus nusquam scandalizatur * 73, 3.
crimina occulta fidelium, (*opp.* haeresis aperta insania) * 98, 12.
crux inluminat mundum 44, 23; crucis signum vexillum nostrum est 113, 7; 124, 12; 140, 17; dies crucis 118, 21; crux Salvatoris ista est scala quam vidit Iacob 124, 14; columna est generis humani 138, 5; et in Britannia est, et in India est, *ibid*; aquam amaram non fecit aliud dulcem nisi lignum crucis quod missum erat in ea 148, 2; crucis mysterium in CCC numeris et in littera thau 369, 4; crucis vexillum non potest deleri, nisi solo peccato 369, 9; crux Christi clavis paradisi est 385, 12; a Moyse manus levante figurata * 25, 8.
crystalli natura 304, 21.
culex in puncto corpusculi omnia membra habet 122, 14.
Cyprianus sanctus Apocalypsin recipit et interpretatur 6, 1.
Cyri erga regem Armeniorum agendi ratio 276, 23.
daemones meridianos esse vulgo dicitur 116, 12; daemonum testimoniis non adquiescendum 334, 29.
David noster Christus est 27, 14; interpretatur *fortis manu* 70, 14; 140, 4; 243, 7; de paenitente magister est effectus 338, 33.
Decius persecutor 266, 24; 282, 22.
δειλινόν, hoc est, ad vesperam 9, 1.
desertum sanctis aliquando nocivum * 3, 1.
detrahendi occasionem nemini praebuisse, grandis res 30, 10; detrahentem, quantum in nobis est, persequamur 157, 17; inter fornicantem et detrahentem quanta distantia 157, 19; grande scelus detractio apud monachos 224, 28; quandocumque aliquis fratri detrahit, iste post dorsum fabricatur 242, 7.
Deus nosse dicitur eos quos nosse dignatur 8, 21; Dei status diversus describitur pro varietate hominum 74, 9; homines et angeli ad comparationem Dei crudeles sunt 79, 16; Deo excelsior memo est 85, 21; Deum videre, infinita corona est 90, 10; Deus sine dextera sua numquam fuit 112, 10; Deus in omnibus mihi laborat, ut nihil mihi desit 122, 3; patientem nobis esse Deum volumus, et inimicis impatientem 128, 9; Deus totus oculus est, totus manus est, totus pes est 129, 18; omne genus humanum naturaliter intellegit

Deum 137, 16; hoc tantum Deo praestare possumus, ut salvemus animas nostras 180, 22; * 100, 16; decem Dei nomina apud Hebraeos 293, 19; Dei iussisse, fecisse est 308, 19; * 57, 4; ira Dei et furor spiritaliter intellegenda * 6, 22; Deus sanctorum proprie et specialiter Dominus est 41, 13; * 14, 1; scriptura ad similitudinem humanorum artuum de Dei virtutibus loquitur * 23, 23; 83, 10; Deus quid non sit magis scitur quam quid sit * 74, 19 sqq.; 110, 16; non possumus expansa Deum fortitudinis suae veste cognoscere 53, 17; * 77, 20; Deum, iuxta id quod Deus est, nulla rationabilis creatura videre potest * 108, 4; mirabilia in Deo magna quaenam sint * 57, 4.

deus unicuique hoc est, quod cupit et veneratur 72, 8; dii sumus, non natura, sed gratia 77, 7.

dextera Dei, Filius eius 52, 16; sine dextera sua numquam fuit 112, 10; dexteras duas habet iustus 117, 21; dextera Christus dicitur 145, 8; sanctis semper stat Deus ad dexteram * 25, 5; sapientiae dextera et laeva 25, 16.

diabolus per Chusi filium Iemini significatur 21, 21; diaboli paenitentia ubi est? 24, 20; ubi sunt qui dicunt diabolum diabolum esse factum? 77, 27; diabolus scripturas quasi diabolus interpretatur 118, 14; sanctos cupit decipere 132, 16; 166, 19; eos vult habitare in deserto * 3, 1; diaboli manus, quam grandis 175, 25; diabolus quasi quaestionarius Domini est 184, 3; facit iudices huius mundi et divites 186, 10; propter linguam suam cecidit 224, 23; diabolus est qui in hominibus nos persequitur 240, 25; non in tantum potest nos decipere, quantum per organum hominis 267, 2; non pugnat cito contra aliquem per grandia vitia, sed per minora ingreditur 269, 22; sicut Dominus habet electos sanctos, ita et diabolus habet electos suos 270, 15; fingebat se scire quis esset Christus, sed nesciebat 334, 26; pater diaboli, quis sit 334, 33; virtus diaboli omnis in lumbo est * 4, 3; ipse nos facit peccare, et ipse nos accusat ad puniendum * 34, 14; diaboli flagello iustus necessario obnoxius * 71, 3; diabolus superborum princeps * 81, 18; per Mariam spe sua frustratus * 92, 19.

dies duo, vetus testamentum et novum 135, 16; mundus iste in sex diebus intellegitur 349, 6.

dignitates in ecclesia 30, 15; non quaeritur dignitas apud Deum, sed opera 155, 15.

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, sententiola ingentia continens mysteria 35, 9; in Iob conpleta est 35, 20; qui timent, prope habent Dominum: qui diligunt, non iuxta sed intus habent * 44, 10.

dimittere terrena nihil est, vitia animae dimittere grande est 223, 3.

Dina interpretatur *causa*, *iurgium*, *rixa* 236, 26.

Dionysius Apocalypsin recipit et interpretatur 5, 24.

disputatio licita, contentio non item * 73, 26.

dives quicumque est, nisi pauperem expoliaverit, dives esse non potest 26, 16; vera philosophi sententia: Omnis dives aut iniquus aut iniqui heres est 86, 18; divites et iudices huius mundi diabolus facit 186, 10.

doctoribus grande periculum est 208, 20; doctores oculi sunt ecclesiae 374, 15.

dogmata ecclesiastica ita ut sunt fortia praedicanda 409, 1.

doloris magnitudo, materia consolationis * 85, 10.

dominica die psalmi sub alleluia cantati 17, 15; dies dominica, dies christianorum 418, 9; a gentilibus dies solis vocatur, *ibid.* 11.

Dominus est proprie sanctorum Deus * 14, 4.

dormiens nemo coronatur 131, 32; dormientes Deus non adiuvat, sed laborantes 66, 28; 185, 19; 289, 22; * 40, 9; 68, 2; dormire Deum, quid significet 75, 10.

duo omnia in nobis membra habemus, nisi quod turpe est 136, 8; duo immunda vocat scriptura 270, 20; 274, 9.

ebrietas spiritualis 69, 28.

ecce: quando dicitur *ecce*, quodammodo res digito demonstratur 252, 20.

ecclesia istius mundi tabernaculum est 28, 5; dignitates in ecclesia imperator, praefectus, episcopus, presbyter 30, 15; prima ecclesia de imperitis congregata fuit 60, 15; ecclesia displicet haereticis 64, 27; ecclesiae iudices episcopi et presbyteri 75, 30; ecclesiae fundamentum, fides Trinitatis 98, 12; item fundamenta apostoli 98, 23; in omnibus prophetis dictum est de ecclesia 100, 3; ecclesia mater appellata 103, 10; vera ecclesia, verum templum Christi, non est nisi anima humana 104, 25; ecclesia non in muris, sed in dogmatibus 126, 10; 250, 21; 253, 31; ecclesiae quasi insulae in mari saeculi istius positae sunt 141, 1; * 88, 16; ecclesia ibi est, ubi fides vera est 254, 1; ante annos viginti omnes in Palaestina ecclesias haeretici possidebant 254, 2; in multis locis aetate Hieronymi ecclesia domus negotiationis erat 364, 12; quidquid apostolis loquitur Christus, ecclesiae loquitur 374, 6; oculi ecclesiae, ecclesiastici atque doctores 374, 15; ecclesia, terra Dei * 15, 12; habitatorem habet Patrem et Filium et Spiritum sanctum * 78, 13; ecclesiae decor debet esse conversatio fidelium * 80, 17.

ecclesiastici rustici sunt et simplices 63, 25; rusticana simplicitas et ecclesiastica 67, 14.

Edom interpretatur *sanguis* 41, 3; *terrena* et *sanguinea* 264, 30.

eleemosynas non facere, crimen habentis est 208, 3; perfecti non fecerunt eleemosynas, non habebant unde facerent 208, 2; eleemosynam non debemus dare quasi mendico, sed quasi fratri 256, 14; peccata nostra, quae iam aliter lavare non possumus, eleemosyna extinguit, 257, 17.

eloquentia saecularis aurum dicitur 63, 27; * 34, 4.
Encaeniorum dies in Bethlehem 139, 2.
Encratitarum princeps Tatianus 41, 22.
ephod bad i. e. lineum vestimentum non habebant nisi levitae 155, 8.
Ephraim interpretatur *fructifer* 183, 7.
Ephrata Bethlehem unde dicta 244, 18.
Epicurus voluptatis adsertor 350, 13; providentiam negat * 83, 4; 110, 26.
episcopi debent iudices esse, non lupi 76, 4; non ordinent nisi quos sciunt fideles 157, 26; episcopus post Hieronymum locuturus 398, 6.
equi boni et equi mali 47, 4; equi, homines peccatores in quibus daemones equitantur 299, 2.
Ermon interpretatur ἀνάθημα 250, 17; 413, 1.
Erodii natura 165, 17.
error scriptorum in Matth. XIII 59, 23; in Marc. XV 60, 12; in Matth. XXVII 60, 20.
eruditio ecclesiasticis viris necessaria * 91, 7.
Ethan, *fortis* sive *robustus* * 51, 4.
evangelium post tractatum de psalmo legitur 27, 6; * 86, 20; vel vice versa evangelium ante psalmum exponitur 278, 19; * 81, 9; hebraicum evangelium secundum Matthaeum 262, 17; evangelium corpus Iesu putat Hieronymus 301, 22.
eucharistia: Christus flos Mariae virginis, fructus factus est, ut nos manducaremus carnes ipsius 34, 14; ista mysteria quae habemus dedit nobis 201, 16; vere caro Christi est, et vere sanguis Christi est 290, 27; 301, 24; si quando imus ad mysterium (qui fidelis est, intellegit) si micula ceciderit, periclitamur 302, 1; nisi steterimus, corpus Christi accipere non valemus 341, 22; continentia ante perceptionem eucharistiae servanda 409, 21; eucharistia post baptismum neophytis data 412, 2; Salvatoris carne vescimur et cruore potamur * 19, 27; ad carnes Salvatoris pura conscientia in unitate pacis accedendum * 50, 9.
Eunomiani nominant Christum 253, 27; Spiritum sanctum non numerant cum Patre et Filio 306, 6; Filium minorem Patre dicunt 308, 23.
Eunomius haereticus 14, 28; dicit Filium Dei similiter esse filium ut nos sumus 77, 5; creaturam esse et facturam 200, 9.
εὐθύτης proprie dicitur, quae pravum rectum facit 149, 8.
excelsior Deo nemo est 85, 21.
exorcistae Hebraeorum 336, 21; exorcizare multos inter epulas et clamare daemones videbat Hieronymus 335, 9.
Ezras interpretatur *adiutorium* 113, 23; sive *adiutor* * 47, 1; 97, 10; Ezraites, *adiutorium Domini consecutus* * 46, 21; 51, 5; Ezraita unde nomen acceperit * 51, 8.
familia Dei 253, 2; 403, 24 sqq.
familiaritas superbiam facit 253, 15.
febres nostrae vitia sunt 337, 12.
ficus infructuosa, synagoga 358, 6.
fideles dicimur, non rationales 154, 23; * 75, 2; *cf.* 367, 22; si quando imus ad mysterium, qui fidelis est intellegit 302, 2; accepto baptismo fideles dicebantur * 75, 3.
fides: qui veram fidem habet, non peccat 8, 5; qui non credit, iam praeiudicatus ad poenam est, *ibid* 10; fidei praeclarum encomium 154, 17; fidei paradisus 326, 13; vera fides non habet intervallum: statim audit, statim credit, statim sequitur 331, 5; fidei domus, ecclesia 346, 19; fidei ordo 354, 14; fides famem non timet 384, 24; Dominus non quaerit sanguinem confitentium, sed fidem per quam sanguis effunditur 417, 7.
filias sancti non habuisse quare dicantur 236, 18.
filii in scripturis sanctis cogitationes semper dicuntur, verba filiae 283, 25; omnis qui inique agit, iniquitatis filius dicitur 422, 5.
Filius ex eo non minor est Patre, quia accepit ab eo iudicium 44, 16; Patri quidquid dederimus, hoc damus et Filio 199, 20; Filius bonus recte ac merito dicitur 278, 14; Christus solus est filius Dei natura proprius, sancti vero adoptione sunt filii * 58, 1; non solum Pater sed etiam Filius iuxta naturam suam invisibilis est * 113, 24.
finis: quid potest grande esse, quod finem habet? 108, 10; fines terrae, mystice 36, 3; 145, 30.
flagellum diaboli quin iusto sonet, fieri non potest * 71, 3.
flumina sancti sunt, quae biberunt de fonte Iesu 148, 11; apostoli et prophetae * 79, 12.
folia verba sunt, fructus intellegentia scripturarum 358, 2.
fons Christus est, sancti flumina 148, 14; vitalis fons baptismatis 368, 11; fontes ecclesiae, Pater et Filius et Spiritus sanctus 411, 19.
formicae et apis sapientia 121, 17.
fortes hereditas sunt Salvatoris * 20, 5 sqq.
fortitudines dicti angeli * 112, 27 not.; 114, 9.
frater sanctus qui Hieronymi tractatui interest 401, 6.
fraternitas vera in coenobiis et monasteriis invenitur 246, 4.
fulgura ex nubium conlisione generantur iuxta philosophos 143, 4; * 89, 23; difficile illos percutiunt qui in valle sunt 143, 23.
fullones sunt disceptatores saecularis litteraturae 350, 17; fullonum opus quale sit 350, 8.
fundamentum ecclesiae, fides Trinitatis 98, 12; item fundamenta apostoli 98, 23.
funiculus peccatorum quomodo texitur 242, 19; funiculus ubi et quando adhibetur * 20, 9.
Galaad interpretatur *transmigratio* 183, 2.
Galilaea interpretatur κατακυλιστή 329, 23.
gallicinii officium 229, 12. 14; galli cantus, quarta noctis vigilia * 64, 5.
gamma pro ἐπιστήμῃ in Marc. XV xxv 60, 12.
Gebal interpretatur *vallis vana* 82, 16; * 33, 10.
Gedeon vocatur alio nomine Hierobaal 84, 17; Gedeonis vellus, populus Israheliticus 141, 16.

gel dicitur *revelatio* 146, 4.
generatio et generatio in scripturis duos populos significat 68, 11; 293, 5; * 53, 3; 55, 21.
gladius anceps, sermo doctrinae 314, 13; qui hunc habet, saeculi gladium non timet 315, 26.
gloria nostra est, quod servimus Domino 180, 19; gloria Christi crux est 313, 10; vel Deus Pater, sive apostoli, aut etiam quod in carnis eius humilitate latebat * 27, 10.
graduum quindecim signa in circuitu templi 220, 14.
graeci errant in lectione 2 Reg. XV 19, 16.
gratia: Deus adiuvat nos et cooperatur nobis 40, 14; non dormientes nos Deus adiuvat, sed laborantes 66, 28; 289, 22; * 40, 9; 68, 2; in nostra est potestate ponere Dominum ante oculos nostros * 24, 18; quamvis curramus, tamen sine Deo ad propositum pervenire non possumus * 14, 21; nostrum est incipere, Dei est adiuvare * 39, 13; 68, 1; nostrum est disponere, illius est perficere * 39, 18.
gratis, dupliciter intelligitur 187, 11.
Hadriani lex, ut nullus Iudaeorum Hierosolymis accederet 397, 1.
haereses semper novae sunt 283, 16; per Samariam et decem tribus apud Esaiam figuratae * 98, 7.
haereticus cotidie animarum fundit sanguinem 13, 31; cotidie haeretici inmutant dogmata sua 15, 14; * 35, 1; 69, 16; non quaerunt quomodo salventur, sed quomodo superent 15, 17; haereticorum conciliabula foveae diaboli sunt 23, 31; haeretici, ferae harundinis 42, 18; nihil aliud nisi de auro cogitant 63, 23; omnes superstitiones habent 64, 1; ad verba sunt praeparati 64, 3; 283, 3; displicet eis ecclesia 64, 27; non possunt decipere, nisi lucem promiserint 115, 28; habent et ipsi oleum, et ipsi lumen scientiae promittunt 125, 14; 271, 27; haereticorum baptismus, amarae aquae 174, 17; eorum oratio vertitur in peccatum 189, 19; non possunt laudare Dominum 253, 26; ante annos viginti omnes in Palaestina ecclesias haeretici possidebant 254, 2; principes haereticorum electi sunt diaboli 270, 16; haeretici nova cotidie reperiunt 283, 18; secreta et magna pollicentur * 68, 21; eorum sermo conpositus est 283, 25; non habent veram ecclesiam, sed similitudinem ecclesiae 284, 2; haereticorum magistri sibi in numero discipulorum adplaudunt 285, 8; nihil aliud faciunt, nisi studere divitiis 285, 17; haereticorum principes, daemones meridiani * 69, 27; difficile haereticos invenies inperitos 285, 23; haereticorum dogmata, laquei mortis * 68, 18; haereticorum magistri ligandi sunt, ut populi liberentur 314, 28; haeretici sunt sagittarii * 4, 18; eorum doctrina, sagitta diaboli * 69, 12; haereticorum multitudo et clamor, credentium paucitas et silentium * 32, 6; in nostro tantum odio consentiunt * 32, 17; omnes haeretici consentiunt Iudaeis in blasphemiis * 34, 18; sibi ecclesiam vindicant, *ibid.* 25; omnes Aristotelici sunt et Platonici 63, 25; 267, 20; 272, 10; 284, 5.
Haeretici ab Hieronymo commemorati: Arrius et Eunomius 14, 28; 77, 5; 200, 9; 253, 27; 273, 6; 301, 12; 306, 6; 308, 23; 314, 22; * 33, 22; Arriani 33, 17; 103, 16; 133, 1; 198, 23; 224, 7; 278, 1; 308, 23; 325, 27; * 22, 2; Tatianus 41, 22; Manichaeus 41, 23; 96, 24; 122, 6; 135, 25; 198, 12; 224, 9; 250, 11 sqq.; 301, 3; 307, 20; 314, 22; 326, 8; 383, 6; * 32, 22; 73, 7; Anthropomorphitae 129, 13; * 6, 19; 26, 22; Marcion 122, 5; 301, 3; 326, 9; 383, 6; * 32, 22; 73, 7; Novatianus 134, 23; Novatus, Maximilla * 44, 2; Montanus et Cataphrygae 182, 3; * 44, 2; Photinus 198, 10; Origenes 250, 7; * 37, 23; 39, 24; 54, 16; 62, 23; Macedoniani 306, 6; 308, 24; Apollinaristae 197, 1; 398, 1; * 28, 12; Valentinus * 32, 22; 73, 7; Basilides * 36, 11; Sabellius * 75, 26.
hebraici proprietatem graecus et latinus exprimere non possunt 210, 21; lingua hebraea multiplices habet intelligentias, et secundum diversitatem pronuntiantis diversus quoque sensus efficitur 333, 4.
Helias interpretatur *Deus Dominus* 298, 3.
Helisaeus noster, Christus 92, 18; 144, 24.
Henoch liber apocryphus 250, 1.
hereditas ubicumque ponitur, ibi mors ante praecessit 79, 24; de hereditate Domini quis sit * 20, 5. 22.
Heva cum Maria comparata * 92, 16.
Hiericho interpretatur *luna* 263, 15.
Hieronymus prae aegrotatione psalmum interpretari non potest 17, 16; patientius audiri se postulat 18, 26; scripturas interpretari vult, non declamare 18, 27; 59, 17; 83, 17; Hieronymo curae est, non solum secundum historiam, sed secundum spiritalem intellegentiam interpretari 21, 19; Hieronymi misericordiam commovet condicio Iudaeorum 66, 4 sqq.; Hieronymus de saeculo venit ad vitam monasticam 123, 17; quadraginta aut quinquaginta annorum coepit servire Domino 240, 20; in lectulo suo non laetatur, sed cum carne pugnat 313, 21; sera esse, gladium habere cupit adversus haereticos 301, 8; 314, 19; philosophorum rhetorum poetarumque ac medicorum libros legerat * 22, 14; librum Hebraicarum Quaestionum quasi suum laudat * 31, 11; hora se exclusum queritur * 34, 20; 45, 15; 49, 4; 50, 8; 81, 3; in monasterio Hieronymi contentio exorta circa fidem Trinitatis * 74, 9.
Hierusalem ante vocabatur Salem, et postea Iebus 45, 5; ipsius portae et ruinae iram Dei significant 239, 14; Hierusalem interpretatur *visio pacis* 239, 16; 300, 18; quantam habuerit multitudinem 387, 7.
Hispania: Paulus apostolus, et si non corpore, saltem doctrina in Hispaniam pervenit 80, 7 *(iuxta cod. S)*.

historia legentes provocat sequi optima et vitare contraria * 104, 24.

hominum omnium condicio aequalis est 77, 16; vita hominis quam brevis 108, 7; hominum diversa condicio, una natura est 179, 18; homo umbra est et quasi mendacium 214, 16; hominis grandis honor, et grandis infelicitas 307, 30; 309, 4; homo possessio proprie Christi est 336, 1; hominem Dei dici grande est * 62, 5; humanum genus inter cunctas creaturas solum Deo rebelle 311, 2; * 99, 11; Homo Dominicus appellatur Christus ab Hieronymi antiquo interpolatore * 60, 9.

horae divini officii apud monachos 229, 10.

humiliatur semper Dei populus et obprimitur 128, 20; * 82, 25; quanto aliquis humilior fuerit, tanto ille magis, qui obprimit, offendit Deum 128, 25; frustra habemus virtutes, si non ipsae virtutes humilitate coronentur 252, 4; 262, 2; humilis Christus humiles diligit 387, 15; grandis Christi humilitas in orando Patrem pro nobis * 13, 18.

hyaenae natura 363, 12.

Ia, nomen Dei apud Hebraeos, interpretatur *invisibilis* 293, 22.

Iao, unum ex decem Dei nominibus apud Hebraeos 293, 21.

Iabin interpretatur *intellectus* 84, 10.

Iacob *subplantator* interpretatur 42, 1.

Iacobus primus de apostolis martyrio coronatus est 340, 9; interpretatur πτερνιστήρ i. e. *subplantator* 349, 13.

Iannes et Mambres adversarii Moysi 64, 29.

Idumaea interpretatur aut *sanguinea* aut *terrena* 82, 6; 184, 19; 185, 8; 264, 30.

ieiunium: tabernacula non possumus fieri nisi ante ieiunemus 68, 23; ipsum ieiunium habeat signum victoriae 68, 24; carnis ieiunia, lucrum animae 87, 24; nemo referto ventre potest digne de ieiuniis disputare 131, 33; ieiunia multum prosunt animae christianae 179, 4; monachus fortior fit ieiunio 193, 26; annona militum Christi ieiunium est 194, 14; primus gradus est conscendenti ad regna caelorum 222, 14; ieiunia sola non possunt, cum aliis prosunt 222, 28; dies ieiuniorum 364, 23; ieiunium scutum monachi est 375, 31.

Iemini: semper tribus Beniamin appellatur Iemini 20, 8.

Ieremias pro Zacharia in Matth. XXVII 61, 6.

Iesus in hebraeo dicitur ubi nos habemus in latino *salutare* 32, 19; 66, 24; 145, 19; 216, 23; 422, 18; * 43, 1; quocumque humanus sermo esse potest, ibi Iesus resonat 32, 24; ubi faciunt apostoli signa, semper Iesus nominatur 336, 17.

Iesus seu Iosue: magna distantia inter mirabilia quae facta sunt ab eo et a Moyse * 15, 14.

Iezechiel proprie in typo Salvatoris est 326, 27.

ignarius lapis 143, 6; * 89, 26.

ignis duplicem habet naturam: et lucet, et urit 65, 17; ignis Dei, angeli eius 142, 28; omnes per ignem salvabimur 168, 8; *cf.* 143, 2; ignis et umor in nostra nativitate concordant 310, 22; per ignem probatio necessaria, ut ad Deum applicemur * 89, 15.

impatientia humana non vult Deum habere patientiam 128, 8; * 82, 16.

imperator potest suam mutare sententiam, praefectus non potest 79, 14.

impium inter et peccatorem quid interest 7, 12; 174, 2; * 10, 3; impius non peribit, sed ipsa impietas 9, 23; quomodo inter iustos, sic et inter impios diversitas est * 8, 12.

incarnatio: non venisset medicus Salvator, nisi aegrotarent plurimi 93, 30; incarnatio quasi cingulum est Dei maiestatis * 77, 21.

infernus: nemo victor descendit in infernum nisi solus Christus 185, 10.

innocentia non est perfecta virtus 91, 23.

insulae, animae nostrae vel ecclesiae 140, 23; * 88, 14; insula Iudaea dicitur in scripturis 150, 12; vel ipsa Hierusalem * 88, 11.

Intellectus ubicumque praemittitur, mysticum est quod sequitur * 51, 3.

invidia quam possiderit animam remediari inpossibile paene est 336, 33.

Iobi morbus elefantia 35, 17; in eo completa est sententia apostoli *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum* 35, 21; beati Iob encomium * 92, 3.

Iohannes uterque virgo fuit, tam evangelista quam baptista 233, 22; monachorum princeps Iohannes Baptista est 321, 26; 387, 2. 17; inter pontifices apud Hebraeos nominatur 322, 2; oculis expectantibus Christum nihil aliud dignatus est aspicere nisi Christum 322, 9; 387, 19; non solum propheta sed et apostolus est 389, 17; Iohanne Baptista quomodo maior, qui minor est in regno caelorum 91, 1.

Iohannes apostolus virginitatis est exordium 340, 10; interpretatur *gratia Domini* 349, 13; 386, 17; 389, 25; invenit quod Plato philosophus non invenit 388, 32.

Iordanis interpretatur *fluvius descendens* 321, 19.

Ioseph interpretatur *augmentum* 53, 17; in typo praecessit Salvatoris 69, 8.

Ioseph Christum natum non audebat adtingere 392, 25.

Ioseph ab Arimathia: multi putant de eo dictum esse psalmum primum 2, 4.

Iosephus Iudaicae scriptor historiae 387, 7.

Ir, id est, vigil 51, 14.

ira: irasceris? homo es. Non remanet in te ira? christianus es 193, 10; magna ira est Domini, quando hic non nobis irascitur 271, 1; ira Dei et furor spiritaliter intelligenda * 6, 19.

Irenaeus Apocalypsin recipit et interpretatur 5, 24.

Isaias propheta pro Asaph in Matth. XIII 60, 4; apostolus fuit 389, 18.

Iscarioth: Scarioth dubium est utrum patrem Iudae significet, an villa meius; *merces* interpretatur et *pretium* 190, 9.

Ismahel interpretatur *oboedientes Deo* 82, 14.
Ismahelitae interpretantur *oboedientes sibi* 82, 9; sive *quasi audientes* * 33, 2.
Israhel interpretatur *sensu videns Deum* 42, 2; 43, 12; 81, 28; 312, 8; *homo videns Deum* 239, 27; 405, 19; * 103, 11.
Iudaeae filia, quae sit * 91, 26.
Iudaei ore meditantur 4, 7; secundum Iudaeos legere 5, 17; pro Iudaeis orat Hieronymus 66, 13; 196, 19; possunt resurgere, si voluerit Iesus 66, 14; in futuro saeculo credituri sunt 73, 18; non in humilem sed in regnantem 359, 25; audiunt Osee prophetiam, et rident 120, 24; Iudaeorum fabula de dracone qui dicitur Leviathan 167, 18; Iudaeorum repulsio praedicta 176, 18; 178, 8; Iudaei dicuntur a Iuda proditore; nos Iudaei spiritales a Iuda Iacobi, qui undecimus apostolus fuit 189, 33: *cf.* 368, 17; Iudaei in toto orbe divisi sunt, sine lege, sine sacerdotio 191, 13; quadringenti anni sunt ex quo reliquit eos Dominus 191, 29. 31; Iudaei ineruditi 194, 23; usque hodie maledicunt in synagoga 195, 13; omne corpus humanum dicunt esse inmundum 217, 20; hoc solum putant esse peccatum, quod opere peccant 322, 24; Iudaei mercenarii sunt, omne enim quae faciunt propter praesentem vitam faciunt 332, 12; caecus est populus Iudaeorum 343, 19; Iudaeum facile potes adducere ad paenitentiam de plebe, de sacerdotibus vero et doctoribus non potes 363, 29; Iudaei in paschali festivitate redarguuntur 414, 16; 417, 10; scripturas secundum litteram tantum intellegunt 418, 14; Iudaeis consentiunt omnes haeretici in blasphemiis * 34, 18; Iudaei tempore Hieronymi Romanae subditi potestati * 51, 20; Iudaeorum tunc patriarchae *ibid.* 18; vetus testamentum omni sabbato a Iudaeis recitatur * 57, 16; mysterium non tenent Trinitatis * 75, 27.
Iudas *confessio* interpretatur 183, 17.
Iudas magis ex hoc offendit Dominum, quia se suspendit, quam quod Dominum prodidit 189, 17; quare dictus Iscarioth 190, 9; non potest Hieronymus in scriptura invenire, quod Iudas habuerit aut uxorem aut filios 191, 3.
iudices ecclesiae sunt episcopi atque presbyteri 75, 30; propter malos iudices terrae fundamenta quatiuntur 76, 31; iudices huius mundi diabolus facit 186, 10.
iudicium: in die iudicii quis iudicabitur 8, 2 sq; * 8, 15 sq; iudicium a Patre quomodo accepit Filius 44, 16; iudicium Dei nunc videtur iniustum esse et pravum 142, 20: iudicium Dei sanctus non timet 152, 14; iudicii diem ignorare Filius qui dicatur 365, 18; poenarum prooemia in damnatis ante diem iudicii 384, 17; iudicia Dei cum exsultatione perferenda * 91, 27.
Iulianus persecutor 49, 1; 222, 22; impiissimus 266, 23.
iuramentum apud gentiles 138, 1; aliter iurat in veteri testamento Deus, aliter Christus in novo 346, 23.
iustitia sola magna virtus est, et mater omnium 29, 12; iustitia Christus est * 8, 9; una est vera iustitia, ex cuius communicatione plures iustitiae appellantur * 10, 9; iustus Deus amat iustitias * 10, 6.
iustus et peccator aequaliter naufragant, aequaliter pereunt 132, 23; omnia quae in persona iusti interpretantur, referuntur ad Christum 206, 4; iustus perfectus nemo hic esse potest 213, 14; iustorum animae altare sunt Domino 268, 10; inter iustos diversitas est * 8, 12; iustus diaboli flagello necessario obnoxius * 71, 3: serpentem calcandi iustis potestas data * 71, 27.
laborantes nos Deus adiuvat, non dormientes 66, 28; 185, 17.
laetitia nostra in praesenti saeculo quasi laetitia est 104, 20; qui laetus est, ex ipsa hilaritate securus est: qui autem securus est, cito decipitur 105, 30; animi laetitia dolor corporis mitigatur * 101, 26.
lapides de via proiciendi, peccata nostra sunt 97, 26.
laqueus diaboli, quis 114, 20.
latinam linguam ex Hieronymi auditoribus nonnulli ignorabant 278, 19; suam tamen eam passim aperte profitetur * 78, 12.
latro paradisum aperuit 185, 6; eius fidei magnitudo et praemium 384, 25.
laus Dei, opera sanctorum 148, 1; universae ecclesiae per singulos dies laudant Dominum 186, 28; laudem martyrum aemulantur monachi 218, 25; laudatio Dei paenitentiam sequitur * 72, 10; laudari ab hominibus sancti nolunt 212, 26.
Lazarium in Bethania 354, 7.
Lazarus interpretatur βοηθούμενος, hoc est, qui adiutus est 377, 12; quando nos infirmitatis et aegrotationis magnitudo premit, Lazarum cogitemus 380, 21; item quando aliquem viderimus in divitiis sibi adplaudentem 383, 26.
lepra: de diversis leprarum generibus oratio Hieronymo falso inscripta 95, 2 not.
leprosi mundandi sacramenta iuxta Leviticum mystice explicantur 95, 2.
Leviathan draco magnus 167, 19.
lex: in lege Abraham apud inferos, in evangelio latro in paradiso 330, 3; nemo audet mutare legem nisi qui et ipse rex est 333, 20; lex et prophetae et evangelium non possunt separari 351, 33; 352, 7; lex ad hoc data, ut erudiat audientes, aut puniat contemnentes * 83, 17.
liberum arbitrium: in nostra est potestate ponere Dominum ante oculos nostros * 24, 18; bene compediri melius est, quam male liberos habere pedes * 66, 17; *cf.* gratia, velle, meum.
libri Dei, conscientiae nostrae 75, 3.
lingua: ubicumque conscientia vulnerata est,

ibi in ore facile peccatur 128, 19; linguae maiora vulnera quam gladii 224, 12; peccata linguae in monasteriis 224, 25; lingua pro gloria posita, quare * 27, 6; lingua tantum et mulier beato Iob a diabolo relictae 35, 14; * 92, 15.

linum multo labore in candorem venit 101, 8.

litteram scripturarum non condemnat Hieronymus, factum est enim omne quod scriptum est 329, 8; 348, 17; * 104, 26 sqq.

loca sancta: felix qui crucem et resurrectionem et locum nativitatis Christi et locum ascensionis portat in pectore suo 138, 11.

Loth interpretatur *declinans* 83, 8; 34, 17.

lucernarii officium 229, 11. 13.

lucustae natura 323, 8.

lumbare Dei sancti sunt 149, 27; 417, 20.

lumen sine sole, stellis vel luna quodnam esse possit 308, 10.

luna quando crescit, crescunt et fructus omnes 166, 3; luna, ecclesia 166, 5.

Macedoniani dicunt: Spiritum sanctum non numeramus cum Patre et Filio 306, 6; dicunt maiorem illum esse qui iubet, et minorem cui iubetur 308, 24.

Madian interpretatur *relinquens iudicium* 84, 6.

magister, nisi prior ipse crediderit quod docet, non potest alterum docere 215, 24.

mala fugere non sufficit, nisi consequamur bona 3, 20; 29, 5; mala sunt sustinentibus, quae mala per se non sunt * 84, 7.

maledictiones in Scriptura quomodo intellegendae * 91, 18.

Mambres et Iannes adversarii Moysi 64, 29.

mamona in lingua hebraea divitiae nuncupantur, non aurum, ut quidam putant 86, 16.

Manasses interpretatur *ex oblivione* 183, 4

mane, principium boni operis 11, 29; 120, 11; iuventus nostra 109, 3; mane primo orabant monachi 229, 14; mane, hora resurrectionis Christi * 67, 2; mane misericordia Dei adnuntiatur * 72, 20.

Manichaeus non recipit vetus testamentum 41, 23; 135, 19; 301, 3; 383, 6; negat carnem habuisse Salvatorem 96, 24; negat Deum omnia in utilitatem hominum fecisse 122, 6; * 73, 7; Christum Dei filium confitetur, filium David negat 198, 12; dicit Dominum non resurrexisse in corporis veritate 224, 9; Manichaei dogma de anima et corpore 250, 11; Manichaei quid obiciant de columba in baptismo Iesu descendente 326, 8.

manna: Iudaeorum de manna traditio 302, 7.

mansuetudo ipsa Christus nominatus * 66, 11.

manus lingua hebraea *iad* dicitur 235, 10; in manibus opera intelleguntur 235, 16; 255, 11; quomodo sermo Dei in manu fiat 255, 12; manus levare quid sit 255, 24; manuum extensio non est elevatio 268, 23.

Marcion in quodam loco psalmi XCI erumpit 122, 5; non recipit vetus testamentum 301, 3; 383, 6; Creatori audet detrahere * 73, 7.

Marcionitae obiectio de Spiritu sancto in columbae specie descendente 326, 9.

Marcus evangelista, spiritu filius Petri, non parvus est 320, 2.

mare amarum, lex Moysi 148, 3. 30; mare in scriptura semper intellegitur occidens 176, 14; de mari Rubro in duodecim divisiones diviso traditio Hebraeorum 261, 17; mare mystice hoc saeculum * 79, 20.

margarita una et margaritae plures 136, 29; 385, 27.

Maria sancta, terra est quae dedit fructum suum 34, 10; 93, 15; 96, 25; nubes levis, super quam Dominus venit in Aegyptum 65, 8; 141, 22; * 89, 7; nubes illa non fuit in tenebris, sed semper in luce 65, 11; nubs ista destruxit Sarapium in Alexandria, non imperator homo mortalis 142, 4; qui semel natus est ex Maria, cotidie, si volumus, et in nobis nascitur 97, 10; non tam de ecclesia quam de sancta Maria in ps. CXXXI dicitur 244, 13; 245, 3; sancta Maria, beata Maria, mater et virgo, virgo ante partum, virgo post partum 390, 15; quomodo conferebat in corde suo 395, 21; Maria virgo mater Domini inter omnes mulieres principatum tenet 414, 1; Maria, terra David * 88, 2; Maria cum Heva comparata * 92, 16.

Maria, soror Moysi, Ephrata dicta 244, 22.

Maria, mulier ista quae unguentum fudit super caput, non est ipsa de qua in alio evangelio dicitur quod pedes Domini laverit 367, 29.

martyr: martyrum filii, si tamen meremur, nos omnes sumus 67, 26; nihil aliud habeo quod Deo retribuam, nisi pro ipso martyr extitero 216, 18; Iesus in suo martyre vincit et coronatur 217, 17; martyr securus vadit ad Dominum 218, 16; martyres sunt monachi 219, 2; martyr non sit de filiis sollicitus, non de uxore 292, 9.

martyrium quomodo grandis res 217, 1; secundum baptisma 218, 17; egestas propter Christum tolerata facit martyrium 385, 21; non tantum in effusione sanguinis est martyrium 402, 14; martyrium non impedit quin Dominus custodiat animas sanctorum suorum * 93, 10.

Matusalam vixit nongentis sexaginta quinque annis 108, 8.

maxillam solebant sacerdotes accipere 354, 17.

Maximianus persecutor 226, 24.

Maximilla * 44, 2.

medicus solus Deus est 337, 14; 338, 3; * 68, 8; 101, 8; medici spiritales, prophetae; verus medicus, Christus est * 97, 4; 101, 18.

meditatio legis non in legendo est, sed in faciendo 4, 2; legis meditatio virorem facit et vitam 4, 15.

mel quare in sacrificiis numquam oblatum legimus 323, 21.

Melchisedech: quomodo Christus sacerdos secundum ordinem Melchisedech 45, 8; 201, 10.

meleth, sermo hebraicus, interpretatur *chorus* * 46, 13.
membra corporis nostri duo omnia, nisi quod turpe est 136, 8; membra in Deo non sunt * 83, 9.
mendacium est omnis homo 214, 16.
meretrix quomodo virgo repente efficiatur 105, 17.
meridies, plena scientia scripturarum 116, 22; meridiem sancti habent, habet et diabolus * 69, 20; de daemone meridiano simplicium quorundam sententia, *ibid.* 25.
meum est velle, Dei perficere 11, 30; meum est pedes ponere in via Dei, Dei est corrigere gressus meos 14, 14.
milites quattuor in nocte habent stationes, quando vigilant 108, 5.
mirabilia cotidie Deus facit 53, 6; mirabilia in Deo magna quae sint * 57, 4.
Mirra, lex vetus, accepit lignum crucis et effecta est dulcis 148, 5; Mirra, baptismus haereticorum 164, 17; Mirra interpretatur *amara* 210, 17.
misericordia est in populo gentilium, veritas in populo Iudaeorum 96, 10; non est creatura quae non indigeat misericordia Dei 181, 20; misericordia Dei cur mane cantetur * 72, 20; misericordia naturalis christiano haud satis est 256, 19.
Moab interpretatur *ex patre* 82, 14; 183, 20; * 33, 6.
monachus non habet cellam, sed ubicumque invenerit, ibi et manet 165, 20; monachus cithara Dei est 180, 29; si apostolus cecidit, facilius monachus potest cadere 189, 28; monachus fortior fit ieiunio 193, 26; monachi debent eandem puritatem habere martyrum, siquidem et ipsi martyres sunt 219, 1; quod faciunt angeli in caelis, hoc monachi faciunt in terris 219, 2; * 39, 10; peccata linguae apud monachos 224, 25; monachorum officia liturgica 229, 10; * 39, 11; monachi et virgines ad faciem ministrant domino suo 253, 8; 403, 24; monachi non habent apothecas, sed habent apothecarum dominum Christum 284, 16; monachus non debet aspicere ad multitudinem peccatorum, sed ad paucitatem sanctorum 287, 3; 404, 11; felix ista conversatio, despicere homines, angelos quaerere, urbes deserere, et in solitudine invenire Christum 321, 2; monachos qui in toto orbe vagantur reprehendit Hieronymus 293, 1; monachorum princeps Iohannes Baptista est 321, 26; 387, 2. 17; apostolos imitantur monachi 331, 34; 375, 8. 15; monachus intantum honoret parentes, inquantum non inpediant ad servitutem Domini 376, 12; monachorum dignitas 387, 2; monachus si superbus est, multo melius ei erat, si uxorem duceret 400, 13; monachi in decimo miliario manentes 400, 27; necesse non habebant ire in plateas et videre mulieres, ut ad synaxim fratrum venirent 400, 29; monachus si reliquerit propositum suum, Christum negavit 402, 20 sqq.; certamen inter monachos quale esse debeat * 76, 22.
montes, prophetae et apostoli 46, 10; 297, 2; * 3, 7; sunt montes sancti, sunt et alii non sancti 98, 15; montes, daemonum potestates sive superbi quique homines 143, 20; * 90, 19; montes, qui ad summam iustitiam pervenerunt 148, 28.
Montanus et Cataphrygae dicunt quia quod non est revelatum apostolis nobis revelatum est 182, 3; dicunt non esse paenitentiam * 44, 2.
moriens sanctus non vadit ad Dominum securus: horrescit eius conscientia, quando videt Dominum 218, 14; timemus mori, quia peccatorum nos conscientia remordet: da mihi securitatem quia post mortem futurus sum cum Christo, etiam nunc mori cupio 228, 21; * 37, 10; mortis plura sunt genera 347, 6; mortem videre, pro pati dictum * 28, 4.
Moyses noster, Christus 71, 7; Moyses, qui in Genesi scripsit de hominum conditione, ipse et in ps. LXXXIX inducitur disputare quid sit homo 107, 2; Moysi potestas apud Deum quanta 155, 18; magna distantia inter mirabilia quae facta sunt a Moyse et ab Iesu * 15, 14; Moyses, nubes Domini * 99, 1; in typo crucis levabat manus * 25, 8; iuxta Hebraeos undecim psalmorum scriptor * 61, 25; 67, 18.
mulier: unus per mulierem deiectus est, et nunc per mulierem totus mundus salvatus est * 92, 19.
mundus propter nos factus est 161, 11; mundus dicitur, non caelum et terra, sed locus iste terrenus 373, 13; quomodo non commovebitur, si caelum et terra transibunt? * 78, 8.
mysteria etiam in rebus naturalibus * 73, 20.
Naid interpretatur *commotio* 191, 9.
natura non mala a Deo creata 77, 28.
Nazareth interpretatur *flos* 325, 15.
neophyti in monasterio Hieronymi 410, 20; neophytorum disciplina per omnem Quadragesimam 412, 5; quasi pisciculi hamo sublevati 412, 23.
Neptalim interpretatur *latitudo* 42, 10.
Nero persecutor 266, 23; 282, 22; una die Petrum et Paulum damnavit * 93, 12.
Noe, typus Salvatoris 69, 21.
Noemi interpretatur *dulcis* * 20, 21.
nomen Dei Pater est 44, 2; omnis filius nomen est patris 44, 4; nomen Domini Salvator est 135, 2; nomen novum Christianorum est 144, 16; adventus Filii, nomen Patris est 160, 27; nomen Domini haud uno modo scribitur in hebraeo 198, 16; Dei quot beneficia, tot nomina 279, 10; decem Dei nomina apud Hebraeos 293, 19; nomina sanctis viris a Deo inposita 295, 13; * 18, 6; in iis qui curantur aut vocantur a Salvatore manent pristina vocabula, ut virtus appareat curantis vel vocantis 367, 11; nomen Dei ineffabile quattuor litterarum * 1, 12; nomen Patris et

Filii et Spiritus sancti unum est * 75, 19; nomina peccantibus mutata * 100, 23.

Novatianus dicit aliqua esse peccata, pro quibus non possumus agere paenitentiam 134, 25; *cf.* 260, 5.

Novatus negat esse paenitentiam * 44, 2.

nox in quattuor vigilias dividitur 108, 3; * 64, 3; christianorum et monachorum est maxime in noctibus peccata sua confiteri 120, 9; nox, verborum tenebrae, quibus veritas Domini obvolvitur 120, 21; veritas Dei cur in nocte cantetur * 72, 22; numquam christiano nox est 181, 1; sancti in noctibus magis solent orare 209, 18; noctis mediae officium apud monachos 229, 11. 14; quamdiu in isto saeculo sumus, in noctibus sumus 255, 3.

nubes, prophetae et apostoli 43, 13; 54, 20; 141, 14; 143, 11; 181, 30; 296, 14; * 57, 21; 90, 1; istae nubes protegunt divina sacramenta 296, 21; nubes levis, corpus Salvatoris 65, 6; sancta Maria 65, 8; 141, 22; * 89, 7; nubs ista destruxit Sarapium in Alexandria, non imperator homo mortalis 142, 4; nubes, gratia Spiritus sancti 352, 11; nubes Domini, Moyses * 99, 2.

numerus impar in arca, figura virginitatis * 81, 2; non numerat Deus, nisi qui numero eius digni sunt 295, 6; Christus unus non potest numerari 295, 18. 21; numerorum sacramenta: tertius per se sanctus est 340, 6; quartus virtute decimus est 127, 9; septimus * 31, 9; septimus et octavus, vetus et novum testamentum 110, 10; octavi mysterium 18, 11; 70, 7; 110, 20; decimus et finis est et principium omnis supputationis * 1, 7; duodecimus perfectus 82, 4; quartus decimus 27, 16; quintus decimus 220, 4; tricenarius 369, 10; in quinquagenario paenitentia significatur 369, 2; octogesimus 70, 18; octogesimus tertius 70, 11; in CCC numeris crucis mysterium demonstratur 368, 29.

Nun pater Iosue secundum hebraicam veritatem legitur, secundum LXX Nave 57, 15.

oboedientia: nihil sic Deo placet quomodo oboedientia 398, 10; in monachis summa est et sola virtus 399, 1.

occidens: in occidente omni Apocalypsis recipitur, 5, 22.

oceanus dicitur abyssus quae circumdat universam terram 163, 31.

octogenarium esse, et sanum esse, quem invenies? 109, 23.

octonarii numeri sacramenta 18, 11.

oculos et palpebras in Deo omnipotente ponere absurdum est * 6, 21.

oecumene melius graece dicitur quam latine 138, 24; ecclesia est sive anima nostra, quae habitatorem habet Patrem et Filium et Spiritum sanctum * 78, 13.

officium divinum apud monachos 229, 10.

olei virtus iuxta medicos et physicos 175, 19; olei natura 238, 19.

onocrotalorum duo genera 159, 18.

opera sanctorum laus Dei est 148, 21: quasi medicamentum bonorum operum nostrorum Christus sit 257, 10.

oratio frequens exstinguit ardorem animae 179, 8; haec sunt arma Domini, haec sunt et nostra arma, oratio 187, 21; 279, 6; oratio haereticorum vertitur in peccatum 189, 19; orationi vacare non potest, quicumque uxori debitum reddit 409, 21; Christi in oratione pro grandis humilitas * 13, 18; si Salvator pro nobis rogat, utique et nos magis debemus rogare * 14. 19.

oratoribus (ab) mundi istius quis non seductus? * 34, 3.

ordinare: non ii, qui obsequuntur aut propinqui sunt, ordinandi 157, 25.

Oreb interpretatur foramen in quo coluber ingreditur 84, 24.

Origenis error de diaboli paenitentia 24, 20; de angelis qui compediti sunt in corporibus 67, 6; de praeexistentia animarum 107, 12; * 39, 24; 54, 17; 56, 16; 62, 23; 81, 13; de filiis Dei et filiabus hominum 250, 7; Origenis exemplo ἀπάθειαν docere videtur Hieronymus * 23, 14; Origenis de visione Esaiae interpretatio refellitur * p. 103 sqq.

Osanna quid significet 356, 22; 418, 24.

Osee, hoc est *salvator*, secundum hebraicam veritatem dicitur, secundum LXX Ause 57, 16.

ossa Domini, maiores qui videntur aliquid esse in ecclesia 273, 7.

oves non habent nisi pastorem 68, 5.

paenitentia non amat delicias 132, 7; paenitentia, quasi tabula in naufragio 134, 9; * 42, 11; 87, 14; Novatiani error de paenitentia 134, 25; paenitentia domus Christi reaedificatur 134, 6; in inferno non est paenitentia 172, 17; in magna gloria est, qui agit paenitentiam 183, 17; vis esse mundus? age paenitentiam 304, 15; nostra paenitentia unguentum Salvatoris est 338, 12; in paenitentia peccata operiuntur, in baptismate remittuntur * 41, 22; paenitentiam non esse dicunt Cataphryges * 44, 2; paenitentia laudem Dei antecedere debet * 72, 10; usque ad mortem continuanda * 87, 16.

Palaestinae ecclesiae Apocalypsin non recipiunt 5, 21; contra huius provinciae opinionem de die natali Domini universus mundus loquitur 396, 12; Palaestinae status post Ascensionem Domini usque ad aetatem Hieronymi 396, 17.

palpebrae Dei, quae * 6, 21; palpebrae ab eo quod palpitent appellatae * 7, 11.

panis supersubstantialis quis sit 262, 17; eucharistia vel sermo divinus 290, 26.

parabolae illae sunt, ubi exemplum ponitur et tacentur nomina 376, 21.

paradisum latro primus aperuit 185, 6; 384, 24.

parentes in tantum honorandi, in quantum non inpediant ad servitutem Domini 376, 12.

parvuli Babylonis, cogitationes malae 265. 13.

Paschalis festivitatis encomium 413, 14 sqq.;

416; psal. XCIII in die Paschae expositus * 94.
passer et turtur, aves castissimae 88, 14; passer, avis garrula et vaga et post educationem fetuum fidem coniugii nesciens * 3, 5.
passionis dominicae memoria in corde signanda * 11, 16.
pastores tres in mense uno percussi, Moyses, Aaron et Maria 56, 25.
Pater : nomen Dei Pater est 44, 2; ante adventum Christi sciebatur Deus, Pater ignorabatur 160, 28; 172, 23; omni quod in veteri lege scribitur, si spiritaliter intellegatur, potest de Patre intellegi 172, 24; Patrem se Deus aliter indicare non potest, nisi hominis verbis locutus fuerit 200, 7; totum quidquid est Pater divinitate, dedit Filio quem generavit 200, 18.
patriarchae et prophetae quasi latomi humanum genus in templum Domini praeparaverunt 111, 20; Patriarcharum liber apocryphus citatur * 22, 22; Patriarchae Iudaeorum, tempore Hieronymi * 51, 18.
Paulus (S.), Beniamin adulescentulus de quo in ps. LXVII 42, 4; et si non corpore, doctrina in Hispaniam pervenit (*iuxta cod. S.*) 80, 7; soloecismos facit in loquendo, et quasi triumphans omnes capit 80, 13; de servitute Domini in principio epistularum suarum gloriatur 252, 27; totius ecclesiae doctor * 85, 19; una die cum Petro a Nerone damnatus * 93, 12; Paulo epistula ad Hebraeos adtributa * 90, 11.
pauper est Dominus cum pauperibus 192, 29; 193, 5; plus dat pauper, quam accipit 256, 16; multi in paupere sui miserentur, non illius 256, 25; pauperem Christum contemnunt haereticorum magistri 285, 18; paupertas Christi 284. 19; paupertas propter Christum tolerata facit martyrium 385, 21; infirmitas et paupertas, duplex infirmitas 378, 6.
pax: locus Dei non est nisi in anima quae pacem habet 45, 17; haec est Salvatoris hereditas 45, 19; pax non dicitur, nisi quando bellum est 94, 24; christianorum arma, pax est 232, 12; mundi pax nostrum bellum est 302, 18; tunc pacem habemus apud Deum, cum propter iustitiam bella perpetimur 420, 22.
peccatorem inter et impium quid interest 7, 12; 174, 2; * 8, 12; aliud est peccare carnis necessitate superatum, aliud in affectum transire peccati * 10, 3; peccatores brutis animalibus multo deteriores * 103, 6; etiam peccatoribus interdum apparet Dominus * 106, 4.
peccatum : ille sperat in Domino, qui conscientiam non habet peccatorum 91, 30; peccata virtutibus operit Deus 93, 19; illi confitere peccata, qui sanare potest 119, 28; christianorum et monachorum est maxime in noctibus peccata sua confiteri 120, 9; prima infelicitas est peccare : secunda, immo novissima, post peccatum gloriari 128, 12; * 82, 19; peccatis angeli subiecti non sunt 163, 17; peccata nostra, quae iam aliter lavare non possumus, eleemosyna extinguit 257, 17; in potestate nostra est et peccare et non peccare 269, 28; sanctorum nobis non solum iustitia prodest, sed et peccatum 296, 2; non peccamus, nisi ante refrixerit caritas 305, 11; nullum forte diem vitae nostrae absque peccato transegimus 420, 5; peccatorum ratio qualiter discutienda in futuro iudicio 420, 9; omnis qui peccat in proximum suum, Deo peccat 421, 19; etsi iam dimissum fuerit peccatum, bonum est semper pro eo precari Deum 422, 26; peccata in baptismate remittuntur, in paenitentia operiuntur * 41, 22; peccatum inter et ἀνομίαν quid interest 42, 2; ubi mandati transgressio, ibi verum peccatum * 42, 6; peccata in caelo non fiunt 79, 8; 394, 25; * 54, 17; ab Adam nobis quasi naturaliter peccatum hereditario iure dimissum est * 64, 25.
pecunia Domini otiosa esse non potest 189, 31.
pellicani latine dicuntur onocrotali, quorum duo genera sunt 159, 18.
perditio non ubique abolitionem sonat 85, 17.
peregrini sunt sancti in hoc saeculo * 56, 10.
perfectum inmaculatumque nemo est qui se audeat praenotare * 12, 15.
perire malos qua ratione exoptet psalmista * 36, 1.
perizoma Dei sancti sunt 149, 27.
persecutio semper christiano est 186, 5; 402, 2.
Persii versiculus laudatur 130, 3; * 83, 22.
personae semper mutantur in psalmis 22, 10; 71, 22; 130, 31; personas diversas accipimus sive in malo sive in bono 76, 11; personae in Trinitate quomodo dicantur * 76, 7.
Petefrae uxor 241, 9.
Petrus piscator ab opere callosam habebat manum 79, 31; *cf.* 286, 10; cepit Romam, quam eloquentes capere non potuerunt 80, 3; super Petrum fundata est ecclesia 340, 8; * 18, 11 ; quomodo a Christo dicimur christiani, ita a Petra dictus est Petrus 349, 8; Petrus et Paulus una die a Nerone damnati * 93, 12; Petro inter apostolos ita datus est principatus, ut unusquisque suum ordinem possideret * 117, 18.
Philistiim interpretantur *cadentes potione* 82, 23; sive *calix potionis* * 33, 22.
philosophorum doctrina magis famem faciebat veritatis, quam saturitatem 177, 10; invenerunt philosophi quomodo in eodem sermone et vera quis dicat et mentiatur 215, 13; philosophorum quidam fortuito cuncta esse coepisse putant * 110, 26.
Photinus simplicem filium David confitetur Christum 198, 10.
pingue omne reprehendit scriptura 272, 1. 19.
piscatores sancti in scripturis 114, 12; in Hieremia * 8, 21.
plagae veniant, omnia genera poenarum, dum post plagas Christus adveniat 35, 28; plaga Domini ad hoc castigat, ut sanet * 101, 14.

planetae septem apud philosophos * 31, 20.

Platonem vix intellegunt tres homines 104, 2; Plato promisit viam quae duceret ad civitatem 177, 8; non invenit Christus locum in Platone 245, 13; *cf.* 350, 12; Platonici sunt et Aristotelici omnes haeretici 63, 25; Platonicam eloquentiam nolumus 286, 8; Iohannes piscator indoctus invenit quod Plato philosophus non invenit 388, 32.

plebs Domini vocantur omnes qui in ecclesia sunt * 43, 17.

Polycarpus Apocalypsin recipit et interpretatur 5, 24.

pontificis vestimenta mystice 248, 23; pontifex post Hieronymum audiendus 398, 6.

Porphyrius impius Matthaeum evangelistam arguit imperitiae 60, 5; magicis artibus facta ab apostolis signa dicit 80, 16; quid in quarto decimo volumine de Marci scribat exordio 320, 7.

porta grandis Psalterii primus psalmus est 1, 10; portae Sion, apostoli 99, 14; prophetae 300, 28; vel virtutes 99, 17; plurimas portas habet anima nostra 105, 5; porta ecclesiae et porta paradisi 415, 22.

potentes qui mali sunt despicit sanctus 30, 19.

praecepta Domini omnia laborem habent 132, 2; * 85, 15 sqq.

praedicare veritatem securus non audet, nisi qui peccare desiit * 53, 1.

praesepe luteum Salvatoris sublatum, et aliud argenteum positum queritur Hieronymus 393, 25.

presbyter sanctus, qui ante Hieronymum sermonem habuit 140, 8. 24; 294, 15; 300, 5; 311, 30; 342, 36; 343, 4; presbyter non ordinandus ille qui obsequitur aut propinquus est 157, 27.

principale animae cor, quemadmodum corporis principale caput * 102, 5.

principium Pater, sed et Filius principium 199, 18.

prophetae obscuri, quare 71, 22; prophetae et patriarchae quasi latomi humanum genus in templum Dei praeparaverunt 111, 20; prophetae non poterant volare sine Christo 112, 17; per os ipsorum quasi per organum Dominus est locutus * 53, 23; duodecim prophetarum liber unus est * 97, 3; prophetae cur Videntes vocati, *ibid.* 16; medici sunt spiritales * 97, 4; 101, 18; singula in eis verba consideranda sunt * 101, 23.

providentia Dei a viro erudito ubique agnoscitur * 73, 3; 110, 26.

proximus: omnes nobis homines proximi sunt 30, 6.

psallere, in bono opere significat scriptura 37, 3; 98, 4; 147, 1; 169, 3; 180, 4; intellegere oportet unumquemque quod psallit 156, 24; quis bene psallat 194, 7.

psalmi: titulos ad psalmos non pertinere multi falso existimant 10, 8; Syri eos de psalmis tulerunt 421, 5; psalmi sub alleluia diebus dominicis cantati 17, 15; semper personae mutantur in psalmis 22, 10; 71, 22; 130, 31; * 70, 26; psalmus ante tractatum cantatus 25, 16; titulus psalmi, quasi vestibulum palatii regii 25, 20; * 86, 22; psalmus secundum ordinem lectus 27, 10; psalmi tres habent titulum *pro torcularibus* 68, 26; 70, 5; 85, 23; * 36, 16; mysteriis et figuris pleni sunt psalmi * 66, 28; psalmi filiorum Chore semper laeta significant 85, 28; 92, 3; psalmum inter et canticum quid intersit 37, 3; 98, 2; psalmi quattuor sunt, qui oratione praenotantur 106, 4; psalmum inchoatum relinquere non potest Hieronymus 113, 11; psalmi XXI titulus * 67, 5; ex titulo intellegitur et psalmus 127, 3; tres psalmi idem habent principium 149, 13; psalmi per alfabeti ordinem scripti 206, 11; 219, 11; 360, 3; morales sunt, et instruunt vitam nostram 219, 22; graduum psalmi quare vocantur 219, 26; psalmus CIII mysticus est 383, 17; psalmus CXVII in die Paschae lectus 416, 9; proprie de Domino scriptus est 418, 20; sex psalmi sunt qui *Mactham David* praenotantur * 10, 29; ubi *Intellectus* praemittitur, mysticum est quod sequitur * 51, 3; psalmi undecim iuxta Hebraeos a Moyse conscripti * 61, 25; 67, 18.

psalterium, si una chorda rupta fuerit, exterminatur 180, 12; psalterium Dei, monachus est 180, 29; corpus Christi 181, 7; psalterium inter et citharam quid intersit 312, 26; verbo vulgari dicitur polyphthongum 312, 28; in omni psalterio Dominus noster prophetatur 416, 7; psalterium in quinque libros est divisum * 61, 19.

Ptolomaeo regi Septuaginta sacros libros interpretantur 26, 5; * 12, 10.

pugnare nos quare voluit Deus 89, 26; * 40, 7.

pulicem facere, quid necesse fuit 122, 7.

pupillos illos dicit scriptura, qui patrem amiserunt habere Deum 129, 5.

quadragesima: tractatus de ps. XIIII in quadragesima habitus 27, 9; *cf.* 360, 20 not.; 364, 26; 365, 13 not; 383, 21; neophytorum disciplina per quadragesimam 412, 5.

quartae decimae diei mysterium 27, 16; item quartae sabbati 127, 3.

quis? aut impossibile dicit aut difficile 347, 11; * 84, 15; omnem excludit creaturam * 74, 5.

Raab interpretatur *latitudo* aut *superbia* 101, 26.

Rachelis sepulcrum oculis suis videbant Hieronymi auditores 19, 24; Rachelis titulus usque hodie permanet * 11, 16.

rationem rerum omnium scire non possumus * 73, 20.

rationales non dicimur, sed fideles 154, 3; * 75, 2.

reconciliationis necessitas 229, 18.

refugium quando dicatur 107, 5; * 62, 16.

reges sancti sunt 49, 4; 266, 20; 282, 21.

regna caelorum numquam legimus nisi in evangelio 323, 13; 329, 27; regnum Dei ante non

est apertum quam Christus pateretur 330, 12; 384, 21.
religio novi testamenti spiritalis * 17, 21.
renes in scriptura pro reconditis cogitationibus accipiuntur * 22, 12; seminum loca, continent humanae carnis elementum * 24, 2.
requies nostra Christus est 212, 7.
resignaculum similitudinis Lucifer quare appeltatus 78, 9.
resurrectionis locus 86, 4; numquam tam manifeste effusa est Dei misericordia, quam quando Redemptor resurrexit * 67, 7; resurrectio carnis contra haereticos vindicatur * 37, 23.
retributio digna Deo sola haec est, pro Salvatore sanguinem fundere 216, 20.
ridere non debemus, quoniam hoc saeculum lacrimarum est 89, 17.
rixae et simultates in coenobiis 231, 11.
Romani interpretes Apocalypsin recipiunt 5, 24.
rota quid mystice 55, 7; 146, 3.
ruminare, quid significet 135, 22.
saba verbum quattuor res significat * 31, 11.
sabbati observatio in quo posita 119, 5.
Sabellianus in quo cum Iudaeo conveniat * 75, 26.
sacerdotes Dei vestimenta habebant de quinque speciebus 155, 10; sacerdotum dignitas 186, 30; in sacerdotibus Deus laudem Filii sui non tacet, *ibid*; custodiant se sacerdotes et episcopi, ut non suum sacerdotium perdant 189, 27; sacerdotes quare accipiant maxillam pectusculum et umerum 354, 17; sacerdotum est docere populos 354, 21; avaritia sacerdotum altaria non sunt altaria, sed mensae nummulariorum 362, 19.
sacrificium iustitiae pro peccatis offerebatur non mortalibus 422, 31.
Saddai *Deus caeli* interpretatur * 68, 6.
sagitta diaboli, haereticorum doctrina * 4, 18; 69, 12.
salicis natura 263, 18; 264, 4.
saliva Christi medicina est, perfecta doctrina est 344, 22. 28.
Salmana interpretatur *perfecti in malitia* 84, 27.
Salomonis nomine inscriptum librum non recipere fas est 4, 20; Salomoni Sapientiae liber adscriptus 236, 7; * 22, 20.
salutes pluraliter quare dicit scriptura 40, 15; 93, 25; eorum qui salvantur paucitas 286, 17.
Samuhel levita fuit, non sacerdos 155, 5; manus eius minabantur fulminibus 156, 14.
sanctitas omnis caelestium fortitudinum ab Spiritu sancto * 112, 26; Deus sanctitatis omnium caput est * 119, 20.
sanctus potentes despicit qui mali sunt 30, 18; in sanctis magis mirabilis est Deus, quam in ceteris creaturis 43, 16; reges sancti sunt 49, 4; sanctus semper procedit et proficit 89, 1; sancti quasi perizoma vestimentum Dei sunt 149, 27; sanctorum nobis non solum iustitia prodest, sed et peccatum 296, 2; Moyses sanctus Dei, Esaias, Hieremias sanctus Dei; Christus sanctus Deus 334, 20; sanctos homines qui signa faciunt, quibus Dominus concessit virtutes aliquas, adloquitur Hieronymus 340, 18; aliis ruentibus surgunt alii * 5, 23; sanctos suos Dominus intimo mentis tenet affectu * 18, 20; in sanctis suis Christus gloriatur * 21, 2; sancti exemplo Domini et Magistri ne per somnum quidem carne superantur * 23, 16; sancti dicuntur caeli 259, 5; * 56, 1; 90, 26; in hoc saeculo peregrinantur * 56, 10; sanctorum animas quomodo custodit Dominus * 93, 10; Dei solius intelligentiae relinquendum, quis quo sanctior sit * 116, 25.
sanguinis Domini grandis maiestas et potentia, quae solvit manum diaboli 175, 17; sanguis e Christi latere exiens, figura martyrii * 54, 13.
sanitas quantum valeat, nescit qui non aegrotat 262, 23.
Sapientiae liber Salomoni adscriptus 236, 7; * 22, 20.
Sarapium in Alexandria destructum 142, 4.
scabillum pedum Dei quomodo adorandum 153, 12; scabillum pedum Iesu anima credentis est 153, 12; num recte dicatur esse homo quem Deus de Maria adsumpsit 154, 5; postquam resurrexit Iesus et ad caelos ascendit, non alius sedens et alius scabillum, sed totum in Christo thronus est 154, 15; scabillum, incarnatio Salvatoris * 86, 13.
scandalum crux vel passio Domini specialiter dicitur 373, 5; vir eruditus in Dei operibus nusquam scandalizatur * 73, 3.
schemata Dei quattuor 75, 18; diversa sunt schemata 74, 7; 151, 20.
scientiae multitudinem quicumque habet, ille thronus Dei est 152, 8; illa vera scientia est, quae opera confirmatur 152, 10; nonnisi multo tempore et eruditione diu quaesita ad perfectam scientiam potest quis pervenire 344, 25; melius est ignorantiam pie profiteri, quam temere sibi scientiam vindicare * 75, 7.
scintillam concupiscentiarum omnes habemus 179, 14.
scripturam si quis et secundum historiam intelligit, utilitatem habet animae suae 5, 19; 329, 8; scripturarum lectio, via Dei est 14, 18; regula scripturarum 19, 18; 24, 7; 85, 26; 171, 28; scripturae, divitis prandium 57, 23; pratum habens flores plurimos, *ibid.*; scripturas qui nescit, Christum nescit 59, 22; thesaurus pretiosissimus in verbis rusticis scripturarum 62, 22; 117, 7; vulgarem scripturarum interpretationem non vult dimittere Hieronymus 103, 4; Christus et apostoli in scripturis sic loquuntur, non ut pauci intellegant, sed ut omnes 103, 33; scriptura, quaecumque post apostolos confecta est, non habet auctoritatem 104, 6; quod Dominus loquitur in scriptura, nulli ita loquitur quomodo Sion 105, 27; singula verba scripturarum singula secramenta sunt 117, 5; ubi sunt qui secundum litteram scripturas intelle-

gunt? 120, 7; 418, 14; scientia et exercitatio et opera de scripturis mitigat nobis dies malos 130, 26; non nocet, si eandem rem duobus et tribus modis intellegamus 140, 11; omne quod loquimur debemus affirmare de scripturis sanctis 150, 14; 241, 7; quomodo cibi sunt corporis, sic cibi sunt et animae nostrae scripturae sanctae 236, 4; diebus ac noctibus singulae syllabae et litterae ventilandae 244, 16; scripturas ille plus edidicit, qui plus facit 257, 5; scripturarum sermo vere corpus Christi et sanguis eius est 290, 28; 301, 25; scriptura sancta haeret sibi tota, et uno spiritu copulata est 328, 13; debemus scire venas ipsas carnesque scripturarum 342, 3; debemus primum secundum litteram dicere 391, 5; scripturae divinae vere carnes agni sunt 407, 24; non sunt allegoriis enervandae 408, 1; * 104, 20; turpia in scripturis 408, 17; profunda scripturarum de aliis scripturarum testimoniis interpretemur 413, 4; utrumque testamentum sibi invicem praesidio sit * 5, 4; scripturarum ἰδίωμα * 22, 13; 28, 5.

scutum et corona apud Deum idem sunt 16, 32; 115, 8; 162, 4.

securitas sine lacrimis non habet remedium 100, 5; qui securus est, cito decipitur 105, 31.

sedens Deus indicitur, aut quasi rex, aut quasi iudex 74, 21; 152, 2.

sedes i. e. thronus Dei in scripturis pro regno intelligitur * 5, 25.

sela, i. e. semper et iugiter 40, 17; 46, 8.

Selmon *umbra* interpretatur 39, 2.

semita dicitur ab eo quod calce gradientium trita est 234, 19; semitae iustorum, quae 275, 16.

senectus ipsa morbus est, iuxta graecam sententiam 110, 1; senectus nostra oleo Dei indiget 124, 20; nescientibus nobis, nos post tergum occupat senectus * 64, 16.

senex primus Abraham dicitur 125, 22.

sensum humanum accepit Christus, 196, 28; 397, 28; sensus, animae et fidei tabernaculum * 71, 8.

sensus quasi fistulae sunt organi corporis nostri 263, 21; fenestrae domus nostrae 269, 12; sensus quinque Christus resurgens salvavit 382, 10.

septem pro plenitudine dictum * 31, 9.

Septuaginta interpretes Ptolomaeo regi interpretabantur 26, 4; timuerunt titulum psalmi IX de Filio Dei interpretari, *ibid.* et * 12, 10.

sepulcrum Domini quare in petra durissima excisum et grandi lapide munitum 391, 1.

serpens totus terrae haeret 24, 10; serpentis astutia 267, 17; sibila serpentis antiqui 326, 11; * 62, 23.

servum Domini esse, grandis dignitatis est et meriti 218, 5; 252, 23; * 62, 5; Deus solus est Dominus, qui servorum suorum ad hoc antum indigeat officio, ut occasionem habeat plus donandi * 14, 17.

Sicima interpretatur in nostra lingua *umeri* 182, 21.

sidera errantia septem a philosophis nuncupata * 31, 20.

signa facere non est grande 80, 18.

siloas lingua hebraica dicitur ἀπόστολος, quod nos dicimus *missus* 389, 15.

simplicitas: nihil sic placet Deo, ut simplicitas et innocentia 157, 1; simplicitas apostolica piscatorum 286, 9.

Sinai interpretatur *temptatio* 37, 28; 210, 18.

sinistra sancti non dicitur 117, 14; *cf.* 264, 24; * 25, 6; 70, 5; sinistrum nihil in se iustus habet * 5, 1.

Sion interpretatur *specula* 45, 23; 104, 24; 239, 16; 257, 25; 258, 21; 293, 3; 300, 18; Hieronymi aetate iam penitus corruerat 99, 55; portae Sion, apostoli 99, 14; prophetae 300, 28; vel virtutes 99, 17; Sion valles et montes Sion 251, 4.

Sisara interpretatur *equi visio* 84, 7.

Socrates promisit viam quae duceret ad civitatem 177, 8.

sol in momento occidit 166, 10; solis cursus humana observatione conprehensus est 309, 7; sol, conservus noster * 89, 1.

sollemnitates tres in lege descriptae 68, 15.

sonus proprie dicitur, cum auditur tantummodo sonus, et vox non intellegitur 81, 12.

spelunca est iste mundus, quia perfectum lumen non habet 275, 2.

sperat ille in Domino, qui conscientiam non habet peccatorum 91, 30; quamdiu peccamus, non speramus 114, 7.

spinae, peccata 274, 12.

Spiritus sanctus clavis est Psalterii 1, 6; propter amorem quem habet in Filium, frequenter eius meminit 38, 19; in nullo alio inhabitavit iugiter Spiritus sanctus, nisi in Salvatore 39, 8; 326, 25; 419, 18; non potest esse baptismum sine Spiritu 54, 16; Spiritus sanctus ex Iesu super credentes descendit 62, 15; Spiritus sanctus creat, et Deus est 167, 28; in lumine Filii videbimus lumen Spiritum sanctum 200, 26; bonus dicitur Spiritus sanctus 278, 6; ubi Pater et Verbum Dei, statim et Spiritus sanctus est 303, 24; frigus cordis non expellitur nisi calore Spiritus sancti 306, 5; Spiritus sanctus in baptismo Iesu nequaquam adsumpsit corpus columbae 326, 13; proprie sedem habet solitudinem 327, 21; Spiritus sancti dona septem plenaeque laetitiae sunt * 31, 18; Spiritus sanctus etiam invisibilis est * 112, 15; per ipsum sanctae fortitudines recipiunt sanctitatem * 112, 26; spiritus Dei malus qui dicatur 48, 24.

spiritus pro anima positus 288, 26; non spiritus revertetur in terram suam, sed egredietur spiritus, et homo revertetur in terram suam 288, 27.

sponsus cito offenditur, semper munditias amat 153, 26.

stare Deum, quid significet 74, 10; haeretici **non stant** 253, 26.
Stephanus praelians quare Iesum vidit stantem * 84, 25.
superbia prae ceteris peccatis vitanda * 81, 16.
susceptio pro corona in scripturis ponitur 183, 8.
syllogismus Aristotelis quomodo texitur 215, 6; **syllogismi** extrema pars, conclusio * 8, 2.
symptoma vel symptosis, quid 116, 2.
synagogae Iudaeorum, sepulcra in deserto 66, 11; **synagogas** quotienscumque videt **Hieronymus,** quid in mente habeat 66, 4; synagoga **prius uxor** Dei, postea facta est uxor Iudae **proditoris** 190, 22; synagogae Domini, vel **ecclesiae,** vel diversae in caelis mansiones * 18, 2.
synaxis sanctorum fratrum non contemnenda 400, 28.
συνεκδοχή graece dicitur schema quod dicunt **grammatici** ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν 200, 20; 310, 16; * 99, 6.
superbia: nihil sic odit Deus quomodo superbiam 399, 7; superbia in monasterio 400, 10.
Syri titulos de psalmis tulerunt 421, 4.
tabernaculum, quid 27, 25; istius mundi ecclesiae tabernacula sunt 28, 6; tabernacula non possumus fieri, nisi ante ieiunemus 68, 23.
Talitha kumi interpretatur Puella surge mihi 340, 26.
Tatianus princeps est Encratitarum 41, 22.
Te Deum hymni locus ab Hieronymo usurpatus? * 58, 9.
templi ruinam Hieronymus eiusque auditores videbant 220, 10; quindecim graduum signa aliqua in circuitu templi adhuc conspiciebantur 220, 14; terrenum hoc templum caelestis templi figura est 221, 6; templum proprie Dei Salvator intellegitur * 6, 14.
temptatio amicitiam Dei conciliat 35, 25; licet simus sancti, tamen relinquimur temptationibus 75, 12; difficile est esse, quem concupiscentia non temptet, quem temptamenta non quatiant 347, 27.
tempus omne ad aeternitatem Dei breve est * 63, 26.
Terentii effatum 407, 22.
terra, sancta Maria 34, 10; 93, 15; 96, 25; iustum fructum dedit terra virgo 93, 16; mirabile est quanta gravitas terrae pendeat virtute Dei 163, 21; in circuitu universae terrae aquae sunt, et quasi insula sic est terra 163, 31; terra mansuetis repromissa non deorsum sed sursum est 313, 5; terra Dei, ecclesia * 15, 22.
thanninim, cetus infinitae magnitudinis 310, 12.
thau littera index est tercentum, crucis vexillum significat 369, 5.
Theophilus in graeco praeclarus, fortis, vocatur, non optimus, ut simplicius a latinis translatum est * 20, 6.
throni inter angelos primum dicuntur 307, 4. 10; *cf.* sedes.
tibiae sicut et femora semper in libidines accipiuntur 299, 10.
timor mercedem non habet 3, 22; 206, 25; ubicumque timor est, ibi non est dilectio 16, 8; timere incipientium est 35, 6. 31; 206, 18; non timet Dominum, qui timet aliud aliquid extra Dominum 233, 28; 234, 3; melius est unum timere ut plures non timeas, quam plures timere ut unum non timeas 299, 23; domus nisi timore Dei non potest aedificari * 87, 10.
titulus dominicae passionis * 11, 16; titulus ubi et quibus ponatur * 12, 18; *cf.* psalmus.
torcularia quid significent 68, 31; * 37, 2.
torrentes sunt, qui temptatione veniente siccantur 148, 16; torrentis aquae semper turbidae 203, 8; torrens istius saeculi cito deficit, si sustineas 204, 3; quomodo Salvator biberit de torrente 204, 10.
tribulationum magnitudo, magnitudo praemiorum est 131, 26; sanctus non quaerit requiem, sed tribulationem 210, 10.
Trinitas regnum unum est 6, 8; Filius ducit ad Patrem, et Pater ducit ad Filium 33, 23; Trinitatis mysterium in uno versiculo psalmi LXVI conprehensum 34, 29; item initio ps. LXXVI 49, 18; in ps. CXLVII 303, 23; 306, 4; in versiculo psalmi XXXII 387, 28; in baptismo Iesu 325, 27; Trinitatis fides, fundamentum ecclesiae 98, 12; omne quod intellegit Hieronymus, sine Christo et Spiritu sancto et Patre non vult intellegere 352, 20; nos in trinitate credimus, non in quaternitate 356, 7; fontes ecclesiae, Pater et Filius et Spiritus sanctus 411, 19; de Trinitate in Bethlehemitico coenobio quaestio agitata * 74, 9; Trinitatis mysterium in caelo angeli scire non possunt * 74, 14. 20; in hoc Christianus sum, quia unum Deum in Trinitate confiteor * 75, 24; Iudaeus non admittit mysterium Trinitatis * 75, 27.
tubarum duo genera 147, 8.
turtur, animal castitatis 88, 12.
tympanum mortificationem carnis significat 312, 19.
Tyrus lingua hebraica dicitur *sor*, i. e. tribulatio 78, 16; 82, 25; 102, 13; * 34, 7.
Valentinus haeresiarcha * 32, 22; Valentini aeones et dies innumerabiles * 36, 10; Creatori audet detrahere * 73, 7.
vallis lacrimarum, hoc saeculum * 39, 24.
Varronis etymologia palpebrarum * 7, 11.
velle meum est, Dei perficere 11, 30; nostrum est velle et currere, et postea Deus miseretur 185, 22; volentes et laborantes liberat Deus, et conlaborat 289, 21.
vellus Gedeonis, populus Israheliticus 141, 16.
venatorem aliquem sanctum in scripturis non invenimus 114, 11; * 68, 12; venatores missi in Hieremia * 8, 22.
verbum Domini non fit in ore, sed in manu 50, 7; verbum Dei diligenter audiendum est 208, 28; in magnum periculum incurrimus, si

quando audimus sermonem Dei, et nos aliud cogitamus 302, 2.
veritas Dei cur in nocte cantetur * 72, 22.
vespertinum sacrificium, undecimae horae 268, 26.
vestimentum Christi sumus, sicut et Christus nostrum 248, 4; 304, 8; vestimentorum pontificis mystica interpretatio 248, 23; vestimenta Iesu candida, scripturae spiritaliter intellectae 349, 25; vestimenta Iesu sordida, peccata nostra * 26, 4.
via una et viae plures 137, 1; 386, 3; via saeculum istud dicitur 203, 1; viae multae ducunt ad unam viam 234, 5; 266, 30.
victoribus sufficit facies Christi 9), 10; *victor* vox ab Hieronymo ut in nonnullis symboli formulis cum Christi ascensione coniuncta * 30, 6; 31, 4.
victoriam perfectam in praesenti saeculo nemo habet 104, 16; 105, 29; ubi maior pugna, maior victoria 117, 26.
videndi duplex modus 174, 6; inter videntes et videntes magna distantia est 345, 1; videre pro pati, idioma scripturarum * 28, 4; Videntes prophetae quare appellati * 97, 16; Deum, iuxta id quod Deus est, nulla rationabilis creatura videre potest * 107, 27.
vidua, anima quae Deum virum habere desivit 129, 1; 292, 12.
vini et ebrietatis mysterium 70, 4; 238, 5; haec sunt remedia vitae nostrae, vinum et oleum 238, 24.
virgae duae in Ezechiel, Iudaei et gentiles 68, 10.
virginitas holocaustum Christi est 136, 20; virginitatis sacrificia inpari numero iam in arca praefigurata * 81, 1.
virtutes sanctorum, munera sunt Deo 42, 17; portae sunt Sion 99, 17; per singulas virtutes nascitur Christus in nobis 105, 23; virtutes nostrae ad profectum Dei non pertinent * 14, 8; virtutibus quomodo operiantur peccata * 42, 6; quaecumque virtutes sunt, sine difficultate non fiunt * 85, 29.
vita hominis quam brevis 108, 7; 280, 12; vita nostra Christus est 251, 18; 288, 7.
vitia vicina sunt virtutibus 273, 11; 275, 18.
unguentorum in scriptura diversitates et mysteria 246, 22; non sanctificatur aliquid nisi per unguentum 246, 25; unguentum pro benedictione ponitur 247, 9; unguenti fontem habuit Christus 247, 18; neophytorum unctio post baptisma 368, 14.
ungulas duas habere, quid sit 135, 22.
unum in nobis nihil habemus, nisi quod turpe est 136, 8.
volatile unumquodque lingua sua laudat Deum 164, 28.
voluntates Dei omnes sanctis qui sunt in ecclesia mirabiles esse videntur * 15, 23.
ursi duo, quos exire iussit Helisaeus, Vespasianus et Titus 92, 20.
Usquequo qui dicit, desiderii sui moras sustinere se non posse ostendit * 66, 26.
uterus quando dicitur, filius significatur, et filius non adoptatus 200, 13; medullas divinitatis significat 200, 17.
vulgata editio 287, 19.
uxori quicumque debitum reddit, vacare non potest orationi 409, 21.
vultus Dei Christus est 267, 25.
Xenophontis locus laudatur 276, 23.
Zabulon interpretatur *fluxus noctis* 42, 9.
Zeb interpretatur *lupus* 84, 25.
Zebee interpretatur *hostia* 84, 26.
Zeno stoicorum princeps 350, 13.
zona pellicia et zona aurea quid significent 322, 24; *cf.* 409, 13.
Zorobabel interpretatur *iste princeps in Babylone* * 97, 10.

III. INDEX VERBORVM ET LOCVTIONVM.

a *praepositio comparationis notione*: minus est ab eo cui conparatur 2, 1; maior est a ceteris 29, 13. *cf.* 44, 17; 91, 3. 5; 151, 27; 278, 4; 387, 18; 397, 27; * 120, 28.
a *praepositionis usus*:
ab opere callosam habebat manum 79, 32; ex latere cuius? ab eius cui... 117, 10; Dominus ei pacem ab osculo porrigit, ille de osculo bellum creat 302, 27; scandalizari a creaturae opera * 73, 4.
ablativus pro accusativo post praepositionem in *et verba*:
venire: venerit in corde meo 11, 26;
ascendere: ascendisti in caelis 41, 11;
ingredi: foramen in quo coluber ingreditur 84, 24. *cf.* 86, 20;
mittere: 148, 3.
absorbere: absorti... absorta 272, 6. 13; absorbuntur a petra 272, 11.
absortio 272, 12. 15.
abusive * 120, 3.
abuti (= uti) * 8, 19; 14, 16; 50, 2; *sequente accusat.* * 50, 1. 4.
accidentia: per accidentiam aliquid possidere * 120, 29.
accusativus pro ablativo: me in domum tuam ire cupientem (*pro* cupiente) 14, 12; iacent in sepulcra 66, 15; in evangelia sua locutus est 103, 33.
accusativus post vestiri 260, 25; 273, 23; *post* argui 290, 11.

accusativus duplex: non eum exigat disciplinam 271, 14.
acediari 106, 7.
ad: nox solet esse ad quietem 51, 6; dies iudicii est ad triginta dies 130, 12; totus ad Deum eram 157, 6; anima mea pura sit ad Dominum 222, 17; fides ad Dominum 179, 8; qui non recte ambulant ad Deum 184, 4; ad peccatores stat diabolus a dextris 201, 26; ipse nos accusat ad puniendum * 34, 15.
adiuvare: in paupertate illi Dominus adiuvabat 377, 14; nisi adiuvasset * 84, 28.
administratoriae potestates 39, 12.
adparere: gulae meae omnia servorum ministeria adparebant 382, 24.
adsumere: is homo qui a Salvatore adsumptus est 408, 11; * 6, 16; 19, 28; 27, 10; 47, 6.
advivere 380, 7.
advocatio: apertius loquitur advocationem gentium 102, 11.
aedificium: quodcumque aspexeris, aedificium tuum est 121, 7.
aeones Valentini * 36, 10.
agonotheta noster 89, 28; benedictiones istius agonothetis 89, 30; agonothita * 40, 8.
alapizare 278, 17.
alfabetites psalmus 206, 12; 219, 12. 19. 22.
aliter: non aliter nisi semper sublimiora considerat 104, 25.
altarium * 39, 5. 7.
ambidexter: ἀμφοτεροδέξιος, quem nos latine ambidextrum possumus dicere * 25, 15.
ambire: Moyses et prophetae ambierunt in speluncis 381, 19.
amphodus 353, 28. 30.
anachorita 174, 18.
anagoge 45, 22; 101, 25 etc.; * 6, 9; 29, 18; 82, 24 etc.
anastasis: vinum quod promisit Dominus bibere post anastasim 165, 9.
anathematizare 250, 19. 20.
anima: forsitan habent animam arrianam 356, 17.
animans: primum eas animantes factas esse quae in aqua sunt 311, 18.
ἀνομίαν inter et peccatum quid interest * 42, 3.
apocryphus 250, 1. 4. 7 etc.
ἀπὸ ξυνῶν * 82, 13.
archiater 337, 15. 16.
ascendere: aliquid altius ascendamus 88, 8.
ascetes: videte asceten nostrum 221, 23.
atque: videbis hereditatem Christi, atque praeclaram * 21, 5.
auctor: nullum alium auctorem nisi te quaerimus (*pro* adiutorem?) 81, 3.
augmentum: videte augmentum 253, 22; * 99, 19.
auxesis 2, 18; 207, 3; * 101, 4. (*cf. Hieron. in Matth. 11, 9*: ‘ inde infert meritorum αὔξησιν ’.)
Belias, ae 12, 17; 334, 7.
benedicere: aeterno gaudio benedicti sunt 86, 3.
blasphemare: Filium blasphemet * 113, 29; maiora blasphemat * 119, 14.
botrus, i 237, 15 sqq.
brachiolum 354, 26; 355, 2.
cadere (= locum habere) * 86, 3.
calcare super serpentem * 71, 27.
caliginare: habere oculum caliginantem 374, 30.
cancerosus 256, 20.
cantare: sanctus presbyter de psalmo divina cantavit 343, 4.
capere: angelos in mundi capit, reges capit, mundum capit; monachum unum non capit 292, 29. (*cf. Rönsch, It. und Vulgata, p. 351.*)
captivare in peccatum 212, 8.
carnalis: in carnali templo 363, 1.
carneus: auris carnea 132, 11; vinum carneum 238, 2.
carpentarius 200, 11.
carpere historiam * 51, 6.
casus mutatus: videntibus quingentis viris... et omnium angelorum 41, 11; memento parabolae sinapis, et volatilia 164, 27.
cata: et ceteri cata Phrygas * 44, 2.
cauma * 62, 19.
causa: reddit causas quare 44, 19; *cf.* * 84, 4; ingressus est ignorans Saul quasi sua causa 274, 21.
cauteriatus 226, 28 *adnot. crit.*
celare (= latere): nihil te celat 109, 9; nihil eum celare potest * 7, 18; *cf. Commentariol. 95, 20.*
celebrare examinationem * 72, 26.
chameunia 178, 19.
chorodidascalus 58, 9. 10; 70, 12; * 46, 20.
cingere: zona aurea, quae in pectore cingitur 323, 7.
circumitus * 9, 21.
clamatio 223, 27.
clima: quattuor climata mundi 175, 30.
cludere 392, 2.
coaptare 161, 3; nobis stultitia coaptabitur * 116, 12.
cohabitare 37, 15.
cohortare: quid me cohortatis? * 2, 13.
communicare: communicabo dupliciter intellegitur, aut consentiam, aut secundus fiam h. e. inmundus 270, 18.
communis: quia commune Christum possidebant 246, 15; ex communi subauditur 270, 13; hoc in commune loquor 405, 4; *cf.* * 43, 18; 45, 16 etc.
conbustio 289, 18.
concordatio 310, 17.
condam (= quondam) 101, 27; 102, 8.
condicionalis enuntiatio cum indicativo Graecorum more constructa: si esset nunc iudex, peccatores non erigebantur 44, 10; *cf.* 47, 15; 168, 8; 170, 21 sqq; 205, 12 etc.
confabulator 258, 24.
confessio (= professio monastica) 404, 6.
confiteri: o vidua... ex quo mihi confessa es quod mihi permaneres 403, 16.

conparatio: ad conparationem tui 79, 16; *cf.* 108, 9; 126, 18; 154, 8; 405, 12 etc.
conparativus: quorum omnium... facilior interpretatio est * 12, 22; si quis habuerit animam laetiorem * 101, 27.
consentanee * 21, 16.
consiliatrix * 22, 6.
constituere: hic decet persona Salvatoris constitui * 53, 8.
constructiones irregulares: hos versiculos... ex persona Christi dicuntur 61, 9; claudus nescit quantum valet qui sanus est pedibus; similiter et caecus videntem 262, 24; videte sancti prophetae quia non solum iustitia eorum nobis profuit 296, 1; manifestum est quod Iudaei... non eos agni carnis comedere 406, 8. Qui pulcher et fortis es, et cum similis illius fueris * 21, 9; impleto illud quod * 29, 2; melius est ut perfruatur... quam hic abundare et postea cruciari * 91, 11. *cf.* casus mutatus.
construere mandata * 53, 18.
contemplari *passiv.*: potest et cetera florum dignitas contemplari 58, 7.
contentus: his contentus est tangens terram 55, 12.
contingo: si nubes contiguerint intonare * 90, 6.
contra: viderunt tantummodo contra terram repromissionis 56, 28.
contradicere: contradicunt Dominum Salvatorem, quod factus dicitur 133, 2.
conventicula dogmatum perversorum 406, 9; haereticorum * 36, 10.
converti: gratuito eis conversa sunt vitia * 17, 5.
cor: in corde sabbati, hoc est, in medio hebdomadis 127, 4.
corbanan 60, 21.
corcodrillus 159, 20.
corporalis: si navi nostra corporali 169, 6.
corporeus: relinque patrem corporeum 331, 36; antequam templum corporeum a Salomone construeretur * 6, 4.
corpusculum: si comedero paululum, et corpusculum robustum fuerit 402, 10.
corruptivus * 28, 21.
cotidie; in terra vestes habemus diversas cotidie vivimus 179, 20.
crastinus: laudasti hodie, lauda et crastinum 135, 6.
cultus *plur.*: idolorum cultibus * 16, 19.
currere: sententiis brevibus... currimus * 49, 3.
daemoniarius 240, 28.
dativi usus: o vidua... ex quo confessa es quod mihi permaneres 403, 16; filius mihi mortuus est * 92, 1; gaudebat sibi cotidie * 22, 8; habitatoribus regionis illius cerneretur * 29, 16; nolite vobismetipsis defendere haeresim 41, 21; tibi non inpediant 376, 13; mitte te ei ad pedes 230, 10; hoc dolebat mihi 192, 32; Deum, cui excelsior nemo est 85, 21: huic igni mundatur et Esaias 274, 12: morti exclusi * 35, 19; increpa... haereticis 42, 18.
de *praepositio*: de subtus medio troni 6, 12; de foris est, de gentibus est 6, 30; non est de crudelitate Dei, sed de peccatis meis 52, 13; non fuit de odio, sed de fide 54, 10; de scuto coronat 115, 8; non venit hoc de pietate, sed de crudelitate 127, 24; promittunt sibi de illo felicitatem 130, 8; ut ungueret lapidem de oleo 260, 3; ne de concupiscentia mea tradas me diabolo 267, 15; de floribus, sed et de quodcumque voluptuosum est 324, 9: tu eum de altero supera * 5, 3; in nullo de psalmis * 13, 1; tertius de duodecim prophetis * 97, 18; de ea recipere testimonium (*i. e.* ex ea epistula) * 16, 7; de teloneo consurgit... de arbore descendit * 16, 12 sq.: de misericordia veritatem, et de veritate misericordiam temperavit * 40, 23; de periculis liberatus * 81, 2; 84, 18; 93, 10. 19.
debere (= credendum esse): debet aliquod significare mysterium * 77, 18.
decalogus * 1, 8.
decas: in octo decadibus 70, 8; *cf.* 110, 9: * 1, 13.
decim 108, 23.
decipula: haereticorum decipula * 5, 5.
dedicare: nostra victoria, quae in sanguine apostolorum dedicata est 80, 26.
defendere: nolite vobismetipsis defendere haeresim 41, 21.
deitas 39, 7; 77, 15: * 2, 17; 77, 15; divinitas dicitur, hoc est, deitas 247, 3.
deleramentum: putant esse deleramenta 84, 22.
delibutus: qui delibutos cibos ante fastidiebas 380, 14.
demarcescere 108, 22.
deponentia passiva significatione: interpretari 2, 3; 15, 26 etc.; contemplari 58, 7; consolari 92, 5; furari 391, 8.
activa usurpata forma deponentis:
educere: qui populum eductus fuerat de Aegypto 100, 25.
equitare: daemones qui equitantur in eis 299, 3.
deprecabiliter * 82, 6.
descendere de (= originem rationemque habere ex): Hoc quod dixit... de carnis vilitate descendit * 78, 24; quod ex arte descendit * 110, 28; participatio quae aliunde descendit * 120, 28.
descensiones 89, 4.
desolator 274, 15.
destruere: monachum nihil destruit, nisi peccatum 121, 7; scientiam opere destruere 152, 12.
devaricare 105, 16.
dignanter * 108, 6.
dignitas: in ecclesiae istae sunt dignitates 30, 16: florum dignitas 58, 7; ab evangelica dignitate 127, 14; apostolicae et propheticae dignitates * 79, 13.
dimittere: dimitto nunc de elefantis, dimitto de leonibus, dimitto de diversis animalibus 121, 16.
διορατικοί, videlicet magistri * 11, 24.
discerptio 336, 12.

dispensatio : dispensatio est quae loquitur 33, 19 ; Deus non mittitur, sed dispensatio mittitur 284, 28 ; iuxta dispensationem carnisque mysterium 416, 16.
dispensatorie 164, 22.
dispositio : in evangelii dispositionem intrare 301, 9.
dividere : nos evangelium dividimus 343, 5.
dogma : in dogmatibus animae credentis 105, 5; Iohannes princeps nostri est dogmatis, ipse monachus 387, 2. 16.
dolere : non potest ita dolere alieno, quomodo dolet patri et matri 79, 3 ; hoc dolebat mihi 192, 32.
doma 100, 21 ; 101, 6. 7.
dominari hominis 269, 24.
dubitare : noli dubitare quod possis 40, 13 ; cum hoc nemo dubitet * 113, 28.
dum (= dummodo) 35, 28.
ecclesiasticus (= ad veram ecclesiam pertinens): vir ecclesiasticus 15, 15 ; ecclesiastici laetentur 15, 34 ; ecclesiastici (*opp.* haeretici) 63, 25 ; rusticana simplicitate et ecclesiastica 67, 14 ; *cf.* 136, 1 ; 201, 8 ; 267, 22 ; 300, 25 ; 301, 11. 15. 16 ; 374, 15 ; * 32, 1. 6. 14 ; 34, 25 ; 36, 4 ; 85, 20 ; 91, 7.
efficientia : membra tulit, efficientias dedit 129, 24 ; * 83, 11.
elemosyna 147, 2.
emplastrum * 101, 9. 16.
esse : quomodo esse potest, ut... mereatur? * 55, 3.
et (= nec) : non erigebantur et in saeculo obtinebant divitias 44, 10 ; nec in petram offenderimus et frangamus navem nostram 169, 8.
evangelius (= evangelista?) 104, 5 ; 203, 16.
evangelizari *alicui* : mulieribus quae evangelizatae sunt apostolis 38, 12.
eventilare : rhetoricum locum eventilamus 83, 18.
ex : legitur ‹ non sic › ex secundo 7, 14 ; ex latere cuius? ab eius cui... 117, 9 ; ex prophetae h. e. iusti persona intellegi * 2, 26.
exaestimare 216, 8.
examinationem celebrare * 72, 26.
exauditio 12, 12 ; 209, 8 ; 223, 27.
excomedere 239, 1.
exhibere scientiam suam * 76, 31.
exire : *imperf.* exiebant 170, 24. 25.
exorcista 336, 21.
exorcizare 335, 9.
exsistere (= esse) : totius ecclesiae doctor exsistebat * 85, 19.
exstirpare : terra nostra a veteribus vitiis exstirpatur * 45, 9.
exterminare : si una chorda rupta fuerit, exterminatur psalterium 180, 13.
exterminator 95, 23. 25.
facere : fecerunt contra Moysen 86, 1 ; ut contra Deum facias 400, 13 ; proteges nos, et facies vincere 115, 10 ; magis dolorem faciunt quam voluptatem 123, 22 ; iste locus adversus eos maxime facit, qui 129, 13 ; locus iste contra Arrianos facit 133, 1 ; *cf.* * 26, 22 ; doctrina illorum magis famem faciebat veritatis, quam saturitatem 177, 11 ; flammam non facit 179, 13 ; non tibi gratiam facio, sed mihi 180, 18 ; non facio duas personas in Deo et homine 198, 14 ; si in Dominum fecerimus psalmum 275, 22 ; quicumque non oboedit, non facit de sanctitate, sed de superbia 399, 8 ; pro peccatoribus faciens * 8, 18 ; cecidit diabolo faciente * 62, 13.
factura 200, 9.
febricula 16, 26 ; 130, 11.
ficus : ficus ficos non adfert 358, 20.
fidelis : si quando imus ad mysterium, qui fidelis est intellegit 302, 2.
fidentia : cum fidentia dico 156, 29.
fiducialiter * 45, 12.
forinsecus 94, 4.
foris : de foris est, de gentibus est 6, 30.
forma : formam tenere 419, 21.
fornicarius 120, 24.
fortitudo *num. plurali* : haereticae vel contrariae fortitudines * 4, 16 ; contrarias fortitudines * 2, 12. 20 ; 13, 22 ; 112, 27 ; 114, 9.
fratruelis 251, 13.
frenum, *accus. plur.* frenos 355, 18.
frequentare : si frequentavero in fornicatione 347, 23.
fribolus 116, 18 *adn. crit.* ; 231, 17 ; frivola expositio * 2, 7.
fructificare 163, 4.
frumenticius 342, 15. 33.
fugere : fugire 11, 29 ; 19, 7 ; *cf.* 171, 20 ; fugierat 74, 19 (*cod. L*).
fulgur, *num. plur.* fulgora 143, 4 sqq.
fulvidus : fulvida vestimenta (*ex Is. 63, 1*) 41, 3.
gaudere : gaudebat sibi cotidie * 22, 7.
genetivi usus : turtur animal castitatis 88, 12 ; omnia rotarum istarum plena erant lumine 146, 14 ; universa ipsius in lumine sunt 163, 1 ; cum nulla beneficia hominum habeam * 100, 16 ; a quorundam 198, 19 ; dominari hominis 269, 24 ; peccatorum purgat 274, 16 ; huius numeri gubernandas accepit civitates * 1, 10 ; dedit certamen pugnandi * 40, 7.
gentilis poeta 407, 21.
genus : alio genere quid dicit? 156, 7 ; alio genere mentitur 215, 5.
genus mutatum :
flos *neutr* : videtur flos esse... sol cum venerit et texerit illud 108, 21.
vellus *masc* : vellus ille siccatus 141, 16 *adnot. crit.*
caput *fem?* : invenit caput latentem 267, 23.
sed hoc ubicumque conprehenderint illum tenebrae 165, 20 ; *cf.* 301, 17 sq.
vultum *neutr* : vultum Dei quod est nisi Christus? 267, 25.
gladium *neutr.* 315, 23. 28.
gerundii usus : aquas pro doctrina, montes pro sanctis accipiendum est 164, 4 ; ut renes nunc pro seminum locis accipiendum sit * 24, 2 ;

in proficiendo ecclesiam, proficimus cum ipsa 166, 5; dedit certamen pugnandi * 40, 7.
gratia : non tibi gratiam facio, sed mihi 180, 18.
gratiosus : si sancti simul sunt, gratiosum est 123, 33.
gratis, dupliciter intelligitur 187, 11.
grossus *adiect.* 135, 28.
habere : si quando habes contra aliquem 81, 18; quodcumque cor habuerit et mala cogitatio 82, 10; non habet remedium 100, 15; praecepta Domini laborem habent 132, 2; psalmus hoc habet sacramentum 175, 6; angeli libenter habent praedicari eorum creatorem 181, 24; *cf.* * 105, 11; unde habeo vivere 186, 4. 5. 7; bene mihi habet in opere iudicari 267, 16; tunc habetis discere 368, 12; non habeo te in illo gradu, in quo prius habui 403, 23; non habebit me Dominus quasi saecularem, sed quasi praevaricatorem 404, 19; temeritas poenam habet * 75, 10; allegoria nec elegantiam habet nec veritatem * 107, 2.
habet *imperson.* * 56, 12.
hecatontas : per decem crescit hecatontadas * 1, 14.
hellenismi : qui negat se peccatum non fecisse 2, 24; quod in i. p. non recipitur liber 5, 21; nisi agnus incontra steterit 6, 13; fecisti eas ut ambularent (= eas ambulare) 33, 14; fecit eos ut in se ambularent 177, 24; non potest te facere ut non mendices 186, 11; inimicos tuos fac... tui esse incipiant 199, 4; a quorundam 198, 19; increpa... haereticis 42, 18; cognoscere, *pro* legere? * 82, 13; legimus decem tribus, quoniam reliquerunt Deum 64, 17; animadvertite scripturam, quid significat 68, 21; putabat illum quod esset hortulanus 392, 13; se intellegit quis ante fuerit * 15, 8; commutavit delicias regni caelorum 86, 22; mirantur philosophorum ac poetarum dicentium * 83, 20. (*cf.* condicionalis enuntiatio).
hic, *plural. femin.* haec : haec quidem virtutes 29, 9. *cf.* 99, 11; 193, 2; 268, 20.
plural. mascul. hii 47, 10; 102, 25; 293, 15; 375, 13.
homo interior 55, 6; hominem suscipere 151, 10; 181, 11; hominem adsumere 408, 11 (*cf.* adsumere); diabolus pascit suos homines 186, 10.
hora : ad horam 148, 16; 310, 29 etc.
hyperbolice 39, 12.
hypocrisis : in hypocrisi accipere baptisma 71, 32.
ibi (= inde) 33, 6.
idioma : proprie idioma scripturarum est * 22, 13; illud idioma scripturarum 28, 5. (*cf. Hieron. in Dan. XII, 7* " iuxta scripturarum sanctarum idioma. ")
idioticus : iuxta proprietates idioticas * 76, 10.
idolatra 63, 21; 64, 18 etc.
idolatria 64, 28. 30 etc.
ignarius lapis 143, 6. 9.
ignorans : homines ignorantes 60, 1.
ignotus : apud ignotos videris insanus 69, 30.
ille *redundat* : qui per legem illi mundabantur, fasciculo hysopi aspergebantur 422, 14.
in *praepositio cum accusativo post verba* :
intellegere 36, 11; 274, 23 etc.
accipere 273, 16; 274, 22 etc.
vivere 38, 8.
facere 275, 22.
ostendere : ostendit in leprosum 95, 15 *nisi leg.* id l. *Cf. 172, 28 ubi* cecidit *et* cecinit *in codd. permutantur.*
conplere : ut quodcumque dicebatur in decalogo, hoc conpleatur in quattuor evangelia 127, 13.
in *superfluum* : hoc in nobis fit, quod fit et in Domino 12, 14; soloecismos facit in loquendo 80, 13; pro beneficiis quae in eis contuleram 187, 20; in tantis nominibus appellatur 279, 10; animae, quae in sua natura sunt simplices * 29, 13.
in *praepositio cum adverbiis composita* :
in contra : nisi agnus in contra steterit 6, 13.
in semel 178, 5.
in secundo 180, 10.
in ante 339, 17.
in *praepositionis usus* : non illum tristem videamus in peccatis nostris, sed gaudentem in virtutibus 31, 17; plures in malo habere personas 76, 22; in saeculis torqueatur 127, 29; psallat manus in elemosyna 147, 2; exaltati in virtutibus 160, 6; si frequentavero in fornicatione 347, 23; nunc ingreditur in mulierem, nunc in virum, nunc in regem; et qui in regem processerat, rursum in servum procedit 76, 12 (*Hier. in Eccl. 4. Migne 23, 1101 B* : de domo vinctorum egreditur in regem); in omnia salvus eris 135, 1; in sacerdotes Dei venire 147, 25; facta est in dulcem saporem 148, 1; videbar illis in derisum 187, 9; bene placuit tibi in terram tuam * 41, 6; in fructum centesimum reddat * 45, 10; in septuaginta et quinque animabus descenderunt in Aegyptum 171, 24; recessit de domo sua nudus, recessit in virga 259, 20; inferos videbit in transitu * 28, 1; in istis minutis considera... omnia similiter quomodo et in maiora 262, 11; quid futurum sit in ipsa supplicia 384, 18; non invenit locum in sancta sanctorum 393, 8; oboedientiam exhibeamus in patres nostros 398, 18; in duodecim adsumptus * 13, 3; grando et tenebrae adsumuntur in mirabilibus * 15, 17; hoc interpretamur in sanctis * 103, 5.
inbecillitas : humanas inbecillitates 129, 17.
incarnatio 154, 19.
inchoare : necdum portum expositionis inchoavimus * 46, 5.
incipere : tunc incipimus latitudines virtutum 42, 11.
incolatus 412, 21.
incolomis 101, 21.
inconprehensibilitas * 110, 13.

incorporatio: nisi crediderimus incorporationem Christi 6, 14.
increatura: ego qui creatura sum creaturam praebeo, ille cui increatus est increaturam praestat 324, 30.
increpare *seq. dativo*: increpa... haereticis 42, 18.
incurrere homines * 69, 27.
indagare: (= percutere) asinus cum a domino fuerit indagatus * 103, 9.
inde: inde et nunc loquor * 53, 12.
indelicatus 378, 7.
indigere *cum accusat.* 160, 20.
indomabilis 354, 9. 11; 355, 18.
indulcorare 56, 8. 12.
infantulus 159, 1.
infinitivi usus: non habebamus ubi requiescere 61, 1; perdidimus esse filii Dei 113, 1; patrem amiserunt habere Deum 129, 6; Ioseph ivit in Aegyptum praeparare hospitium 171, 3; non erat stultus David, damnare nuptias et suos accusare parentes 422, 11; provocat sequi optima et vitare contraria * 104, 25.
infinitivus pro gerundio: dedit virtutem praedicare evangelium 38, 15; necessitatem habet cogitare 55, 10; potestas calcare super serpentem * 71, 28.
infinitivus post coniunctiones:
quod 406, 10; * 67, 18; 73, 9.
quia * 98, 7.
ut 170, 19; 273, 19; * 24, 5.
post adiect. dignus 36, 23; 77, 11; 112, 22; 172, 19.
infrigescere 305, 10.
ingredi in mulierem, in virum, in regem 76, 12; iam ingreditur quadragesima 383, 21.
inhabitatio * 77, 3.
inimicalis 232, 9.
inintellegibilis: quasi arbores, id est inrationabiles, inintellegibiles 345, 16.
inmaculatio: inmaculatio atque perfectio 12, 14.
inpaenitens * 10, 5.
inpeccatus * 36, 1.
inpedire: inquantum tibi non inpediant ad servitutem Domini, hoc est, imperatori tuo 376, 13.
inpingere *absol.* 97, 20. 28; 98, 21.
inplastrum 226, 14; 265, 21; 394, 17.
inputribilis 126, 6.
inrido: legunt hoc philosophi et inridunt 84, 21.
insensibilis 196, 28 sq.
intellectus *plur.*: secundum mysticos intellectus * 55, 25; 80, 22.
intellegentia: cum intellegentia manum mittamus 57, 22; secundum intellegentiam intellegere 58, 12; nobis intellegentiam dereliquit 65, 15; universa creatura intellegentia plena est 163, 6.
intellegere: intellegitur in ipsum Dominum 36, 11; intellegi in diabolum et in angelos eius 42, 21 (*cf. praepositiones* ex, sub, super).
intellegibilis: qui interficit intellegibilem serpentem 165, 27; intellegibile oleum 194, 7.
interior homo 55, 6.
interpretari: super Domini persona 2, 3; quod alii in illo interpretantur 2, 7; de duobus psalmis pariter interpretari 18, 21; hoc interpretamur in sanctis * 103, 5 (*cf.* deponentia).
interrupta sententia: 4, 19; * 32, 25; 78, 2; 79, 21; 92, 23 *et alibi saepissime.*
invisibilitas * 111, 23.
involare (= furari) 188, 1.
ipse, *neutr.* ipsud 156, 8; 216, 24.
ire: cum Christo iemus ad regna caelorum 138, 22; euntes contra scripturas 170, 17.
is: diximus de eo quomodo peccator ignoretur a Deo, 9, 5; de eo quod stabat incurvavit se 223, 17.
is *redundat*: manifestum est quod Iudaei... non eos agni carnes comedere 406, 8.
is *pro* se: talis erat Theophilus, ut scribi ad eum peteret evangelium * 20, 7.
iste *abundat*: iste qui sequitur 44, 7.
neutr. sing. istum: sed istum granum frumenti pinguissimum est 301, 19.
ita (= deinde): prius in tabernaculo, et ita in monte 27, 25.
Iudaismus 353, 31.
iudicare (= consilium capere, statuere): iudicavit in iustitia permanere 37, 12.
laborare: de qua via laborabat Iohannes... ut faceremus viam Domino 97, 21.
lampas lunae 406, 5.
latitudo: latitudines virtutum 42, 11.
latus: ex latere diximus de latrone, neque enim obliti sumus propositi 385, 5.
lavari (= baptizari) * 16, 5. 14; 18, 9.
levare: et de reliquiis levati sunt duodecim cophini fragmentorum 341, 29.
linocalamis?: abscondit eos in linocalami 101, 7.
lucernarium 229, 11. 13.
lucusta 323, 8 sqq.
lumbare 150, 7.
magnus: spiritalem quandam et magnam, et non nostram carnem * 28, 19.
manifestationes (δηλώσεις) 248, 25; 249, 13.
maximus, *compar.* maximior: de his hominibus qui inter homines maximiores sunt 310, 1.
medicinalis: medicinalibus suis libris * 97, 13.
medietas: medietates terrae 36, 4.
meliorare * 84, 17.
mensura: fragilitatis propriae nosse mensuram * 108, 2; apostoli cum ignorarent mensuram suam * 117, 16; in sua manere mensura * 109, 17; ea super mensuram suam laudat * 113, 29.
mereri Deum * 55, 4.
metropolis civitas * 98, 3.
micula 302, 2.
minutum: vidua quae duo minuta contulit 217, 14.
mirari *cum genitivo seq.* * 83, 20.
miratio 167, 10.
misceri sacrilegio * 57, 11.
misereri *cum dativo*: omnibus gentibus misertus es 79, 23. *cf.* 96, 26; 97, 2. 3. 5; * 42, 20 etc.

mittere : nisi tibi et lampadibus tuis oleum miseris 125, 11 ; mitte te ei ad pedes 230, 10.
modi verborum permutati : cum natus ei fuisset filius Isaac et repromissionem acceperat 9, 8.
municipatio 259, 9.
natio : quomodo de virgine virgo natus sit, et post nationem virginis mater virgo sit 390, 17.
naturale argumentum * 83, 2. 5.
naufragare 132, 23.
necessarius ; quomodo unusquisque locus eum habebat necessarium * 29, 16 ; *cf.* * 52, 6.
necesse : necesse habemus calciamenta 410, 12.
negatio duplex : qui negat se peccatum non fecisse 2, 24 ; victor non exiit nemo alter 185, 1.
negativae particulae usus : non erigebantur et in saeculo obtinebant divitias 44, 10 ; nec in petram offenderimus et frangamus navem nostram 169, 8.
neotericus 397, 2.
nigredo : nigredinem operuisti candore 93, 21.
nisi : non erat una dies, non duo, nisi tres dies 101, 16.
nocere : non nocet si... intellegamus 140, 11 ; non nocet diversum aliquid dicere 140, 13 ; nocere *cum accusat.* 226, 10 ; 232, 7.
nubs 141, 9. 22 sqq.
numeri permutati : quare dicitur torcularia 70, 11 ; quae interpretati sumus de ecclesia, potest intellegi 104, 23 ; tota vita nostrae sacramenta et salus in titulo est 133, 11 ; regna caelorum... praedicatur 323, 14.
nunc (= ergo, igitur): 28, 9 ; *cf.* 354, 18 adnot. *superfluum* : et nunc putant esse deleramenta 84, 22 ; nec enim nunc periculum est 212, 1 ; *cf.* 270, 18.
obtorquere 95, 4.
occidere : hic Iudaeus occiditur, .. Novatianus occiditur 134, 24.
odire : speramus quia Spiritu sancto manente in nobis fratrem odiamus 327, 11.
oecumene 138, 24.
onocrotalus 159, 21.
opera : opera nostra clamat ad Dominum 50, 5 ; exercitatio et opera de scripturis 130, 26 ; a sua terrena opera recesserit 137, 12 ; scientia quae opera confirmatur 152, 10 ; excedit humanum sensum tua opera 167, 1 ; non scandalizatur a creaturae opera * 73, 4.
operarius est boni operis 169, 2.
operatorius 331, 28.
ordinare : non ordinabam presbyterum 157, 27 ; non ordinabam eos qui mihi propinqui erant 157, 31.
ordo : si conputes et ordinem facias, unum, duo, tres, quattuor, decimus numerus efficitur 127, 10 ; et secundum litteram ordinem habet 166, 13.
pacificalis 232, 10.
paeniteri 195, 24 ; paeniteo errorem * 42, 9.
palpebrae ab eo quod palpitent appellatae * 7, 11.
pammacharii, athletarum genus 241, 24.
pars : per partes facere * 97, 8.
participium : esse sanctum per participium * 120, 16.
participium praesens : his contentus est tangens terram 55, 12.
parturitio 210, 5.
passio : ut in more animalium et avium suae illos relinquerem passioni * 99, 21.
pavefacio * 111, 30.
per : tibi serviunt, et per Deum serviunt 311, 26 ; scribitur per ioth he vau he * 1, 13 ; 98, 1.
peragere *absolute* : in avaritia et invidia peragentes * 16, 4.
perire : *fut.* perient 73, 11.
periurare 298, 19.
perizoma 149, 25 sqq.
persecutor 80, 7. 8. 12.
personas plures in malo habere 76, 22.
petere : petamus Deum ut reges simus 49, 5 ; conservum petunt 253, 6 ; *cf.* 268, 12 ; 270, 16.
πέτρινος : a Petra dictus est Petrus, hoc est πέτρινος. Si quis ergo de nobis fuerit πέτρινος 349, 9.
phantasma * 23, 16.
physiologus 298, 2.
placere : non placet Deo in fortitudine, non placet in tibiis 299, 18.
plasmatio * 104, 28.
plicare : plicasti mihi coronam 218, 20.
plumacium 132, 6.
poderes : Iesus accipit poderem * 26, 13.
polyphthongus : quod verbo vulgari dicitur polyphthongum 312, 28.
ponere : antequam cogitationem meam in opere ponerem 123, 1 ; semper cornu in regno ponitur 124, 3 ; in hoc loco arguitur suum posuisse sensum * 107, 23.
portico *abl.* 139, 5. 6. 13. 15 ; *cf. H. Rönsch, Ital. u. Vulg. p. 261.*
portus expositionis * 46, 5.
positivus pro conparativo : beati ergo sumus nos... quam illi qui viderunt 174, 11 ; facile ruimus quam conscendimus 222, 4 ; minimus esse volui in regno caelorum quam in isto saeculo primus 91, 7.
practice, es 180, 4. 9 ; 210, 4 etc.
praegregare : in synagogas Domini praegregari * 18, 1.
praesul : habeo praesulem Deum * 2, 5.
praevaricari legem * 99, 8.
praevaricatio : omni tempore sunt martyria, sunt et praevaricationes 403, 11.
praevians : quem sequitur praeviantem * 24, 22.
primitivus : percutiuntur primitiva Aegyptiorum 405, 23.
principale animae 397, 28 ; * 102, 5 ; corporis * 102, 6. *cf.* * 120, 31.
procedere in regem, in servum 76, 13.
profiteri : non solum confitemur, sed et profitemur 59, 5.
promittere : quasi vultum promittimus pacatum 229, 9 ; pacem labiis promitto 231, 23.

cf. 340, 12; medicos, qui naturae corporum scientiam repromittunt * 22, 16.
prooemium: si tanta poenarum prooemia sunt 384, 17.
propater noster Adam (*al.* propagator) 108, 7.
προπάθεια: cogitationum exordiis, quas vocant προπαθείας * 24, 9.
prophetalis anima * 107, 16; prophetale desiderium * 109, 13.
propinquitas: frater filius et ceterae propinquitates 375, 6.
propositum: quod habemus (monachi) in proposito 404, 21; et in isto proposito quid facturus sum *ibid.* 22; *cf.* 405, 1. 3. 5. 15.
proprietas: significantiam proprietatesque sermonum 79, 6; 379, 5; 388, 22. 29; novum verbum proprietatis dixit 386, 11.
protegere: in paenitentia peccata proteguntur, non dimittuntur, sed proteguntur * 41, 23.
provocare *cum infinitivo seq.* * 104, 25.
psiathium 132, 6.
pulsio: de pulsione Iudaeorum 176, 22.
purgare *seq. genetivo*: iste carbo... peccatorum purgat 274, 16.
puritas 304, 6.
quaestionarius 184, 3.
quamdiu: quamdiu se teneat, tamen 52, 10; quamdiu ad nos Dominus convertatur 93, 28.
quantum: quantum in peccatis meis est 50, 25; *cf.* 51, 1. 20, etc.
quasi: est christianus quasi saecularis, quasi negotiator,... quasi miles 404, 15; non quasi in narratione sed in oratione * 25, 3.
quaternitas 356, 7.
quemadmodum (*om.* si) aliquis medico confiteatur vulnus suum 275, 9.
quia *cum indicativo et coniunctivo orationem et rectam et obliquam ducit*: repromissionem acceperat quia in semine tuo benedicentur 9, 9; non dico quia bene fecerit 405, 12; videtis quia non potest 2, 2 *et alibi saepissime*. *cum infinitivo seq.* * 98, 7.
quocumque (= ubicumque) 32, 23.
redimere: quae lucra sua in templo redimebat 361, 20.
referre: super Christi persona esse referendam 1, 13 etc.
refrigerare: quia talem habebat pulvillum in quo refrigerabat 259, 22.
regnare: qui regnant suis passionibus 38, 27; (*cf.* 39, 17); qui regnant sibimetipsis 42, 15; qui non regnatur a peccato 267, 12.
regula scriptuarum 19, 18; 24, 7; 85, 26; 171, 28; 306, 22: nominis istius regulam 19, 21.
remediare 336, 33.
renuntiatio saeculi 117, 3.
replicare 278, 23; 414, 14.
repulsio: de repulsione Iudaeorum 178, 8.
residere: in apostolis resident pristina vocabula 367, 13.
resignaculum (ἀποσφράγισμα *Ezech. 28, 12*) 72, 8.
reticescere 34, 5.
retis: dimiserat et retem 79, 32; non habent retem apostolicum 285, 24.
rhoiscus 248, 26.
romphaea 315, 26; 384, 22; 415, 13.
rusticanus noster Hebraeus 130, 5.
sacratior interpretatio 76, 11 (*cf. Commentariol.* 79, 8).
saecularis: in poeta saeculari 130, 2; frater saecularis 246, 11; desivi esse saecularis, et factus sum monachus 404, 17 sqq.
saeculum: apud saeculum (*oppon.* apud Deum) 16, 31; ut ille in saeculis torqueatur 127, 29; proverbium saeculi 407, 21.
salvatio 300, 1.
salus *plur*: multis indigemus salutibus 93, 27; * 42, 18.
sanctitudo * 80, 15. 17.
sanguivorus 363, 21.
satis (= multum, nimis) * 64, 9.
scabillum 153, 1.
schema 74, 7 sqq; 151, 20; 200, 19; schemata Dei 75, 18.
scobere: hoc est, fodere quasi agrum, ut ibi mittatur semen 52, 1.
secundum *neutr. absol.*: hoc facere secundum est? ego dico, secundum 223, 2; secundum est... paenitentia * 42, 11.
sed: licet cum periculo liberetur, sed quia * 42, 13; 64, 1.
sedere: *partic. fut.* sediturus 74, 26; *part. pass.*: pullus... sessus a Domino * 66, 20.
sententiola 35, 9; 161, 3; * 47, 4.
separatus: ab humanis rebus Dei curam separatam * 83, 5.
si *interrog*: videamus si consequentia aptari possunt 23, 7 etc.
sic: cum redemerit, sic coronat 161, 32; defendit, et sic coronat 162, 4; primum aliquis confitetur, et sic accipit pulchritudinem 162, 24; *cf.* 247, 8; 261, 24.
significantia, ae 78, 2; 79, 6; 86, 11; 379, 5.
significare: cantate, in theoria significat scriptura... psallere autem in bono opere 37, 2; significat personam leonis regalem, hoc est, regnare passionibus 39, 16.
signum: facere signa (= miracula) 80, 19. 20. 21. 23.
similis: similem vocem facit rotae 53, 27.
sonare: sonaverunt 81, 6 sqq; sonavit (*de flagello*) * 71, 2 sqq.
speculatorium 300, 24.
sperare (= opinari): sperant etiam ita debere dici 103, 2. *cf.* 102, 28; 327, 11; 351, 30.
spurcitiora peccata 393, 11.
stare: secundum litteram stare non potest 49, 4; videamus si stet sensus 118, 19; hoc in genere Iudaeorum non stare * 52, 5 *et alibi saepissime*; stent in paenitentia 195, 22.
stypticus: vinum stypticum 238, 28.
sub *praepositio*: sub alleluia cantatus est 17, 15; sub alfabeto est (psalmus) 206, 12; sub cuiuslibet iusti persona intellegi * 2, 24.

subdistinctio 270, 17.
subindicare * 97, 9.
subiunctivus: iudicandi sunt... oderint * 8, 1; credimus... redeamus * 56, 21; sicque fit... inferatur * 65, 12. *cf.* * 70, 1.
sublevatio 360, 9.
submissiones diaboli 158, 5.
submitto *cum infinit. seq.*: submissi a daemonibus negare Salvatorem et blasphemare eum 41, 7.
subtus: de subtus medio troni 6, 12.
σύμπτωμα, 116, 2.
super: super Christi persona esse referendam 1, 13; super Domini persona non potest interpretari 2, 3; intelligi super persona Salvatoris 23, 10. *cf.* * 2, 1; 5, 14. 19; 12, 21 etc.
superseminare * 11, 23.
suscipere hominem: regnum accepi a Patre, immo homo quem suscepi 151, 10; 181, 11 (*Cf. Hieron. ep. 98, 4 " susceptum implevit hominem ".*)
sustinere: neque possunt ea sustinere quae pretiosa sunt 120, 18; ut postea dulciora sustineam 210, 16.
synaxis 400, 28; 401, 1.
talis: persequamur talem 157, 18; nec audirem talem 158, 3.
tamen et si 260, 5.
tangibilis: tangibiles tenebrae * 3, 20.
tantus: in tantum... ut 40, 24 *et alibi saepissime.*
temerarie 182, 9.
tempus variatur: daemones postulant, ne mitterentur 54, 17 *et ita saepissime.*
tendiculae Origenis * 107, 20.
theoria 180, 4; 210, 4.
tintinnula, ae 248, 26; 249, 22.
tonitruare: quando tonitruat Deus 53, 27.
totus *pro* omnis: non possumus totos eligere 58, 6; totae virtutum cordae concinant 296, 3 etc.
transitorie 207, 4; * 18, 17.
τρίσωμα: in tribus digitis, quod hebraice dicitur ἐν τρισώματι 391, 21.
triumphare *cum accusat. seq.* * 76, 23.
tropologia, trophologia 36, 3; 45, 15. 22; 46, 23; * 98, 7 etc.
tropus: secundum unum tropum 99, 16.
turabulum 268, 19.
venia: cum venia audiatis * 37, 26.
venire: quando venerit ad victum et vestitum 55, 10; quando venerit ad vos iudicium 76, 6; in candorem venit... vix venit ad candorem 101, 8. 12; et quasi bonum faciens venero in vitium 273, 13; non venit ad servitutem Dei 292, 5; scio quantae mihi libidines veniunt 212, 28; quomodocumque verteris, in contrarium venit 215, 3.
ventilare 35, 10; 244, 16; 319, 17.
veritas: hebraica veritas 57, 17; 214, 25; 340, 6; secundum hebraicam et graecam veritatem 291, 22.
vertere: cogitationem in opera vertimus 2, 17; *cf.* 126, 27 etc.
veterari: Spiritus sanctus in me veteratus est 338, 28.
viciare: milites has stationes habent, quando vigilant et se viciant 108, 6.
videre pro pati, idioma scripturarum * 28, 4.
vigilare *seq. accusat.*: vigilabant quasi gregem Domini 394, 12.
virtus: quartus numerus virtute decimus est 127, 9.
virtutes (= angeli): cum angelis ceterisque virtutibus * 29, 10.
vivere: qui in Deum vivunt 38, 8.
vivificare 87, 26.
umquam: non umquam 50, 24.
unianimiter (*cod. C*) 81, 29.
universitas: universitatis Domino * 13, 28.
vocalis: et egressus ipse s. s. vocalis est 249, 25; *cf.* 296, 6.
ὑπερβατόν et 15. 22. (*Cf. Hieron. in Galat. 1, 6 sq*: " *Habet autem et locus ipse* ὑπερβατόν ".)
ὑστεροπρότερον 15, 22.
ut *coniunctio*: quid fecit? ut dum errorem emendaret, fecit errorem 60, 18; saepius evenit, ut quae putantur contraria esse, haec providentia Dei pro utilitate fieri 170, 19; talis e. dicitur esse virtutis, ut protrahere serpentes et sic comedere 273, 19; ut quomodo... ita principia cogitationum habere renes suos * 24, 3.
ut *coniunctio omissa*: praecipit scriptura... mittamus 57, 21; * 8, 1; 56, 21; 65, 12; 70, 1.
ut *cum comparativo adverbii*: ut ibi eos facilius elidat * 3, 2 *et ita saepissime.*
uti *cum accus. seq.* * 71, 12.
utilis: in consequentibus quoque non utile adserit * 108, 17.
zizania, ae * 11, 23.
zmaragdus 99, 9.

IV. EMENDATA ET AUCTA.

IN PARTE II.

Quae de singulorum codicum aetate principio adnotata sunt, iuxta iudicium in Praefatione datum paullulum immutari debent.

9, 13 *Deum tuum* Gen. 22, 12.
23, 3 leg. *conversi*.
39, 24 not. *super terram* Iob 7, 1.
75, 18 leg. *quattuor*.
81, 13 leg. *tantummodo*.
93, 17 leg. *historiam*.
100, 5 not. *quae obpugnatur*] Is. 27, 3 sec. LXX ἐγὼ πόλις ὀχυρά, πόλις πολιορκουμένη. Cf. Hieron. Comment. h. l. et eiusdem Epist. 30, n. 14 itemque in Eccles. 10, 15 (Migne 23, 1153 B), et Pseudo-Augustini Altercat. Ecclesiae et Synagogae circa finem (Migne 42, 1139).
114, 19 sqq. Plura ex hoc aliisque Tractatuum locis in larvati Augustini ad fratres in eremo sermone XLV congesta reperies.
146, 5 not. In Michaeae tamen Comment. 6, 3 (Migne 25, 1267 D) Galgala κυλισμός i. e. *volubilitas* interpretatur.
150, 12 leg. *insulae*.
153, 3 ubique leg. *scabillum*.
153, 29 leg. *sed*.
161, 11 *habitores*, corr. *habitatores*.
181, 18 leg. *nationibus*.
190, 7 leg. *subplantavimus*.
193, 5 *ut salutem nemo pauperum desperet*, ubi in β legitur *ut saltem nemo pauperem despiceret*. Veram Hieronymi sententiam mss. nostris ac praecipue codice S repraesentari apparet ex Epist. 64, n. 9: "ut nullus desperet salutem".
206, 25 leg. *mandata*.
211, 1 sic distingue: *et iustus. Si multum*.
213, 13 leg. *usi sumus*.
235, 15 *Ecce homo et opera eius*] Cf. Translat. homiliarum Origenis in Lucam, hom. XXXV (Migne 26, 321 D): "Tunc complebitur, *Ecce homo, opera eius ante faciem suam*". Ubi ad Is. 62, 11 lector remittitur.
250, 7 not. *Originem*, corr. *Origenem*.
255, 17 leg. *Unde*.
261, 7 leg. *quasi de carcere* subdistinctionis nota expuncta.
262, 4 not. *Iac. 4, 10*, corr. *4, 6*.
288, 22 *tantum*, leg. *tantam*.
342, 14 leg. *quattuor*.
373, 14 Pro περισσόν, quod in codd. habetur, περίγειον legendum esse vult Ericus Klostermann (*Göttingische gelehrte Anzeigen* 1898, n. 8, p. 602).
374, 27 *scandalisat*, corr. *scandalizet*.
383, 23 leg. *sufficit*.
390, 4 — 392, 21 ex cod. Casin. XI adposuit A. B. Caillau inter eos qui vere augustiniani ipsi videbantur sermones, Class. 2, serm. XXIV (Paris, 1842), p. 41 sq., ubi quidem nonnulla aliter leguntur, quae heic data occasione indicabo.
390, 17 *nationem*] Ita etiam cod. Casinensis; mavult tamen Caillau *sationem*.
390, 24 *non videmus*] Particulam neg. omittit Caillau.
391, 9 *in terra*] om. Caillau.
391, 21 *quod hebraice dicitur* ἐν τρισώματι] item om. Caillau.
391, 22 *uon*, corr. *non*.
391, 24 *Deum*] *Dominum* Caillau.
391, 26 *sedeo*] *supersedeo* idem.
392, 1 *qui servus sum istius qui certus est*] om. Caillau.
392, 5 *ultra terram est*] Huc inseras velim verba ex oscitantia typothetae omissa: *Ubicumque voluerit, est; ubicumque est, totus est*. Idem Caillau, nisi quod legit: *Ubicumque voluerit... ubicumque es*.
392, 8 *quid tantum*] *quia si tantum* Caillau.
392, 9 *si*] om. Caillau.
392, 12 *putatis*] *putetis* Caill.
392, 13 Caillau contra fidem codicis om. *et putasset quod hortulanus sit*.
392, 19 *quem tantum*] Idem proprio marte add. *hominem*.
392, 21 *mereris*] *mereberis* Caillau, in quo insuper doxologia desideratur.
416, 3 *vindex inimicus*.] Lege cum S *vindex et inimicus*, Psal. 8, 3.
419 sq. "Fragmenta de libro Numerorum" Origeniana esse a Rufino translata ex Homil. in Iudic. VI, 3; VIII; IX, 2 (Migne P. Gr. 12, col. 609 sq. 622. et 626 sq.) et Ericus Klostermann monuit, et ipse prius agnoveram.

IN PARTE III.

37, 7 leg. *tabernacula*.
58, 9 *omni sterra* post correctam a me ultimo plagulam typothetae mei fecere ex *omnis terra*.
63 in summa pagina, pro XXXVIIII lege LXXXVIIII.
82, 2 *longuum*, corr. *longum*.
91, 8 leg. *monstrare*.
97, adnotat. crit. ad lin. 1, μ = Migne P. L. 24, coll. 973-8.

103 sqq. Tractatus in Esaiam 6, 1-7 iam typis mandatus erat, cum optimae spei invenis D. Hildefonsus Schuster, S. Pauli extra muros monachus, codd. Casinensibus mea causa denuo evolutis plurimas mihi lectiones variantes transmisit; ex quibus eas dumtaxat, quae maioris momenti videntur, infra proponam.
103, 18 *sacra*] α; *sancta* C.
104, 7 *quae et*] pro *quae ei*?
106, 16 *propinques*] α; *appropinques* C.
107, 5 *Esaias visionem*] α; *visionem Esaias* C.
107, 17 *videret*] sub rasura, non *viderent*; et fortasse legendum *ne videretur divina magnificentia*.
108, 3 *Deus*] 1ª quidem manu sed supra lineam scriptum est.
09, 23 *de Deo*] prout conieceram, in codice quoque legitur.
110, 11 *omnes*] *omnis* C.
110, 14 *scribit*] *scribat* C.
111, 7 *propheta ei adsentiens*] *prophetae ade sentiens* C, ex quo facile suspiceris *propheta eadem sentiens*.
111, 14 *voluntatem*] *voluptatem* C.
111, 18 *Deus*] α; *Deum* C.
112, 1 *germina et*] *geminet* C, postea corr. *gemina*.
112, 13 *Spiritu Sancto*] leg. *Sancto Spiritu* cum α et C.
113, 29 *super*] praefixa est in C littera *m* tractu calami supraducto. *Filium*] etiam in C legitur, non *Filius* ut putavit Amelli; ideoque delenda altera pars adnot. criticae ad 119, 14.
114, 8 *Deum*] *sanctum* add. C.
115, 23 et 116, 12 *dixit*] leg. *dicit* cum Cα.
117, 8 *Dominatio*] *dominatione* C.
118, 16 *simus*] *sumus* C, et quidem absque ullo rasurae vestigio.
118, 17 *ignoramus*] *ignoremus* C.
118, 20 *abyssi*] quoque in C; *abissi* α.
119, 8 *et modum*] bis eadem manu scriptum in C.
120, 23 *Origenem*] corr. *Origenen*.
121, 9 *vero*] ex α acceperam, om. C.

OPUSCULA DUO
S. HIERONYMI ITEM NOMINI
IN MSS. CODD. ADDICTA.

Verum hercle mecum ipse quaero, horumne Hieronymi ἀνεκδότων sit finis aliquando. Nam cum ab opere manum iam paene removerem, opusculum quoddam "De monogrammate Christi" S. Doctori adscriptum in scidis meis repperi. Quod quidem cum nuper in publico proposuerim, modo satis erit si, quae de eo verba feci in *Ephemeride Benedictina* m. iulio 1903 (XX, 225 sqq.), summatim referam. Nempe ante annos quindecim descriptum a me est ex cod. 26 Colleg. Merton. Oxon. saec. XV, foll. 53-54; legitur etiam, licet mutilum, in cod. Musaei Britannici Harl. 3049, saec. item XV, foll. 135-136, Commentario Victorini episcopi et martyris ab Hieronymi recognito in utroque libro cuniunctum. Idque mihi subolet, hanc ipsam monogrammatis figuram *crucis esse signum*, de quo S. Pater in epistola ad Anatolium: "A principio, inquit, libri usque ad crucis " signum quae ab inperitis erant scriptoribus vitiata correximus; exinde usque ad finem voluminis " addita esse cognosce." Sane nonnulla notavi in opusculo, quae Hieronymianum sermonem resipiant, utputa: *Scio quosdam... ut in graecis litteris absurda permixtura latinam litteram misceant. Ut iuxta eos dicam... Sed hoc dicentes, et sanctae scripturae et graecae et latinae linguae vim faciunt... Dum de nomine et nota utcumque diximus, nunc de numero, si placet, nominis dicamus, ut ad sensum postea perveniamus... ad superbiam eorum referens... ut iuxta hoc sit sensus... Sed quantum ad sensum pertinet... sive ut in exemplari altero habet... Faciamus ergo numerum... ad Antichristum potest utrumque referri... Unde huic sensui fortasse convenit, quod... Sed sciendum est quod....* Nec iure cuiquam de scriptiunculae huius antiquitate dubium fuerit, quae et in codice Monacensi lat. 14277 saec. VIII/IX foll. 322ᵛ sqq. haud semel laudetur ut HIER̄ DE MONOGRAMMATE, et ab Ambrosio Autperto eadem fere aetate, immo a Primasio saeculi sexti nobilissimo scriptore, cum Apocalypsin interpretarentur, ad verbum exscripta sit. Quam idcirco huic quoque volumini, licet serius quam oportuit, inserendam putavi.


HIERONYMUS DE MONOGRAMMA $\overline{\text{XPI}}$.

Hic est sapientia et intellectus: id est, sapere et intelligere in Christi nomine numerum litterarum iuxta Graecorum computationem, maxime dum Asiae ecclesiis scribit. *Numerus enim hominis est*: id est, Antichristi qui est homo peccati. *Et numerus nominis eius est sexcenti sedecim.* Redactus autem in monogramma, id est, quasi in unam litteram, et notam et nomen et numerum facit hoc signo · ☧ · Nota haec est, eo quod et nomen et numerum hac figura breviter notat. Nomen autem hoc, id est, Christi, quod sibi usurpat Antichristus per · x · graecum et · ι · iota exprimitur. In libris etenim Graecorum ubicumque per notam scribuntur nomina, primae et novissimae notantur litterae, et virgula superposita in dexteram aeque veniente a sinistra. In hac ergo nota · x · graecum continetur et · ι · Et hoc patet, quod nominativus non sit hic positus, sed genitivus, id est, non Christus, sed Christi: non enim simma finitur, sed iota. Et ob id semper novissimam litteram ponunt propter discernendos casus, licet interdum in longioribus et medias ponant; interdum autem primam et novissimam syllabam scribentes, mediam vel medias praetermittunt. Ut autem in re et sermone haec ne male scribatur, nota monstrabitur, ut ad characteris scribendam figuram visus et sermo commemorans scribentis articulos adiuvet. Intuere ergo in ea · ι · recte stantem, et / acutum transversum et in dexteram ascendentem, \ gravemque descendentem trans · ι · et acutum. De hiis ut sunt accentibus invicem transversis efficitur · ☧ · graecum. Sed supradictus gravis duobus suis capitibus circumflectitur: hoc est, superiore et in sinistro capite modicum in dexteram inclinatur, inferiore autem et dextro subtrahendo

1. DE MONOGRAMMA] *De monagramma* M (= Cod. 26 Colleg. Merton.); deest inscriptio in H (= Harl. 3049). 2. *sapientia*] Apoc. 13, 18. 4. *dum Asiae ecclesiis scribit*] Primasius: *quem faciemus secundum Graecos, praesertim quia ad Asiam scribens*, etc. Pseudo-August. in Apocal. homil. XI: *quem faciamus secundum Graecos, maxime quia ad Asiam scribit.* 5. *peccati*] 2 Thess. 2, 3. *nominis*] H; om. M. *sexcenti sedecim*] Haud aliter legisse Tychonium, ex eodem larvato Augustino apparet; conf. Irenaeum, Haeres, 5, 30, et E. Vischer 'Die Zahl 666' (Zeitsch. f. d. neutestamentl. Wissenschaft IV, 2, pp. 167-174. Giessen, 1903). *Redactus*] *redactis* MH. Pseudo-Aug.: *Redactae autem in monogrammum et notam faciunt et numerum et nomen.* 9. *quod*] *in quod* M, et *id est Christi* reicit post *Antichristus.* 13. *Et hoc*] pro *ex hoc*? 14. *sed Christi*] Ab initio quidem, i. e. saec. II et III, Christi monogramma duabus tantummodo litteris I et X constabat, sed a quibus inciperent vocabula Ἰησοῦς Χριστός. *simma*] Ita pro sigma legitur in Pachomii epistolis ab Hieronymo in latinum translatis (Migne 23, 92 B. C.); *summa finitur sed loca*, insulse hoc loco codex M. 24. *in*] praepositio hic quoque ex abundanti esse videtur. 25. *inclinatur*] Frustra alterum de hac singulari monogrammatis figura testimonium inter monumenta christianae antiquitatis quaesivi.

in laevam aeque modicum rursum pene flectitur, ut sit numeri nota, cuius nomen episimon. In duo autem opera haec sola est in nota, id est in numeri notam et · x · graeci dimidium. Secundum has qualitates supradictum describe monogramma. Scio quosdam in hoc ita posito nomine nominativum contendere, et negare genitivum esse, ut non Christi sed Christus sit, id est, nomen Christi usurpans ; et incassum laborant, ut in graecis litteris absurda permixtura latinam litteram misceant. Ut iuxta eos dicam, ideo ista nota in monogramma electa est, ut et numero et nomini satisfaciat : numero qualitate, nomini figura. Quod assimilant librariam · S · latinam. Et ob hoc affirmant, ut nominativum contendant, ut in isto monogramma dicatur Christus, in novissimo nominis simma sonante, eo quod evenit pene similis esse haec numeri nota, et littera · S · libraria latina ; nam altera epistolaris est. Sed hoc dicentes et sanctae scripturae et graecae et latinae linguae vim faciunt ; quia, nisi fallor, in hoc loco sancta scriptura numero nominique tantum et sensui satisfacere, non casibus, procurat. Haec ergo nota est, qua sibi invicem supradictae virgulae copulantur, ut et numerum suppleant, et earum crux nostrae non esset similis.

Dum de nomine et nota utcumque diximus, nunc de numero, si placet, nominis dicamus, ut ad sensum postea duce Christo vero perveniamus. Per · x · graecum, primam huius nominis litteram, sexcenti computantur, per · I · decem, per notam graecam episimon sex. Et ut facilius ac breviter accipias harum figuras, et superpositos singulis numeros coram te inscriptos videbis · chi · $\overset{dc}{x}$ · iota · $\overset{x}{\iota}$ · episimon · ϛ^{vi}. suntque · DCXVI ·



Victorinus autem ex altero exemplari aliud profert nomen, quod iuxta

1. *pene*] M; *plene* H. 3. *et · X · graeci*] *et · ς · graeci* M mendose. 7. *absurda permixtura*] Conf. Hieron. Epist. 73, n. 7 : 'quod absurdum esse, peregrinae linguae mixtura demonstrat.' 9. *Quod assimilant*] MH, vereor ut recte. 10. *Et ob hoc*] M; *Et hoc ob* H. 14. *vim faciunt*] Dicendi modus, quo frequentissime Noster, praecipue vero in Tractatibus, utitur. 16. *sensui*] H; *sensu* M. *casibus*] H; *sensibus* M. *nota est*] M; *est nota* H. 17. *numerum*] *id est VI* add. H sup. lin. 22. *per notam*] H om. *per*. 24. *te*] om. H.

eum solem sonat, ad superbiam eorum vel eius qui sibi edidit referens, quod est TITAN, id est DCLXVI, sic dividens

$$\overset{CCC}{T}\cdot\overset{V}{E}\cdot\overset{X}{I}\cdot\overset{CCC}{T}\cdot\overset{I}{A}\cdot\overset{L}{N}$$

ut iuxta hoc sit sensus: non solum nominis qualitas sed et numerus superfluus eius significat superbiam, dum in Antichristi nomine maior exquiritur numerus quam veri Christi. Sed quantum ad sensum pertinet, hic senarius indicat numerus Antichristi socios et praecursores ab initio currere per mundi sex aetates. Sic est hic numerus: centum sexies, et decem sexies, et unum sexies, sive, ut in exemplari altero habet, sexcenti sedecim; et hoc senarium sonat numerum, tanquam in se et in suis vere esset plenitudo perfectionis. Senarius etenim numerus prae omnibus in quota perfectus suis partibus impletur, et nec quota diminuitur computatione nec augetur. Faciamus ergo numerum, et in numero nomen etiam cognoscamus. *Numerus eius est*, inquit, *DCLXVI.* Quem faciamus secundum Graecos; est enim $\overset{I}{A}\cdot\overset{L}{N}\cdot\overset{CCC}{T}\cdot\overset{V}{E}\cdot\overset{XL}{M}\cdot\overset{LXX}{O}\cdot\overset{CC}{C}$. Quod nomen, ut dixi, graece supputatum DCLXVI implet. Antemos autem honori contrarius interpretatur. Ac si diceret: honori, qui soli competit Deo, contrarius est; quod est Antichristus, cui potius anathema convenit. Item aliud nomen est, quod eiusdem numeri complectitur summam, id est $\overset{I}{A}\cdot\overset{C}{P}\cdot\overset{L}{N}\cdot\overset{LXX}{O}\cdot\overset{CCCC}{Y}\cdot\overset{XL}{M}\cdot\overset{V}{E}\cdot$ qui simul faciunt eundem numerum. Hoc autem nomen interpretatum est, Nego; quo iam vocabulo dignus est Antichristus, id est, negationis. Credulitatis cum Christo nomen congruit, ipso attestante cum dicit: *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum qui me misit.* Itemque: *Creditis in Deum, et in me credite.* Sive ergo honori contrarium dixeris, sive nego, iure ad Antichristum potest utrumque referri. Quod autem ait, *Hominis enim est numerus*, Christi utique, quem per falsam imitationem se Antichristus accipi desiderat. $\overset{DC}{X}\cdot\overset{C}{P}\cdot\overset{X}{I}\cdot\overset{CC}{C}\cdot\overset{CCC}{T}\cdot\overset{V}{E}\cdot\overset{I}{I}$, genitivi casus, VII litterae secundum suum numerum computatae prope illum dierum numerum perficiunt, qui in persecutione Antichristi iam futurus est, id est, mille ducentorum viginti quinque. In cuius specie fraudulenter se opponit

1. *sonat*] *sanat* M. *edidit*] pro *indidit*? 3. TEITAN] Cf. Irenaeum, Haeres. 5, 30. Hippolytum, De Antichr. cap. 50. 12. *in quota*] M; *et quota* H. *partibus*] om. H; 14. *et*] pro *ut*? Hinc iam singula cum Primasio et Autperto sedulo conferenda sunt. *nomen etiam*] M; *etiam nomen* H. 23. *congruit*] MH; *congruat* Primas. Autp. 24. *me misit*] Io. 6, 29. 25. *credite*] Io. 14, 1. 29. *prope*] recte MH et Autp., cum in Apoc. 11, 3 et 12, 6 numerus MCCLX dierum habeatur; *proprie* Primas.

adversitas, hoc est in nota, id est in monogramma, quae hunc modum exprimit ☧ · $\overline{M}$ · CC · XXV. ubi compendio nomen Christi includitur, $\overset{DC}{X}$ · $\overset{C}{P}$ · $\overset{X}{I}$ · $\overset{CC}{C}$ · $\overset{CCC}{T}$ · $\overset{V}{E}$ · $\overset{X}{I}$ inquam, in quo, ut diximus, $\overline{M}$ · CC · XXV sunt. Solutus quoque ipse nominis numerus praefatam rursus dierum numeri perficit summam; eo quod quadragenario et senario, in quo Iudaei aedificatum dixerunt templum, nobis mystice insinuata est dominici corporis forma, quam pro primi hominis ADAM erroribus corrigendis secundus ipse Adam de Maria suscepit. Propter quod in evangelio dicit, *Solvite templum hoc, et post tres dies resuscitabo illud*; respondentibus Iudaeis, *XLVI annis aedificatum est templum hoc, et tu dicis, In tribus diebus suscitabo illud?* Quod evangelista exponens ait: *Ipse autem dicebat de templo corporis sui.* Unde huic sensui fortasse convenit, quod in senario numero dierum ab · VIII · kl. aprilis usque in · VIII · kl. ianuarii quadragies sexies ducto templum corporis Domini fuisse in utero virginis aedificatum credimus et consummatum. Nomen ergo Adam per graecas litteras quadragenarium et senarium complet numerum hoc modo. $\overset{I}{A}$ · $\overset{IIII}{D}$ · $\overset{I}{A}$ · $\overset{XL}{M}$, qui faciunt XLVI. Cum autem ipse numerus, id est XLVI, solutus et per semetipsum scriptus fuerit et ductus, illum graecis litteris numerum nihilominus complet hoc modo. K · O · Y · A · Δ · P · A · Γ · I · N · T · A · C · E · Ξ, qui in unum redacti faciunt M. CCXXV. Quod superius de monogramma diximus, nunc soluti nominis digesta serie demonstratur, cuius diximus summam concludi; ut cum sibi utraque conveniunt, hoc mysterium indubitanter insinuent, quod de simulatione Antichristi apostolatus ait, *Ita ut in templo Dei sedeat ostendens se tanquam sit Deus.* Sed sciendum est, quod non uno modo nec sub unius numeri definitione scriptura divina, nunc in isto libro, nunc in Danielis visionibus, ipsum tempus semper insinuat; ut scilicet dies iudicii vel secundi adventus Domini nostri non divulgaretur humanae notitiae, sicut ipse dicit discipulis, *Non est vestrum scire haec, quae Pater posuit in sua potestate.*

1. *adversitas*] MH Prim. Autp., quibus consonat Pseudo-Augustinus: 'Cui se similem facit haereticorum adversitas.' 4 et 21. *nominis*] Prim. Autp.; *hominis* MH. 7. *pro primi... corrigendis*] H Primas. Autp.; *proprium... corrigendus* M. 8. *in evangelio*] Io. 2, 19-21. 12. *Unde huic*] Ab his verbis deficit avulso folio cod. Harl. 3049. 22. *digesta serie demonstratur, cuius diximus summam concludi*] M; *d.s.d.eiusdem numeri summa concludi* Prim.; *digesta series eiusdem numeri summa demonstrat concludi.* 23. *mysterium*] scripsi; *ministerium* M; *certi causam mysterii* Prim. Autp. 25. *Deus*] 2 Thess. 2, 4. 26. *definitione*] *diffinicione* M. 27. *Danielis visionibus*] 12, 11. 30. *potestate*] Act. 1, 7.

***

Alterum iam opusculum exhibendum est, symbolum fidei ineditum, quod quidem et ipsum D. Hieronymi nomine inscriptum mihi occurrit in quattuor libris seqq.

M = cod. S. Michaelis ad Mosam 28, fol. 143v, saec. IX;
O = cod. Oxon. Bodl. 147, fol. 78, saec. XII.
C = cod. Colleg. Trinitat. Cantabrig. O. 5. 5., fol. 96, saec. XV.
L = cod. Londin. Musaei Brit. Reg. 6. B. XIII, fol. 100, saec. XII.

In singulis porro codicibus istud symbolum libellis Pseudo-Athanasii *De unitate Trinitatis* (Migne P. L. 62, 237 sqq.) et *Solutionibus obiectionum Arrianorum* subiunctum est; ipsum vero excipit alia formula, quae vulgo appellatur Damasi symbolum, hic autem quemadmodum in ceteris fere antiquissimis voluminibus EIUSDEM (i. e. Hieronymi) DE FIDE APUD BETHLEEM inscribitur (Cf. Burn, ' An introduction to the Creeds ' p. 244 sq.)

Non mihi fiducia est, ut contendam huiusmodi scriptiunculam inter genuina magni Hieronymi opera statim computandam esse, licet S. Pater *fidei* a se *conscriptae* ac *sancto Cyrillo datae* disertis verbis aliquando meminerit (Epist. 17, n. 4); at certe antiqua est, neque Hieronymi aetate, ut puto, inferior. Miro quodam modo simul in ea comparent, quae symbolis Orientalium Hierosolymitano praecipue propria esse videbantur, et quae Occidentalium; inter quae nonnulla cum formulis Damaso adscriptis omnino conveniunt, nonnulla vero etsi in nullo alio quod sciam symbolo reperiuntur, tamen a cl. prof. Ad. Harnack (Hahn, Bibliothek der Symbole, 3a edit. pp. 364 sqq.) velut remotissimae ac maxime venerandae christianae antiquitatis insignia indicantur. Notare in primis iuvat verba *sub Herode rege... calcavit aculeum mortis... apparuit apostolis*, itemque *conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine* et *sanctorum communionem*. Animadvertes etiam decimum articulum inverso ordine cum undecimo esse connexum, *Credo remissionem peccatorum in sancta ecclesia catholica*, etc. Qui plura scire voluerit, legat quae de hocce opusculo proxime commentaturus sum in ' Ephemeride Benedictina ' mense ianuario a. MDCCCCIIII.

INCIPIT DE FIDE SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI.

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, visibilium et invisibilium factorem. Credo in unum Dominum Iesum Christum Filium Dei, natum de Deo, Deum de Deo, lumen de lumine, omnipotentem de omnipotente, Deum verum de Deo vero, natum ante saecula, non factum, per quem facta sunt omnia in caelo et in terra. Qui propter nostram salutem descendit de caelo, conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine, passus est passione sub Pontio Pilato, sub Herode rege, crucifixus, sepultus, descendit ad inferna, calcavit aculeum mortis, tertia die resurrexit, apparuit apostolis. Post haec ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris, inde venturus iudicare vivos et mortuos. Credo et

1. Haec inscriptio legitur in codd. MOL; aliter C: *Fides beati Iheronimi ad Augustinum.* 5. *Deum de Deo*] nisi fallor, om. M. 8. *conceptus est*] M om. *est* 9. *passione*] om. C. *sub Herode rege*] cum *crucifixus* connectunt OCL. 11. *resurrexit*] L add. *a mortuis* *sedet*] *sedit* M.

in Spiritum sanctum Deum non ingenitum neque genitum, non creatum neque factum, sed Patri et Filio coaeternum. Credo remissionem peccatorum in sancta ecclesia catholica, sanctorum communionem, carnis resurrectionem ad vitam aeternam. Amen.

***

Fragmenta tractatus *De induratione cordis Pharaonis*, qui sub Hieronymi nomine saeculo nono passim circumferebatur, in hac extrema appendice exhibiturum me promiseram. Et id quidem, cum unus innotuisset liber Metensis lacer atque mutilus. At vero repertis nuper quattuor aliis codicibus, ac vera operis facie plenissime perspecta, satius visum est, huic maioris momenti ἀνεκδότῳ, distinctum volumen dedicare, in quo etiam nonnulla Hieronymo quondam a librariis adtributa edere seu novis curis retractare in animo est. Atque ita fortasse fiet, ut ad haecce collectanea continuanda et augenda manum citius admoveam, quam mihi olim destinatum erat.

V. INDEX GENERALIS.

PARS II.

I. TRACTATUS LVIIII S. HIERONYMI IN LIBRUM PSALMORUM.

De Ps. I. 1
De Ps. V. 10
De Ps. VII. 17
Exordium de Psalmo VIIII. 25
De Ps. XIIII in Quadragesima ad eos qui ad baptisma accedunt. 27
De Ps. LXVI. 31
De Ps. LXVII. 36
De Ps. LXXIIII. 43
De Ps. LXXV. 44
De Ps. LXXVI. 49
De Ps. LXXVII. 57
De Ps. LXXVIII. 66
De Ps. LXXX. 68
De Ps. LXXXI. 74
De Ps. LXXXII. 81
De Ps. LXXXIII. 85
De Ps. LXXXIIII. 92
De Ps. LXXXVI. 98
De Ps. LXXXVIIII. 106
De Ps. XC. 113
De Ps. XCI. 119
De Ps. XCIII. 127
De Ps. XCV. 133
De Ps. XCVI. 139
De Ps. XCVII. 144
De Ps. XCVIII. 149
De Ps. C. 156
De Ps. CI. 158
De Ps. CII. 160
De Ps. CIII. 162
De Ps. CIIII. 168
De Ps. CV. 171
De Ps. CVI. 174
De Ps. CVII. 180
De Ps. CVIII. 186
De Ps. CVIIII. 198
De Ps. CX. 205
De Ps. CXI. 206
De Ps. CXIV. 209
De Ps. CXV. 213
De Ps. CXVIIII. 219
De Ps. CXXVII. 233
De Ps. CXXVIII. 240
De Ps. CXXXI. 243
De Ps. CXXXII. 245
De Ps. CXXXIII. 251

De Ps. CXXXV. 260
De Ps. CXXXVI. 262
De Ps. CXXXVII. 265
De Ps. CXXXVIIII. 267
De Ps. CXL. 268
De Ps. CXLI 274
De Ps. CXLII. 276
De Ps. CXLIII. 278
De Ps. CXLV. 287
De Ps. CXLVI. 293
De Ps. CXLVII. 300
De Ps. CXLVIII. 306
De Ps. CXLVIIII. 311

II. TRACTATUS IN MARCI EVANGELIUM.

De principio Marci (I, 1-12) 319
In Marc. I, 13-31. 328
In Marc. V, 30-43. 339
In Marc. VIII, 1-9. 341
In Marc. VIII, 22-26. 343
In Marc. VIIII, 1-7. 346
In Marc. XI, 1-10. 353
In Marc. XI, 11-14. 356
In Marc. XI, 15-17. 360
In Marc. XIII, 32-33 et XIIII, 3-6. 365

III. TRACTATUS VARII.

Homilia in Matth. XVIII, 7-9. 373
Homilia in Lucam evangelistam, de Lazaro et divite (XVI, 19-31). 376
Homilia in Iohannem evangelistam (I, 1-14). 386
Homilia de nativitate Domini. 392
Tractatus de oboedientia. 398
De persecutione christianorum. 402
De Exodo, in vigilia Paschae. 405
In Ps. XXXXI, ad Neophytos. 410
In die dominica Paschae. 413
In die dominica Paschae. 416
[Fragmenta Origenis-Rufini de libro Numerorum]. 419
APPENDIX de Psalmo L. 421

PARS III.

PRAEFATIO. I.

I. S. HIERONYMI TRACTATUUM IN PSALMOS SERIES ALTERA.

De Ps. X. 1
De Ps. XV. 10
De Ps. LXXXII. 31
De Ps. LXXXIII. 36

De Ps. LXXXIIII. 41
De Ps. LXXXVII. 46
De Ps. LXXXVIII. 51
De Ps. LXXXVIIII. 61
De Ps. XC. 67
De Ps. XCI. 72
De Ps. XCII. 77
De Ps. XCIII. 81
De Ps. XCV. 86
De Ps. XCVI. 87
Tractatus S. Hieronymi de Psalmo XCIII, in die Paschae. 94

II.

In Esaia parvula adbreviatio de capitulis paucis. 97
In Esai. VI, 1-7, contra Origenen. 103
Graeca in Psalmos fragmenta D. Hieronymo adscripta in cod. Taurinensi. 122
APPENDIX. Arnobii episcopi Expositiunculae in Evangelium, nunc primum integrae ex cod. Gandavensi editae. 129

INDICES AD VOL. III PART. II ET III.

I. Index locorum s. Scripturae. 155
II. Index nominum et rerum. 166
III. Index verborum et locutionum. 184
IV. Emendata et aucta, et in his: 193
Hieronymus de monogramma Christi. 195
De fide S. Hieronymi presbyteri. 199
De tractatu ' De induratione cordis Pharaonis ' in distinctum volumen reservando. . . . 200
V. Index generalis. 201

BRVGIS FLANDRORVM. TYP. DESCLÉE, DE BROUWER ET SOC.